





COMMENTARIA
AD CONSTITVTIONES
VTRIVSQVE SICILIAE.

In quibus Praxis omnium ferè rerum ad eas pertinentium, quæ in Regijs huius Regni Neapolitani Tribunalibus occurrere solent dilucidè continetur.

OMNIBVS IVRIS STVDIOSIS, ET ALIIS IN foro versantibus apprimè vtilia, ac necessaria.

IO. PAVLO BALZARANO V. I. D.
Nobile Parthenopæo, ac Almi Neapolitani Collegij olim Consenatore Authore.

Nunc Primùm in luce edita.

Cum rerum omnium in ipsis tractatarum fertilissimo Indice.



NEAPOLI,
Ex Typographia Constantini Vitalis. M. DC. XX.

Sumptibus Petri Antonij Reghæ Bibliopolæ Parthenopæi.

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Principi,

D. D. GASPARI

S.R.E. TITVLI S.CRVCIS IN HIERVSALEM,

PRESBYTERO CARDINALI DE BORGIA, ET VELASCO,

REGIAE CATHOLICAE MAIESTATIS

in Regno Neapolitano Locumtenenti, & Capitaneo Generali, &c.





Nimaduerti, Illuſtriſsime Princeps, & Cardinalis, quædam mandata literis à patruo meo Ioanne Paullo Balzarano, opera de Feudis, & circunferri latiſsimè, & ſtudioſè ab hominibus lectitari. id planè videbar intelligere ex ijs maximè, quæ ſunt, luculentiſsimis literis, ad virum bonum,& Iuriſconſultum Neapolitanum Octauianum Coppolam. ex quo quæſierat, immo verò & quærit, & contendit præſtantiſsimus vir, & tranſalpinus homo Henricus Areſantell, ecquid nouum parturiret ingenium Ioannis Paulli Balzarani, nunciaret, vel editam iam, ſuſceptumque in lucem, mitteret. quare, vt cupiditati hominum reſponderem, & expectationi, debitum mihi, & fratris filio, & hæredi officium, quos morte præuentus, partus reliquerat immaturos, eoſdem conſignare typis, proferre in lucem, exiſtimabam. Cæterum veniebat in mentem, GASPAR Præſtantiſsime, in perturbatione rerum, motuque temporum, ſummam tranquillitatem expoſtulari literis, & quietem. Expectaui tempus, in quo conſtaret, non tam accepiſſe Te beneficium, quàm dediſſe, fateremur. reſeruatum eſt, inquam, ad hanc diem, hoc eſt ocium vacuum curis, expers anguſtiarum,


& timoris, in qua pacata omnia, tuta, & tranquilla, ex hominibus alij, se satis vixisse, te viso, te recepto: alij, nunc magis esse viuedum, & sentiunt, & prædicant. Quamobrem cum nunc delata diuinitus facultas est, eandem, Cardinalis Amplissime, ipsam mihi quàm arctissimè complectendam putaui. nec fuit propterea necesse, vel perquirere, vel mecum animo volutare, cui potissimum dicarem. nam mihi Tu iam inde à suscepto consilio, & ex eo die, quo Te Romæ vidimus, Amplitudinem tuam suspeximus, vel omnium dignissimus es visus, cui doctissimi quique homines non scripta modò sua, sed seipsos etiam addicerent. Neque illos antea, vt nec me mouit splendor familiæ tuæ, & illa Augustissima prærogatiua, quæ facit, vt summo gradu, & supra humanarum rerum conditionem consistas. post tot clarissimos Titulos, post duos Domus tuæ Pontifices Maximos. eorum enim nonnulla cõmunia Tibi cum multis, & à fortuna commodata mortalibus nihil in se stabilis, nil perfecti continent ad beneuolentiã. colunt in Te homines, & ex animo colunt prudentissimi viri, quod in Te positum est, doctrinam tuam, humanitatem, fidem, animi excellentiam. nemo in ea, quam sustines, Persona, & in summa occupatione rerum excluditur sermone tuo. sequitur insolentiam dignitas: comes est rerum secundarum arrogantia. Tu mansuetudinem amas: Tu continentiam: Tu benignitatem perpetuò retines, cum innocentia vitæ. Et tandem quid de singulari, & præstantissima virtute tua, in Principe purpurato quid dicam? illa enim pro temporum ratione, & ancipiti statu rerum obuia periculis, perspecta cunctis, longè, lateque diffusa florescet cum æternitate illustrior. quo fit, vt ferreus, vel prope adamantinus sit, optime Princeps, & Parens, & salus nostræ vitæ, memoriæ, nominis, qui Te effusis charitatis habenis non amet, non piè, non sanctè (vt homini hominem fas est) cui muta omnia, & inanima videntur sentire quodammodo officium, lætari, habere, agere gratias Tibi immortales. Qua re gaude tuo isto tam excellenti bono: & fruere cum fortuna, & gloria, tum etiam natura, & moribus tuis: ex quo quidem maximus est fructus, iucunditasque sapienti Principi. Hæc eadem cum tua recordabere, & si persæpè virtuti, tamen plerunque felicitati tuæ congratulabere. De nobis, quos saluos esse volueris, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficijs, toties de incredibili tua virtute, toties

toties de ſingulari Prudentia tua cogitabis; quæ celebrabuntur non ſolum noſtris, ſed penè omnium gentium literis, atque linguis: neque vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticeſcet. Atque, ſuperiora illa tandem vt repetam (traduxere me longius pietas, & officium) cui, inquam, de Conſtitutionibus Regni, niſi Tibi dicandus, ad cuius integerrimum arbitrium iura Regni, & ſumma rerum à Catholico Rege noſtro Inuictiſsimo ſunt collocata diuinitus? cui demum pro libro inuidorum obtrectationes ſuſtinendæ, niſi Tibi vero Athlanti, cui hiſce temporibus grauiſsimorum negotiorum impoſita moles, & ſuſtines egregiè, & cum admiratione omnium? Partum hunc igitur ſecundum, & poſthumum patrui mei, quem Tibi ſacro, ea, qua ſoles, & quæ tua propria eſt, humanitate, accipias. omnino, neque Amplitudine tua, neque ijs meritis, quæ in nos contuliſti, digna res videtur; ſed, vt ſpero, muneris noſtri tenuitatem, eiuſdem humanitatis magnitudo ſubleuabit. Lege, obſecro te, ſi licet, dum alia parantur. Conſequar ſaltem literarum monumentis (in quo ambitio quædam me mouet) cum Tibi, tum alijs meæ erga Te obſeruantiæ, & pietatis teſtimonium aliquod publicè extet. Habes, Princeps feliciſsime, quæ fecerunt, vt de typis cogitarem, Nomini tuo Liber inſcriptus vt exiret; habes, quod beneficium habemus maximum, eius beneficij Auctorem agnoſcamus. Vale, & Deus Te Optimus Maximus diutiſsimè ſeruet incolumem. Neap. X. Kalend. Quinctilis. M. DC. XX.

Amplitudini Tuæ

Addictiſsimus

Ioan. Berardinus Balzaranus.



ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. BERNARDINO DE MONTALVO,

SANCTI IVLIANI MARCHIONI,

MILITI SANCTI IACOBI,

SVPREMI ORDINIS IN REGNO NEAP. COLLATERALI CONSILIARIO, AC REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ LOCVMTENENTI.





ERE tibi,& ingenue fateor (Bernardine vir amplissime) obnoxium me plane sibi fecisse humanitatem illam tuam, atq; insignem beneuolentiam, qua me ita semper es complexus, vt vbicunque hæreat in præcordijs, habitet in mente. Vt quemadmodum qui solem intuentur aduersum, eandem, quocunque oculos conuertant, perlucidi orbis imaginem videntur videre, sic vbi illam semel inspexi, viua deinceps eius imago mihi ante oculos versetur. Extat, & eminet in te, Vir omni virtutum genere spectatissime, præter summam Doctrinam, ac Iustitiam, præter Religionem, ac Pietatem, quibus omnia ad æquitatem, & mansuetudinem Christianam traducis, prolixa quædam, ac benefica natura, qua noua semper in omnes beneficia conferens, sic foues, vt augeas, sic auges, vt perficias, atque in ipsa sola conscientia mercedem vnam tibi statuis. aliorum securus præmiorum, quæ vltro, vt ad Architam aiebat Plato, ambiunt non affectantem, & non respicientem consequuntur. Itaque cum nemo sit omnium, qui quantum tuæ humanitati debeat, vel nesciat, vel neget, scelus ego, ac plane nefas putaui, me Tibi, qui hac videris conditione, ac lege natus, vt cæteros liberalitate tua foueas, tuearis auxilio, gratia sustentes, non eum semper honorem habere, qui pluribus nominibus debetur. Diu ergo, ac multum mecum cogitaui,

cogitaui, vir Præclarissime, quo pacto, quoue meo fato eueniret, vt vel tantillum summæ meæ erga Te obseruantiæ tandem agnosceres aliquando. Verum enimuero cum Io. Berardinus Balzaranus Iurisconsultus præstantissimus facultatem mihi fecisset, vt opus hoc Io. Paulli patrui sui de Constitutionibus Regni, ab vniuersis fere expetitum, industria, ac diligentia mea typis mandandum curarem, facile in hanc sententiam sum adductus, vt quod in lucem prodit Optimo Principi Borgiæ Cardinali dicatum, illud idem per me tuo quoque Nomini destinaretur. Accipito igitur libenti, vt soles, vultu, quod animo reuerenti Tibi offertur; neque ad muneris paruitatem (quamuis muneris ipsius nomine tibi gratissimum esse debeat) sed ad propensæ voluntatis erga Te meæ magnitudinem, quæso, respicito. Nam quo animo Tibi hoc offero munus, eodem plane, si mihi facultas concederetur, longe maiora, & quidem libentius, ac promptius offerrem. Illud sanè certum, atque exploratum velim habeas, me pari pene veneratione Amplitudinem istam tuam prosequi, atq; eos, qui iam in cœlo mortali liberati conditione, sempiterno illo Beatorum æuo perfruuntur. Vale, teque diutissime nobis ille rerum omnium procreator Deus incolumem tueatur. Neap. X. Kal. Quintilis. M. DC. XX.

Amplitudini tuæ Addictissimus

Petrus Antonius Rea.

TITVLI HVIVS LIBRI SERIE ALPHABETICA digesti, quò faciliùs inueniri possint.

a Pata-

F I N I S.

IN-

I N D E X.

A

 ali-

INDEX.

Certum

Contra-

Doctores

E

Erubescit

Exilium

& so

Fur,

Innouari,

Ius

Lai-

quia

M

INDEX.

Mortis

N

Nutri-

Offi-

INDEX.

Pactum

P

Patri-

INDEX.

Prin-

Q

R

Sen-

Sigil·

Spiri-

Tenere,

f 2 Tor-

V

Vni-

INDEX.

Vſu-

FINIS INDICIS.


IO. PAVLI BALZARANI
NOBILIS PARTHENOPAEI
V. I. D.

In vtriusque Siciliæ Constitutionis Commentaria feliciter incipiunt.



SVMMARIVM.

1 *Homo quid sit, ex quibus constat, & reficitur. post num. 2.*
2 *Anima informat corpus, habet virtutes, & potentias.*
3 *Voluntas quid, & quomodo nobis cohaeret, & à Deo dependet.*
4 *Corpus non scit nisi quod praeoccupauerit spiritus.*
5 *Voluptas magna non congruit cum cogitatione spiritus.*
6 *Verba non nisi semel scriptura semper prodest.*
7 *Auctoris familia, & progressus.*
8 *Mentis nostrae nauis si non exercetur, per diuersa fluctuat.*
9 *Ius ciuile sicut bonus artifex omnia rectè componit.*
10 *Constitutiones sunt regula in omni ordinatione actus humani.*
11 *Scriptura est inuenta vt doctrina memoriae commendetur.*
12 *Sparsa in multis locis generant confusionem.*
13 *Loqui eo modo quo loquitur lex, propriè, siue impropriè, est permissum.*
14 *Scientia omnis, habet propria loquutionis genera.*
15 *Explicatio nominis, principium, & fons est nostrae cognitionis.*
16 *Claritas placet legi, & iudici.*
17 *Interpretatio triplex, & quae in ea attenduntur, & quando coepit. num. 20.*
18 *Distinctio rationem habet.*
19 *Legū virtus in adaptatione similium ad similia consistit.*
21 *Diuersa fiunt mutatione temperum, & memoriae imbecillitate*
22 *Doctrina nulla etiam falsa vera intermiscet.*
23 *Doctoris qualitates multae.*
24 *Scholares quid agere debent.*
25 *Docere est actus sapientiae, & fit verbo, & in scriptis.*
26 *Scripta componere, est docendi modus.*
27 *Difficilia aggredi, non est parum in difficilibus succumbere, vel ea fugere non multum vituperatur.*
28 *Scientia, & sublimia nonnisi eum magno labore quaeruntur.*
29 *Scribendo quis multos sibi indices, & quales esse debent.*
30 *Vanitate quid loquacius, quae si tacere noluit, plus potest clamare, quàm veritas.*
31 *Rationis auctoritas omni homine melior est.*
32 *Verum à quocunque dicatur, illo donante dicitur, qui est ipsa veritas.*
33 *Proemio, siue praeambulo animus lectoris praeparatur.*
34 *Deo spem habemus per Ecclesiam.*

1 
Omo microcoſmus, ſecundum Philoſophum, minor mundus appellatur. Auguſtinus in libro de cong. veræ vitæ, col. 27. in fine. Et dicitur minor, propter ſimilitudinẽ quam habet cum maiore. Diuus Thomas quolib. 4. art. 3. in princ. vniuerſitas enim creaturarum dicitur maior mundus, comparatus ad hominem, qui dicitur minor. Idem D.Thom. 12. q. 2. art. 8. maximum verò eorum, qui ſunt in mundo eſt homo. Idem vbi ſupra quæſt. 66. art. 5. quia in eo quodammodo omnes creaturæ inueniuntur, habet enim rationem cum Angelis, vires ſenſitiuas cum animalibus, naturales cũ plantis, & corpus cum rebus inanimatis. D.Tho. prædict. 1. parte, q. 91. art. 1. & q. 96. art. 2. Vel, habet eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, intelligere cum beſtijs, & Angelis. D.Aug. in ſerm. 29. col. 3. & 4. conſtat ex triplici, animi, proprietate, & quatuor elementis. Baldus in rub. tit. 1. C. de vendit. liberta. Ex anima rationali, & carne mortali. D.Auguſt. in lib. de Epicureis, & Stoicis, col. 3. & ſeq. Vel ex anima, & corpore, corpus tamen conſtat ex coniunctione plurium membrorũ. Mina. con. 1. nu. 11. videlicet, manibus, pedibus, tibiarũ, inguinis, ventris, colli, & capitis. Bal. in d. rub. poſt nu. 1. quæ licèt non eundem actum habeant, ſecundum Apoſt. ad Rom. 12. nam aliud pes, & aliud brachium. Bal. in l. à muneribus, circa fi. de Decurio. lib. 10. & ſunt diuerſa organa, ſiue inſtrumenta ad diuerſa operandum, ſecundum quod animæ cõuenit. D.Thom. 1. par. q. 76. art. 5. in add. ibi tertium de maiori: faciunt tamen ſingula membra, quod poſſunt, vt cum concordia ſeruiant ſibi inuicem ſingula membra. D.Aug. in hom. 15. col. 2. circa med. vna tamen pars eſt potẽtior alia, & principalior. propter potentias diuerſas. D.Thom. vbi ſup. par. 1. q. 76. art. 8. in fi. ſed cuncta reguntur à capite, nam ibi eſt cerebrum, & in cerebro, iuxta auctoritatẽ Patrum, eſt ſedis ſapientiæ. D.Auguſt. in lib. de contemptu mundi, col. 2. circa med. & habitat anima. glo. 1. in c. accepiſti. de conſecrat. diſt. 4. & à capite deriuantur ad membra ſenſus, & motus. D.Thom. 3. par. q. 11. alias 69. art. 5. ſenſus quinque quo modo diſtinguuntur, & afferunt ad intellectum tanquam ſerui domino ſuo. D.Thom. præd. 1. par. q. 78. art. 3. & 4. In anteriori parte capitis ponitur imaginatiua, deputatur mediæ cogitatiua, vel rationalis, poſteriori parte memoria. Baldus in d. rub. circa princ. de vend. libert. à parte anteriori eſt facies, qui protenditur diſtenſiuè vſque ad barbam incluſiuè, & aſcenſiuè vſque ad capillos capitis excluſiuè. Bal. cum addit. ad eum in l. ſi quis in metallum. C. de pœnis Fortitudinis principium eſt in corde, ſed ſignũ apparet in fronte, vnde verecundati erubeſcunt, & timentes palleſcunt. D.Th. 3. par. q. 72. art. 9. in facie ſunt oculi, quorum eſt videre, auris audire, naſus odorare, & linguæ guſtare. Bald. in l. 3. nu. 5. C. de accuſ. per eam quis manifeſtatur, & cognoſcitur. D.Aug. in hom. 2. ſuper Apocal. circa princ. nam ibi eſt forma pulchritudinis, & decoris, cũ ſit facta ad imaginem Dei, Bald. in d. rub. de vend. lib. 2 nu. 1. in fi. Forma autem corporis eſt anima. D.Thom. 1. par. q. 76. art. 1. & 4. & quomodo informet dixi infra in prooem. poſt mundi machinã, poſt princ. Sanguis in corpore humano non eſt niſi alimentum corporis, vel ſecũdum Ariſt. Humor crudus non adhuc reductus in ſanguinem, vocatur ſanguis nutrimentalis. Caiet. ad D.Thom. 3. par. de Saluatore, q. 54. art. 2. col. pen. poſt princ. & fin. circa fin. vnde famis naturalis eſt morbus, medicamentum famis eſt cibus, medicamentum fatigationis eſt ſomnus. D.Aug. pſal. 37. col. 3. circa fi. & 4. poſt princ. ſine potu non eſt plena refictio. Idem D.Aug. in 1. ſerm. col. 2. feria 4. Dominicæ 16. & dixi latè in conſt. in terra. de medicis, & ſomno, iuxta id quod canit Eccleſia, Somno refectis artibus. Anima verò eſt incorporea, ſicut Angeli. Bald. in l. data opera, nu. 43. circa med. de his, qui accuſ. non poſſ. eſt vna in homine, ſenſitiua, nutritiua, & intellectiua. D.Tho. 1. par. q. 76. art. 3. ibi, concluſio. vnde in ea eſt imago Trinitatis. Idem D.Th. vbi ſup. q. 93. art. 7. & 8. habet tres potẽs. D.Th. præd. 1. par. q. 12. art. 7. plures potentias, iraſcibilem, concupiſcibilẽ, & rationabilem. Mina. con. 1. nu. 12. & duas virtutes, intellectum, & voluntatem. D.Tho. d. 1. par. q. 54. art. 4. & 5. vbi Caiet. in princ. intellectus præ cæteris partibus animæ eſt ſuperior, & Deo ſimilior. add. ad D.Th. 3. par. de Saluatore, q. 6. art. 2. habet principatum diſpoticum, & politicum. D.Thom. 1. par. q. 81. art. 3. nam iubet membris tanquã famulis ſuis. D.Aug. pſal. 46. col. 5. per organum oculorum vidit, per linguam loquitur, & ſic de ſingulis. Bal. in l. vni. nu. 31. circa princ. C. de confe. accipit corpus in famulum, & Deum in dominum. D.Aug. in pſal. 145. coll. 13. in fi. & 14. adeo, quod iuſtus ordo naturæ eſt, vt anima ſubdatur Deo, caro animæ, anima, & caro ipſi Deo. D.Auguſt. præd. 19. de ciuit. Dei. c. 4. col. 4. in princ. alias ſi anima dedignatur ſeruire interius, ſibi inſidenti, & domino non poteſt inferiori bene imperare. D.Aug. in d. pſal. 46. col. 5. Deus enim mouet intellectum, & dat ei virtutem ad intelligendum inquantũ imprimit species intelligibiles. addit. in princ. ad

D.Tho.

D.Tho.1.par.q.105.art.3. in intellectu nihil
est,quod non fuerit prius in sensu. Bal.in l.2.
C.de contrahen.empt.incipit in imaginatiua
intellectus, in cogitatiua meditando perfe-
ctius discutit in memoria, quæ retentiua di-
citur, conseruat, & reflectit in thesauros in-
tellectus.Bal.in d.rub.post princ.de vend.lib.
nam tria sunt in anima, intellectus, ratio, &
voluntas. Idem Bald.in quæst.de schismate,
par.2.num.8.circa med.& post nu.12. & in l.
mouetor.C.si ser.export.venæ sensus sunt ostia
intellectus, Bald.præd.in l.fin.nu.8.post med.
de suis,& legi.Intellectus est nobilior pars in
anima, & immediatè coniunctus cum sensu.
Bal.in rub.post num.2.& 8. circa med.c.si ex
falsis instr. adeo quod nihil est in intellectu,
quod nō fuerit prius in sensu.Bal.in l.2. C.de
contrah.empt. Præcedet intellectus,& sequi-
tur voluntas, & nihil est in voluntate quin
prius sit in intellectu,memoria verò se habet
ad vtrumque. Bal.in l.qui for.uitis, in princ.
3 C.de pign.actio. Voluntas verò est quidquid
volēdo facimus. D.Aug.5.de ciuit.Dei.c.10.
dicitur principium humanorum operum.
Caiet.ad D.Thom. 1.par.q.116.art.1. col.2.
Primum mouens in vnoquoque volente.
D.Th.3.par.q.18.art.1.in princ.nam per mo-
dum agentis mouet alias potentias ad suos
actus. Idem D.Tho.1.2.q.9.art.1. & est finis
eorum,quæ sunt ad finem. D.Tho.ea.1.2.q.8.
art.2. est facti. Bal.in rub.nu.15.in fi.de iure
fisci, lib.10. & personæ cohæret, in l.fin.nu.3.
circa med.C.de vsufr.Aug.ponit eam in men
te, Philosophus in ratione. D.Th.1.par.q.79.
art.1. sed virtus volendi est à Deo, ead. par.
q.105.art.4. qui operatur in nobis velle, &
perficere. Idem D.Th.1.2.q.9.art.2.aliud ta-
men est agere,aliud velle agere: velle est tan-
tum in seipso,agere autem est voluntatem in
actu deducere. Bal.in l.3.nu.3.post med.C.de
prob.homo potest velle omni tempore. Idem
Bal.in l.cum notissimi,in fi.prin. de præscrip.
30.vel 40. verum, sm̄ Sene.nescit, quod vult,
nisi eo momento quo vult.Bal.præd.in quæst.
de schismat.1.par.post nu.22.si est bonum,po-
nitur in numero bonorū.D.Th.1.2.q.3.art.4.
in fi. est opus Dei,& eius adiutor. D.August.
14.de ciuit.Dei,capit.1.& 26. inde reponitur
sub rationali parte animæ; & sic in medio;
alias non esset voluntas, sed concupiscentia.
Bald.in d.rub.nu.1. de vend.libert. ista est in
omnibus,immo omnia nihil aliud sunt,quàm
volūtas. D.Aug.vbi sup.14.de ciuit.Dei,c.6.
nihil est tā in nostra potestate, quàm nostra
voluntas, ea enim prorsus nullo interuallo
mox vt volumus, præsto adest. Idem August.
3.de lib.arb.col.3.Isto modo dum cogitamus
quid operare debemus, voluntas præcedit
opus,nā nemo ignorās aliquid facit. D.Aug.
in lib.sexagintaquinque quæstio.col.11.in fi.

cū seq.in princ.sed quod sensus percipit,ima-
ginatio repræsentat, cogitatio format, inge-
nium inuestigat, ratio iudicat, memoria ser-
uat,intellectus separat, intelligentia compre
hendit,& ad meditationem, siue contempla-
tionem adducit. D.Aug.præd. in lib.de spiri.
& anima,col.10.Omnia itaque quæ subordi-
nantur, intelliguntur apud intellectum fieri
per prius,& posterius. Bal.in l.1.post num.5.
4 C.de iure dot. Addo, quòd nihil scimus per
corpus, quod non præoccupauerit spiritus.
D.Aug.12.de Genesi ad litte. col.17. & cor-
pus easdē litteras exprimit,quas animus co-
gitauit. Idem Aug.in lib.de Trin.col.3. vnde
5 non congruit cum cogitatione,corporis ma-
gna voluptas.D.Aug.lib.5.contra Iulianum,
c.8.col.1. nam quod quis cōcipit animo, lin-
gua prosequente declarat. D.Aug.in cathe-
gorica col.4.vox aliquid,silentium nihil. Idē
in lib.viginti unius sententiarū,col.11. aliud
est aliquid intellectu percipere, aliud in scri-
ptura continere. Bal.in l.si quis ad declinan-
dam,nu.6.de Episc.& cler.dicibilia concipi-
mus animo,vt verbis enunciemus.D.August.
vbi supra in lib. viginti unius sentent. col. 7.
verba sonant,& transeunt. Idē D.Aug.in lib.
octuaginta trium quæst.9. col. & 19. contra
Faustum, col.12. nec sunt necessaria, nisi ad
exprimēdam, & ad perferendum in notitiam
audientium quantum possumus voluntatem.
D.Aug.præd.pri.loquutionis de Genesi,col.5.
in princ. vt ab audiente possit intelligi,quod
suo verbo enunciatur. Idem in lib.contra ad-
6 uers.legis,col.pen. sed ista nisi semel,scriptu-
ra autē semper prodest. Lucas in l.vni.col.8.
circa princ. de professo. qui in vrbe consta.
habet actum permanētem.Bal.in l.vni.nu.5.
circa med.C.de confe.nam vt doctrina in fu-
turum memoriæ commendetur, inuenta est,
licet Pithagoras, & Socratis excellentissimi
Doctores nihil scriptum reliquerunt. D.Th.
3.par.q.42.ar.4.vel secundū Aegid.ibi col.1.
circa mediū, Socrates Esopi nomine fabulas
cōscripsisse traditur, & 99.annos in docendi,
& scribendi labore compleuit. Guillel.Pipin.
in sua præfatione,col.3. cuius discipulus Pla-
to. D.Aug.1.de consensu Euang. c.7.col.2.
81. annos agens scribendo mortem obijt.
Guillel.prædict.in d.præfat.sui operis, col.3.
quidquid fit scribendo memoriæ commenda-
tur. D.Aug.in epist.16.col.8. quod scriptura
11 habetur, semper vocat ad legendum. Idem
Aug. epist.1. in fi. & vt diutius maneant,quæ
sonant, instituta sunt per litteras signa ver-
borū. D.Aug.præd.2.de doctrina Christiana,
col.3.vltra quod multa nouimus,quę per me-
moriam quodammodo viuunt, & obliuione
quodammodo moriuntur. D.Aug.qui supra,
15.de Trinit.col.25.in fi.& sæpè præsumimus
aliquid memoria retenturos,& cum id puta-

mus, nō ſcribimus,nec nobis poſtea cum vo-
lumus venit in mentem,pœnitet,quæ litteris
non illigaſſe ne fugeret, & ſubito rurſus cum
id non quærimus, occurrit. D.Aug.4.de ani-
ma, & eius orig.c.7. adeo quod accedere ſo-
let,vt memoria fallat,ſententia tamen tenea
tur in libris. D.Aug.2.de nuptijs, & concup.
c.5. itaque continuo debet ſcribi. l.1. in ver.
ſignificetur, de vete.iure enucle. & ſcribendo
memoriæ commendare. D.Aug.3.de peccat.
remiſſ.& meritis,col.9.circa princ. etiā quia
ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, ſciat alter.
D.Aug.præd.in epiſt.56.col.3.Caie.ad D.Th.
2.2.quæſt.132.art.4. col.2. circa finem.
7 Ideo [ego Io. PAVLVS BALZARANVS]
inter homines minimus, vt infra in conſtit.
quanto acutius familia nomen, & exordium
cœpit terra dicta Balzarano, in prouincia
Aprutij, vt per traditiones, quas ſcriptura
nō habet,ſed memoriter tenemus,& alter ad
alterum loquendo,transfundit. D.Aug.2.cō-
tra aduerſ.legis,col.2.in prin.vt poſteris ſer-
uemus,quod à maioribus accepimus.D.Aug.
2.2.de ciuit.Dei,c.6.col.1.& Ioſue.4.cum in-
de Sarnum (vbi familia hæc eſt antiquiſſima,
& nobiliſſima,vt iuſpatronatus S.Catherinę,
& monumenta ibi teſtantur, & ex archiuio
R. Sicle huius fideliſſimæ ciuitatis apparet,
anno 1289. Adenulfum Balzaranum de Sar-
no eſſe balium quondam Matthæi militis fra
tris ſui, Baronis Capurſij,fol.54. 1295.Ade-
nulfus Balzaranus de Sarno feudatarius,f.34.
1398.fol.224.Cubella filia quondam Roberti
Balzarani litigat ſuper quodam ſpolio cōtra
Comitem Sarni) & poſtea Parthenopem, vbi
natus ſum, à cauſis ad ius ciuile tranſierim.
l.2. §.Seruius autem,de orig.iuris. poſt opus
8 feudale ęditum,quia nauicula mentis noſtræ,
niſi exercitatione bonę meditationis regatur
ventis vanarum cogitationum afflatibus per
diuerſa fluctuat, & demum ſub periculo de-
merſionis conquatitur. D.Aug.in lib.de præ-
deſti.Dei,in fi. diuerſis cogitationibus inquie
tatur, & compungitur. Idem Aug.in lib. de
conuenien.decem præcep. & decem plagarū.
vltra quod cor hominis vanum eſt, & mobi-
lius omni mobile,& nemo eſt tam fortis,quin
vanas patiatur cogitationes, ſecundum Boe.
quem refert Abb.in c.dolentes, circa med.de
celebr.Miſſ. partim erudito ocio,partim ne-
ceſſario negocio, alter nauicula vitæ tēpora
tribui:quod ex vtroque compoſitū veteribus
Academicis placebat.D.Aug.19.de ciu.Dei,
c.1.col.pen.c.3.circa fin.& 19. ad melius co-
gitādum quies aliqua data eſt, & diuino vtar
beneficio.D.Aug.in epiſt.123.col.1.circa fin.
præponendo doctrinam ſilentio, & laborem
quieti: & licet de regula. vel ſollicitudinem,
laborem, & doctrinam ſilentio contempla-
tioni,& quieti.Abb.in c.fin.1.not.in fi.de vo-
9 to,& voti rede.Cum ius ciuile ſit bonus arti-
fex, & ſuo artificio omnia rectè componat.
Spec.in tit.de emphyt.nu.58. moralem reſpi-
cit Philoſophiam, dirigit ad iuſtitiam, & re-
ſpicit bonum publicum,& commune. Dec.in
c.clerici, poſt nu.7.de iud. & qui ea legitimè
vtitur,diſcit in ea bonum,& malum,nec con-
fidens in virtute ſua, cōfugit ad gratiam qua
præſtante declinat à malo,& facit bonum.
D.Aug. in lib.de cooperat. & gratia, cap.1.
col.2.circa princ. quia illius ſcientia in con-
ſtitutionibus particularibus variatur,cum in
mente legiſlatoris ſit dictamen rationis iuris
traditionibus informatum, ex quo ſtatuitur
vnum, modo aliud, manente eadem ratione.
add.ad Spec.in prœm.ibi cor. quæ conſtitu-
10 tiones ſunt regulę in omni ordinatione actus
humani,& in omni lite decidenda.Bal.in l.le-
ges,la ſeconda,nu.4.poſt medium. C.de legi.
in conſt.vtriuſque Siciliæ,aliquas notulas fa-
ciendas duxi. glo.in l.qui exceptionem, §. ſi
pars, in ver.condici.in fi.de cond.indeb.l.fin.
in ver.nupſit, de cond.ſine cau. ſeu formulas
humani iuris. D.Aug. 3.de Geneſi ad litterā,
col.14.poſt princ.vel commentaria non lata,
neque diffuſa,ſed ſub quodam compēdio ver-
borum quaſi per capita explicanda.Io.Arno.
in prin.eius comm. & proſequar per modum
lecturæ, non quod in ſcholis, ſed in camera
compoſuerim. Abb.in c.fin.in princ. de eccl.
ædific. cū conſulentibus potius,quàm diſcere
volentibus me præbuere. d.l.2. §.& quidem,
de orig.iuris. Et ne in tanto opere vagari vi-
dear,l.item exigit,ff.de dolo malo, has notu-
las, formulas,commentaria,ſeu libros,l.1. in
ver.in notis,de veteri iure enucl.conſcriben-
dos, vt mihi videtur vtiliſſimos, l.1. ff.de ex-
cuſat. tut. vt ſic titulus libri intelligi poſſit.
Hieron.in epiſt.11.in 2.tomo. D.Aug.nam cū
veſtibula videntur,facilis eſt coniectura qua-
lis ipſa futura ſit domus.Idem D.Hiero.epiſt.
27.circa fin.in eo tomo. Harum igitur conſt.
licet multæ,variæq; ſint lectiones duobus vo-
luminibus inſertæ, d.l.2.§.poſt hæc, de veteri
iure enucl.in textu, & glo. Petri Follerij, Io.
Thomæ Minadois,& aliorū,de quibus Gram.
hic in proœm.quos ſub eiuſdem Gramm.no-
mine recolo ſic vt illorum dictis aliquid ad-
dam, ſub compendio repetam, Spec.in tit.de
appell.§.2.nu.24.in princ. Bald.in l.1.nu.10.
in princ. C.quando nō pete.partes,vt doctri-
11 na commendetur memoriæ, cum ad hoc ſit
inuenta ſcriptura. D.Th.3.par.de Saluatore,
q.42.art.4. colligam ſparſa Doctorum in di-
uerſis locis.Abb.in c.2.poſt num.4.de purga.
vulg.in c.mulieres,nu.9.de ſentent.excomm.
ex ſparſis aliorum velleribus telam poſſimus
ordinare politā. Spec.in tit.de notorijs crim.
§.2.in princ. vltra quod ex coniunctione di-
uerſorum locorū ſcripturæ ſenſus vnus colli-
gitur.

gitur. Calet. 2. parte, de auct. Papæ, & Conc. c. 26. nec tantum defetam, quãtum laborabo in amplius inquirendo. D. Aug. 2. de Baptismo, contra Donatistas, col. 11. in fi. & seq. non quod certum, sed quod est dubium interpretando. Bal. in l. voluntatis, in princ. de fideicomm. Nec intendo ad ostentationem meam (vt multi faciunt) transportare materias, cum difficile postea sit studentibus inuenire. Abb. in c. vigilanti, post nu. 5. de præscri. & in proœ. decretali. nu. 3. nam
12 in multis locis sparsa generant confusionẽ. Idem Abb. in c. cum deputati, nu. 14. in fi. de iud. c. in litteris, nu. 32. de rest. spol. c. insuper, nu. 1. in fi. de testib. licet facile inuestigata vilescãt, & plerumque cum aliqua difficultate quæsita multo gratius inueniũtur, qui prorsus non inueniunt, quod quærunt, fame laborant, qui non quærunt, quia in promptu habent, fastidio sæpè marcescunt. D. Aug. 2. de doctr. Christia. col. 3. in fi. & 4. post med. Nec ad alium mittam, noui enim quomodo soleat cõtristare lectorem, cum à libro quem gestat in manibus, in alium mittitur vbi solutionem quæstionis requirat, quem fortè non habet. D. Aug. 2. de Baptismo, contra Donat. col. 1. in fi. Non omittam auctores, ne dicta antiquorũ supprimantur, bal. in l. 3. nu. 2. circa med. C. de probat. nec auctore suppresso, illius dicta referam. idem Bal. in l. rationes, nu. 1. in fi. eod. tit. de prob. p. out scribendi stilus diu viguit, sed non apud me, laudetur Deus. Io. An. ad Spec. in tit. de sent. §. 5. in ver. dixit. nam vltra quod determinationes auctoritate, quãdoque ratione faciendæ sunt. D. Th. quolib. 4. art. 23. turpe est in furto deprehendi. add. vlt. ad Spec. in tit. de petit. & posse. §. 2. in fi. ideo illos nominabo, vt antiquorum laus non lateat. Bal. in l. si donatione, num. 2. post med. C. de collat. in l. cum, in fi. de iure delib. quæ dicta sunt à magistris recitabo post terga, quasi spicas colligendo. Idem Bald. in l. precibus, nu. 38. circa fi. de impub. & alijs subst. quia sparsa generant difficultatem. Abb. in c. fin. num. 13. circa med. de præsumpt. c. fin. post nu. 8. ne cler. vel monac. Auctoritatem quoque veterum quæremus, vt quemadmodum vsi sunt verbis, nos quoque loquemur. D. Aug. 5. de Musica. col. 7. nam loqui eo mo
13 do quo loquitur lex, propriè, siue impropriè, est permissum, nec redargui potest. Bal. in l. 1. C. de bon. possess. vnde lib. nec sapiens falsum dicit, quando dicit quod lex dicit. Bal. in l. humanitatis, nu. 20. in fi. d. tit. de im pub. & alijs subst. ita & loquitur verbis con suetudini aptioribus, sicut etiam & diuina scriptura. D. Aug. 1. retract. c. 11. quia debẽt esse appropriata menti significatiuè, & generali vsui. Bal. in rub. circa prin. si cer. pet. & bonũ est vti bonis vocabulis, & proprijs. Abb. in c. quia post princ. de procurat. alias reprehenditur. idem Abb. in c. nuper, nu. 8.
14 de donat. inter vir. & vxor. nam omnis scientia habet quædam propria loquutionis genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda. Spec. in tit. de exor. & arrẽghis aduocat. cap. 6. post nu. 22. ita & de linguis. D. Aug. in lib. de vera relig. col. 49. circa fin. qui in vsum alterius linguæ per interpretationem transire non possunt. D. Aug. præd. 2. de doctr. Christ. col. 8. post med. vnde proprium legis est sermonibus vti quibus sit plena veritas. Bald. in l. vni. in princ. nu. 2. in fi. de lati. liber. toll. & secundum communem vsum loquẽdi debemus interpretare sermones in vulgari prolatos, & prolatos in litterali sermone, secundum artem litteralem, Bal. in l. lege duodecim tabularũ, post nu. 3. C. de leg. hæred. Igitur pro intelligentia vocabulorum dicam aliqua ne prorsus termini ignorentur. Abb. in c. quod sedes. nu. 5. de
15 offic. ord. nam nominis explicatio principium, & fons est nostræ cognitionis. Alfa. in tract. de pacto, & contractu, nu. 65. & omnis scientia incipit à cognitione vocabulorum, vnde oportet scire quid significant. Bal. in l. liberti, libertæq;, nu. 5. post med. C. de oper. liber. licet sæpè ignorantur vocabula. Abb. in c. 3. post nu. 1. de immun. eccl. & recipiunt intellectum improprium, propter qualitatẽ personarum, Bald. in l. stipulatio ista habere licere, §. hi qui, de verb. oblig. testatores plerunque abusiuè loquuntur, nec proprijs nominibus, & vocabulis semper vtuntur. l. non aliter, in fi. de leg. 3. adeo, quod non semper iudicatur secundum proprietatem verborũ. c. præterea. vbi Abb. de verb. sign. & disputatio vocabulorum sit pertinacibus relinquẽda. idem Abb. in c. tertio loco, in fi. nu. 10. de probat. nec de nominibus laborandum, cum res aperta sit, & curam semper rerum magis quàm verborũ quis habere debeat. D. Aug. in lib. de quanti. animæ. col. 8. circa princ. vltra quod Legistæ nõ debent curare nisi de effectu verbi. Bal. in l. 1. nu. 2. in fi. C. de testi. verba enim deseruiunt naturæ contractus, & non natura contractus verbis. Bal. in l. 2. nu. 2. in fi. C. commo. in l. 1. nu. 13. in fi. C. de furtis. din namque torquet verbi controuersia. D. Aug. 1. contra Crescentium. col. 11. post princ. & 9. de ciuit. Dei, c. 5. nam nihil est contentiosius, quàm vbi de re constat, disputare de nomine. Idem Aug. in epist. 173. col. 2. in fi. quidquid sit pertractabo verbis congruis, non obscuris, nec superfluis. Bald. in auth. ex causa, post prin. de lib. præte. quia
16 nihil magis placet legi, vel iudici, quàm

claritas. Spec.in tit.de libell.concept.§.14.
post nu.5.& difficile genus loquendi nō pla-
cet vulgaribus. Bal.in l.1.nu.19. comm.de-
lega. vltra quod Iurista expositionem voca-
bulorum semper debet ponderare. Bal.in l.
sicut proponis,in fi.de execu.rei iud.propte-
rea procedam per viam terminorum, rerū,
vel temporum distinctionem. Bal.in 1.cōst.
ff.§.ne autem.in add.circa med.Cum in in-
17 terpretatione cuiuscunque scripturæ atten-
denda sint tria, persona loquentis,is cui lo-
quitur, & vis loquutionis. Abb.in c.solitæ,
nu.1.circa fin.de maior.& obed. nec aliter
quam decet interpretabor, ut quidam mo-
liuntur. c.olim,de uerb.sign. sed ad sensum,
& litteram, cū multiplex sit interpretatio.
Bal.in l.3.C.de lib.præte.dimittere sensum,
& quærere rationes, est infirmitas intelle-
ctus,secundum Arist. Bal.in l.actor.nu.3.in
princ. C.de prob. sed dicam prout spiritus
gratia ministrabit, iuris experientia præ-
buit, ac lectio decuit diuturna. Speculat.in
procem.nu.18.circa fin.sicut enim uerba so-
nant,& natura debet sermonibus correspō-
dere.Bal.in l.petens.nu.22.circa med. C.de
pactis. Mei propositi est materias copiosè
ab alijs traditas nō refricare,nam hoc esset
aquam mari superaddere. Spec.in procem.
post nu.29.nec repetere,quia non est nisi sæ-
pius loqui. l.Meuius, §.eum qui.de legat.2.
Nec intendo esse transcriptor,sed inuentor,
aut declarator.Bald.in l.1.2.rep.in fi.de sa-
crosanct.eccl. Repetam solum quæstiones,
propter interpretationem quam faciam.
Bald.in l.cætera.§.1.1.de lega.1. addita,uel
aliter dicta perstringere. Spec.in proœ.post
nu.29.& ne captiuem intellectū proprium,
simpliciter referēdo,aliorum ingenia subij-
ciam in effectu, quod mihi uidetur. Abb.in
c.ueniens ad nos. nu.9.in princ.de testib. &
quæ prima fronte uidentur cōtraria,per di-
stinctionem reducantur ad concordiam.Idē
Abb.in c.ex ore, nu.3.in fi.de priuileg. cum
ad amicitiam non pertineat concordia in
opinionibus, quia dissentire in aliquibus
paruis,quasi nō uidetur esse dissensus.D.Th.
2.2.q.29.art.3.distinctio enim rationem ha
bet,l.si domus,de usu,& hab.Ponam insuper
18 quæstiones per quas termini declarentur.
Bal.in l.petens, num.2.in fi. C.de pact. nam
declaratione ueritas melius habetur. Idem
Bal.in l.si tibi.2.rep.circa fin. C.locati. non
transferendo uerbum ex uerbo, sed sensum
ex sensu.c.propterea,de uerb.sign.ut una le-
ctura declaret alteram. Abb.in cap.omnis
utriusque, post nu.17.de pœnit.& remis.sic
fiet interdum digressus ad aliam materiam,
propter quandā connexitatem. Bal.in l.iam
dubitari,circa med.de hæred.instit.& mate-
ria præstabit interpretandi materiam.Bald.
in l.omnes populi, in fi.de iust.& iure. nam
19 uirtus legum est in adaptationem ipsarum
de similibus ad similia. Bald.in l.non solum,
§.qui primipilum,de excus.tut.in d.l.petēs,
nu.37. stat in effectu. Idem Bal.in l.1.col.7.
in princ.de his, qui accus.non poss. & in ea-
rum inductione.add.ad Bald.in l.maximum
uitium, ibi l.non solum,de lib.præte.uerum
nemo potest conuenienter alteri applicare
aliquid,nisi cognoscat id quod est applican-
dum,& cui applicādum est. D.Th.2.2.q.47.
art.3.& ne contra formam iuris respondeā.
l.si testamento. §.fin. de fideiuss. ubi est tex.
expressus simpliciter allegabo, uel in argu-
mentum adducam.Abb.in c.causam quæ,in
fi. de offic. deleg. cum argumentum dicatur
arguere inuentum.idē Abb.in c.1.post nu.3.
de pact.c.secundo requiris,nu.4. circa med.
de appell.c.forus, 3.not. de uerb. sign.& in-
20 terpretatio fit quadruplex, Principis, con-
suetudinis, Iudicis,& Doctoris, huic ultimæ
eatenus statur, quatenus lege, seu ratione
probatur. Abb.in c.1.ante, & post nu.19.de
postul.prǣl.in c.uestra,1.not.in fi. de cohab.
cler.& mul. uel est probabilis. idem Abb.in
c.quærēti.nu.1.in fi.de off.deleg.facit §.pen.
in proœm.ff.ultra quod interpretatio nō est
nisi quædam adaptatio. Bal.in l.uni.§.ne au
tem,in fi.de cadu.tollen. & omnes olim ante
Augustū nulla licentia à Principe impetrata
de iure respondebant, deinde Augustus id
temperauit,& sancit,ut nemo de iure respon
deret nisi à Principe obtinuisset,& sic de iure
respondendi licentiam consequebatur, non
iuris constituendi potestatem. Alfa. in l.1.
nu.115. ff.si cert.pet. in summa non ubique
omnia dicēda sunt. D.Aug.in lib.de natura,
& gratia,col.34.circa fin.sed præstringendo,
glo.1.in l.in summā, de cond.indeb.glo.pen.
in l.fin.de exercito. Cōstitutiones de quibus
tractamus,ponūt pauca, propterea oportet
eas dotare quæstionibus,quæ materiæ conue
niant. Abb.in c.quæsitum,nu.9.in fi. de rer.
permut.si plus reperitur,minus supplebitur.
Bal.in l.si quis à me. de act. empt. supplebi-
tur aliquādo ne quid ineptè dicatur, gl.pen.
in l.quidam testamento, de uulga. & pupill.
apparebit enim multa deesse in littera, & ex
suppletione indigere,l.cum quis, §.de pecu-
lio,in uer.repetitionē,de solut. uerbum per-
ficiet orationē, & quæ sunt in usu quotidia-
no, censentur expressa. Bal.in l.errore,nu.1.
C.de testa.exponam c.nouimus,de uerb.sig.
non perimam. Bald.in l.de ætate,§.nihil, de
interrog.act.quod obscurè dixerunt.gl.pen.
in l.fin.iud.solui.ad claritatē ducendo.Abb.
in fin.in c.2.nu.4.circa med.de decimis.uiç
dilucidæ tradendo. l.1.de ueter.iure enuclea.
& mi-

& miror à nemine animaduerſum,l.quod ſi.
de in.di.adiectio.ſed nihil nocet narrandi di-
uerſitas,ubi eadem dicuntur, c.nihil obeſt,
de uerb.ſign. cum non ſit mirum, ſi diuerſis
21 temporibus per imbecillitatem memoriæ,
uel mutationem opinionum fiunt diuerſa,
glo.& Bal.in l.Labeo,de ſeruit.ruſt.præd.gl.
fin.in l.Proculus,ff.de iure dot. Et uno quo-
dam tenore ſermonis omnia inter ſe conne-
ctam.D.Aug.in epiſt.120.in prin. Vnum di-
cendo,multa quodammodo dicam. D.Tho.
quolib.7.art.16.diſputatiue aliqua nõ ueræ.
Bal.in l.Neſennius, circa med.de excuſ.tut.
ut ſic ueritas diſputatione quæratur. D.Au-
guſt. 1.quæſt. ſuper Gen.col.1. circa mediũ.
22 nam nulla eſt ſalſa doctrina, quæ aliqua ue-
ra non intermiſceat. D.Aug.2.quæſt.Euan-
geliorum,col.27.in fine. ſic aures uarietate
mulciuntur. Idem Aug.2.de muſica,col.13.
circa princ. itaque in iſtis totus iuris tra-
ctatus inſpici poterit, l.naturalis, in princ.
ff.de præſcript.uerb. Nec eſt culpandus ma-
giſter ſi ad utilitatem multa loquitur. Ant.
de But.in c.uni.num.1.in fi. de ſacra unctio.
23 debet tamen qui alium inſtruit in aliqua
ſcientia, habere principia illius ſcientiæ, &
rectè ſe habere circa principalis concluſio-
nis illius, & quod abundet exemplis. D.Th.
1.2.q.111.art.4.ut demõſtrationibus,& ſyl-
logiſmis faciet alios ſcire. idẽ 1.par.q.117.
art.1.incipiendo ex notioribus. idẽ qui ſup.
1.2.q.99.art.6.ſic pronunciando,ut de facili
intelligi poſſit. D.Thom.prædictus ead.par.
q.101.art.2. debet ſe conformare capacita-
ti audientium. D.Tho.3.par.de Saluatore,
q.42.art.3.ibi examen.nã quod uni eſt mul-
tum, alteri eſt parum. idem D.Th.2.2.q.58.
art.10. quædam ſufficiunt ad flumina, quæ
non ad maria. Io.And.ad Spec.in rub.circa
med. de iurepatr. cum unus ſit alio doctior,
& alius alio melior. D.Aug.5.de Baptiſmo,
contra Donatiſt. col.12. circa med. & unus
alium ſcientia præcedat. D.Aug. prædictus
1.de muſica,col.8.in princ.debet itaque ha-
bere ea per quæ ſua doctrina manifeſtetur.
D.Th.3.par.de Saluatore,q.7.art.7. & uita-
re omnia, quæ non docent, & ſi pro eis, alia
quæ intelliguntur poteſt dicere,id magis eli-
gat,ſi non poteſt,quia non ſunt,uel quia non
occurrunt, utetur uerbis etiam minus inte-
gris,ut res ipſa doceatur.D.Aug.4.de doctr.
Chriſt.col.13.& ſeq.nam aliud eſt ſcire pro-
pter ſe aliud,ut alios doceat. D.Tho. 1.2.d.
q.111.art.4. in fine, & 2.2.q.2.art.6. quo ad
alios utilius eſt pauca idoneè effundere,quã
multis inutilibus pergrauare, l.2.§. ſimiliq;
modo, de uete.iure enucl. breuitas enim lo-
quutionis gratiã parit, moleſtias, ſiniſtrãq;
ſuſpicionem fugat, Spec.in tit.de exord. &
arrengh.aduoc.§.6.nu.8.circa med.& in di-
ſciplinis plura delectãt, pauca iuuant, Spec.
qui ſup. in fiue ſui operis, circa medium.
Doctor igitur, quod in ſumma capit multi-
pliciter diſtinguat, ꝓuidens capacitati alio-
rum.D.Tho.1.par.q.106.art.1.debet à faci-
lioribus inchoare.Caiet.tomo 3.tractatu 7.
de ente,& eſſentia,q.3.col.6.in fi.conſiderãs
utilitatem ſcholarium, qui, ut plurimum ſi-
cut mulieres laborant contra propria com-
moda, Bal.ad Spec.in tit.de magiſtris. ſunt
delicati,& nolunt laborare, ſine quo nõ poſ-
ſunt fructus percipere,Bal.in l.properandũ,
§.& ſi quidem,in fi.de iud. ſed ſciant,ꝙ mul-
ta proueniant à Deo ad populum mediante
doctrina ſapientum, D.Th.1.2.q.100.art.3.
Doctores uerò ut ſciant aliorum ignoran-
tiam non optent, uel ut Doctores habeãtur,
ſuperiorem locum quem obtinere laborio-
ſum eſt, ſurrepãt: D.Aug.in epiſt.132.col.2.
24 poſt princ.Scholaris econtra oportet ſcien-
tiam ab eo diſcere, qui eam à maioribus ſe-
cundum ueritatem ei traditam ſeruat, ut &
ipſe poſſit eam quam rectè ſuſcepit compe-
tenter aſſerere alijs: D.Th.1.par.q.93.ar.4.
ibi, primum ex Apoſtolo. & debent ſtudere;
Prouerb.27.Stude ſapiẽtiæ fili mi.& ſemper,
quia qui parũ ſtudet,parum ſcit, gl.in l.uni-
cuique, de prox.ſacro.ſcrin. nec ſtudium di-
lationem patitur, Bald.in l.uni.num.6.in fi.
ſi de momen.poſſ.fuerit appellatum:ſed me-
morando unum poſt aliud operatur conſue-
tudo, quæ eſt quaſi quædam natura. D.Tho.
1.2.q.56.art.5. intellectus ingenioſus perfi-
citur: Caie.ad D.Th.1.par.q.63.ar.6.col.3.
poſt princ.actio continuata auget effectum:
D.Tho.ubi ſupra 1.2.q.32.art.2. & maximè
delectatur homo in ijs,quæ de nouo inuenit,
aut addiſcit,ead.q.art.8.ultra quod conſue-
tudo multum operatur ad bene memoran-
dum,meditatio confirmat memoriã: & ipſa
ſcientiarum, meditatio generat ſcientiam,
inquãtum ſemper aliquid de nouo circa res
ſcitas addiſcitur. D.Th.præd.ead.par. q.50.
art.3. & q.53.art.1. & ille melius docet,qui
quotidie creſcit,& proficit diſcendo melio-
ra. D.Aug. 5.contra Donatiſtas, de Baptiſ-
mo,col.23.circa prin.nec pudeat addiſcere,
cum poſſit quis quandiu uiuit, Bald. in l. 2.
nu.6.circa med. quando prouo.nõ eſt neceſ.
Tene memoriæ quod legis: idẽ Bal.in l.ma-
gnam,nu.2.C.de contra.& com.ſtipul. nam
nemo poteſt addiſcere ſine doctrina alte-
rius, Bald.qui ſupra in l.uni.in fi.C.de alim.
pupillo præſtan. & dum legis tene memoriæ
quod legis: idẽ Bal.in l.magnam,nu.2.C.de
contra.& commi.ſtipula. Litteram ſemper
congrue puncta, & finem fac orationis ubi
debes, & uirgula ſecundũ iuris noſtri ratio-
nem:

nem: Bal.præd.in l.1.poſt nu.4.de lib.præte.
nam uerba non debent lacerari : Bal. in l.2.
nu.7. in fi.comm. deleg. quia etſi uelle ſuum
cuique ſit,non uoto uiuitur uno.Bald.in l.1.
C.ad Tertull. ſed qui docti ſunt, fulgebunt
quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiã
erudiunt multos, quaſi ſtellas in perpetuas
æternitates,Daniel 12. ultra quod de ratio-
ne boni eſt,quod ſe alijs communicet:D.Th.
25 1.par.q.106.art.4.docere eſt actus ſapiẽtię:
idem D.Th. 3.par.de Saluatore, q.27.art.5.
& docẽdi modus eſt uerbo,& ſcriptis:Caiet.
ad eundem D.Th.ea.par.de Saluatore,q.42.
26 art.4.circa princ. & ſcripta componere eſt
quædam docẽdi modus, add.ad D.Th.præd.
3.par.q.127.alias 96.art.7.ibi corrola.lo 2.
& art.11.in fi. ideo ne mox natus ſine nomi-
ne è uita decedam, c.3.de uerb.ſign. eodem
momento principiam,& deſinam, Bal.in l.ſi
Stichum, §.ſi quis, ff.de nouat. more ſolito
ad immortalitatis præſidium reſpirãdo, l.1.
de uet. iure enucl. ſicut præclarum eſt uolu-
mina temporũ nominis dignitate ſignando:
D.Aug.in epiſt.178. col.1. circa med. ut cũ
ſcriptura inter manus hominum uerſatur,
mei quoque memoria habeatur, l.2. §.om-
nes enim,de orig.iuris,cõſcribitur enim ali-
quid ad ſuccurrendum memoriæ: D.Thom.
1.par.q.24.art.1. & per ſcripturam memo-
ria perpetuatur : Bald.in l.iubemus,nu.7.in
fi. C.de teſtam.tũc extat hominis memoria,
non homo : Bal.in l.2.C.de teſtam.manu. &
teſtimonio bonorum,ac ſapientum delecta-
tur. D.Th.1.2.q.32.art.5.& 3.par.de Salua-
tore,q.42.art.4.& monumentorum aliquid,
quod ad litteras attinet, poſteris relinqui-
tur : D.Aug. 18.de ciuit.Dei, c.25. ſed non
leues res quæritur, & faciles. D.Aug.in lib.
de quant.animæ, col.8. poſt med. magnum
opus,& arduũ: D.Aug.præd.in lib.de doctr.
Chriſt.in princ. tamen difficilia aggredi nõ
27 parum reputatur, in difficilibus ſuccumbe-
re, uel ea fugere, non multum uituperatur :
Caiet.ad D.Th.1.2.q.23.art.1.quidquid ſit,
Deus adiutor noſter eſt : D.Aug.1.de ciuit.
Dei, c.1. circa princ.l.1.poſt prin.de uet.iu-
re enucl. cum in quolibet operãte operetur,
& eſt finis omnium actionum:D.Tho.1.par.
q.105.ar.5. nobis ardua,apud Deum omnia
poſſibilia : D.Aug.in epiſt.36.col.1.circa fi.
& 121.col.1.in fi.nec aliquid eſt tam arduũ,
atque difficile, quod Deo adiuuante non fiat
planiſſimum, atque expeditiſſimum : idem
Aug.1.de lib.arb.col.8.circa fi. alias operis
magnitudine, ac labore deterritus, ad faci-
liora diuertiſſem: D.Aug.prædict.1.retract.
c.pen.circa fin.& ab appetitu tam arduo re-
primerer: tamen dum omnipotẽtiam illius,
qui per os aſinę irrationalis,rationali ſeſſori
uerba uoluntatis ſuæ monſtrauit, mentem
reduxi ſub ſpe superni adiutoris, & ad tra-
ctandum uires accepi: D.Aug.in lib.de præ-
deſt.Dei,in princ. omnia bona ad auctorem
ſuum referendo unde naſcuntur : D.Aug.de
eccleſ.dogma.c.26. nec mea ſunt, qui nihil
ſum: D.Aug.in epiſt.169.in fi.ſed eius dono
ſum,ſi quid laudabiliter ſum,in epiſt.52.col.
3. in fi. referendo omnia bona ad auctorem
ſuum unde naſcuntur, uel ſi quid laudabile
aduertitur, exigua, ſiue ampla laude dignũ,
ad excellentiſſimam, & ineffabilem laudem
conditoris referendum eſt: idem D.Auguſt.
2.de lib.arb.col.31.circa med. ipſe enim eſt
finis,cui referuntur ea quæ facimus,propter
quem facimus quidquid facimus : D. Aug.
præd.in lib.de mori.Manichæo. col.14.in fi.
& 15.nolens poſt mortem uiuere in ore lau-
dãtium, nec gloriam ad inuicem expectare,
ſed quæ à ſolo Deo eſt : D.Aug.qui ſup. 5.de
ciuit.Dei, c.14. etiam quia qui multum la-
borat in hac ſcientia, renũciat uitæ,& pro-
priè ſaluti : Bal.in auth.habita, poſt nu.15.
ne filius pro patre,quia ad eam non naſcen-
dũ,ſed ſtudẽdo peruenitur : D.Aug.3.de lib.
28 arb.col.33.in fi.ſcientia,& ſublimia nonniſi
cum magno labore quæruntur: Abb.in c.ex-
tirpandæ, §.qui uero, 2.rep. poſt num.45.de
præb. animus tamen inde paſcitur unde læ-
tatur: D.Aug.13.confeſs.c.27.& delectatio,
ſecundum Ariſt.perficit actum : Bal.in l.in-
ter artifices, de ſolut. ea enim quæ delecta-
biliter facimus,attentius,& perſeuerantius
operamur: D.Th.1.2.q.4.art.1.& 2.delecta-
tio conſequitur operationem, & perficit eã:
D.Th.ea.par.q.15.art.4. & omne quod non
offendit,delectat : D.Aug.2.de Muſica, col.
16. in fi. & quod eſt conſuetum,efficitur de-
lectabile : D.Th.1.2.q.32.art.2. & pronitas
ad aliquid,tollit eius arduitatem: idẽ D.Th.
29 ea.par.q.42.art.3.in appendice tamen,quia
qui ſcribit,multos aſſumit iudices: Hieron.
in epiſt.ad præſidium,& in alia cõtra Vigil.
in expoſitione ſymboli, tales meorum eſſe
deſidero iudices, qui reſponſionem ſemper
deſiderent: D.Aug.2.de ciuit.Dei,c.1.circa
fi. quia talis ſum in ſcriptis aliorum, quales
eſſe uolo intellectores meorum : D. Aug. in
epiſt.111.col.8. in fi. & non ut quidam, qui
ſibi docti non uidentur,niſi aliorum labores
non iudicando conentur diſcutere,ſed lace-
rando conſcindere : D.Aug. in lib.de bono
uiduitatis,col.12.in fi.& dum tacere erube-
ſcunt,inania loqui non erubeſcunt: D.Aug.
prædict.in lib.de unitate Eccleſ.col.45.poſt
30 med.ſed quid loquacius uanitate,quæ ſi no-
luit tacere,plus poteſt clamare,quã ueritas:
idem Aug.5.de ciuit.Dei,c.fin. quare igitur
non dicis,ſi habes quod dicis? Aug.prædict.
in

in lib. annotationum in Iob col. 58. circa
princ.& noli. dicebat August. nimis ex au-
ctoritate pandere, præsertim mea, qui nulla
est, nam melius quis ratione, quam testimo-
nijs edocetur, in lib. contra Felicia. col. 2.
circa finem, nam rationis auctoritas omni
31 homine melior est, & ea nihil debet esse præ
stantius. D. Aug. 5. de Musica col. 7. in prin.
tunc non est spectanda auctoritas, cum ra-
tione uincatur, August. præd. in principijs
Rectoricæ, col. pen. circa princ. licet dimit-
tere sensum, & quærere rationes sit infirmi-
tas intellectus, secundū Arist. Bal. in l. actor,
num. 3. in princ. C. de proba. Igitur quod di-
citur attende, nō à quo dicatur, nec causam
dimittas, ut eas ad hominem, D. August. in
Psal. 36. collat. 3. col. 13. in fi. & 19. in princ.
personam noli attendere; sed ueritatem in
omnibus quære, D. August. præd. in lib. con-
32 tra Fulg. in princ. à quocunque uerum dici-
tur, illo donāte dicitur, qui est ipsa ueritas,
D. August. in epist. 28. colum. 6. post prin. eo
magis, quia quod minus habet peritia, sup-
plet diligentia, & quod eruditas loquacita-
tis eructat, ætatis maturitas decoquet. D.
August. 1. de anima & eius origine, c. 3. in fi.
ego uerbis Doctorum alloquor: quæ certe,
qualiscunque ipse sum, uera sunt, D. Aug.
3. contra litteras Pitiliani col. 2. post med.
& ne intelligendo mentem laborent intel-
lectum, claris uerbis loquor, in simi. Bal. in
auth. hoc inter in princ. de testam. hæc appe
tunt omnes, quia maiorum auctoritate fir-
mata sunt, D. August. in lib. de utilita. cre-
de. ad honora. col. 13. in fi. nec uolo auctori-
tatem meam sequaris, ut ideo putes tibi ali
quid necesse esse credere, quoniā à me dici-
tur, sed ut scripturis allegatis credas, D. Au
gust. qui supra in epist. 112. col. 2. post me-
dium: tu uerò noli esse superbus, nam ci-
to cadis, quia superbia inflat, Bal. in l. licet,
1. rep. in fi. C. de acquir. possess. etiam quia
multi superbiunt de uirtute, D. Thom. 1. 2.
quæst. 55. art. 4. & 3. par. quæst. 127. alias 96.
33 art. 7. Volui igitur procemio hoc fine præ-
ambulo, Bald. in l. 1. num. 9. C. de falsa causa
adie. uti tanquam causa finali. idem Bal. in
l. ut liberis in princ. C. de collatio. animum
præparare lectoris, D. August. 3. contra lit-
teras Pitiliani, col. 14. in princ. & inuocato
sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ semper
Virginis Mariæ meæ protectricis auxilio
opus aggredior, & una mecū dicta, & dicen-
da correctioni sacrosanctæ Romanæ Eccle-
siæ Catholicæ subijcio; à qua recedere non
intendo, sed per eam in Deum spem habeo,
Bal. in quæst. de schismat. par. 2. nu. 20. in fi.
fine cuius gratia uerum sciri non potest;
D. Th. 1. 2. quæst. 109. art. 1 [illegible]

SVMMARIVM.

1 *Principia scire oportet, & eorum error nocet in multis.*
2 *Primum in unaquaque re debet esse sine errore.*
3 *Chronicis statur.*
4 *Reges XXII. fuerunt in Regno ab anno 1125. usque ad annū 1517.*
5 *Sicilia mater tyrannorum diligit noua, & nouitates amplectitur.*
6 *Longobardi longo tempore regnauerunt in Italia.*
7 *Papa dispensat ex causa in uoto continentiæ.*
8 *Fredericus magna prudentia, sed cum Ecclesia malus.*
9 *Petrus de Vinea subtilis Doctor, & multa passus propter Federicum.*
10 *Siciliæ regnum tempore Federici erat redactum in seruitutem.*
11 *Carolus I. habuit Regnum à Clemente, & Carolo II. successore.*
12 *Carolus II. ex Margarita filia Regis Vngariæ inter alios habuit Robertum.*
13 *Robertus Rex habuit Carolum III. & Ioannam filios.*
14 *Ioanna cum consensu Clementis VI. adoptauit Ludouicum.*
15 *Ladislaus ex descendentibus Caroli I. expulso Ludouico, regnauit.*
16 *Ioanna II. soror Ladislai successit in Regno, & nupsit Comiti Iacobo.*
17 *Alfonsus Aragoneus expulsis Iacobo, & Ioanna, regnauit.*
18 *Reges huius Regni habent facultatem legis condendæ.*
19 *Magistrum, & expositorem quælibet doctrina requirit.*
20 *Numerus ternarius in multis clarescit.*
21 *Homo est subiectum legis, & lex est philosophia moralis.*
22 *Insula Sicilia cuius fuerit, & nūc sit.*
23 *Feudi Regalis natura.*
24 *Regno uacante succedit Papa, cuius factum Rex habet ratum.*
25 *Dominia duo directa quomodo esse possint, num. 26.*

Rex

27 *Rex non potest donare castrum quoad directum dominium, & alia.*
28 *Rex huius Regni, & alij an subsint Imperatori, vel Ecclesiæ.*
29 *Imperator quomodo dicatur Mundi Dominus.*
30 *Constantini donatio, & edicta, quæ fecit in fauorem Ecclesiæ.*
31 *Papa patrimonium, & ius quod in eo habet.*



1 CVIVSQVE artis oportet
scire principia, Bal.in
§.itaque, 1.constit. ff.
principia cognoscuntur
ex terminis, Caiet.
in tract. 1. apologiæ,
c.2.col.1.circa fi.unde
docentem oportet incipere ab eorum declaratione, Bald. in l.1.
si cer.pet. nam secũdum Platonis præcepta,
ex principijs bene discussis, facilior fit aditus
ad reliqua, Caiet.ad D.Tho.1.par.q.27.
art.1.col.4.circa fi. in principijs enim sciẽtiæ
uirtualiter tota scientia cõtinetur, D.Th.
1.2.q.3.art.6.& errans circa principia,tanto
magis errabit circa conclusiones,ea.par.
q.72.art.5.in add.ibi exam.paruus defectus
in principio,postea procedendo multiplicatur:
idem D.Th.ea.par.q.22.art.2.& difficilius
reducitur ad ueritatem, qui errat circa
principiũ in operatiuis, quàm circa finem:
D.Th.præd.ea.par.q.156.art.3. vnde primũ
2 in unaquaque re debet esse sine errore: nam
cum per illud ordinanda sint posteriora,non
possunt rectè ordinari, add.ad D.Tho.præd.
3.parte, q.53.alias 22.art.5. ibi ly non esti,
sic omnis quæstio,ut dilucidari possit,ad ori
ginem reuocari debet, D.Aug.2.q.ex nouo
testa.col.35.circa med. principia enim sunt
tãquam fores,in quibus nemo debet errare,
alias modicus error in principio, maximus
fit.in fine, Bal.in l.1.nu.1.in fi. de inst.& iu.
in l.1.nu.10.in fi.qui admi.Ideo tractaturus
de legislatoribus constitutionibus,& Regno
Siciliæ, quia pars inuestigationis est quid
quæras,nosse,D.Aug.1.q.super Genes.col.1.
etiã quod hic tractatus ad aliud pertineat,
l.inter stipulantem, §.hic, de uerb.obligat.
& harum rerum cognitio non arte,sed histo
ria traditur,& creditur potius,quàm cogno
scatur,D.August.in sum.2.de musica,col.20.
3 circa med.Statur chronicis.Abb.in c.cũ cau
sam,nu.3.post princ.de probat. approbatis,
Bal. in l.uni.de off.quæst. ita Vlpianus citauit
historias, & quando eis credatur, Alex.
in l.1.nu.122.132.& 133.ff.si cert.pet. quia
conclusio, & dispositio capit intellectum ab
his, quæ in exordio, uel præfatione dicũtur,
Abb.in c.ex multa, nu.6.de uoto,& uoti re-
4 dempt.Ideo sciendũ est,quòd ab anno 1125.
usque ad annum 1517. in Regno fuerũt Re-
ges XXII. inter Sueuos, Andagauenses, &
& Aragonenses, cum prius fuerint Norman
di cũ titulo Comitatus, Ducatus, & postea
regalis,late Fre.de antiquo statu reg.nu.24.
5 usque ad 51.inde Orosius dicit, Sicilia ma-
ter tyrannorum diligit noua, & nouitates
amplectitur, ut in ritu R. Cameræ de iur.
lign.fortuna namq; est errãs natura,multas
euoluens mutationes, cuius dux est Deus,
secundum Senecam, Bal.in l.3. circa princ.
comm.deleg.de qua late dixi infra in const.
occupatis nobis ab anno prædicto 1517.
usque modo regnauit,& regnabit in æternũ,
Deo adiuuãte, Serenissima familia Austriæ,
sed exordiendo à conditoribus harum cõst.
6 post Longobardos, qui longo tempore re-
gnauerunt in Italia, Abb.in c. Raynuncius,
nu.21.circa fin.de testa. Successerunt Nor-
mandi, Fre.ubi sup.nu.46. & in ult.constit.
addit.ult. quorum primus fuit Rogerius, ex
quo Gulielmus primus, & Constantia, Gu-
lielmo Rogerius pater adhuc uiuens Regni
diademam imposuit,& in Regni consortem
adsciuit, in anno 1154. per mortem patris
ab Adriano IIII. Summo Pontifice fuit con-
firmatus, & in administrationis eius exor-
dio magni nomen apud Italos est assecutus,
postea luxuriæ ocio, & auaritiæ ignominia,
Mali cognomen promeruit, Folle.in decla-
ratione tit.const.de personis,de Epis.& cle.
Ex Gulielmo prædicto Gulielmus II.cui cũ
decesserit sine filijs,successit Cõstantia ami-
ta, Iser.infra in constit.statuimus, de usura.
puni.Loffr.in c.1.col.25.circa med. Imper.
Lotha. quod Gulielmus fuerit Rex Siciliæ,
Abb.in c.ueritatis, in princ.de iureiur. De
alio eiusdem nominis,qui fuit Dux Aquita-
niæ, & postea monachus, Marcus Marolus
car. 106. Constantia uerò quinquagenaria
sanctimonialis Panormi, ex dispensatione
7 Celestini III.qui pro pace potest dispensare
circa uotum continentiæ, ut de Rege Ara-
gonum, Abb.in c.1.nu.8.de uoto,& uoti re-
dempt.in c.cum ad monasteriũ, post nu.21.
de statu mon. Caiet. ad D.Thom.2.2.q.88.
art.11.col.1.& fin.& intra.de auct.Papæ, &
Concil.1.par.c.28.col.1.circa med.ubi etiã
dicit religiosum professum posse uxorem du
cere pro conuersione magnæ gentis, uel sa-
lute, in tract.27.de dispensat.matr.col.pen.
circa fin.& in specie dispensationẽ Iulij XI.
inter Regem Angliæ,& relictam fratris filiã
Regis Hispaniarum, ponit idem Caie.3.to-
mo, tract.14. nuptui traditur Henrico V.

Affl.

Affl.infra in conftit.ob filiorum culpas,poft
num.10. ex quibus natus fuit Federicus II.
dixi late in rub.de prohib.feu.alie. per Fre.
& ipfe in conft.conftitutionem diuæ memo-
riæ,dicit Rogerium auum fuum,& in conft.
dignum Gulielmum I. & II. prædeceffores
fuos. Ifte Federicus fuit Imperator mirabi-
8 lis prudentiæ, fi bene cum Sancta Romana
Ecclefia fuiffet, Ifer.infra in cõft.magiftros
mechanicarum artium,de fide merca.infti-
tuit generale ftudium omnium fcientiarum
in ciuitate Neapolis,Fre.ubi fupra,poft nu.
28.& in fi.3.libri, in differentijs electorum,
& Baronum,nu.39. mox ingrediens Princi-
patum,l.fed & reprobari.de excuf.tut.anno,
uel biennio poft fuam coronationem: ficut
Iuftinianus in primordio fui Imperij confti-
tutiones colligere propofuit,l.uni.in princ.
de emenda. C. Iuftin. Et fic in anno 1221.
mandauit per Petrum de Vineis Capuanum
9 iftas conft.compilari,ut in fi.earum,qui fuit
fubtilis Doctor, Affl.infra in conft. fi quan-
do,in glo,2. de pœna foriud. Fre.de fubfeu.
lib.1. de offic.Mag.Cancell. poft nu.16. fed
quia aptauit,uel compofuit litteras Federi-
co prædicto contra Summum Pontificem,
Afflict.in conft.cum conceffiones, 6.not. de
priuileg. à curia Capuana reuo.etiam quod
non fuerit auctor in fim. Abb.in cap.nouit.
2.not.de appel.fuit excommunicatus,c.no-
uerit,de fenten.excomm. & multa paffus,de
quibus Dantes, & gl.ad cum in 13.Inferni,
car.2.à ter. quia non debebat parere Impe-
ratori contra Ecclefiam, & iuftitiam, Abb.
in c.3.poft nu.31.de pœnit.& remifs. Fede-
rici uerò prædicti tempore regnum Siciliæ
10 erat quodammodo in feruitute,in c.reg.de-
fiderijs hactenus,ubi Io.Ant.de Nig.& tan-
dem ab Innoc.IIII. fuit depofitus,c.ad Apo
ftolicę,de fent.& re iud.in 6.Io.An.ad Spec.
in tit.de facr.unctio. quia quod poterat po-
pulus, nunc Papa, Bald.in l.non ambigitur,
nu.2.& 3. ff.de leg.& in l.fi.in fi.C.eo.deleg.
& fic finis infpiciendus eft uitæ, non princi-
pium,nec mediũ, Bal.in l.fi mater,in princ.
ne de fta. defun. Habuit Corradum filium,
quem de uenenofa radice colubri tortuofi
quondam Imperatoris iudicio Ecclefiæ re-
probat, dicit Papa in c.fundamẽta,de elect.
in 6. Iftũ Manfredus Tarenti Princeps eius
frater naturalis veneno interemit,& Regnũ
occupauit, Spec.in tit.de accufat. §.2. poft
nu.4. Io.Ant.de Nigris, in prælu.cap. nu.8.
quem poftea Clemens IIII. priuauit, & Re-
gnum conceffit Carolo I. Duci de Angiò;
11 Caroli Regis Francorum fratri, quam con-
ceffionem executus fuit Vrbanus IIII. anno
primo fui Pontificatus 1265. vt per Fre. ubi
fupra, de antiquo ftatu reg. nu.29.30. & 31.

conditione tamen adiecta,quòd fuis expen-
fis Regnum recuperaret, Foll.in 1.cap. Ca-
roli I. licet aliter Bal.in l.cum in antiquio-
ribus, nu.11. C.de iure delib. ubi dicit Cle-
mentẽ IIII.in anno 1365.anno primo fui Põ
tificatus conceffiffe Regnum Siciliæ Carolo
Andagauenfi filio Ludouici VIII. fratris
S. Ludouici IX. Regis Francorum, & ponit
verba inueftituræ. Ifte fuperauit Manfredũ,
& poftea Corradinum nepotem Federici,in-
uaforem Regni morte cõdemnauit, Io.Ant.
præd.ubi fupra in prælud.nu.12.& 14. Huic
fucceffit Carolus II. Caroli I. filius, Salerni
Princeps, quę Nicolaus IIII. in anno 1289.
in Regem Siciliæ coronauit, Foll.prædict.in
princ.cap.reg.eiufdem Caroli II. & Fre.ubi
fupra,nu.32.prædicti Caroli I. & II. dilexe-
runt Regnũ,& eis multa ardua fuccefferunt,
ut in c.reg.defiderijs hactenus, primus pro-
ficifcens Burdegalias commifit Regnum fe-
cundo, in c.reg.ad perpetuam rei memoriã,
qui fuit magis liberalis, quàm Gulielmus:
fed Siculi inierunt factionem contra eum,
& captus pugna nauali, ductus fuit in Sici-
liam, Io.Ant.de Nigris in d.c.defiderijs ha-
ctenus,nu.7.c.quia nõ decet,nu.11.in prçlu.
nu.18. & d.c.ad perpetuam rei memoriam,
12 nu.8. Ifte fecundus habuit uxorem Marga-
ritam filiam Regis Vngariæ, ex qua nouem
habuit filios, & quinque fœminas. Carolus
Martellus fuit Rex Vngariæ ex fucceffione
matris fecundogenitus, Epifcopus Tolofa-
nus canonizatus uti Beatus. Robertus ter-
tiogenitus Rex huius Regni.Io.Ant.de Nig.
in prælud. cap. nu.19. Ifte cum nepote filio
primogeniti, cum de Regno cõtenderet fub
Bonifacio VIII. fententiã pro fe reportauit,
Fre.ubi fupra, nu.33. Et in anno 1309. fub
13 Clemente V. fuit Auignoni coronatus: fuit
fapientiffimus Rex, curiofus iuftitia præuia
in iuribus fuis exigendis,Lucas in l.uni.cir-
ca fi. ut nullus ex vicaneis in donando adeo
moderatus, & grauis,quod nunquam dona-
tum reuocauit,quamuis ferè innumerabilia
donaffet, idem Lucas in l.prædia, col.18. in
princ. de loca.præd.ciui. Studium Neapoli
reformauit,vt in c.regn. Iuftitiarijs, & offi-
cialibus,& in c.inter uirtutũ,& feq. Habuit
Reginam Sanciam vxorem: Io.Ant.de Nig.
in c.reg.ut exercitium:& Carolum III. pri-
mogenitũ,Ducem Calabrię,iuftum,& terri-
bilem Magiftratibus: idem de Nig.in c.reg.
importuna, nu.12. & nepotem Caroli II. in
c.ex præfumptuofę, in princ. & in c. nouas
formas. Robertus tamen prædictus fuit cõ-
demnatus ab Henrico Imperatore,quem li-
cet abfentem,de plenitudine poteftatis con-
demnauit, Bal.in l.ea quidem,poft nu.43.de
accuf. Adeo quod fuit dubitatum fi feuda,
qua

quæ ab Imperatore tenebat, amiserit, & si Rex Romanorum successor Imperatoris potuerit ea alteri conferre, idem Bal.in l.executorem, nu.33.circa fin. usque ad 35. C.de sent.& re iud.sententia tamen cum reuocatione ponitur, in clem.pastoralis,de sent.& re iud.& circa sententiam,quam contra nepotem reportauit, conscientia ductus,mortuo filio, ut Regnum Siciliæ transferret in Regem Vngariæ,dedit Ioannam I. eius filiā Andreæ illius filio, Bal.in l.3.post num.3.de bonis mat. quæ Ioanna fuit Neapoli coronata in anno 1344. Fre.ubi sup. de antiquo

14 statu reg.nu.34. Ista cum consensu Clementis VI. Antipapæ adoptauit in filium Ludouicum, Andagauiæ Ducem, & nihilominus Carolus III. ex descendentibus Caroli I. ab Vrbano VI. in anno 1380.coronatur, cuius

15 filius Ladislaus cum exercitu potentissimo in anno 1390.coronatur,& expulso Ludouico prædicto,in pace regnauit,& obijt in anno 1419.Fre.præd.ubi sup.nu.34.usq; ad 37.

16 Huic successit Ioanna II.soror,filia similiter Caroli III. qui à Martino V. fuit inuestita in anno 1414. alij 1417. nupsit Comiti Iacobo de Narbona Regiæ stirpis, & in anno sexto sui Regni compilauit ritus Magnę Curiæ,Foll.in princ.rituum eiusdem Mag.Cur. Cumq; Ludouicus Audegauię Dux,Ludouici I. nepos ex adoptione aui,contra Ioannā Regnum prætenderet,coacto bello,Consentiæ interijt, Renato fratre superstite, qui à Regina in successione Regni subrogatur, cū prius Alfonsum Aragoneum Siciliæ Regem in Regni successorem, & filium præelegisset,

17 Alfonsus prædictus, Renato, & Ioanna de Regno reiectis, regnauit, & postea decessit in anno 1458. instituto hærede Ferdinando, & successore in Regno,Fre.ubi supra,nu.38. qui cum dispensatione Eugenij IIII. & confirmatione Nicolai V. cœpit Regni administrationem,Foll.in exordio prag.in princ. de Rege Aragoniæ prædicto dicit Bal. quòd viuebat quasi ad litteram secundum ius cōmune in l.vni.in fi.C.de monopolijs. Ferdinandi verò prædicti,& aliorum trium,videlicet Alfonsi II. Ferdinandi II. Federici, & Catholici Regis fit mentio per Fre.præd. in supra citato loco,qui etiam dicit,quòd Rex Catholicus successit Regno ex persona Alfonsi I. & non aliorum, vnde quod non est gestum ab alijs ex natura officij non tenetur habere ratum, ibi vigesimoseptimo quæro, nu.5.ita & Reges nostri ex Serenissima Austriæ familia descendentes à Ioanna III.filia prædicti Regis Catholici, Fre. vbi supra, de antiquo statu Regni,nu.44.& 45.

18 Nunc operæpretium est uidere si prædicti Reges habuerunt facultatē leges condendę,

tangit Gra.in 1.const. post mundi machinā, nu.14.in fi.Isern.hic 2.quæst.col.2.in fi.& in c.1. in ver.Reges, circa fin. ubi late dixi de his, qui feu.dare poss. quia quilibet Rex est Monarcha in Regno suo,in tēporalibus non recognoscit superiorem,c.per venerabilem, qui filij sint legit. & hodie de facto quilibet in Regno suo vicem Imperatoris obtinet, addit.ult.ad Spec.in tit.de instru.edic.§.14. prout leges dictorum Rogerij, Gulielmi I. & II.ac Federici in tres libros diuisas uidimus,quas Matthæus de Affl.glosemate illustrauit, quia legibus humano concilio promulgatis, D.Aug.2.de ciuit.Dei,c.8. naturaliter vt euenire solet,prudentum interpretatio desideratur, l.2.post princ.ubi Bald.in uer.his legibus,de orig.iur.nam unaquæque

19 doctrina, quamquam uilis,& facilis,ut percipi possit, doctorem requirit, & magistrū, D.Aug.in lib.de utilitate cred.col.peu. sæpè enim multa indoctis uidentur absurda, quæ cum à doctioribus exponuntur, eo uidentur clarius laudanda, quo abiectius uidebantur aspernenda: idem August.in lib.de moribus Catholicæ Eccl.in princ. etiam quia nullus hominum ita loquutus est,ut in omnibus ab omnibus intelligatur, D.August.præd. 1.de Trin.col.4.in fi.& legentibus euenit ut mihi sæpissimè, ut lecta pagina, nesciam quid legerim, & repeto, quia non sic est adhibita memoria sensui corporis, quomodo ipse sensus adhibitus est litteris,D.Aug.11.de Trin. col.16. in princ. vnde plerunque à sensu auctoris aberrat interpres, si non est doctissimus, D.August.qui supra,2.de doctr.Christ. col.10. post princ. vereor ne res manifesta obscuretur potius eam exponendo, D.Aug. 1.de peccatorū meritis,& remiss.col.5. post princ.Igitur non ita loquar tanquam si ipse exponendus, sed ut intelligar maximè elaborabo. Idē Aug.4.de doctr.Christ.col.12. non quod certum est, sed dubium, ut sic detegam interpretabo, Bald.in l.voluntatis,in princ.C.de fideicom. nec pudebit fateri nescire quod nescio,D.Aug.1.de anima,& eius orig.c.16.in princ. nec ueterum tacebo nomina,ut illorum mihi ingenia applicem. Bal.in l.precibus,nu.43.in fine,de impub.& alijs subst.

20 Dixi, quòd leges istæ consistunt in tribus libris,ita tres uitæ hominum,prima ante legem, secunda sub lege, ante gratiam, tertia sub gratia, D.August.in lib.exposit.epist.ad Galatas,col.40. vel tripartita tempora,ante legem, sub lege, & tempus gratiæ, idem Aug.4.de Trin.col.8.post med.in lib.octuagintatriū quæst. col.48.circa med. & quæst. sexagesimaquinta,col.14.circa fin. & expositionum quarundam propositionum, col.3. post

post princ. est numerus omnis rei habens in se perfectionem, & omnibus communem principij, medij, & finis, D.Th.3.par.q.127. alias 96. art.4. & 3.par.de Saluatore, q.53. art.2. vniuersa namque in suis operibus nobis trinitas insinuatur, Foll. infra in constit. post mundi machinam, post nu.6. totum nõ potest esse sine principio, & fine, ptincipium capit tertiam partem operis, medium aliã, finis aliam partem, Bal.in l.1.nu.1.d.tit.de orig.iur. numerus iste pertinet ad animam, eo quod tripliciter Deum amare iubemur, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, D.Aug.in psal.6.col.2.circa med. spectat etiam ad corpus, nam triplex institutio, triplex præteritio, & triplex exhæredatio, Bal. in l.Gallus, §.fin.nu.4.de lib.& posth. olim tria iura, & in tres partes diuisus populus, l.2.§.& ita, & §.ijsdem temporibus, d.tit.de orig.iuris, fini. Affl.in rub. infra de numero Baiulo. vltra quod est numerus impar, qui resistit corruptioni, & diuisioni, ideo fortior: par verò est actus corruptioni, quia potest diuidi in duo æqualia, vnde secundum Macrobium, paritas vocatur fœmina, ex quo debilior impar masculus, Luc.in l.3.in prin. de his, qui num.lib.& triplex funiculus difficiliter rumpitur, Speculat.in tit.de dispur. & alleg.aduoc.§.3.nu.4.

21 Subiectum autem ipsorum est homo, Bal. in l.1.§.ius naturale, 2.rep.post prin.de iust. & iure, nam sicut lex diuina instituit qualiter viuere debet, Abb.in c.cum esses, 2.rep. nu.8. circa fin.de testam. vnde subijciuntur Ethicę, idest Philosophię morali, quę est pars Theologiæ, idem Abb.in c.1.nu.7.circa fin. de iura.calu. & Philosophiam legalem legis appellat, Bal.in l.veteres, in fi.de contra. & com.stip.& moralem scientiam, gl.3.in §.1. auth.de nuptijs, causa causans, & alia causa causata, Baldus in l.1.post nu.3.C.per quas perso.nobis acqui. causas essendi, & faciẽdi ponit idem Bal.in l.patre furioso, 1.rep.post prin.& 2.circa fin.post nu.4. de his, qui sunt sui, vel alie.iuris, principalis quidam, & alia accessoria, Bal.præd.in l.1.2.rep.nu.7. C.de emanc.libero. causa efficiẽs, Bal.in l.3.nu.9. C.de testi. & alia magis efficiens, & est, quæ magis potest in effectu, Bal. qui sup. in l.qui in potestate, circa med. ff.de testam. radix antecedit, & cohæret semper, & non separatur ab actu, causa finalis est suppositum intentionis, Bald.in l.si emancipati, nu.7. in fi. C.de colla. causæ materialis requiritur perseuerantia, causæ efficientis non, sed sufficit quod eo tempore insit, quo lex requirit, Bal. in l.si quis hæredem, nu.2. C.de inst.& subst. causa autem finalis est obiectũ intellectus, sicut signum est obiectum visus, & portus obiectum nauigantium, ita quid agimus, propter finem agimus, Bal.in l.1.num.17.in princ.C.de falsa cau.adie. tamen siue sit causa efficiens, finalis, formalis, siue materialis ex defectu cuiuslibet ipsarum cessat actus, Bald.in l.dictam legem, nu.5. C.de cond.ob cau. nam causa materialis est causa essendi, ea deficiẽte, necessariò ipso iure deficit effectus, Bal.in l.cum quis, nu.6.circa fin.de iur. & facti igno.in iudicijs, quæ sit causa materialis, formalis, & quæ efficiens, Bald.in l.1. post nu.19.de iure fisci, lib.10. quatuor sunt causæ ad aliquem diligendum, D.Tho. 2.2. q.27. art.3. statutorum effectus consistit ex quatuor causis, duabus intrinsecis, & alijs extrinsecis, Bal.in l.1.nu.8.de summa Trin. mater tamen, & ianua legũ est Philosophia moralis, idẽ Bal.in l.1. §.huius studij, nu.4. circa med.de iustitia, & iure, & qualitas sine subiecto, nec exercitium sine habitu esse potest, Ant.de Butt.in c.ex parte, nu.1.in fi.de corp.vitia. nisi miraculosè, Abb.in cap.fin. nu.12.circa med.de rest.spol.

22 Præsuppono insuper, quòd insula Siciliæ olim fuit Ecclesiæ Rauennatis, & postea Ecclesiæ Romanæ, addit.ad Spec.in tit.de iura. calum. §.3.in ver.verebatur, circa med. de qua & insula Sardiniæ, Abb.in c.si diligenti, 1.not.de præscript. Regnum Siciliæ feudum eiusdem Ecclesiæ dicit Pau.de Cast.in cons. 415.nu.1.in princ.vol.1. & Regnum Apuliæ esse de patrimonio B.Petri affirmat Archid. in c.de benedicto in pri.32.q.1. Huius Re-
23 galis feudi natura est vt non diuidatur, & hanc assumpsit ab origine omni extranea conuentione circũscripta, Bal.in l.si plures, nu.7.circa mediũ.C.de cond. insertis adeo, quod ita censetur concessum omnibus Regibus, quia qualitas Regia nõ moritur, licet indiuiduũ moriatur, Bal.in l.vni.§.excepto, nu.4.in fi.de cadu.toll. de eo non disponitur natura sanguinis, sed pacto, Afflict.de natu. succe.feu.col.pen.circa fin. & post num.45. Rex eius habet iura Principis, & si non recognoscit Imperatorem, recognoscit Papã, Abb.in c.quod sedem, nu.5. circa fin.de off. ord. quia Regnum, & Regiam potestatẽ habet à Papa, Lucas in l.viros, col.2.post prin. de diuersis off.cum vtili dominio, Luc.pręd. in l.fin.col.4.circa med.de exact.tribu. directum habet Papa, Gra.hic, nu.4. Cap.in c. Imperialem, §.callidis, 7.concl. circa fin.de prohib.feu.alien.per Fre. Lucas in l.prædia, col.23.circa princ.& med. de locatio.præd. ciui. Vnde clausula apponi solita in inuestitura Regni, est, quòd si Rex aspirauerit ad Imperium, immediatè ipso iure vacet Regnum: & an possit per Papam remitti, Affl. de alien.feu.pater.nu.26. & Sede vacante in

24 Regno succedit Papa in eius iuribus, Abb. in c.cum inter vniuersas, nu.7. de elect. isto modo posset præscribi iurisdictio in terris Imperij,& Imperator in terris Ecclesię,Bal. in l.2.post nu.22.C.de serui.& aqua,& Papa si uacante Regno faceret Comites,donando postea Regnum,illi Comites tenentur iurare fidelitatem Regi sicut vassalli, Affl. in c. in generali, post nu.7, si de feu.fue.controu. inter dom.& agn. quia directum dominium est apud dominum vtile penes uassallum. Dec.in cons.445.post nu.63.

25 Sed uidetur, q non possint esse duo dominia directa, videlicet penes Ecclesiam, & aliud penes Regē,quia est quasi impossibile, q quis insolidum sit in potestate duorum, Bal.in auth.si quā mulier,nu.10.circa med. de sacrosan.eccl.ita nec duo hæredes insolidum, Bal.in l.2.in fi. C.de iuris,& facti ign. in l.3.nu.7.circa med.unde lib.late in l.uni. post nu.3.4.& 9. C.vti possid. quia non possunt duo correlatiua cadere in eodem subiecto, Abb.in c.pen.nu.12.circa med. de concess. præb. natura non patitur, quod dominium,& possessio sint apud plures insolidū; Bal.in l.si non singuli,nu.2. C.si cer.pet. nec eadem res potest esse duorum insolidum, Bal.in l.cum falsa,circa fin.ff.de iuris,& facti ign. cum sit impossibile,quod dominium eiusdem rei sit apud plures,idem Bal.in l.ser uus communis,de stipul.seru. immo habens dominium sub alio, non dicitur propriè dominus, Bal.in l.si finita,§.si de uectigalibus, nu,2.de dam.infe. vltra quod vsus facti nec potest esse penes plures insolidum,gl.magna in l.si vt certo,§.fin. ubi Bald.col.2.& fin.in princ.ff.comm.l.3.§.ex contrario,de acqui. poss. l.quod contra, §.uni duo.de reg.iuris, l.hæreditate, §.pater.ff.de castr pecu.l.Menius,§.duorum,de leg.2.nec est bona pluralitas Principatum,unus ergo Princeps, Bal. in l.cunctos populos, col.1. circa medium, de sum.Trin.Porci.insti.de satisda.tut.nu.2. circa med. Vltimo actio vtilis,& directa sub suis nominibus, non concurrunt in eadem persona, Bal.in l.si res,C.ad exhib.

26 Dic tamen, quòd totum Regnum, & sic vniuersitas est feudum Ecclesiæ, Ias. in l.1. post nu.11.ff.ad Treb. late Cap.in sua inuestitu. in ver.feudorum dominia, Regni proprietas in vniuerso est Ecclesiæ Romanæ, Affl.in §.fin.nu.10.in fi.hic fini.lex. vniuersalitas Regni est de feudo Ecclesiæ, Dec. in cons.517. circa fin. nu.10, penes Ecclesiam est dominium directum uniuersale in toto Regno, in castris particularibus est apud Regem,Bal.in l.consobrinorū,in fi.ubi Dec. nu.4. C.unde legi. Ias.in l.si hæredis seruus, nu.9.de leg.1. Cap.in inuest.præd.in uer.feu da officiorū,col.9. circa med. Affl.in prælu. feu.post nu.57. Frec.de subfeu.lib.2.ibi, sed vt verius dignosci possit,nu.4.isto modo rex respectu vniuersitatis habet utile dominiū, respectu rerum singularium est directus dominus, Affl.in §.similiter,post nu.4. de lege Corra.præpo.in §.si iudex,circa med.de pace tenen. & possunt esse duo directi domini, vel vtiles diuersis respectibus,& in specie in Regno Siciliæ, & oriri ex diuersis causis secundum diuersas rationes, D.Th.2.2.q.34. art.6.sicut dominium potest esse apud diuer sos ex diuersis qualitatibus, Bal.in l.si quis mihi,§.sed quid, circa med.de aeq.hæredit. ita ex diuersis respectibus potest cōcurrere directū,& vtile, Bal.in l.uni.circa fin. C.vti possid.& toleratur dominium apud duos diuersis ex causis,Lud.de Moli.de Hispan.primogen.lib.1.c.23.post nu.6.diuersæ dignitates,& diuersæ naturæ possunt concurrere in eadem persona, & tunc censetur ius diuersorum,Abb.in c.1.in 1.not.de off.lega.Eodē modo Prælatus suo nomine habet naturalē, & nomine Ecclesiæ ciuilem,& naturalem. Bal.in l.2.nu.61. C.de serui.& aqua. prædia tributaria sunt proprietarij, & tamen præstant tributa,Bal.in l.3.in prin.de noui ope. nunciat.& unum dominium est sub alio, vt in marito,& uxore,& pluribus patronis,idē Bal.in l.in rebus, post nu.6.& 7.de iure dot. & Rex Siciliæ est Rex respectu Siciliæ, Comes respectu prouinciæ, & Dux Apuliæ respectu diuersarum prouinciarum, siue ciuitatum, Bal.in rub.de off.procon.& leg.& in l.3,post nu.2.de offic.præsid.in omnibus castris Regni Rex habet ciuilem possessionem, quia est proprietarius omnium feudorum, uassalli habent tantum naturalem,Affl.in §. quid ergo,nu.13.circa fi.de inuest.de re alie. facta,adeo quod uassallus si se absentat à feu do, reuersus non potest recuperare naturalem possessionem, quia contra Regem non habet ciuilem, sed contra alios habet quasi ciuilem,Affl.infra in cōst.uiolentias,nu.25. & 26.sed debet adire Regem, à quo obtinebit licentiam, & iudicem delegatum, idem Affl.in const.Præses prouinciæ, 4.not.ut iusti.habeant,& c. nec uassallus agit possessorio contra fiscum spoliantem, propter notoriam rebellionem, sed qui præscripsit,potest agere contra quemlibet possessorem, etiam dominū, nisi dominus spoliasset, Affl. præd.in const.consuetudinem, 6.not. nu.16. de præscrip.omnia enim,quæ sunt in Regno intelligūtur de directo dominio Regis,cum utile sit Baronis, Afflict.de contro.feu.apud pares termi.nu.27.circa fin. Ducis verò, & Comitis quo ad uniuersitatem ipsius Ducatus, uel Comitatus, dicuntur habere iura vtilia,

vtilia, uel utile dominium, sed quantum ad singularia feuda, quæ sunt iu illo Ducatu, uel Comitatu dicuntur habere directum, Iacob. in tract. feud. in uer. Dux, ibi, quid si Rex, nu. 5. & si infeudat, remanet penes se utile dominium, secundo infeudato transfertur exercitium utilis, uel habet utile dominium subalternum, Afflict. in c. Imperialem, §. illud quoque, nu. 5. post mediũ, de prohib. feu. alie. per Fred. Alio modo dicitur dominium utile inferius, nam dominium utile est duplex, superius, quod remanet penes primũ uassallum subinfeudantem & inferius, quod transfertur in subuassallũ, Iacob. in d. inuest. in uer. dictique uassalli, nu. 11. circa mediũ, alias qui habet utile, cedendo utile totum transfert, Affl. in §. si quis de manso. 8. not. circa prin. & post nu. 36. de controu. inuest. nec datur directum dominium respectu subfeudatariorum, Cap. ubi supra in uer. feudorum dominia, & in uer. feuda officiorum, circa princ. ibi, Rex nõ habet Rex, & illius donatarij, quando dicantur habere directum, & quando utile dominium, Affl. in §. rei antem, nu. 10. de inuest. de re alie. facta, non po-
27 test autem donare castrum quo ad directũ dominium, nec sibi parem facere, uel superiorem, siue medietatem Regni infeudare, Cap. ubi supra in uer. feuda officiorũ, col. 4. circa fin. & 5. in princ. in c. Imperialem, gl. fi. in 6. conclus. in add. ad Iser. d. tit. de prohib. feu. alienat. per Fre. Iacob. in uer. in feudum, nu. 2. & concesso castro cum omni iure, nunquam uidetur concessum ius Regium, idem Iacob. in uer. de castro rubei. nu. 6. circa fin. & in uer. dictiq; uassalli promiserunt, circa fin. post nu. 28. Rex, Comes, uel Baro an habeant directum dominium in feudis, quæ tenentur ab eis, Affl. infra in cõst. si dubitatio, post nu. 8. & ut respondeamus contrarijs, nõ est nouum, sed differunt actio utilis, & directa, ex quo utile, & directũ dominium sunt penes diuersos, Bald in l. si post, 1. repet. post num. 2. ff. de rei uend. & legimus duos fuisse administratores Imperij, & si est dubium, quis sit primogenitus, apud ambos simul residet administratio, & per unum Regi non est necessarium, de iure naturali, vel diuino, sed de iure positiuo, Bal. in auth. ex testamento, post nu. 14. de collat.

28 An autem iste Rex, & alij subsint Ecclesiæ, & uidetur, q. sic, per prædicta, & quia nemo est, qui non sit, uel esse debeat sub uniuersali imperio, Bal. in l. 3. nu. 17. in fi. C. de cõd. ob cau. & qui non subest Ecclesiæ, subest Imperatori, nisi Ecclesia illum liberet, Aug. in l. diuæ memoriæ, de Decurio. lib. 10. Barbari etiam habent Reges, & apud eos sunt maximæ dignitates, Bal. in auth. maximis de nupeijs. Rex Hispaniarum, & Rex Francorum non recognoscunt superiorem, Abb. in c. nouit, nu. 16. circa med. de iud. c. sicut, & infra post nu. 8. & c. quanto, nu. 6. in fi. de iureiur. in c. sicut, post nu. 13. de immun. eccl. Hispania, & Gallia non sunt sub Imperatore, Bal. in rub. nu. 7. in fi. de nouo C. taci. licet olim Hispania per Imperatoris Præsidem regeretur, idem Bal. in l. executorem, num. 26. in fi. C. de execut. rei iud. sed de facto non obedit, sicut Rex Angliæ, Abb. in c. per uenerabilẽ, post nu. 37. qui filij sint leg. Dux Venetorum similiter de facto non recognoscit superiorẽ in temporalibus, idem Abb. in cap. exposita, nu. 2. circa med. de arbit. Verùm indirectè subsunt Summo Pontifici etiam quoad temporalia, Hostien. in cap. super his, de uoto, & uoti redempt. quos etiam Cæsar subiecit Imperio Romano, ut lib. 3. de bello Gallico car. 36. Veneti uerò ita se reputant sapientes, quod secundum ius communẽ uiuere nolunt, Bal. in l. milites, nu. 4. circa fin. C. de testam. mil. ipsi enim contra uim Federici Imperatoris, Alexand. III. in Sede reposuerunt, add. ad D. Th. 3. par. q. 54. alias 23. art. 1. ibi not. 2. in fi. & eorũ ciuitas ex quo sita in mari an sit libera, Bald. in l. 1. §. quod si quis, de oper. noui nunc. ipsi, & Iannenses an possint sibi eligere Ducem absente Imperatore, idẽ Bal. in l. decernimus, nu. 2. de sacros. eccl. cũ quilibet qui alieno non subiacet territorio, est Princeps in suo, & habet ius fisci, Bald. in l. 3. nu. 17. post med. C. de cond. ob cau.

29 Imperator autẽ licet dicatur mundi Dominus, l. deprecatio ad leg. Rodi. de iactu. intelligitur quoad protectionem, & iurisdictionem in uniuerso, nõ in particulari, sicut Rex in Regno habet iurisdictionẽ in omnes ciuitates, & oppida Regni, & eorum protectionẽ, Loffr. in cons. 4. nu. 2. & seq. eius sunt fiscalia, & patrimonialia quoad tuitionem, & iurisdictionem; Archid. in c. conuenior, & seq. circa fin. 23. q. 8. & quod omnia Regna, excepto Rege Francorum sint sub Cæsare, est truffa, Bald. in l. uni. §. his cunabulis, post nu. 4. de off. præf. prætor. & in terris Ecclesiæ nullam habet potestatem, sed censetur priuata persona, Abb. in c. per uenerabilem, nu. 23. qui filij sint legi. & secundum Canon.
30 donatio facta à Constantino nõ fuit translatio, sed retrotraditio, & resignatio, Bal. in l. filio quem, in fi. pri. de lib. & posthum. late in rub. de nouo C. compo. edicta quæ fecit in fauorem Ecclesiæ, & clericorum, ponuntur in appendice ad D. Th. 3. par. q. 57. alias 26. art. 3. & q. 61. alias 30. art. 2. ibi, nota, quòd nunc. & Imperator recognoscit Imperium ab Ecclesia, nec potest Papa illi se submittere, Abb. in c. Ecclesiæ S. Mariæ, 1. rep. num. 3. in fi.

in fi.6.& post nu.10.de const. & Dantes, quæ tenuit contrarium fuit damnatus,idem Abbas in c.2.circa fin.de cler.non resid.

11 Papa est quasi Rex in Regno, & Episcopi assumūtur in partem sollicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi, D.Tho. 3.par.q.57.alias 26.ar.3. in patrimonio Ecclesiæ habet plenam potestatem in temporalibus, & spiritualibus, Abb.in d.c.per uenerabilem, post nu.7. de patrimonio autem Ecclesiæ est Vrbs Romana, Abb.in cap.pen. post nu.7.ut lite pend. Papæ,& non Imperatoris,Bal.in l.1.§.in initio,in fi.de off.præfe. Vrbis,tota Romandiola,& Bononia spectat ad Ecclesiam,Abb.in c.pen.nu.28.in fi.de iuram.calum.de Bononia Bald.in 1.const.ff.in ucr.hic autem,lo primo,in prin.ciuitas Hostiensis, & Relatensis est Ecclesiæ etiam quo ad temporalia, Abb.in c.cum esses,2.repet. post nu.8.de testam. ciuitas Beneuentana ex donatione Caroli Magni semper fuit in dominio Ecclesię Romanę,Fre.de subfeu.lib.2. ibi, quæstio decimaquinta, nu.2. ita & ciuitas Spoletana, Abb.in c. 2. num.3.de purga. vulga. & ultimo loco sub Clemente VIII. Pontifice Maximo, per lineam finitam Alfonsi II. de Este, fuit unitus Ducatus Ferrariæ patrimonio Ecclesiæ. sic etiam quod Ecclesia de ciuitatibus suis non habeat instrumenta, habet generalem opinionem, & sufficit, Bald.in l.conuenticula,post nu.6.de Episc.& cler.

SVMMARIVM.

1 *Titulus quid, & an probet.*
2 *Constitutiones quid,& quod modis appellantur, num.5.*
3 *Regnum quid, vnde, & eius caput.*
4 *Siciliæ montes æstuant, perseuerauerunt, & perseuerant.*



ITVLVS capitur pluribus modis, Lucas in l. absit, circa med.de priuileg.domus Augustæ, in istis terminis nedum libri inscriptionem,sed etiam auctoris nomen significat, Alfa. in l.1.nu.10.ff.si cert.pet.& est breuis annotatio sequentis operis,Luc.in d.l.absit,circa med. & ubi textus est dubius,probat, Bal.in l.uni.nu.6.in fi. ne liceat in una, eadēq; cau. late Alfab. ubi supra, num.33. cum sequen.

2 [CONSTITVTIONES] quasi communes, uel simul statutiones, Abb.in rub.de const. quicunque enim Imperator per epistolam, uel subscriptionem statuit, vulgo cōstitutiones appellamus,l.1.ff.de constit.princ. dicuntur sacræ,l.si Titius, de actio.empt. principales l.regula,ff.de iuris,& facti ign.l.2.ex quibus cau.maio.l.2.ff.de testa.mil.l.si seruus communis Meuij,de stipul.seruo. & Imperiales, l.sed & milites, §.fin.de excus.tut.l.2.de hæretic. & diuiduntur in diuinas, & humanas, rursus humanæ subdiuiduntur in cōstitutiones iurisgentium,ciuilis uniuersalis,& ciuilis iuris municipalis, siue consuetudinarij, Bal.in l.fin.post nu.1. C.si cont.ius, ucl utilpub.Istud ius consuetudinarium dicitur cōmune municipale:& in Regno dicitur cōstitutio,& ut ea interpretatur,Loffr.in cons.1. nu.211.post med.212.post prin.& in cōs.14. post nu.3.17.& 30.& cōs.38. nu.12. circa fi. & dicitur generale etiam quod seruetur in una prouincia, Ant.de But.in c.ex tuarum, in princ.nu.3.de auct.& usu pallij [REGNI]

3 quod dicitur res publica, sicut uniuersitas cuiusque uniuersitatis, Lud.de Moli.de Hispan.primogen.lib.1. c.13.nu.54. & dicitur à Regibus, & Reges à regnando, Aug.5.de ciuit.Dei, c.12. vbi Rex, ubi curia, ubi ministri,ubi plebs inuenitur,ciuitas est,D.August.psal.9.col.6.circa fi. & Regni caput est ciuitas Regia,Bal.in rub.nu.24.in princ.de

4 rer.diuis. [SICILIAE] de qua l.2.§.capta, de orig.iuris, l.in lege censoria,de uerb.sig. ubi sunt montes,qui tanta diuturnitate temporis,atque uetustate usque nūc,& deinceps flāmis ęstuant,& integri perseuerant,D.August.ubi sup.21.de ciuit.Dei,c.4.in princ. &

5 sic constitutiones, quæ rescripta dicuntur, vel Principum cōstitutiones,gl.in l.metum, §.sed quod, in ner.ex qua, quod metus cau. l.non tantum,de excus.tut.l.si quis tutor,de ritu nupt. & sunt leges, l.leges, la seconda, C.de legi.Homiuum Regni Siciliæ ubi uigēt ut statuta locorum, Abb.in c.fi.nu.24.circa fin.de foro compet. est ius proprium,Bal.in l.omnes populi,in princ.de iust.& iure,& ligat subditos constituentis, Specul. in tit.de const.nu.5. & hic in princ.const. §.fin.

SVMMARIVM.

1 *Nomen non est propter se, sed propter id quod significat, post nu.3.*
2 *Lex assumit potestatem à statuente.*
3 *Imperator magnus sicut olim, & nūc.*
4 *Persona redditur certa ex qualitate inhærente.*
5 *Imperator dicitur Cæsar à Iulio Cæsare.*
6 *Augusto, à primo Augusto, quia in eius familia adoptatus.*

Reges

7 *Reges huius Regni Reges Ierusalem dicuntur propter filiam illius Regis quam in uxorem habuit Federicus.*

8 *Felix à virtute, quia sine ea non est felicitas.*

9 *Victoria dicitur, eo quod vi, idest virtute adipiscitur.*

10 *Auctor libri per descriptionem ostenditur.*

1 MPERATOR] nomen duplex, proprium,& appellatiuum: pronomen, cognomen, & agnomen. Proprium, est nomen alicuius non commune cum alijs. Appellatiuum hominis est animal rationale. Pronomen solet apponi ex uarijs causis,& hoc Romani utebantur,ut cum filium natum de mane,uolebant notare manium, dicebāt,natum in lucis initio,Lucium nominabant:si in decimo loco,Decimū appellabant: si in mense Martij Marcum nuncupabant,cognomen trahitur à maioribus ex familia, uel sanguine. Agnomen uenit extrinsecus ex animo, corpore,uel fortuna, Foll.infra in const.inconsutilem,post nu.15. quæ omnia hic apparēt, & incipit à pronomine, nam tractaturus de legibus, præmittit dignitatem conditoris, ex ea enim mensurantur leges,& statuta. Abb.in c.à nobis, nu.4.in fi. de sent.excom. c.fin.post nu.3.de reb.eccl.non alie. & assu-
2 munt leges uigorem à potestate statuentis, d.c.à nobis,potestas ab auctoritate, Ant.de Butr.in c.uni.in uer.unde in ueteri. de sacra vnctio. maioris namque auctoritatis hominem facit potentia, Bal.in l.2.in fi. de orig.
3 iur.& licet homo sit,est in sua potestate magnus, D.Aug. in lib. de Fide contra Manichæos,col.2.in princ.& infra in const.quanto,& ab eo lex recipit formā, Bal.in proœ. ff.in addit.post princ. & dicitur Imperator, quia imperat subditis, adeo quod habitus denominatur ab actu,Bal.in eod.proœmio, post nu.5.erat sicut hodie,unde in sua potestate nihil est additum,uel detractum, idem Bal.in l.de quibus, 1.rep.nu.6.in princ. ff.de leg.tamen non est fortior miles, quàm Imperator, D.Aug. psal.21. Deus Deus meus, 2.exposi.col.1. in fi. & latitudo Imperij peperit peioris generis bella, idem Aug.19.de ciuit.Dei, c.7. [FREDERICVS] est nomen propriū,non propter se,sed propter id quod significat, D.August.psal.9. Confitebor tibi Domine,col.8.unde merito excellētiæ prius nominatur, idem D.Aug.1.quæstionū super Genesim col.7. circa princ. & dicitur [SECVNDVS] ad differentiam primi, ut ex qua-
4 litate inhærente certificetur persona, Abb. in c.3.nu.1. & ibi Ant.de But.in prin. de renunc. & quia ultra nomen proprium datur appellatiuum, Bal.in l.si communis,de stip. seruo. quod, ut supra,est commune cū alijs, ideo sequitur [ROMANORVM CAESAR] Romanus Princeps, l.scire,§.eos, de tuto.& cur.datis ab his,uel maximus,l.itē ueniunt,
5 §.præter,de petit.hæred. & dicitur Cæsar à Iulio Cæsare, cuius fuit nomen proprium, Bal.in proœm.ff.post nu.12.inde omnes,qui longè post ei successerunt, ita cognominati sunt,D.Aug.18.de ciuit.Dei,c.20.sicut Pharaonis nomē fuit omnium Regum in Aegypto,idē ubi sup.16.eiusdem,c.nu.circa prin. [ET SEMPER] de qua dictione Bal.in proœ. præd.col.fin.circa med.& in l.1.ubi glo.sol. mat. & uerificatur in triennio,decennio,uel vicennio, idem Bald.in l.aduersus,in fi.C.de vsuris, hic significat continuationem temporis, Loffred. in simil. in cons.48. num.2. [AVGVSTVS] est pronomen ab euentu, uel agnomen à cognatione,glo.in l.1.de libe.& posthu. ab euentu,quia Augustus dicitur ab augendo,& idem Imperator in d.const.quāto, de decimis, dicit se in nullo uelle diminuere,sed augere,debet augere rempublicā, & promouere imperium, & etiam quod de facto non augeat, nihilominus dicitur Augustus,quia adest habitus de facili reducibilis ad actum, Abb.in proœm.Decretal. ibi Gregorius, nu.11. & mens in Principe talis esse præsumitur,qualis esse tenetur, Bal.in l. omnes populi,nu.23.circa med.de iust.& iu.
6 Vel agnomen à cognatione,quia post Augustum omnes Romani Principes, cum ad supremū Imperij fastigium euecti sunt ab Augusto primo, tāquam Augusti adoptiui filij hæreditarium nomen acceperunt, ita cæteri Imperatores,tanquam Cæsarum familiæ insiti,Cęsares omnes sunt appellati,Foll.infra in const,non sine grandi,nu.3. [ITALICVS, SICVLVS] Italiæ, & Siciliæ Dominus, quia omne signum est alicuius rei demonstratiuum, Bal.in l.1.ut nemini liceat sig.impon. [HIEROSOLIMITANVS] ex accidenti, vnde
7 Reges nostri appellantur Reges Hierusalē, non ut illam recuperent, ut per Io. Ant.de Nigris in prælud. cap. num.31. sed propter Iolantem filiam Regis Hierusalem, quam Fredericus iste à patre habuit in vxorem, à qua natus est Corradus,Fre.de antiquo statu reg.nu.28. in fine. [ATHELATENSIS] ab euentu, sicut Ioseph uocauit primogenitum suum Manassem, dicens, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum: vel ex ali-

qua qualitate eius, cui nomen imponitur, Genes.25.& 41.D.Th.3.par.de Saluat.q.37. art.2.in fini.in l.2.post princ.de orig.iuris, quæ accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quid est, Bal.in l.conuenticula,nu.7.in fi.de Episc.& cler.licet quandoque intituletur de eo, quod non possidet habitu,sed actu,quod quid importet, Bal.in l.barbarius,1.repe.col.fin.post nu.12.de off. prætor.& dicuntur nomina appellatiua non omnino discrepantia,idem Bald.in l.si quis in fundi vocabulo,circa fi.de leg.1.[FELIX]
8 à virtute, quia sine virtute non est felicitas, Bal.in d.proœ.ff. nu.5. eam assequi felicitas magna est, D.Aug.4.de ciuit.Dei,c.21.in fi. & uirtutis, quibus rectè uiuitur,magna bona sunt,idem 2.de lib.arb.col.33.circa med. iustè imperat,linguis honorantiũ non se extollit,hominem se esse meminit, Deũ timet, & alia de quibus D.August.præd.5.de ciuit. Dei,c.24. felicitas autem politica oritur ex nobilitate,& corporis pulchritudine,D.Th.
9 3.par.q.127.alias 96.art.1. [VICTOR] à victoria, quæ sic dicitur, eo quod vi,idest virtute adipiscitur, licet felicitas non sit in uictoria,Luc.in l.uni.post princ.& col.1.circa med.publicæ læti. uel consu. [AC TRIVMPHATOR] post victoriam, gl.in proœ.instit. in uer.triumphator: mos enim erat post uictoriam triũphatori mœnia vnde erat transiturus, rumpere, & cum curru, & captiuis populum eius laudes acclamantem sequi, Aloysius de Gra. in meditat. Ascensionis, car.104.à ter. Et sic Imperator iste ab operibus cognomen accepit, D.Aug.1.ex utroque mixtim, col.1. post med. & ex eius virtutibus ista nomina assumpsit,in fini. idem Aug.1.de Incarnat.Verbi,col.4. circa med.
10 per cuius descriptionem constat de auctore libri, Abb.in c.quanto,post nu.10.de iureiu. nam illius esse dicitur sub cuius nomine ponitur, Bal.in l.Gallus,§.nunc de lege.2.not. de liber.& posthumis.

SVMMARIVM.

1 *Primum est causa omnium, & à primo bono est omne bonum.*

2 *Principium est pars potissima cuiusque rei.*

3 *Principia generalia oportet hominem scire.*

4 *Faciens aliquid, debet intentionem rectè ponere, & assumere modos ducentes ad finem.*

5 *Liber est dictio æquiuoca, & plura significat.*

6 *Primus dicitur ratione secundi, & ante se non est alius.*

7 *Ordine deuenitur ad finem, propter quem fiunt omnia, nu.8.*

9 *Primum in intentione, est posterius in executione, nu.12.*

10 *Opus ex fine laudatur, vel vituperatur.*

11 *Principium trahit ad se medium, & finem.*



1 INCIPIT] à primo ente sunt omnia entia à primo bono sunt omnia bona. D.Thom. 1.par.q.3.ar.7. Primum est causa omniũ, ea.par.q.77.art.7. & cu-
2 iusque rei potissima pars principium est,Bal.in l.seruis in princ.C.de leg. est causa multorum,sed ipsius nulla superior causa, & quamuis sit magnitudine paruum, est facultati magnum, Arist. 5.de generat.animalium,c.7.adeo,quod non nouit perfectè artem,qui non nouit principia artis,nam multa eorum,quæ quærũtur, manifesta fiunt per principia,idem Bald.in l.1. 2.rep.in princ.de iust.& iure. & error antecedens parit destructionem consequentis, Bal.in l.2.in princ.quan.prouo.nõ est necess. & initiũ si est uitiosum, processus etiam est uitiosus, idem Bald.in l.3. com. de usucap. itaque magna pars rei est in fundamento, Bal.præd.in l.1.nu.19.circa fin.qui admi. & idem est dicere principium,quod fundamentum, vnde totus ordo destruitur si principiũ legitimũ non seruatur, quia ubi deficit causa,deficit causatum, & ubi ordo deficit,deficit ordinatum, Bal.in l.nominationis,nu.2. circa med.C.de appel.nõ enim sufficit principium sine fine,nec finis sine principio,Bal. in l.inciuile,in princ.ff.de leg. sed ignoratis principijs,oportet ignorare,quæ sequuntur, Abb.in c.Ecclesiæ S.Mariæ, lo primo, nu.6.
3 in fi. vt lite pend. & sic principia generalia oportet hominem scire,alias esset sine intellectu, Bal.in l.1.rep.1.§.in initio,post nu.2. de off.præf.vrbis. & ubi non est initium,nec finis esse potest, Bal.in auth.qui semel, quomodo, & quando iud. rapit principium sibi suum, quia finis obedit suo principio, idem Bald.in l.1.col.antepen.post princ.si plures una sent. finis suo principio subest,suũ principium respicit, ei coniungitur, & operatur retro, & ab eo cum ipso principio fit unus, & indiuiduus effectus,Bald.in d.l.1.post nu. 35.& 37.circa med.qui admi. unde in omni motu actionis, si non respicit initium, non pro-

prospicit finem, D. August. 7. de ciuit. Dei, cap. 7. principium dicitur ingressus, finis appellatur egressus, Baldus in l. iurisgentium, §. si ob maleficium, 2. repet. circa finem, ff. de pactis, res tunc incipit, quando accedit ad esse, desinit quando recedit ab esse, Bald. in l. 1. num. 1. circa medium, de origine iuris. Incipit, quia à capite ita ordinatè à nobis consuli agnoscimus, ut ordinatè etiam nos à pedibus ad caput ascẽdamus, D. Aug. 2. de conse. Euang. c. 79. circa fin. principium rei temporis, & iudicij, Bal. in rub. nu. 29. & seq. de rer. diuis. Ideo secundũ Arist. qui incipit,
4 duo attendere debet, intentionem rectè ponere, & assumere modos ducentes ad finem, Bal. in l. mutus, in princ. ff. de procurat. dixit Imperator intentionem suam per titulum, assumpsit modos ducendi ad finem ex persona Petri de Vinea, de quo supra, & infra in fine operis, propterea incipit, progreditur, & desinit, D. Aug. in lib. de diuer. relig. col. 4.
5 post med. [LIBER] qui est dictio æquinoca plura significans, gl. 1. in l. quoties, la prima, de uerb. oblig. l. librorum, de leg. 3. hic pro uolumine capitur, glo. rub. d. tit. de leg. 3. &
6 dicitur [PRIMVS] & sic non solus, D. Aug. in lib. expositio. quarundam propositionum ex epist. ad Rom. col. 16. circa med. sed dicitur respectu secundi, glo. in l. Gallus, §. nunc, de lege Velleia. in uer. primum in positione casus, de lib. & posth. quia primus ante se alios non habet, l. si quis, §. fin. in marg. de secund. nupt. vnum, & duo denominatiuè dicuntur, add. ad D. Thom. 3. de Salnat. q. 17. art. 1. ibi, sextum ex Philosopho, secundus, & tertius sunt nomina ordinalia, appendix ad D. Th. præd. 1. par. q. 67. art. 4. secundus præsupponit primum, & tertius utrumque, Caiet. ad eũdem 3. par. de Saluatore, q. 1. art. 3. col. 3. circa med. & sic distincti libri, distinctos habent tractatus, Bal. in d. rub. d. legat. 3. & in
7 rub. solu. matr. & per ordinem deuenitur ad finẽ, nam non enunciatur secundus, nisi primus transierit, D. Aug. in lib. de uera relig. col. 20. post med. terminus primæ partis, secundæ est initium, idem Aug. 3. de consen. Euangelist. c. 24. col. 4. circa med. concludit secundum, & initiat tertium, D. Aug. præd. 2. quæst. ex nouo testam. col. 3. in princ. isto
8 ordine deuenitur ad finem, propter quem fiunt omnia, D. Aug. 2. contra aduersarium legis, col. 20. circa med. & qui de fine cogitat, de modo cogitat ueniẽdi ad finem, Bal. in auth. ex causa, post num. 11. de lib. præte. finis perfectionẽ significat, D. Aug. in psal. 4. in princ. laborum enim finis est perfectio operis, & desideriorum, & in id quisque prætendit, & nititur, ut ad illud perueniat quo delectatur, ex sententia D. Augustini 130.

9 est prius in intentione, & posterius in executione, D. Th. 3. par. q. 39. art. 3. adeo quod nõ recipit denominationem ab eo, quod fuit, sed ab eo, quod est, Bal. in l. 3. nu. 2. C. de furtis, & denominatur ut plurimum à fine tãquam optimo, D. Thom. ubi sup. q. 65. art. 3. nam nihil est, quod incipitur, & non perficitur, D. Hiero. in viras Patrũ, 4. par. car. 146.
10 col. 2. in fine enim laudatur, uel uituperatur opus, Bal. in l. si mater tua, in prin. ne de statu defun. finis laudat, & coronat opus, Guliel. Pipi. in epist. Dom. in ramis palm. col. 8. & ille magis cõsideratur, quàm modus perueniendi, Bal. in l. fi. nu. 2. quib. ex cau. maio.
11 ultra quod principium trahit ad se mediũ, & finem, Bal. in l. qui procuratorem, 1. repe. in princ. ff. de proc. sicut probatis extremis, medium probare præsumitur, idem Bald. in l. 3. nu. 15. circa med. C. de edendo. quæ autẽ sint principia declarat idem Bal. in l. 1. nu. 8. in fi. C. de fru. & lit. expen. quia uerò facilius est aliquid finire, quàm totaliter construere, Bal. in l. 1. nu. 36. in fi. qui admit. tu quo tendis aspice, & oculos intellectus ad finem dirige, Bal. in l. Aemilius, in 2. rep. post nu. 11. C. de minõ. nam finis etsi sit postremus in
12 executione, est tamen primus in intentione, D. Th. 1. 2. q. 1. art. 1. ideo maior est lætitia cum res perficitur: sollicitudinis plena sunt cœpta donec ducantur ad finem, quem qui aliquid incipit, maximè appetit, nec de re inchoata, nisi terminetur, exultat, D. Augu. 7. de ciuit. Dei, c. 7. in fi. hanc exultationẽ spero, diuino fauore, §. quorum, in fi. in procem. instit. summo numine inuocaro, l. 2. post princ. de uete. iure enucl. l. qui per salutem, ff. de iureiuran. cum omnia rectè, & competenter gerantur, si principium est decens, & Deo amabile, auth. quomo. oport. Episc. circa princ.

De legibus, et consuetudinibus, et alijs antiquatis constitutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Lex naturalis quo ad quædam corrupta est, & alia antiquatæ.*
2 *Lex vt fiat requiritur causa, & potestas facientis.*
3 *Chimæra nihil entitatis, vel spiritus habet.*
4 *Titulo admonemur quid intus sit.*
5 *Lex ius ciuile, vel Principis edictum dicitur.*

Con-

6 *Consuetudines communes, aßuefactiones, & constitutiones, communes statuitiones dicuntur.*



1 Via lex naturalis quo ad quædã corrupta est, Luc.in l.prædia, col.4. circa finẽ, ibi, decimo octauo, de locat.præd. ciuili. alias leges turbatio præteriti temporis antiquauerat, ut in const.prædecessorum, de reb.stabi.eccl. non alien. Imperator ad quem spectat ius legis condendæ, ut infra in const.non sine grandi
2 consilio : nam ad faciendam legem duo requiruntur, potestas in faciente, & causa constituendi, Paul.de Cast.in cons.pen.col.2.in princ.2.uol.tota enim ratio facti est potentia facientis, D.Th.3.par.de Saluatore,q.3. art.6.q.4. art.1. & q.6. art.5. alias sublata potentia, remouetur causa efficiens ab actu, Bal.in l.3.num.4.circa princ. C.de cond.ob cau. & sine causa nihil esset, nam non debet
3 fuudari in chimæra, quæ nihil habet spiritus uiuẽtis, & nihil entitatis significat, Bal. in l.qui si patris, post nu.7. ibi, decimo, vnde lib. & de natura legis est, quod sit edita ab habente potestatem, & de virtute eius, quod sit publicè promulgata, idem Bald.in auth. omnes peregrini, post princ.commu.de success. ideo Federicus tractaturus de legibus,
4 præmittit titulum, quia in titulo tanquã in limine admonemur quid intus quæramus, nam est sicut preco. D.August.in psal.92.in princ.& 129.ibi in fi.psal. & materiã subiectam significat, Bald.in rub.nu.1.C.de reb. cred.& iureiuran. & dicit [De Legibvs]
5 idest iure ciuili, glos.2. in l.nec honore, de Episc.& cler. nam leges seculariũ appellantur ius ciuile, ius Pontificum ius canonicũ, Abb.in c.cũ à nobis, 1.not.de testi. vel Principis edicto, quod fit populo, uel alins eius
6 nomine interrogante, add. ad gl.in l.uni. in ver.decisiones, de emend.c.iusti. [Et Consvetvdinibvs] communibus assuefactionibus, Abbas in cap.fin.nu.17. circa finem, de consuetud. [Et Aliis] eiusdem qualitatis, Abbas in c.Sedes Apostolica, nu.13. de rescrip. [Antiqvatis Constitvtionibvs] communibus statuitionibus, glos. rub. de constitut. in 6. uel edictis, quæ Imperatores, uel Reges statuerunt, uel ediderunt, Ioãn.An.in cap.uni.in princ.de postul. prælat.eod, lib.6. renouandis, ut in d.const. prædecessorum.

SVMMARIVM.

1 *Præludia, siue exordium est caput orationis, & intellectum præstat sequentibus.*

2 *Verba debent voluntati loquentium seruire.*

3 *Post denotat ministerium ordinis, non contingentiæ.*

4 *Deus quid, & eius nomen quid significat, & eius appellationem, nu.5.*

6 *Mundus constat ex cælo, & terra, & eius appellatione veniunt.*

7 *Angeli quando, quomodo, & quales creati sunt, non manifestum est.*

8 *Verbum in principio fuit inuentum in libro Platonis.*

9 *Philosophi fuerunt post Prophetas, Plato, & Socrates post Esdram, post num. 8.*

10 *Mundus non fuit ab æterno, sed creatus à Deo, num. 66.*

11 *Cælum triplex, eius, & terræ appellatione quid venit.*

12 *Materiam confusam hilem, alijs chaos dixerunt.*

13 *Mundus pluribus modis, & vnde dicatur.*

14 *Mundo nihil mirabilius, tamen mirabilior est fabricator.*

15 *Prouidentia quid, & quomodo ea Deus cuncta gubernat.*

16 *Mundus non casu, sed à Deo formatus, & quare, nu.69.& 72.*

17 *Materia quid, & vnde.*

18 *Deus natura naturans primam materiam creauit, quam postea reduxit ad meliorem formam.*

19 *Deus aliter cognoscit, quàm nos.*

20 *Pulchritudo multo laudabilior est in toto, quàm in parte.*

21 *Luna est terminus cælestium corporum versus nos.*

22 *Luna habet nubilosas tenebras vbi venti generantur, & pluuiæ.*

23 *Demones qui nos affligunt, sunt infra Lunam, & aerem.*

24 *Demones visi sunt pugnare ad inuicem, vt praberent sceleribus auctoritatem.*

Luna

25 *Luna crescit, & decrescit, & varia vicissitudine commutatur.*
26 *Hominem Deus quare, & cum qua dignitate creauit, nu.68.*
27 *Imago, & similitudo quid, & quomodo differant.*
28 *Angeli quid eorum natura, & in quo sunt hominibus superiores.*
29 *Hominem Deus cæteris præposuit, & quare.*
30 *Limus quid, & cur de eo fuit primus homo formatus.*
31 *Paradisus quid, vbi est, & quomodo differt à cælo.*
32 *Anima informat corpus, à quo, & quando, ex qua materia creatur, & quid operatur, & quomodo per organa.*
33 *Dei insufflatio operationē significat.*
34 *Vxor vnde, & quare de vno illius costa, & non capite, & in quo socia.*
35 *Homo quid ante peccatum, & quid postea, & quid si non peccasset.*
36 *Deus tanquam optimus sessor frænis legum, & præceptorum, non solum beneficijs præsentibus, sed etiam virga emendationis nos corripit.*
37 *Deus quomodo reliquit hominem in manu consilij sui.*
38 *Peccandi desiderium auget prohibitio peccatorum.*
39 *Adam septem horis stetit in paradiso, & vergente Sole ad occasum, peccauit.*
40 *Destructo principale, vel antecedente, seu genere, destruitur subsequens, accessorium, & species.*
41 *Deus non influendo, reducit ad nihilum aliquid.*
42 *Deus sicut peccantem impunitum non reliquit, ita sine misericordia esse non permittit.*
43 *Generatione conseruantur species, & homines multiplicantur.*
44 *Deo vero, & summo totum tribuimus hominem, Diabolus nihil creauit, sed vitiauit naturam.*
45 *Crimen à carendo nomine dicitur.*
46 *Vitium est habitus mentis male constitutæ, & opus est hominis.*
47 *Peccatum originale quomodo propagatur, & deletur.*
48 *Peccatum actuale, quæ continet, & quomodo deletur.*
49 *Animi passiones sunt amor, & odium, amicitia, & inimicitia.*
50 *Deus hominem rectum, & simplicem quomodo procreauit.*
51 *Liberum arbitrium quid, & dedit Deus vt rectè vtatur, num.77.*
52 *Diabolus insidiatur homini per inuidiam, & licet latetur dum cadit, nō ei minuitur, sed augetur pœna.*
53 *Peccata inducunt peccatorem ad peccandū, & ex vno generatur aliud.*
54 *Deus rexit mundum per se, & postea per alios diuino nutu constitutos, post num.53.*
55 *Ciuitatis recta gubernatio vt gubernetur per Regem, & sub eo per Principes.*
56 *Dominatur quis quos punit.*
57 *Arbitri iudices delegati ordinarij, vel medij quandoque dicuntur.*
58 *Sors in scripturis quandoque gloria vocatur.*
59 *Potestates seculares sunt Dei ministri quando inferunt pœnas ad retrahendum à peccato.*
60 *Prouidentia diuina omnia disponit in pondere, numero, & mensura.*
61 *Perfecte, & perfectum quid dicitur.*
62 *Deus habet plenarium dominium respectu totius, homo participat.*
63 *Ecclesia, & imperium fraternizant, & quæ est Imperatoris cura.*
64 *Gladius ciuilis, vel materialis, & alius spiritualis.*
65 *Iustitia remota, regna non sunt nisi latrocinia.*
67 *Homines non semper fuerunt.*
70 *Homo fuit creatus sexto die, & sexta ætate filius Dei factus est filius hominis.*
71 *Iesus Christus vt honoraret facturā suam humanam sumpsit carnem.*
73 *Exordium, vel proœmium quid, dicēdo, & scribendo multum operatur.*
74 *Aequales omnes natura sumus, inæqualitas ex quibus nascatur.*

Dei

75 *Dei potestas quomodo deriuat in homines diuersos officiales.*
76 *Natura communis, sed ars ingenij diuersa.*
78 *Rerum dominia iure primæuo erant communia, postea diuisa.*



1 POST] præludia, siue
exordium est caput to-
tius orationis, Bald. in
l.1. post num.5.de liber.
præteri. rei formã osten
dit in l.stipulatio,§.1.in
fi.de noui operis nunc.
& quæ præmittuntur, sæpè sequentium præ-
stant euidentiorem intellectum, idem Bald.
in rub.circa med. C.de ser.fugit. adeo quod
dictum causa euidentiæ,vel placationis,re-
petere non est absonum,neque nouum, gl.in
l.si rem aliquam, in uer.locus,in fi.ff.de no-
uatio. multa enim sunt uerba, quæ non ha-
bent unã significationem, sed diuersis locis
cõgruenter posita,diuerso modo intelligun-
tur, D.Aug.2.de consen.Euang.c.30.col.2.
circa fin.vnum & idem,habet diuersa nomi-
na in diuersis personis,Bal.in l.1.nu.9.d.tit.
de ser.fug. & in l.fin.nu.29.circa med. unde
leg. & nomina si non interpretentur,omnia
cõfusa erũt, ut docet Philosophus in 4.Met.
2 verbaq; uoluntati loquentium debeãt serui-
re, D.Aug.ubi supra,c.62.col.2. circa med.
cum nihil aliud quærendum sit, quàm quid
velit,qui loquitur,idem eod.loco,c.12.in fi.
ideo ut conclusio, & dispositio capiat intel-
lectum ab his,quæ ab exordio,uel præfatio-
ne dicuntur,Abb.in c.ex multa,nu.6.de uo-
to,& uoti redempt.optimum erit uerbis re-
latis interpretationem facere,l.itẽ ueniunt,
§.præter,ff.de pet.hæred. nam modus signi-
ficandi infixus ab intellectu,uel consuetudi-
ne,habet uim legis, Bal.in rub.post num.1.
C.de uerb.signif. sed in hoc plurimum ualet
memoria,D.Aug.2.de doctr.Christ.col.7.in
fi. maximè in iuuenibus,qui à primis cuna-
bulis debent utilia capere,Bal.in l.unica,in
princ.de nudo iure quiri.toll. sic itaque be-
ne descendent ad literam,gl.in l.pen.in uer.
attinuisse, in fi.ff.de donat.inter uir.& uxor.
& res ipsæ per ordinẽ se producent,D.Aug.
in lib.quæst.ex ueteri testa.col.13.post med.
propterea diuide textum,ut per Afflict.nam
diuisiones non sunt inuanũ inuentæ,sed mul
tum declarant literam, Abb.in c.diuersita-
tẽ,in prin.de conces.preb.qui dicit [POST]
& omissis,quæ dicit Ioll.hic de dictione ista
3 composita, vel separata, dic,quod hic denotat
ministerium ordinis,non contingentiæ,Bal.
in princ.cõst.ff. in add.in uer.illud autem,
& in l.cum ita,circa fi. ubi glo.in uer.nomi-
nati. in fi.de leg.2. ordinem dico temporis,
seu naturæ, add.ad D.Th.3.par.de Saluato-
re,q.27.art.2. ibi, quamuis post princ. nam
qui uiuit in æternum, creauit omnia simul,
Ecclesiasticus 18. simul ab initio temporis,
Abb.de summa Trinit.in princ. post num.1.
omnia ex nihilo,D.Aug.in lib.de cogn.uetæ
nitæ, col.20.circa fin. late D.Th.1.par.q.1.
&.art.& sic præsupponit,quòd causa causarũ
4 Deus,Bal.in rub.de nouo C.facien. æternus
à nullo dependens, omnium entium unum,
& summum principium,à quo cuncta depen
dent, Abb.in procem.Decretal. post nu.18.
mensura omnium substantiarum, D.Th.ubi
supra, 1.par.q.3.art.5. manens stabilis, dat
cuncta moueri,secũdum Boetium,cuius no-
men significat id quo maius significari non
potest: idem D.Tho.ead.1.par.q.2.art.1.&
1.1.q.2.ar.1. de quo secundum Damascenũ,
impossibile est aliquid dici,D.Th.præd.ead.
par.q.1.art.7. nec naturali ratione cogno-
sci,nisi ratione attributorum, ea.par.q.32.
art.1.& 3.par.de Saluat.q.35.art.4. prima,
& simplex substãtia, Caie.in 3.tom.tract.7.
de ente,& essentia,q.3.col.5.circa fi. primã
causam efficientem omnes Deum nominãt,
idem D.Th.1.1.q.2.art.3.est agens liberum,
Bal.in l.non nudo,de emanc.lib.solus habet
esse, D.Aug.1.contra Pelag.col.5. in princ.
est trinus,& vnus:late idẽ Aug.in epist.173.
cum seq.176.& 177. & in lib.de Fide ad Pe-
trum,in princ.& quomodo, D.Th.1.1.q.27.
per tot.& sic ipsa Trinitas,D.Aug.3.contra
5 Maximi.col.15.quæ Dei appellatione intel-
ligitur, D.Aug.præd. in lib. contra Adima.
circa princ. D.Th.1.ad Corinth.3.in fi.& 2.
eiusdem c.1. circa fin. cum sit vniuersorum
principium,Spec.in tit.de sum.Trin.num.1.
in principio,idest primum,& est initium in-
choantis,D.Aug.in lib.quest.ex vtroq; mix-
tim,col.109.in princ. vel in principio, idest
in Filio,qui est principiũ vniuersę creaturę,
D.Aug.præd. in lib.de octo dulcedij. quæst.
col.23. in fi. & seq.in princ. & in lib. quæst.
sexagintaquinque, col.1.& 10.circa finem:
seu per Filium,qui est principium: idẽ Aug.
in lib.de vnita.& trin.in princ.cum vnicum
sit principium,& non plura, Abb.de summa
Trin.in princ.nu.2.post med. D.Aug.10.de
ciuit.Dei, c.23.& 24. & in lib.contra epist.
Manich.col.12.circa med.& 21.contra Fau
stũ, in princ. & 3.contra Maxi.col.32. in fi.
vel ante omnia creauit Deus cœlum,& ter-
ram,Gen.1.& sic exponitur tripliciter con-
tra tres errores, in principio temporis con-
tra Philosophos: in Filio,contra Pithagori-
cos,& Manichæos: ante omnia, contra Pla-
tonem, Auicennã, & sequaces, D.Th.1.par.
q.46.

q.46.art.3. vbi Caiet.& ea.par, q.61, art.3.
6 creauit cœlum, & terram, uel mundum, ex quibus duobus mundus hic constat, D.Aug. 7.de ciuit. Dei, c.6. & 29. & mundi corpus plerũque ex istis duobus appellari solet idẽ Aug.6.de Trin.col.6.post med. dicitur autẽ cœlum ab occulendo, vel celãdo, D.Aug.in lib.quæst. ex utroque mixtim, col.31. circa princ. terra verò significat soliditatem, uel stabilitatem, & est quam pedibus corporeis calcamus: idem August.de serm.Domini in monte, col.3.in princ.& 9.circa fin. licet in sacra scriptura sæpè terræ nomine intelliguntur alia elementa, appendix ad D.Tho. 3.par.q.122.alias 91.ar.4. & mundum condidit plenum bonis omnibus visibilibus, & intelligibilibus, D.August.22.de ciuit.Dei, c.1.col.1.circa med.Angelica scilicet natura,& humana,spirituali,& temporali, Abb. in c.licet,post nu.11.de foro comp. quando
7 autem creati sunt Angeli, quales, vel quomodo sint non satis in manifesto distinguitur, D.August.1.de incarnat.Verbi,col.3.in princ. & 11.de ciuit.Dei, c.9.19. & 32. late D.Tho.1.par.q.50.per quinque art. & q.61. per tot.non omitto,quod verbum prædictũ,
8 in principio,innenit D.Aug.in lib.Platonis, prout ipse dicit 8.de ciuit.Dei,c.11. D.Th. ad Colossenses 1.ibi,qui est imago,col.3.circa med. & in fi.col.pen.circa princ. ad Hebreos 1.ibi,& tu in principio,& 1.par.q.32. art.1.& non mirum,quia quę in istorũ libris legũtur,& pro nostra religione testimonium dicunt à sanctis Angelis, vel à nostris Prophetis audire potuerunt, D.Aug.1.de consensu Euangelist.c.20.etiam quia Socrates, & Plato eius discipulus fuerunt post Esdrã, D.Aug.præd. 18.de ciuit.Dei,c.37. & Plato fuit tempore Hieremiæ, idem August. 2.de doctr.Christ. col.23. post princ. vltra quod
9 omnes Philosophi fuerunt post Prophetas, exceptis Poetis Theologicis,qui non fuerũt ante, sed post Moyseu, D.August.in d.c.37.
10 & 39.& sic mundus non fuit ab æterno,Bal. in l.ex hoc iure, circa princ. de iust.& iure, Affl.hic post nu.2.D.Aug.in lib.quęst.ex veteri testa.col.27.post med.& 28. late D.Th. d.par.1.q.46.art.1.& 3. & quolib.3.art.31. & 12.art.7. sed Deus fundauit terrã,& dextera mea mensa est cœlos, Esaias 48.& non Angeli,vt tenuerunt quidã,de quibus D.August.in lib.de hæresibus, col.3.in prin.& 11. de ciuit.Dei, c.4.& 5.& 12,eiusdẽ, c.24.25, & seq.late D.Thom.d.1.par.q.65.art.1.2.3. & 4.& quolib.9,art.6. ita vt per cœlos omnis creatura inuisibilis dicta sit, vltra quod
11 cœlum triplex, & eorum motus, quolib. 6. art.19.per terram omne visibile, D.August. 1.de Genesi ad litterã,col.4.circa med.& 2. eiusdem col.14.post princ.& 3.eiusdẽ col.3. circa med.& non formauit de rę aliqua,quę non sit sua,vel quæ ante fuerit,sed de concreata.i.simul à se creata materia, quã sine vlla temporis interpositione formauit:idẽ Aug. 13.confessionum,c.33.de informi materia, & hæc ipsa facta est de nihilo, Aug.præd.in lib.de vera relig.col.17. post mediũ, & 1.de Gen. contra Manich.col.6.circa med. & de Fide,& symbolo,col.2.circa fin. & 1.de mirab.sacræ scripturæ, col.1.circa med. quam
12 materiã informem antiqui hilem dixerunt, quasi acta sit,ut nõ aliquid faciat, sed vnde aliquid fiat, idem D.Aug.in libro de natura boni, col.6.circa med. vel chaos, D.Thom. 1.par.q.66.art.1. idest confusionem rerum, quam Græci dicunt materiam cœli,& terrę confusam, Archid.in c.similiter, 33.quæst.2. D.Aug.1.de Genesi contra Manic.col.6.circa med.2.eiusdem,col.4.& 1.de Gen.ad litt. col.6.in fi. & sic omnia quæ Deus fecit, per Verbum, & Sapiẽtiam suam de nihilo fecit: idẽ Aug.in lib.dispnt.1.contra Fortu.col.6. circa mediũ, & 1.contra aduersf.legis,col.8. circa med. & nulla vtilitatis indigentia,sed sola sua bonitate fecit, Foller.hic,post nu.6.
13 [MVNDI] huius corporalis, vel huius corporis molem,quam mundum nuncupamus, D.Th.2.2.q.167.art.1.seu sensibilis,D.Aug. in lib.de mori.Eccl.Cathol.col.19. circa fi. cum alius sit intellectualis, D.Aug.prædict. 1.retract.c.2, iuxta illud Ioan.18. Regnum meum non est de hoc mundo : licet alibi dicatur,quod vnus est mundus, D.Tho.1.par. q.47. art.3. seu vniuersitatis creaturarum, quæ mundi nomine nuncupatur,idẽ D.Tho. ea.par.q.46.art.1.in princ. & dicitur mundus, quia quæque res ab alia segregata ad mundum apparuit,D.August.in lib.quęst.ex veteri testam.col.4.circa fi. & 1.ex vtroque mixtim, col.33. circa med. & incipit à Firmamento, idem Aug.de Gen.ad lit.5.col.7. circa princ.alibi mundus.i.carta,in qua debet scribi instrumentũ, quæ debet esse munda, & pura, vel sicut mundus debet omnia continere, Host.in sum.de contraheu.empt. §.& de quibus rebus,post med.Bal.in l.contractus, post nu.10.de fide instr. [MACHINAM] mundi fabricã, D.Aug.in lib.contra Iudæos,Paga.& Arria.col.6.in prin.propter hominem aliquo modo factam, D.Tho.cum add.ibi,exa.3.par.quæst.105.alias 74.art.1. cum & ipse sit illius pars, ea.q.art.9. quæ &
14 si mirabilis sit,cum omnium visibilium maxima sit,D.Aug.11.de ciu.Dei,c.4.in princ. & nihil est tam sine exemplo,& pari facto in rerum mundanarum constitutione, quàm mundus,8.de Gen.ad litt.col.2.circa princ. adeo quod quidquid mirabile est in hoc mũdo,

do, minus est, quàm totus hic mundus, Aug. præd. 10. de ciui. Dei, c. 12. tamen mirabilior est fabricator, ex sentent. D. Aug. 73. nam est opus diuinum, idem Aug. 6. de ciui. Dei, c. 6. col. 1. in fi. eius initiũ ab eo, non ab alijs est, idem in lib. ex vtroque mixtim, col. 30. alibi omne artificiosè factum dicitur machina, l. quæsitum, in ver. machinas, de fun. instr. & instr. lega. l. si vt certo, §. plane, ff. commod. l. 1. circa fin. de mor. infer. & gl. hic in princ. inde machinæ diaboli, D. Aug. in epist. 93.
15 col. 3. circa prin. [Providentia Divina] quæ secundum Boet. est ipsa diuina ratio in summo omnium Principe constituta, D. Th. 1. par. q. 22. art. 1. cui omnia seruiũt, D. Aug. in lib. de agon. Christi, col. 5. circa fin. D. Th. d. q. 22. ar. 2. eius cura est de omnibus, & sua omnia gubernat sapientia, Sap. 6. & 14. & ea administrat virtute, qua condidit, D. Aug. 2. de nuptijs, & concup. c. 5. col. 2. post princ. vel eius prouidentia, qua vniuersum quod condidit, regit: idẽ Aug. 1. de ciui. Dei, c. 36 non solum singulis personis quasi priuatim sed vniuerso generi humano tanquam publicè consulit: idẽ D. Aug. in lib. de vera relig. col. 22. post med. & in lib. octuaginta trium quæst. col. 19. in fi. etiam infimis, secundum Platonicos, idem 10. de ciuit. Dei, c. 17. circa fin. quia omnia sunt subiecta diuinæ prouidentiæ, D. Th. d. q. 22. art. 2. adeo quod sine ea nec momento subsistere possit, ea. par. q. 104. art. 1. quia prima causa regulat omnes alias inferiores, Bal. in l. 2. num. 5. C. de his, quib. vt indig. & semper inferiora per superiora gubernat, D. Tho. d. 1. par. q. 96. art. 1. mediate, vel immediate, ea. par. & quęst. 22. art. 3. sua tamen prouidentia, ea. par. q. 103. art. 1. quia gubernatio ad prouidentiã pertinet, ea. q. art. 4. contra eos, qui putauerunt sublimes mundi partes à confinio corpulentioris aeris supra, diuina prouidentia guber nari, imam autem partem, & terrenam, in qua venti, nubesq, consurgunt, casibus potius, & fortuitis motibus agitari, D. August. 5. de Gen. ad lit. col. 18. circa fi. D. Th. d. par. 1. q. 8. art. 3. & q. 44. art. 1. & 2. vbi etiam in append. confutatur ista opinio, alibi tamen dicitur summa prouidentia. i. ratione naturali, l. 1. in ver. prouidentia, de leg. tuto. prouidentia in armis, religio in legibus, gl. pen. in l. vnum ex familia, de leg. 2. hic prouidentia summæ Trinitatis, l. 1. de vet. iure enucl.
16 [Formatam] & sic non casu, sed à Deo factus est mundus per intellectum agentem. D. Th. d. 1. par. q. 15. art. 1. & fecit dũ voluit, D. Aug. 22. de ciuit. Dei, c. 2. in materia informi, quam cum distinctione dierum verbo suo deduxit in formam, Idem August. in lib. quæst. 65. col. 11. post med. Abb. de sum. Tri. in princ. in glo. in ver. simul, secundum ordinem naturæ, non temporis, nam secundum tempus omnia simul creata sunt, D. Thom. ad Ephes. 3. ibi, vt innotescat, col. 3. in princ. D. Aug. confessio. 11. c. 5. & 6. diuisio autem dierum adaptatur ad cognitionem, Foll. hic
17 1. not. [Et Primordialem Materiam] quæ sic dicitur, quia est mater rei, Bal. in l. ius ciuile, post nu. 3. de iust. & iure, & est qua aliquid fit, D. Th. 1. par. q. 92. art. 2. dixi infra in const. magistros mœchanicarum artium, quam creauit Deus, quia omne quodcũque est, à Deo est, creauit primam materiam, & tãquam prima causa est exemplaris omniũ rerum, D. Tho. ea. par. 1. q. 44. art. 1. 2. 3. & 4. fecit mũdum, & eius ornatus, D. Aug. in lib. de eccl. dogm. c. 10. & quasi ex secunda considerationе res ex ea formauit, idem Aug. de Genesi ad litteram, col. 12. [Natvrae Melioris Officio In Rervm Efficies
18 Distribvtam] dum natura naturans ipse Deus, gl. in l. respiciendum, si cer. pet. remouendo informitates primæ formæ, D. Thom. d. par. 1. q. 69. art. 2. reduxit materiam in rerum formas, conuertendo materiam in meliorem naturam, glo. hic in ver. naturæ, post med. & sic secundum quosdam, informitas tempore præcessit formationẽ materiæ, nec fuit hoc ex impotentia Dei, sed ex eius sapientia, vt ordo seruaretur in rerum conditione, dum ex imperfecto ad perfectum reducerentur, D. Th. d. par. 1. q. 66. art. 1. ibi ad primum, mouendo materiam ad formam, q. 105. art. 1. [Qui Facienda Praevi-
19 derat] non more nostro per obiectum repræsentatum sensui, per quem percipitur, Abb. in c. bonæ memoriæ, nu. 13. circa med. de electio. quod futurum est, prospicit, quod præsens est, aspicit, & quod præteritum est, respicit, sed incommutabiliter sempiterna præsentia comprehendit omnia, D. August. 11. de ciui. Dei, c. 21. adeo quod mundus, qui pro tempore esse cœpit in illa diuinæ præscientiæ luce faciendus, nullũ potuit habere principium, & quanticũque ex Adam vsque in hodiernum diem homines nati sunt, & postea nascentur, apud Deum nati sunt, nam Deus, qui nec loco clauditur, nec tempore præuenitur, omnium rerum tam præteritarum memoria, quàm imminentium scientia plenus est, nec reminiscens voluitur in præteritum, nec sperans tenditur in futurum. D. Aug. in lib. de prædest. & gratia, c. 5. vnde ante mundi constitutionem vidit nos, fecit nos, emendauit nos, misit ad nos, redemit nos, hoc eius consilium manet in æternum: D. Aug. præd. psal. 32. Exultate iusti, concio. 2. col. 9. [Facta Considerans, Et Considerata Commendans] nam cum tam

tam in paruis, quàm in magnis quibuſque rebus cõditis magna ſit bonitas, atque omnipotentia conditoris, D.Aug.in lib.de Fide ad Petrum, col.13.circa med. Vidit cuncta quæ fecerat,& erãt valde bona,Gen.1.in fi.
20 & ſi omnis pulchritudo eſt,quę partibus cõſtat, multo laudabilior eſt in toto, quàm in parte,ſicut in corpore humano ſi laudamus oculos ſolos,naſum ſolum,genas,aut ſolum caput,ſolas manus,aut ſolos pedes, aut cæterã ſingula ſi pulchra ſunt,quanto magis ſi totum corpus,cui tota membra conferunt, ita Deus, qui fecit omnia, cum de ſingulis ageret, dicitur vt ſupra in ſacra Gen. Vidit Deus,quia bonum eſt:cùm autem de omnibus dicitur,parum fuit dicere,bona,niſi adderetur valde bona,D.Aug.in lib.de Geneſi contra Manich.col.18.circa fin.nam & ſingula pulchra ſunt omnia in vniuerſi compage pulchriora ſunt, idem Aug.3.de Gen.ad litterã,col.pen.poſt med.meliora enim ſunt ſimul omnia,quàm quęlibet ſingula, Auguſt. præd.in lib.de bono viduitatis,col.5.in fine. [A Globo] vel circulo, D.Aug.1.de Gen. ad lit.col.18.circa fi. [Circvli Lvnaris] & fit mentio magis de Lunari globo, quàm
21 de alijs ſphęris,quia Lunaris globus eſt terminus cœleſtium corporũ verſus nos, & eſt magis terrę affinis inter omnia corpora cœleſtia, D.Tho.1.par.q.102.art.1. hinc enim ſurſum verſus terra eſt prima, aqua ſecũda, tertius aer,quartum cœlum,& ſuper omnia animæ natura,D.Aug.22.de ciuit.Dei,c.11. à ſummo circuitu cœli,quem polum Aſtrologus dicit, eſt ſtella ſempiternæ apparitionis, Bal.in auth.cõtra rogatus,nu.2.in fi.ad Trebell. & vſque ad circulum Lunæ creauit æthereas animas,aſtra,& ſtellas, D. Auguſt. 7.de ciuit.Dei,c.6. à quarũ conſideratione, & viſu in agilibus humanis homines mouē-
22 tur,D.Th.& Caie.2.2.q.53.art.4.Luna verò habet quaſdam tenebras nebuloſas, in quibus generantur pluuiæ,venti, & huiuſmodi, D.Th.d.q.102.art.1. vel inter Lunæ gyrum ſunt nimborum, ac ventorum cacumina, D.Aug.vbi ſup.7.de ciuit.Dei,c.7.& dæmones,nõ in ęthere,ſed in aere,ſub Luna,atque in ipſo Lunæ globo ſunt, idem Aug.10.eiuſdem,c.11.in prin.& ſunt in aere caliginoſo, ad noſtrum exercitium,boni hic ad noſtram vtilitatem,& quomodò illi patiuntur,& alij fruuntur vſque ad diem iudicij,D.Th.1.par. q.64.art.4.& Angeli quomodo agunt in hęc corpora inferiora: idem D.Thom.quolib.9.
23 art.10. Dæmones autem qui ſunt infra Lunam,& aerem,qui infernus dicitur reſpectu cœli,permiſſione diuina affligũt noſtra corpora,& bona,ſiunt incantationes,& interdũ forte ſunt factores infelicium dierum: ſed Angeli,boni,qui ſunt in aere,ſecundũ B.Th. nos tuentur, Bal.in l.2.in princ.com.de leg. & in l.fin.in princ.nu.4.de temp.appel.vnde lunatici plerunque nõ ex vitio Lunæ patiuntur,ſed dæmones ipſos vexant illis temporibus,vt per Lunam infament Creatorem Lunæ, idem Bal.in rub.poſt num.11. de vita,& honeſt. cler. nam ſicut Deus aliorum malis vtitur ad bonum, ita inimicus bonis vtitur ad malum,vt Creatorem infamet,quaſi non ſint bona,vel vt ſuadeat,quod non Deus,ſed ipſe creauit, appēdix ad D.Th.1.par.q.115.
24 art.2. & 5. vnde dæmones viſi ſunt pugnare ad inuicē, vt exemplo ſuo velut diuino præberēt ſceleribus auctoritatem, D.Aug.2.de ciuit.Dei, c.25. facit quod dicitur 4.Reg.7. & 2. Machab. 5. licet ſigna diuerſa diuerſis temporibus fuerint è cœlo,Guliel.Pipin.feria 4.poſt 1.Dom.in Quadrag.col.5.in fi. & ſeq.& tempore Caroli VII. Regis Francorũ in cœlo,Sole ſereno, viſa fuit Crux candida ſuper ciuitatem Bononienſem,idem Guliel. Pipin.feria 3.Paſchę,col.18.ſed ſi quis dixerit, quòd tonitrua, fulgura, & tempeſtates, ac ſiccitates ſua auctoritate diabolus facit, anathema ſit, appendix ad D.Tho.d.1.par.
25 q.49.art.3. Luna verò creſcit, & decreſcit, & varia viciſſitudine commutatur, D.Aug. in epiſt.119.col.4. poſt med.& ſeq. & in lib. de ſpir.& anima, col.8.in fi.& 9. habet plures circulos,& eorũ nomina,Foll.hic nu.15. & 16. vnde habeat lumē,duas opiniones refert D.Aug.in pſal.10.col.2.circa fin.& ſeq. & ponitur in ſacra ſcriptura pro defectu carnis,quia dum meſtruis momentis decreſcit, defectũ noſtræ mortalitatis deſignat, Greg. in homil.ſuper Lucã 18. vel pro mobilitate huius mortalitatis ponitur D.Aug. pſal.60. col.6.poſt med.& ſignificat reſurrectionem, idem pſal.102.col.10.in fi.quando eſt perfecta oritur veſpere, & occidit mane, & ſic præeſt nocti, D.Thom.1.par.q.70.art.2. Sol præeſt dici, c.ſolitæ,de maior.& obed. & eſt cauſa vniuerſalis, nõ tamen generat niſi ſecundum ſpecificum ſubiectum, Bald. in l.3. nu.6.in princ. C.de rer.permut. Vtrum res redit ad primam cauſam, & primum auctorem,& ab eo regulantur cauſæ inferiores,& ſubalternæ, Bald.in l.1.nu.3.C.ſi manci. ita ven. ne proſti. & de globo Lunare ſuperius, & inferius, D.Tho.d.1.par.quæſt.63.art.7.
26 [Inferivs Hominem] qui voluntate Dei, non neceſſitate proceſſit, appendix in fi. ad D.Th.1.par.q.19.art.3.& 4.non propter ſuã vtilitatem, ſed ſolum propter ſuam bonitatem creauit, D.Th.ead.par.q.44.art.4. quæ bonitas diuina eſt finis omniũ corporaliũ, & quia per vnã non ſufficeret, produxit multa, & diuerſa, vt quod vni deeſſet ad repræ-

sentandam diuinam bonitatem, suppleretur
ex alia, D. Thom. præd. vbi sup. q. 47. art. 1. &
q. 65. ar. 2. præsertim in homine, cum nullum
sit creaturę genus, quod in eo nō possit agno
sci, D. Aug. in lib. ad Orosium, col. 8. in prin.
nam vltra ea quæ dixi sup. in proœ. in princ.
est pars mundi, D. Th. 3. par. q. 105. alias 74.
art. 1. vel breuis mūdus, idem ea. par. q. 122.
alias 91. ar. 1. dedit illi Deus essentiam cum
lapidibus, semen cum arboribus, sensum cū
pecoribus, & intellectū cū Angelis, D. Aug.
5. de ciuit. Dei, c. 11. posuit in eo cerebrum
membrum diuinū, vbi sensus, & intellectus,
Bal. in l. 1. §. fin. post princ. de iust. & iure, &
donauit animam, qua in rebus inferioribus
nihil est perfectius, & à solo Deo, qui eā crea
uit beatificatur, D. Tho. d. par. 1. q. 79. art. 4.
& eius nomen est formæ substantiali .i. ani-
malis rationalis, Bal. in l. 1. nu. 1. circa med.
de orig. iuris, & duo in eo considerantur ge-
nus, quia animale, & differentia, quia ratio-
nale, idem in l. 1. 2. repe. in princ. de off. eius.
[DIGNISSIMAM CREATVRAM] l. iustissime,
de ædil. edicto, cuius natura quodammodo
media est inter Angelos, & animalia, vt si
Creatoris sui præceptum obediret, in con-
sortium trāsiret Angelorum, sin autē Deum
suum offenderet, æterno post mortem suppli
cio destinetur, D. Aug. 12. de ciuit. Dei, c. 21.
27 [AD IMAGINEM PROPRIAM EFFIGIEMQ.
FORMATAM] ad eius exemplum, & simili-
tudinem, Foll. hic, nu. 17. nam imago non re-
præsentat proprium esse, sed similitudinem
rei, Bal. in l. 2. in princ. C. de iure aur. anulo.
vnde facies hominis ex quo est ad similitu-
dinem Dei formata, fœdari non debet, idem
Bal. in l. si quis, in metallum, C. de pœnis, vel
ad imaginem, & similitudinem suam, c. hæc
imago, 33. q. 5. & dixit prius ad imaginem,
& postea ad similitudinem, nam imago est
quoad naturalia, similitudo quoad gratuita,
Arch. in c. similem, de pœnit. dist. 12. vel ad
imaginem Dei quoad proprietates animæ,
ad similitudinem quoad gratuita, Abbas de
sum. Trin. in princ. nu. 2. post med. siue spiri-
tum ad imaginem Dei, cętera ad similitudi-
nem, D. Aug. in lib. octuaginta trium quæst.
col. 25. in fi. & seq. imago Dei ad naturam
pertinet animæ, similitudo pertinet ad opus
iustitiæ, idem Aug. in lib. de essentia diuini-
tatis, in fi. & in tract. super Ioan. col. 5. & de
cogn. veræ vitæ, col. 27. & homo non dicitur
imago, sed ad imaginem, vt denotet imper-
fectionem; filius autē dicitur imago patris
ab imitando, & differt à figura, D. Th. 1. par.
q. 35. art. 1. & 2. & q. 93. art. 1. 4. 5. & 9. vbi ēt
quod triplex est imago. [QVEM PAVLO
MINVS MINVERAT AB ANGELIS] psal. 8.
vel paulò minore, c. sicut dignū, §. illi etiam,
28 de homic. & minuerat ab Angelis, nā homo
inferior est Angelis, superior pecoribus, ha-
bens cum pecoribus mortalitatem, rationē
verò cum Angelis, inde dicitur animal ra-
tionale mortale, D. Aug. 9. de ciu. Dei, c. 13.
cum quædā sint mortalia, insensualia, irra-
tionalia, vt arbores, cum quibus est cōmune
homini crescere, generare, ali, & mori: se-
cunda mortalia, irrationalia, & sensualia, vt
pecora, cum quibus est commune crescere,
generare, ali, & mori, sentire, fugere, & ap-
petere: tertia sensualia, rationalia, & mor-
talia, vt homines: quarta immortalia, vt
sunt Angeli, cum quibus est commune cum
hominibus audire, intelligere, & sentire.
D. Aug. in lib. viginti vnius sententia, col. 7.
circa fi. Vel inter hominem, & Angelum est
differentia, quia Angelus ex naturali condi-
3 tione creatus est plenus sciētia, homo crea-
tus est plenus scientia in potentia, non in
actu, seu primo homini restabat aliquid sciē
dū, Angelo non, Caiet. ad D. Th. 2. 2. q. 163.
art. 2. & sic paulo minus minuerat ab An-
gelis, qui Latina lingua nuncij interpretan-
tur, D. Aug. 15. de ciuit. Dei, c. 23. & Luc. 1.
Missus est Angelus Gabriel. & eorū natura
4 est quodam speculum diuinam similitudinē
repræsentans, D. Th. 1. par. q. 56. art. 3. specu-
lum purum, & clarissimū, idem ea. par. q. 58.
art. 4. signaculum similitudinis, quia in eis
similitudo diuinæ imaginis insinuatur ex-
pressa, ea. par. q. 93. art. 3. homo autem tenet
5 medium inter Angelos, & animalia bruta,
quia cū Angelis participat respectu animæ
rationalis, cū brutis respectu corporis, seu
animæ sensitiuæ, vltra quod participat de
omnibus, nam habet esse cum lapidibus, vi-
uere cum plantis, sentire cum brutis, & intel
ligere cum Angelis, Abb. de sum. Trin. post
med. pri. & alibi, non minus .i. magis, gl. in l.
iurisgentium, §. pactorum, ff. de pact. & ali-
ter minus, in l. fin. vbi glos. si certum petat.
[CONSILIO PERPENSO] non sine grandi
consilio, infra in const. non sine grandi con-
silio, & perfecto, nam dictio per, composita
significat perfectionem, Bal. in l. sed & mili-
tes, §. plane, ff. de leg. excus. tut. vltra quod
consilium Dei manet, & volūtas eius loqui-
tur, Esaias 46. [DISPOSVIT PRAEPONERE
CAETERIS] idest cunctis, Bal. econtra in
l. 1. §. sed & si. ff. si ex nox. cau. aga. & est no-
ta diuersitatis, idem Bal. in l. in cōtractibus,
§. 1. in fi. C. de non num. pec. [CREATVRIS]
29 & præposuit illis, vt Deo subiectus, subiectis
cæteris dominaretur, D. Aug. in lib. de vera
relig. col. 22. in princ. de rebus rationē red-
diturus, quas in vsum præsentis vitæ acce-
pit, idē Aug. in lib. de Fide ad Petrū, col. 21.
circa fi. cum omnia, quæ facta sunt, in vsum
hominis

hominis facta sunt, D.Tho. 1.2.q.16.art.1. & 3.par.q.122.alias 91.art.1.Creaturæ autem aliæ sunt spirituales, aliæ animales, & partim corporales, & sic nō solum corpora, sed etiam animæ,& spiritus,creaturę nomine continentur,& omnis creatura in homine numeratur, D.August.in lib.octuaginta trium quæst.col.66. circa med. cum duabus seq. cui oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi subiecit sub pedibus eius, psal.8. Domine Dominus noster. [QVEM
30 DE LIMO] puluere, D.Aug.in lib.ad Orosium,col.3.in prin.& est terra humida,idem Aug. 7.de Genesi ad litterā, col.8. in princ. vel aqua permixta, & cur de eo fuit corpus primi hominis, D.Thom.1.par.q.91.art.1. & quid mysterij habeat, D.Aug.2.de Gene. cōtra Manich.col.7.& seq. [TERRAE] agri Damasceni,& inde transtulit ad paradisum, vt ostenderet, quod esse paradisi non sit ex natura,sed ex gratia, Abb.de sum.Trinit.in prin.q.3.& vir fuit factus extra paradisum, mulier in paradiso, Lucas in l.1.in princ.de
31 agent.in rebus,est autem paradisus locus in quo feliciter viuitur,D.Aug.in ep.57.col.3. post med. propriè significat hortum,seu delicias,Caiet.ad D.Th.3.par.de Saluat.q.52, art.2. est in Orientis partibus constitutus, cuius vocabulum à Græco in Latinū hortus dicitur,& quomodo ascendat vsque ad locū globi Lunaris,D.Th.1.par.q.102.art.1.& 2. vbi etiam quomodo sit locus homini congruus,capitur pluribus modis, vbi est,vnde, & vbi infernus,D.August.12.de Gen.ad lit. col.28.vsq; in fi. & 2.de anima,& eius orig. cap. 14. Vel beatitudo paradisi nomine significatur, D.Aug.prædict.2.de Gen.contra Manich.col.9.circa fin. & 14.post medium, & differt à cœlo, quia cœlū de se dicit quid altissimum, paradisus dicit quid delectabilissimum, per cœlum designatur summa cōtemplatio, seu visio, per paradisum fruitio, append.ad D.Th.3.par.q.126.alias 95.ar.2. [TRANSVMPTVM] tanta attentione, Abb. in c.si verò, post nu.2.de iureiur. nā corpus, secundum Physicos, licet terram,& eius soliditatem in promptu gerat,habet tamen in se aliquid aeris,quod in pulmone cōtinetur, & à corde per venas, quas arterias vocant, diffunditur,& ignis nō solum feruidam qualitatem, cuius sedes est in iecore,& cerebro est locus tanquam cœlum corporis,de cuius medio radij non solum emicant oculorum, sed etiā ad sensus tenues fistulæ deducuntur totius corporis,& tanquam riuolos ad totū corpus diffundunt, D.Aug.7.de Gen.ad lit. col.8.post mediū,& facit quod dixi infra in const.salubritatem,in priu. [VIVIFICAVIT IN SPIRITV] inspirando in faciem eius spiraculum vitæ,Gen.2. & sic Deus virum terreno cum formasset ex puluere,sufflando fecit animam,D.August.12.de ciui.Dei,c.23. & 13.eiusdem c.fin. col.3. quæ comparatur
32 ad corpus sicut materia ad formam,& licet sit posterior ordine generationis, est prior ordine perfectionis,& naturæ,D.Thom.1.2. q.83.ar.2. creatur dum corpori vnitur,cum sit corporis forma, D.Th.6.de cōuen.Incar. art.3. circa fin. & 1.par.q.118.art.3. à solo Deo creatur,ea.par.q.91.art.2.cū non possit fieri nisi per quem facta sunt omnia. D.Aug.2.de Trinit.col.11.post med. non ex materia corporali, vel spirituali, D.Thom. 1.par.q.75.art.5.& an sit ex materia,& forma,idem D.Th.3.quolib.art.20. dicitur tamen esse immediatè à Deo,Bal.in l.1.2.rep. §.fin.post princ.de iust.& iure: nec natura, secundum Sene. potest nudos edere spiritus humanos, Bal.in l.2.nu.1.in fi. C.de posthu. hæred.inst. sed spiritus quo viuit homo,anima vocatur, quæ est pars humanæ naturæ, nec habet naturalem perfectionem nisi corpori vnita, D.Th.1.par.q.90.art.4.in addit. ibi, probatur, non est corpus, sed corporis actus,est principium vitæ,quæ manifestatur ex operatione cognitionis, & motus, idem D.Th.ead.par.q.75.art.1. vnitur corpori vt forma,ea.par.q.110.art.2.adeo quod ex anima,& corpore resultat vnū esse in vno eom posito,idem D.Th.in tract.de ente, & essentia, q.11.col.5. circa med. & sic in homine duæ sunt partes, mens, intellectus,siue anima, & hæc est forma hominis, item corpus, seu organum, & hæc est materia,vel instrumētum hominis, Bal.in l.3.nu.9. C.de testi. per mentem, vel intellectum, quod anima dicitur,intelligit homo, D.Thom.vbi supra 1.par.q.75.ar.1. nam vltra ea quæ dixi sup. in proœ.& infra in const.dohanæ, in corpore omnia mēbra vegetat, per oculos vidit, per aures audit,per nares olfacit,per linguā loquitur,per manus operatur,per pedes ambulat, omnibus simul adest membris, vt viuant, vitam dat omnibus, officia singulis: D.Aug.in serm.2.circa fi.feriæ 2.Pentecost. adeo quod est in toto, & qualibet parte totius,D.Th.d.par.1.& q.76.art.8. mouet tamen corpus suum tantum, & non quodlibet corpus,ea.par.q.117.art.4. & est virtus animæ per organa, intantum quod percussus vehementer in capite perdit virtutem, Bal. in l.testiū,nu.8. C.de testi. nam litteratissimus quidā ex ictu lapidis super caput,amisit omnem scientiam. Valer.Max. lib.1.de mirac.& Plinius de naturali hist.lib.7.c.24. dicit de quodam ægroto, qui ex infirmitate ad tantam deuenit obliuionem, vt nedum obliuisceretur nominum seruorum suorum,

C 2 verum

verum etiã proprij nominis, Guliel. Pipin. feria 4. post Domin. 4. in Quadrag. col. 12. & informat, vt supra, anima per infusionẽ non locali spatio, sicut aqua vtrem, siue spongiã, sed miris modis in corporeo nutu commixta viuificat corpus, & imperat quadam intentione, non mole, D. Aug. 8. de Gen. ad lit. col. 21. in princ. ita intellectus informatur ex respõsione iuris, Abb. in c. prudentiã, 1. not. de offic. deleg. & quando vniatur cum corpore, D. Thom. d. par. 1. q. 76. art. 6. & 7.
33 Insufflatio verò à Deo facta in faciem Adæ, quẽ ex limo formauerat, Dei operationem significat, qua animam fecit spiritu potẽtiæ suæ, D. Aug. 2. de Gen. contra Manich. col. 8. nec Dei flatus, vel eius pars est anima, quia hoc est hæreticum, D. Th. 1. par. q. 9. art. 1. 2. & 3. Foll. hic, nu. 17. post med. sed insufflãdo fecit, D. Aug. 7. de Gen. ad lit. col. 2. circa fi. pri. contra aduer. legis, col. 14. in princ. & 1. de anima, & eius orig. c. 4. 2. & 3. eiusdẽ c. 3. 6. & 15. etiam, quia, secundum Marcũ Varr. Deus non est anima, sed animæ effector, & conditor. idem Aug. 4. de ciu. Dei, c. 31. & 7. eiusdem c. 5. in fi. & 6. [Ac] copulatiuè ponitur, Abb. in c. fin. in princ. nu. 4. circa med. de iureiur. vt dono accenderetur, & sursum ferretur, D. Aug. confess. 13. c. 9. [Eodem Honoris, Et Gloriae Diademate Coronato] iuxta illud psal. 8. Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eũ super opera manuum tuarum. Regis, vel Imperatoris corona, vt hic in add. & cum anima rationali perfecta, & beata, & corpore nõ quale nunc habemus fragile, & mortale, sed quale congruebat tali animæ, quale nos quoque post resurrectionẽ habituri sumus: D. Aug. in libro viginti vnius sententiarum, sent. 10. col. 7. & vt partus ederet, glo. 1. in c.
34 nasci, 56. dist. [Vxorem] quæ quasi vnctio dicitur, mos enim erat antiquitus, vt puellæ nubentes simul venirent ad limen mariti, & prius quam ingrederentur, ornabant lineis viros, & oleo vngebant, Luc. in l. 3. in princ. de instr. cau. & fide. [Et] idest, gl. fin. in l. & eleganter, de dolo malo, in l. decernimus, in ver. & ad. de episc. aud. [Sociam] adiutricem, Bal. in fini. in l. ad commentariensem, post nu. 2. C. de cust. & exhi. reo. diuini, & humani iuris, l. 1. ff. de ritu nupt. infortunij, & non pœnæ, l. si cum dotem, §. si maritus, in ver. fortuitis, in addit. sol. mat. facit constit. pœna carere volentes, infra de vxor. foriud. [Partem Sui Corporis] & voluit Deus omnes ex vno condere, vt in sua societate non solum similitudine generis, sed etiã cognationis vinculo teneretur, primaq; naturalis humanæ societatis copula vir, & vxor, quos nec ipsos singulos condidit Deus, & tanquam alienos iunxit, sed alterũ creauit ex altero, signans etiam vim coniunctionis ex latere, Luc. in l. 2. col. 2. post med. de prox. sacr. scri. & tulit de costa, vt Gen. 2. & quare, glo. in c. fin. 33. q. 5. vt sicut de latere Adæ soporati fuit formata Eua, sic de latere Christi mortui exiuit sanguis, & aqua, Io. 19. vnde formata est Ecclesia, clem. vni. vbi glo. in ver. soporati, de sum. Trin. & cur nõ tulit de capite, vel pedibus, D. Th. 1. ad Corint. 7. col. 3. circa prin. [Aggregavit] cõiunxit, Nizolus in ver. aggrego, quia vnio claudit in se duo, & per vnionem fit aliquid vnum. D. Th. vbi Caie. post princ. 3. par. de Salutat. q. 2. art. 9. [Eosque Tantae Praerogativae] vt corpus è terra, & spiritum possiderent è cœlo, ipsiq; cœlum, & terra sint, D. Aug. 1. retract. c. 1. col. 3. in princ. & 2. cõtra Iulian. col. 6. in princ. [Mvnimine] firmamento, Io. And. c. 2. in princ. de off. ord. in 6. [Decoravit] honorauit, vel ornauit, glo. 3. in l. 1. ff. de postul. sanos, inculpabiles, libero arbitrio, atque ad iustè viuendum potestate libera constitutos, ita vt peccare nõ possent, si peccare noluissent, D. Aug. in lib. de natura, & gratia, col. 28. in princ. 39. 43.
35 cum seq. [Vt Ambo Primitus Efficerent Immortales] si non peccassent, D. Aug. 13. de ciuit. Dei, c. 19. in fi. non enim sic facti fuerunt, vt mori non possent, sicut cæteræ naturæ, sed ita vt obedientia immortales, inobedientia mortales faceret, habuit itaque primus homo corpus, sicut & nos, sed sine peccato, nec habebat legem in mẽbris suis repugnantem legi mentis suæ, insuper vt non senesceret, nec deficeret, per virtutẽ ligni quo sustẽtabatur, quod in paradiso vitæ nomen accepit, D. Aug. in lib. quæst. sexagintaquinque, quæst. 19. de quo edere dignus fuit quãdiu in Creatoris lege durauit, idem Aug. in lib. quæst. ex nouo, & veteri testam. q. 19. adeo, quòd si durasset non peccando, corpus animale in quo creatus erat, in corpus spirituale mutandum erat in illã incorruptionem, quæ fidelibus, & sanctis promittitur, D. Aug. præd. 1. de peccat. meritis, & remi. col. 2. & seq. & Deo præstante sine vllo inquieto ardore libidinis, sine vllo labore, ac dolore pariendi. Sexus ex eorum semine gigneretur, non vt morientibus parentibus filij succederent, sed vt illis, qui genuissent in aliquo formæ statu manentibus, ex ligno vitæ, quod in paradiso plãtatum est, corporalem vigorem sumẽtibus, & illi qui gignerentur, ad eundem perducerentur statum, donec certo numero impleto, sine vlla morte animalia corpora commutarẽtur in aliã qualitatem, D. Aug. qui sup. 9. de Gen. ad lit. col. 3. circa finẽ, & 4. in princ. & sic Angeli, atque

atque homines, eo quod rationabiles facti sunt, si dilectioni Creatoris sui iugiter inefsistent, simul æterni, beatique mansissent, D.Aug.in lib.de Fide ad Petrũ, col.16. post med.ita quod quicunque dicit Adam primũ hominem mortalem factum,ita vt si peccaret,siue non, de corpore exiret, non peccati merito,sed necessitate naturę,anathema sit, D.Aug.de ecclesiasticis dogma.c.32.in fine; [IPSOSQVE VERVNTAMEN] sed tamen, Nizolus in ver.veruntamen, ea conditione; & modum significat, Bal.in l.cum res, C.de donat. [SVA QVADAM] quæ est nota exceptionis, & regulam notat Bal.in l.quædam, ff.de iure codic. [LEGE] pactionis,Bal.in l. dictam, nu.1. post princ. C.de cond.ob cau. vel pacto,gl.in l.si feriatis,ff.de arbitris,l.1. §.si plures, in ver.imputabit, ff.de exercito.

36 & sic Deus tanquam optimus sessor, frænis legum,& præceptorum, nõ solum beneficijs præsentibus, sed etiam virga emendationis nos corripit, D.Aug.in psal.94. col.pen. in princ. [PRAECEPTI] lenis ad obseruandũ, & breuis ad memoriæ retinendum, D.Aug. 14.de ciu.Dei,c.12.& 15.in princ.dũ Gen.2. Deus dixerit, Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas, in quacũque enim die comedetis, morte morietis. Aliorum verò præceptorũ quædam sunt moralia, quædam mixtica, & quædam cerimonialia, declarat Abb.in c.fi. post nu.3.de consuet. [CONSTITVIT] & sic Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui,adiecit mandata,& præcepta sua,vt si voluerit mandata seruare,conseruabunt eum,& in perpetuum fidem placitam seruare, Eccl.15. & reliquit

37 in manu consilij sui, non quod liceat facere omne quod velit,sed id quod faciendum est, nec cogatur necessitate naturæ,sicut creaturæ irrationales, sed libera electione ex proprio consilio procedente,D.Tho.2.2.q.104. art.1. [QVAM QVIA] quia autem,vel ex eo quod, gl.2.in l.3.de tutelis, & causa ponitur per dictionem quia, l.cum ab eo,in glo.1.de contrahen.empt. [SERVARE TENACITER] tenacissimè, l.1. ff.de censi. [CONTEMPSERVNT] nullo terrente contra Dei terrentis imperium liberi vsus arbitrij, non steterunt in tanta felicitate, cum tanta non peccandi facilitate, D.Th.2.2.q.137.art.4.quod autẽ peccatum fuerit illud primi hominis,si grauius cæteris,& an maius illud Adæ,quã Euę, ea.par.q.163.per 4.art.& videtur,quod fuerit peccatũ superbiæ,iuxta illud,Eritis sicut dij, Gen.3. & peccauerunt,quia tenditur ad vetitũ semper damnata cupido,Bal.in auth. si qua mulier,nu.7.in fine, de sacrosan.eccl.

38 & auget peccandi desideriũ prohibitio peccatorum, D.August.in lib.octuaginta trium quæst.col.58. circa med. & nullũ peccatum est adeo paruũ,quod non fiat maius propter contemptum, §.hoc considerantes, auth. vt omnes obediant iud. gl.hic in ver. contempserunt, circa med. vnde homo factus erat immortalis, Deus esse voluit, non perdidit quod homo erat, sed perdidit quod immortalis erat, & de inobedientiæ superbia contracta est pœna naturę,ex sententia D.Aug. præd. 260. [TRANSGRESSIONIS EOSDEM POENA DAMNATOS] iustitia retributionis, quam primi homines pro sua inobedientia receperunt,D.August.14.de ciuit.Dei,c.15. [AB EA QVAM IPSI ANTE] quæ dictio respicit tempus creationis, & non lapsus, Bal.in fini.in l.damni infecti, §.emptor, de dam.infe.[CONSVLERAT IMMORTALITATE PROSCRIPSIT] priuauit, toto tit.de bonis proscrip.per subtractionem diuini beneficij quo rectitudo,& integritas humanæ naturę conseruabatur, & in quas pœnas incurrit D.Th.2.2.q.164.art.1.& 2.expellendo à paradiso in hoc seculum,ab æternis ad temporalia,à copiosis ad egena, à firmitate ad infirma, à bono æterno ad bonum temporale, à bono spirituale ad bonum carnale,à bono intelligibile ad bonũ sensibile,à summo bono ad bonum infimum, D.Aug.in lib.de vera relig.col.18.circa med.& in sentent.eiusdem 385. & sic quia noluit bonum, habuit malum,Bal.in l.fin.num.9.C.de testa.manu. quid autem habuerit ante peccatũ, & à quo cecidit per peccatum,c.tolle. vsque ad c.vt cognouerunt, de pœni. dist.2. non omitto, quòd alibi præscripsit exponitur, in præiudicium veritatis scripsit, glo.2. in l.qui sub conditione,de cond.& demonst. [NE] quæ inducit modum,nõ conditionem, exponitur si non, Bal.in auth.cui relictum,post nu.12. de indi.vidu.tolle. [TAMEN] aduersatur ei, quod dixerat, Bal.in l.1.§.rationes,in prin. ff. de edendo. [IN TOTVM QVOD ANTE FORMAVERAT TAM RVINOSE] inde ruere, dicitur subito cadere ex interuallo,l.fluminum,§.item apud Labeonem, §.ruit, & seq. de dam.infe. [TAM SVBITO] è vestigio,vel exordio,Bal.in l.diuortio,1.repet.§.fin.& 2.

39 post princ.ff.de neg.gest.cum Adam septem horis fuerit in paradiso, Archid.in c.Adam, in fi.de pœnit.dist.1.& post meridiẽ vergente Sole ad occasum peccauit,ideo in vesperi fletus,& in matutino, idest Christo, lætitia, D.Tho.in 5.noct. Exaltabo te Domine, ibi, Psallite,adeo,quòd primi homines tam cito eiecti fuerunt à paradiso,vt nullũ ibi gignerent filiũ, D.Aug.20.de ciu.Dei,c.26.col.3. in princ. [DIVINA CLEMENTIA] Deus,qui clemens est, gl.1.in fin.in l.placet,de Episc.

& cler. [Deformaret] extra formam fa-
ctã poneret, Luc.in l.qui grauatos,in princ.
de censi.& censito. [Et Ne] vt non, gl.in
l.1. in ver. ne, & l.hæredibus, §.1.ff.de dolo
malo,vel et, pro etiam,gl.2.in l.si veuditor,
ff.de indi.adiectio. ne, pro non, glo.in l.flu-
minum,§.adijcitur,in ver.sed, de dam.infe.
[Hominis Forma] idest humana natura,
D.Th.3.par.de Saluatore,q.4.art.3.& q.16.
art.11.& ad Philipp.2.ibi,hoc sentite,col.2.
in princ. [Destructa] idest perdita,glo.
à cõtrario sensu,in l.sed si inter, circa med.
de seruit. vrba. præd. [Sequeretur Per
Consequens] his consequenter,§.his con-
sequenter hic finitur lex. [Destructio
40 Caeterorum] nam tolle principale,& tol-
lis quidquid ordinatur ad illud, Bald.in l.si
acceptolata,de acceptilario.annullato prin
cipale, corruunt omnia, quæ sequuntur me-
diate,vel immediate, Abbas in c.inter dile-
ctos,nu.4.in fi.de fide instru.sublato princi-
pali, tollitur accessorium, Bal.in l.arbitrio,
2.repe.post nu.5.de dolo malo, sicut destru-
cto principio,destruũtur quę sunt post prin-
cipium,idem Bal.in l.fin.circa fi.C.de cond.
ob cau. & quæ ad principium referuntur, in
auth. & qui iurat,nu.10.in fi.de bonis auct.
iud. poss. fine destructo, nihil restat de his,
quæ ordinantur aa finem, Bald.præd.in l.ea
quę,nu.9.circa med.C.de cõd.indeb.destru-
ctio seqũentis, est destructio antecedentis,
Bal.in l.1.in princ. de delatori. vnde si quis
destruit principium,siue finẽ,totam rem de-
struit,in l.seruis,in prin. C.de leg.ita ad de-
structionẽ antecedentis sequitur destructio
consequẽtis,arg.in l.vni.de cupressis, destru
cto antecedente, destruitur consequens,Bal.
in l.sed & hæ, §.præter, nu.1. ff.de procurat.
si destruitur principale, & antecedens, ergo
& consequens, Bald.in l.2.§.1.circa med.de
vulga.& pupill. destructo genere, destruitur
quilibet eius species,Bal.in l.pacta conuen-
ta, §.sed si fraudati, col.2. post princ. ff.de
pactis, & destructo fundamento, destruitur
quidquid ex eo dependet,idẽ Bal.in l.& post
rem,2.rep.§.1.in princ.ff.de transact.remo-
tis principijs,remouentur quę prius princi-
pia sunt, Bal.in l.2. 1.not.de pet.bon.subla.
remota substãtia, remouetur accidens, Bal.
in l.cum multæ,circa med.in rep.anti. C.de
don.ante nupt. nisi virtute diuina, vt in Sa-
cramento Altaris: origine rei sublata,tolli-
tur quidquid ordintaur ab illa, idem Bal.in
l.1.post nu.25.qui admitt. destructo esse,de-
struuntur accidentia,Bal.in l.2.nu.7.in fine,
quibus res iud.non nocet: remoto subiecto,
remouentur qualitates, Bal.in l.2. 1.rep.de
vsufr.& quemad.quis vta. vltimo destructis
omnibus singularibus ex quibus cõcluditur
aliquid vniuersale, destruitur vniuersitas,in
41 l.1.nu.2.C.de euictio. In ista materia Deus
nõ influendo,aliquid ad nihilum reduceret,
D.Th. 1.par.q.104.art.3. nã sicut ipse solus
potest creare, ita solus potest creaturas ad
nihilum reducere, qui etiã solus in esse con-
seruat ne in nihilum decidant, 3.par.de Sal-
uatore,q.13.art.2. & reductum ad nihilum,
posset idem numero reparare, idem D.Tho.
quolib.4.art.4.& 5. ideo,quia Deo displicẽt
peccata, semper præsto est ea destruere, ne
soluatur quod creauit, ne corrũpatur quod
amauit, D.Thom.præd.3.par.q.25.alias 84.
art.10.in fi. [Dum] idest postquam,Archid.
in c.quotiens,in princ.2.quæst.6. [Carent
Subiecta Praeposito] nam cum Deus
creasset hominẽ,vt pręesset omnibus,Gen.1.
& omnia ei subiecerit,psal.8.vel omnia crea
uerit propter hominem,siue ad vsum homi-
nis,D.August.in lib.octuagintatrium quæst.
col.10.circa fin.& in eo sit omnis creatura,
ibi col.66.in fi.eo vtique deleto,consequens
erat vt illa etiam delerentur, cum non esset
qui eis vteretur, vt per D.Ambros.in lib.de
Noe, & archa, ita tota creatura, reparato
homine, meliorata est, D.Tho.3.par.q.103.
alias 90. art.1. ibi probatur, & si virtus in
regendis eis,quæ creata sunt aliquando ces-
saret,simul eorũ cessaret species,omniumq;
natura concideret,D.Aug.4.de Gen.ad litt.
col.11.circa prin. insuper nomen præpositi,
de quo hic est generale,Ant.de Butr.in c.ad
aures,nu.4.de temp.ord. [Et] idest,gl.2.in
l.1. ff. locati. [Ipsorum Commoditas]
per defectum hominis, simil. hic in glos.
[Ullius Usibus Non Serviret] homi-
nibus deficientibus, Baldus in l.quid ergo,
§.quãtum,ff.de his,qui not.infam. quia quę
possessore carent,nullius sunt vsus,& pro va
nis habẽtur, gl.Affl.& Foll.hic nu.77.& 78.
vltra quod si generatio cessaret, ad cuius
vtilitatem nascerentur, quæ benedicta sunt
super terram, nec mundus potest ex parte
agere,& ex parte cessare, D.August.in libro
quæst.ex vtroq; mixtim,col.130.circa med.
42 vnde Deus sicut peccantem impunitum esse
non permittit,ita sine misericordia non de-
reliquit, idem August.5.de ciuit.Dei, c.11.
nec continuit in ira sua miserationes suas,
quia hominẽ à lege suæ potestatis non ami-
sit, D.Aug.prædict. 13.de Trin.col.16. post
princ.& potens est de malis etiam bona fa-
cere,D.Th.1.par.q.48.art.2.circa fin.& no-
uit ex malis elicere bona,& per malos mul-
ta bona facere, idem D.Tho. in 3.par.q.19.
art.5.quia prouidentiæ est naturam non de-
struere, sed saluare, in d. q.48. art.2. ideo
[Ex] sua substantia, & dicit materiam,
appendix ad D.Th.3.par.de Saluatore,q.34.
art.

art.1. & significat causam immediatã, Bal. in l.fin.nu.6.in fi. C.de testa.manu. [AMBORVM SEMINE TERRAM MORTALIBVS FOECVNDAVIT] & sic deprauata natura, Deus suam nõ abstulit bonitatem,vt auferret hominum fœcunditatem,D.Aug.2.de nuptijs, & concupiscentia,col.9.post princ. & damnato primo homine, non est ei sic adempta beatitudo, vt sic etiam fœcunditas adimeretur, poterat enim de prole eius quamuis carnale,atque mortale aliquod in suo genere fieri ornamentum terræ, idem Aug. 3.de lib.arbit.col.33.in princ. & 22.de ciui.Dei, c.24. vnde bonitate sua Deus fecit primos homines sine peccato,cæteros sub peccato, in vsus profundarum cogitationum suarũ, D.Aug.2.de nuptijs,& cõcupiscentia, c.16. iuxta illud psal.11.in fi.Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum, primũ fabricauit ex puluere, omnes fabricãtur ex semine,de suo semine operatur hominem semen humanum viuificando, idem vbi supra de nupt.& cõcup.c.13.& 14.vltra quod omnium rerum, quæ corporaliter, visibiliterq; nascuntur,occulta quædam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent, D.Tho.1.par.q.115.art.2. & vnumquodque semen producit fructum, iuxta genus suum, nec vnum genus gignit aliud, ita vrsus non gignit leonem, alias nõ diceretur generare, sed degenerare, Bald.in l.sed & si, circa fin. de cond.indeb. nam similitudo est causa generationis, & augmenti, idem Bal. in l.1.post nu.12.quando non pet.par.homo generat hominem,maior minorem,D.Aug. 1.contra Maxim.col.13.circa fin. & 15.post med. & 2.contra eum. col.6. in 1. & sic per
43 generationem conseruantur species, & homines multiplicãtur etiam ante peccatum, & quomodo,D.Th.vbi sup.1.par.q.98.ar.1. & 2. & genus humanum fit immortale si nõ in indiuiduo,talẽ in specie natura generando, Bald.ex inte.Aristo. in l.lege duodecim tabularum,post princ.de legi.hære. sed alijs decedentibus,& alijs succedentibus,species perpetuatur, sicut in arbore, quæ perenni frõde restituitur,& eadem videtur viriditas permanere,D.August.22.de ciui.Dei,c.1.in princ.sed nec qui concubit,nec qui seminat aliquid est,sed Deus qui format, idẽ vbi sup. c.24. qui ante peccatũ, & post dixit Gen.1. & 9. Crescite, & multiplicate, per coniunctionem maris,& fœminæ, Bald.in l.1.§.ius naturale,2.rep.circa mediũ, de iust.& iure, & etiam quod generent mali, adulteri, fornicatores,& profani, D.Aug.in lib.de spiritu,& anima,col.45.in prin. homines inquãtum homines opus Dei sunt,sed sub diabolo inquantum peccatores sunt,idẽ Aug.1.contra duas epist.Pelagij, cap.18. & secundum
44 Catholicam Fidem totum hominem,totam scilicet animam, totumq; corpus Deo summo, & vero tribuimus creatore, Diabolum verò nihil humanum creasse,sed vitiasse naturam, D.Aug.5.cõtra Iulianum c.5.col.2. nam naturæ nascentis auctor est Deus, qui hominẽ condidit, vitij verò auctor est Diaboli decipientis,& voluntas hominis cõsentiẽtis, D.Aug.præd.2.de peccato orig.c.37. nec Deus ipsum diabolũ à suo alienauit imperio,idem vbi sup.22.de ciu.Dei,c.24.post princ. [IPSANQVE SVBIECIT EISDEM] iuxta dictũ Psal.8. Omnia subiecisti sub pedibus eius: & Gen.2.Ex omni ligno paradisi comede,de ligno autẽ scientiæ boni,& mali ne comede. [QVI PATERNI CRIMINIS]
45 quod à carendo nomine dicitur, vt furtum, & cætera, quæ non occidunt, sed infamant, Luc.in l.vni.in princ.de reis postu. & differt à peccato, D.Thom.ad tit.pri.ibi,huius rei, col.2.post prin. [NON IGNARI] adeo,quod vnus habet,alter habere præsumitur,& velle quod alter vult,Bal.in l.fin.in fi.C.de impub.& talis præsumitur qualis pater,Iser.in §.porro,nu.30.post med.quæ sit pri.cau.bene.ami.nã sæpè solet filius similis esse patri, glo.hic, licet omne quod fit, ei à quo fit par esse non possit,D.Aug.in lib.octuagintatriũ quæst.in prin. & innumerabiles sunt qui nascuntur oculati de parentibus cœcis, transmittendo in eos quos gignunt quod ipsi nõ habent,quandoque quod fuit accidens in patre,factũ est in filio naturale,D.Aug.6.contra Iul.c.3.col.2. [SED] quæ est dictio aduersatina,Bal.in l.non quocunque,§.fundus, circa medium,de leg.1. [IPSOS] in ipsos. [A PATRIBVS TRANSGRESSIONIS VITIO] idest culpa.gl.pen.in l.Titio centũ,de cond.
46 & demonst. & est habitus mentis male constitutæ, & opus hominis dicitur, quia eius origo est ab homine, Arch.in c.2.de pœnit. dist.2. & nõ cadit nisi in animo miseris,Bal. in l.properãdum,§.sin autem vtraque,nu.1. de iudic. & aliud est in solo animo, aliud in solo corpore, idem Bal.in l.1.num.15.& 16.
47 C.de ædil.actio. [PROPAGATO] non imitatione,sed propagine, appendix ad D.Thom. 1.2.q.82.art.2. & 3.par.q.33. alias 2.art.2. ibi not. 2. quia in Adam tanquam membra vnius corporis, idem vbi supra 1. 2. q. 81. art.1. vel quasi in massa omnes peccauerũt, D.Aug.1.de peccat.meri.& remiss.c.9.& 4. contra duas epistolas Pelag.c.4.col.pen.circa prin.non imitatione,vt supra,sed seminis sparsione, idem Aug. 2.contra Pelag. col.4. circa princ.vel per virtutẽ actiuam seminis traducitur in prolem simul cum natura humana, add.ad D.Th.vbi sup.1.2.q.83.art.1, ibi

ibi concl.2. vēr. probatur, & dicitur peccatum naturæ, & tota humana natura est sicut vnus homo, idem quolib.12. art.32. & iure hæreditario, à quo Christus nos liberauit, D.Aug.5.contra Pelag.col.2. nam in primo homine per fœminam fuit vniuersum genus humanum, idē Aug.13.de ciu.Dei, c.3.circa med.14.& 15.in fi.& 21.eiusdē c.12.& quod Adæ fuit primum peccatum, in nobis est originale, appendix ad D.Th.vbi sup.1.2.q.83. art.4. adeo, quod corruptus per peccatum, omnes quos genuit, nati sunt sub peccato, secundū Hilarium, D.Aug. qui sup.4.contra duas epist.Pelag. c.4. col.pen. & peccatum in paruulos non transmittit propagatio, sed libido, non fœcunditas humanæ naturæ, sed fœditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati, D.Aug.præd.de Fide ad Petrum, col.8. post med. adeo, quod antequam nascimur, maculamur, & ante lucis vsum originis ipsius excipimus iniuriā, & in iniquitate concipimur, Aug.vbi sup. 4.contra duas epist. Pelag.c.10.in fi. Eua ergo peccatum à Diabolo mutuauit, Adam consensu cautionem fecit, vsura posteritati creuit: hinc est, quòd infans in vtero matris hæreditario iure constrictus ante promittit debitum, quàm cautionem patris agnoscat, Aug.præd.5.contra duas epist.Pelag.col.2. & ex inte. D.Ambr. dissentio carnis, & animæ præuaricatio primi hominis in natura se vertit, idē vbi sup. 2.cōtra duas epist.Pelag.col.11. circa med. & natura potius attenditur, quàm accidens, Bald.in l.in bonæ fidei, in fi.pri. de eo quod certo loco, vnde quia est vitium quod est in radice naturali, trāsit ad posteros, & in specie de Adam, idem Bal.in l.Gallus, §.quidā recte, col.3.post med.de lib.& posth.& naturalis Philosophia est, quod decisum ab aliquo sapit cōditionem eius à quo deciditur, idem Bald.in l.lex naturæ, 2.rep.de sta.hom. adeo quod de vnoquoque secundum suā naturam, vt segetes segetum, siluæ siluarum, greges gregum, & populi populorum per secula propagantur, D.Aug.in lib.de vera relig.col.40.circa fin. adeo quod credimus cū Catholica Ecclesia, & Aug. omnes mortuos esse in primi hominis peccato, pro quibus mortuus est Christus, & omnes mori peccato quicunq; baptizantur in Christo, D.Aug. præd.6.contra Iulia.c.3.in fi. ex pœna peccati primorum parentum orta est obliuio, ira, incredulitas, & similia caro corrupta ex cuius corruptione processit animi, & corporis infirmitas, Abb.in c.& si Christus, 1.not. de iureiur. humana natura remansit vulnerata in quatuor, sed totalis inclinatio ad virtutē non potest totaliter auferri per peccatum, D.Th.cū appendice 1.2.q.89.art.1.
48 & 3. in peccato actuali est macula culpæ, & reatus pœnæ, culpa deletur per gratiā, qua cor peccatoris conuertitur in Deum, reatus tollitur eo quod homo Deo satisfacit, vtrūque efficit sacerdotium Christi, nam virtute ipsius gratia nobis datur qua ipse etiā pro nobis plenariè satisfecit, inquātum languores nostros ipse tulit, D.Th.3.par.q.22.ar.3. & sic pœna differt à culpa, idem 2. 2.q.15. art.1. culpa est malum quod agimus, pœna malum quod patimur, Caiet.ad D.Tho.1.2. q.87. art.2. col.2. circa med. [Inter Se Odia Invicem Conceperunt] nam cū
49 animi passiones sint amor, & odium, amicitia, & inimicitia, Bal.in l.vni.C.ad leg.Viscell. propter mentes diuersas cœperūt homines aduersari, & inuicem bellare etiam qnia naturale est, quod homines discordēt, Bal.in l.ex hoc iure, circa prin.de iust.& iu. [Et Rerum Dominia Iure Naturali Communia] quo iure, vel gētium primæuo dominus cēsebatur ex vsu, Bal.in l.in rebus, nu.6. circa prinċ.de iure dot. vel homo habebat naturale dominium rerum quantum ad vsum, Deus verò erat principalis Dominus omnium, D.Thom.2.2.quæst.66.art.1. [Distinxerunt] & per iniquitatem hoc alius dicit esse suū, & alius istud, & sic inter mortales facta est diuisio, cap.dilectissimis, 12.q.1.& meum, & tuum non ex iustitia, sed iniquitate mortalium processerunt, Luc.in l.neminem, col.3.post med.de suscep.prępo. & archa. adeo quod si hæc duo verba à natura rerum omnium tollerentur, quietissimam vitā in terra homines agerēt, D.Aug. serm.2.ad fratres in heremo, col.pen. [Et Homo] cuius conceptio culpa est, nasci miseria, viuere pęna, mori necesse, D.Aug.in libro de spiritu, & anima, col.54.circa med. licet natura interior sit inuisibilis, & intellectu capax, idē in lib.quæst.ex veteri testa. col.7.circa fi. [Quem Deus] qui est prima causa, & radix omnium entium, Bald.in l.1. nu.3.post medium, de fruct.& litium expen.
50 [Rectum] D.Aug.13.de ciuit.Dei, c.14. & 22. eiusdem c.1.col.2. in optima dispositione secundum cōueniencentiam talis formæ, & dispositionis, D.Thom.1.par.q.91.art.3. & fuit vt inferiora superioribus subderētur, & superiora ab inferioribus non impedirentur, ibidē q.94.art.1. ratio subderetur Deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ, prima subiectio erat ratio 1. 2. idem D. Thom.vbi supra quæst.95. art.1. vbi Caiet. & art.3. & 99. art.1. & 1.2.quæst.89. art.3. & 4. in appendice, & successiuè voluntatis bonæ, D.Aug.vbi sup.14.de ciuit.Dei, c.11. & 27. & per consequens bonum, cum nemo

sit

sit malus qui bonam habet mentem, D. Aug. præd. 7. eiusdem, c. 3. nã malitia nõ est à Deo creata, sed à diabolo inuenta, qui & ipse à Deo bonus creatus est, idem Aug. de Ecclesiast. dogmat. c. 57. & homo ipse factus est rectus, vt non secundum se ipsum, sed secundũ eum à quo factus est viueret, idest illius potius quã suam faceret voluntatem, idem in d. c. 4. de ciu. Dei, c. 4. col. 1. [Et Simplicem] purum, l. 1. §. si quis simpliciter, in gl. 1. de ver. oblig. vel mundum, D. August. 2. de serm. Dom. in monte, col. 1. cir. si. vbi simplex, vel mundũ cor, siue sine plica, seu mixtura, Abb. in c. veritatis, 1. not. de iureiura, c. fin. 4. not. de purga. cano. alibi simpliciter liberaliter animo donandi, Bal. in l. 2. in rep. anti. C. de dona. ante nup. [Procreavit] in Hebrõ, vbi sepultus fuit Archi. in c. illud, 40. dist. & procreauit bonũ & rectũ cũ libero arbitrio quo posset, si vellet humili, & bona voluntate seruire, & obedire, & posset eodẽ arbitrio peccare si vellet, idẽ D. Aug. de Fide ad Petrum, col. 3. post med. poterat peccare, & nõ peccare, 22. de ciu. Dei c. fi. col. 2. in fi. & sic fecit rectũ cũ libero arbitrio terrenũ animal, sed cœlo dignum si suo cohereret

51 auctori eod. lib. 22. de ciu. Dei c. 1. col. 2. cir. med. Et dedit liberum arbitrium, vt recte vtatur, non vt abutatur, vnde B. Anselmus in lib. de libero arbitrio, dicit quod est potestas seruandi rectitudinem volũtatis, Bal. in l. si procurator, col. 2. in fi. & 3. in princ. de cond. indeb. etiã, quod sit liberum faciendi quidquid libet, & bonum vel malum, Ant. de Butr. in c. nisi, num. 21. cir. fi. de renuncia. sed [Immiscere Se Quaestionibus Non Ambigit] Ecclesiast. 7. & dic quæstionibus, idest miserijs animi & corporis, amisso domino per peccatum originale, & eius contrario admisso. appẽdix ad D. Th. 1. 2. quæst. 83. art. 3. per diaboli sugestionem, Abb. de sum. Trin. post princ. qui per inuidiam insi-

52 diatur homini, idem Abb. in c. licet de vitãda, num. 9. in fi. inuidet enim homini, & semper conatur decipere, & seducere ad peccãdum, nam dolet, & satis erubescit quod charitatem, quã in cœlo nequiuit habere, homines cõstantes ex lutea materia in terra tenere, Abb. qui sup. c. 3. 1. not. ne Cler. vel Mon. & licet gaudere dicatur dũ homines ad peccandum trahit, nullatenus tamen ei pœna minuitur, sed torquẽdo alios, ipse magis torquetur, D. Th. 3. par. quæst. 102. alias 71. art. 5. eod. quæst. 120. alias 89. art. 4. homo vero illius sugestionibus in superbiam elatus, c. nullus de seruis non ordina. c. cum in Ecclesijs de maio. & obedie. transgrediendo præcepta, laboribus, & erumnis per eadem ipsa quæ regere poterat implicatur, D. Aug. in lib. ottuagintatrium quæst. col. 66. post med. & propria culpa se submisit, c. & si Iudæos de Iudæis, adeo quod post peccatum sui. eis mors pronunciata, dum ei Deus dixit, in terram ibis, quam mortem non fuisset expertus si rectus permansisset, vt factus fuit, D. August. 13. de Trin. col. 15. post med. & quia peccata inducit peccatorem ad peccãdum, & vno generatur aliud, Abb. in c. in tantum

53 1. not. de simonia [Sic Quae Ipsarum Rerum Necessitate Cogente] per quãdam consequentiam, Bal. in fin. in l. fin. duobus in princ. ff. de nego. gest. cum homines, per se ipsos regi non potuerunt, nec Dei regis paciente moderamine pertulerunt, D. Aug. serm. 2. col. 3. fer. 3. in 3. Domi. Quadr. & 1. Reg. 8. [Nec Minus] non minus, Nizolus in ver. minus [Divinae Provisionis Instinctu Principis Gentium Sunt Creati] Diuino nutu constituti, Bal. in l. bene, a Zenone 1. rep. num. 8. de quatri. præscri. adeo quod omnes dominationis mũdi sunt idem in substantia, plures numero, Bal. in l. mandat. num. 1. in fi. C. de fideiusso. legitime electi sunt dij in terris, maxime Papa, si non sunt legitime electi, sunt diaboli & apostatæ, idem Bald. in l. fi. nu. 1. in fi. sent. rescin. non posse, nam Deus vtitur nobis ad nostram vtilitatem, & suam bonitatem, D. Thom. 1. par. quæst. 62. art. 9. & quod potest, Deus per causas secundas, potest per se ipsum, cum tota virtus secundarum causarum sit ab ipso, nec alligauit potentiam suam, quin sine ipsis facere possit, idem vbi sup. q. 105. art. 1. vnde licet Deus post mundi creationem rexerit, regit, & vsque ad mundi con-

54 sumationem reget, Folle. hic num. 4. per se ipsum rexit vsque ad tempus Noe, postea per Patriarchas, Iudices, & Reges vsque ad Christum, qui fuit, & est Rex, & Dominus noster, cuius Vicarius fuit Petrus, & nunc eius successores, Abb. in c. licet, post num. 11. de foro comp. Bal. in d. l. bene a Zenone 1. rep. num. 7. cir. fi. de quatri. præscri. D. Th. cum add. ad eum 1. par. quæst. 103. art. 3. ibi tertium ex Ecclesia. qui habent facultatem legis condendæ, idem 1. 2. quæst. 90. ar. 3. reges vero nõ habent potestatem in spiritualibus, nec per vnctionẽ aliquo ordine cõsecrantur, late idem D. Th. 3. par. q. 50. alias 19. art. 3. vel ante non erant reges, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur faciebat, Iudi. c. 17. seu informiter regebatur manu regia, Bal. in auct. sed omnino, num. 5. cir. med. ne vxor pro mar. nunc quia optima gubernatio ciuitatis est, vt regatur per regem, D. Th. 1. 2. q. 105. art. 1. cir. princ. & omnes in-

55 digent capite nati sunt reges, Bal. in l. ex hoc iure post princ. de iust. & iur. cessauerunt reges

ges mali,& facti sunt boni, D. Aug. in psal. 32. exultate iusti. concio.2.col. 8. cir. med. qui Dei imaginem habent, ficut Episcopi, D. Aug. in lib. quæst.executeri testa. col.31. in fin. Principis gentium sunt creati qui vti Moyses gloriosi apparent ita,vt à peccatoribus videri non possint, D.Aug.eo.lib.col. 13. in princ. nam humanum regimen deriuatur à diuino, & ipsum debet imitari, D. Th.2.2.q.10. art.11. & portant gladium ad laudem bonorum,& vindictam malorum,c. postulasti de homic. cuius vsus approbatur, D.Aug.3.de conse.Euangel. c.5.col.fin. cir. med. in iram eius qui male agit, idem Aug. 1. contra epist.per Maria. col. 14. in princ. nam quid tibi facit potestas, si bonus es, si autem malus es time, Aug. præd. super Io. tracta. 5. col.8. timetur enim seculares potestas propter ministerium diuinum quod habet ad vindictam malefactorum, & amatur, propter iustitiã, & talis amor & timor non distinguntur ab illo Dei, D.Th. 2. 2. q. 25.art.1. & sic vnus in regno præficitur quẽ Deus elegit sub ipso sunt Principes secundũ virtutem,& talis principatus ad omnes pertinet,sed quatenus vnus præest, est regimen politicum,quia multi principiantur est aristocratium, eo quod ex popularibus possit eligi, dicitur democraticum, idem D.Th.1. 2.q.105. art. 1. [PER QVOS POSSIT] ex possibilitate consecuta,glo.in l.fi.in ver.possim, si cer.peta.vel necesse habet,glo:3. in l. Gallus,de lib.& posthu. [LICENTIA SCELERVM COERCERI] pœna corporali, vel pecuniaria cum ad vtrumque coercio referri possit, Lucas in l.quinque,col.3. post.pri. de decurio.dominando,non quos punit do-
56 minatur, D.Aug. 1. ad Simplicia. quæst. 1. col.7.cir.fi. & proprie refertur ad corporis punitionem,interdum generalius accipitur, vt etiam pœnã pecuniariam contineat, Lucas in l.2.col.3. post med. de exacto. tribu. [QVI] vt prosint,non vt præsint, Caie. ad D.Th.1.2.q.96.art.5. in fi. [VITAE, NECISQVE] habent legitimam potestatem, D.Aug.in epist.54.col.4.in fi. vnde Seneca, qui vitæ necisque dominus est,apud talem, noli consistere,Bal.in l.fin.2.rep.C.de patria potesta. adeo quod timetur rex in quantum habet occidendi potestatem,non ille qui licet posset nocere, potest ei resisti, D.Th. 3. par. de Salua.q.7.art.6. facit l. prohibitum de iure Fisci, [ARBITRI] iudices ordi-
57 narij,glo.pen.in l.si arbiter, ff. de probatio. in l.si cum exceptione,§.sic autem quod me tus cau.in l.pro socio,ff.pro socio,& in l.Lutius, la prima, in ver.arbitri. ff.deposit. vel iudices delegati,Bal.in l.si residuum,cir.fin. de distra.pig.ad instar arbitrorum electi corũ iurisdictionẽ prorogando, Abb.in c.cum olim de præscrip. siue medij qui indicaturi, sunt inter eos, D. Aug. psal.103. ibi expositio eiusdem partis,col.5. [GENTIBVS] hominibus totius mundi, cum gens pluribus modis capiatur, Bal. in l.1.§.fin. de iusti. & iure, [QVALEM QVISQVE FORTVNAM, SORTEM, STATVMQVE HABERET] verba ista sunt Senecę,vt glo.hic, quasi velit, vt etiam malis voluntatibus certi,& congrui limites potestatum, tribuantur pondera meritorũ, D.Aug.11.de Gen.ad litte.col.13.cir.fin.ad quod facit const. amatoria pocula, infra de poculis amat.reddẽdo vnicuique iuxta opera sua, Psal.61.in fi. mala pro malis, & bona pro bonis, D.Aug.in lib. de gratia,& libero arbitrio,c.23.in fi. quia habet virgam sine qua non posset regere, idem Aug. ser. 2.in fi.4.Dom.in Quadrag.non omitto quod
58 sors in scripturis gloria vocatur, add.ad D. Th.3.par. q.102. alias 71. art. 1. ibi exam. [VELVT] similitudinariè,glo.in l.qui clarum in ver.velut, de ædil.edi. [EXECVTORES] nam ad executionem diuinæ iustitiæ sunt Principes constituti, D.Tho.2.2.q.89. art. 6. & inferiora gubernat per superiora, non defectu suæ virtutis, sed propter abundãtiam suæ bonitatis, vt dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet, idem D.Th.1.par.q.22.art.3.ibi 1. de mino.
59 & q.23.art.8.cir.fi.adeo quod potestates seculares, quando inferunt pœnas ad retrahendum à peccato sunt Dei ministri, D.Th. præd.2.2.q.19.art.3. vltra quod benedictio, seu consecratio regum constituet illos esse ministros creati, idem D. Th. cum ibi not. 3.par.q.65. alias 34. art. 3. ibi not. confi. & constitutioni officialium iuncta est executio, D. Aug. in epist. 61. col. 2. circa med. [QVODAMMODO] est in propriatiua, Abb. in c.dudum,post num.19. de electio. & nota diminutionis, Bal. in l.cum autem, §. iura-
60 mus de ædil.edict. [DIVINAE PROVIDENTIAE] quæ omnia moderatur, & disponit in pondere,numero,& mensura, Specul. in tit. de pœnit. & rem. post num.11. D. Aug.21. contra Faustũ,col.6.cir.med.in lib.de natura boni,col.7.in fi.6. contra Pelag.col.4. in fi.11.de ciuit.Dei,c.30.in fi. & 12. eiusdem, c.18.immo numerus,& põdus est ipse Deus, & omnia quæ fecit numerũ,pondus,& mensuram habent, idem Aug.in lib.quæst. sexagintaquinque,col.19.post med. [STABILIRENT] constitutionibus se conformando quantum est possibile illius voluntati, Bal. in l.1.2.rep.num.25.de Sacrosanct.Eccl.alibi pœnam nostris constitutionibus, stabilitam,infra in const. humanitate,& stabilem, idest verã, dicit D.Aug.13. de Trin.col.12.

post

post med. [De Qvorvm Manibvs] sanguis sub dictorum exquiritur, c. fi. de regula. [Vt Villicationis Commissae] Lucas 16. [Perfecte] plenarie, sine defectu, bona fide, Bald. in l. vni. num. 4. cir. med. ne liceat in vna eademq; cau. adeo quod nihil addi
61 possit, Luc. in l. 1. col. 3. post princ. de agentis in rebus, quia si posset addi, diceretur imperfectum, D. Th. 3. par. de Saluatore, q. 12. art. 1. vnde perfectum dicitur quasi totaliter factum, & est cui nihil deest, secundum naturam suæ perfectionis, idem D. Th. & cum eo Caie. 1. par. q. 4. art. 1. [Reddere] idest dare, & econtra dari, idest reddi, Bal. in l. si inter, cir. princ. rep. anti. C. de iure doti. licet habeat significationem retro dandi, l. cum quidam, vbi Bal. de leg. 2. [Valeant Rationem] quia cum data sit à Domino potestas, & virtus ab Altissimo interrogabit opera, & cogitationes scrutabitur, & iuditium durissimum de his qui præsunt fiet, Sap. 6. & cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui multum comendauit, multum plus petetur ab eo, Luc. 12. [A Rege Regvm, Et Principe Principvm] à Rege Regum, & Domino Dominantium, Apocal. 19. videlicet Deo, glo. hic Cap. in sua inuest. in ver. feuda officiorum, col. 3. in prin. qui mundanę militię non expectat auxilium cum regibus potius largiatur beneficium, & inspirat, vt in regno suo curent fieri Domini sui præceptum, D. Aug. 2. contra. 2. Gaude. col. 30.
62 in princ. Deus enim, habet plenarium Dominum respectu totius, homo participat quandam similitudinem diuini dominij secundum potestatem quam habet super aliquos, D. Th. 2. 2. q. 103. art. 3. [Ista Potissime] præcipuè, Nizolus in ver. præcipuũ. [Reqvirvntvr] tanquam à præpositis qui peruigilant tanquam pro animabus rationem reddituri, ad Hebr. vlt. Dei enim ministri sunt, ad Rom. 13. & sic Rex, sicut Episcopus tenetur reddere rationem, Io. Ant. Nig. in c. reg. 32. post corruptionis, num. 3. 9. & 10. [Vt] exemplificatiue ponitur, glo. 1. cir. princ. in l. iuris gentium, §. quin imo, ff. de pactis, alibi exponitur quamuis, l. sed an, §. fin. in ver. vt, ff. de nego. gest. [Sacrosanctam Romanam Ecclesiam] quæ est caput aliarum Ecclesiarum, infra in const. inconsutilem, & dicitur Catholica, Apostolica, & Romana ratione capitis Vicarij Christi, add. ad D. Th. 2. 2. q. 44. art. 1. ibi exam. & habet claues scientiæ, & potentiæ, Bald. in l. 2. si à non compet. iudi. [Christianae Religionis] idest fidei, glo. in l. 1. in ver. religione de sum. Trin. [Matrem] & magistram, c. fin. de foro comp. c. antiquæ de priuil. [Detractorvm] inobedientiũ, nam detractionem inobedientiam dicit, gl. in l. præses, la pen. ff. de offi. præsi. [Clandestinis Perfidiis] pertinacijs, facit const. magistri Camerarij, infra de præsta. sacr. Bai. Clandestinis dum vitæ cibum mini strare se simulant, verus euomunt, vt in d.
63 const. inconsutilẽ [Non Permittant] nam Ecclesia, & Imperium fraternizant, Bal. in l. bene à Zenone 1. rep. num. 8. in princ. de quatr. præscri. & Imperatoris cura est diligens per omnia superni numinis religionem tuere, l. vni. nem. licere, sing. salua. terram suã hæreticis purgare, l. si vero de hæreticis quia in dilatatione Fidei versatur publica vtilitas, Abb. in c. fin. 1. not. quæ filij sint leg. etiam quia Cæsar est minister Dei, & protector Ecclesiæ, Bal. in auct. habita num. 13. ne filius pro patre [Et] quæ dictio copulat vtrumque extremorum principaliter, & exponitur idest, Abb. in c. quia propter, post num. 7. de electio. [Vt Ipsam] Ecclesiam [Ab Hostivm] exteriorum cum alij sint interiores, Luc. in l. 1. post princ. de re mili. [Pvblicorvm] nam plus dicitur causa nostra iniuria illata Deo quã nobis, vel parentibus nostris illata, Iser. in c. 1. in ver. diuina cir. fi. de statu. & consu. contra liber. Eccles. [Incvrsibvs] simi. in const. probationum
64 incursibus [Gladii Materialis] c. solitæ de maio. & obedi. vel ciuilis qui præcedit materialis sequitur, Bal. in l. fin. num. 9. in fi. C. si à non compe. iudi. cum alius sit spiritualis, & est sententia excommunicationis, Inn. in c. præterea, nu. 3. cir. med. de appell. [Potentia Tveatvr] defẽdat, & protegat, Anch. in c. vni. 8. q. 5. vindicando ipsius iniurias, l. 1. C. de offi. præfe. præto. afri. Vnde hæreticos per ordinatas à Deo potestates cohibere atque corregi non videtur inutile, D. Aug. in episto. 48. in princ. [Vt Qvae Pacem] quæ Deo, & hominibus placet, Bal. in l. iurandi, ff. de iureiura. [Popvlis] de quibus, infra in const. si damna Clandestina est nomen iuris, & non personarum, Bal. in l. barbarius, 3. rep. post princ. de offi. præto. [Et] idest glo. 2. in l. si in venditione, ff. de euictio. [Eisdem Pacifi-
65 catis Ivstitiam] qua remota regna non sunt nisi magna latrocinia, D. Aug. 4. de ciuit. Dei, c. 4. vt possint pacifici statutis, infra in const. nihil veterum [Qvae] iustitia, & pax, [Velvt] quasi non verè, glo. 1. in l. 1. ff. de posse. hære. peti. [Dve Sorores Se Ad Invicem Amplexantvr] Psal. 84. benedisti terram, ibi iustitia, & pax osculatæ sunt: [Pro Posse] si fieri potest, ad Roma. 12. [Conservent] quia homines ad dissentiendum sunt faciles, l. item feruns, §. fin. vbi gl. in ver. facilitatem, ff. de arbitris, nota quod mundus

66 mundus non semper fuit, sed esse cœpit, etiã
secundum Platonicos, D. Aug. 12. de ciu. Dei
c. 12. licet Arist. dixerit esse sempiternum,
1. de plantis, c. 1. in fi. mundum dico plenitu-
dinem terræ, idẽ Aug. super Io. tract. 5. col. 7.
in fi. vel cœlum, & terram, vltra superius di-
cta, cum sæpe in scripturis sacris mundi ap-
pellatione cęlũ, & terra cõtineatur, D. Aug.
6. de musi. col. 14. circa med. & 5. de Gen. ad
lit. col. 16. in princ. vt per cœlum omnia inui
sibilia, per terram visibilia intelligantur, idẽ
in lib. quæst. ex vet. testa. col. 7. circa mediũ,
vel vniuersam creaturam, August. præd. 1. de
Gen. contra Manich. 6. col. circa med. & seq.
67 & successiue homines nõ semper fuerunt, vt
quidam opinantur, D. Aug. 12. de ciuit. Dei,
c. 10. in princ. sed minus quam sex milia an-
norùm sunt quod esse cœperũt, ibidem c. 12.
cũ nulla res seipsam faciat, aut gignet, alio-
quin fuissent antequam essent, D. Aug. in lib.
de immortal. animæ, col. 8. in fi. quorum fa-
68 ciẽdorum causa nulla fuit necessitas, sed so-
la Dei bonitas, D. Aug. 1. cõtra aduer. legis,
col. 7. circa finẽ, nec vllam creaturam fecit
propter indigentiam, sed sola bonitate, idem
in lib, quæst. sexagintaquinque, col. 21. circa
med. vniuersa creauit sola charitate, nulla
necessitate, vt hominẽ suæ beatitudinis par-
ticipem faceret, D. Aug. præd. in lib. de sub-
stautia dilectio. & amoris, col. 3. circa med.
& licet causa non sit quærenda quare Deus
voluerit mundũ facere, D. Aug. in lib. octua-
gintatrium quæst. col. 8. circa fin. quia non
quicunque cognoscit effectum, cognoscit &
causam, D. Th. 3. par. de Saluat. q. 1. ar. 3. in fi.
singula tamen proprijs creata sunt rationi-
bus, & hæ rationes in mente sunt Creatoris,
D. Aug. vbi sup. in lib. octuagintatriũ quæst.
col. 22. circa fin. nisi dicamus summam om-
nium hanc esse, Deum hominem condidisse,
vt esset qui eius opera intelligeret, qui pro-
uidentiam disponendi, rationẽ faciendi, vir-
tutem cõsumandi, potentiam conseruandi,
sapientiam gubernandi, clementiam facien
di bene, sensu admirare, voce enarrare, atq;
collaudare posset, & Deum factorẽ coleret:
& sicut factus est mundus propter hominẽ,
vt ei seruiret, ita homo factus est propter
Deum, vt seruiret ei, vt in præfa. ad D. Aug.
super psal. col. 1. vel causam iustissimam cõ-
69 dendi mundum, dicit Plato, vt à bono Deo,
bona opera fierent, D. Aug. 11. de ciuit. Dei,
c. 21. in fi. & 23. col. 1. circa fi. & domum fe-
cit homini cum annona, vt singula eorum
fierent secundum genus suum, idem August.
in libro quæst. ex vtroque mixtim, col. 129.
post med. quasi domum munitam, atque
formatam, vt securi essent habitantes in
ea, D. Augustinus ibidem col. 33. post med.
omnibus copijs honestauit, & propter exer-
citium duas proposuit causas, præsentem, &
futurã, cœlestem, & terrenam, vt ad proba-
tionem esset homini, qui spreta futura vita,
præsentem eligeret, vel præsenti futuram
anteponeret, D. Aug. vbi supra col. 90. post
med. vbi nos tanquam peregrinos vitã tem-
poralẽ in hac agere mortalitate præcepit,
D. Aug. 2. contra aduers. legis, col. 28. circa
med. & sic casu nihil fit in mundo, D. Aug. in
lib. octuagintatrium quæst. col. 7. in prin. sed
vniuersa propter semetipsum operatus est
Deus, Prouerb. 16. & sat est voluntas vbi est
summa potestas, idem Aug. in lib. ad Orosiũ,
70 col. 2. circa fin. Sexta die factus est homo,
sexta ætate filius Dei venit, & factus est fi-
lius hominis, & quod sint ætates ab Adam
vsque modo, D. August. 4. de Trin. col. 8. post
princ. septima quæst. super Iudicum, c. 35.
circa med. in lib. octuagintatriũ quæst. col.
37. & 51. circa princ. in lib. quæst. sexaginta
quinque, col. 14. circa med. in lib. de catechi
zandis rudibus, col. 33. & 12. contra Faustũ,
col. 6. post med. & 22. de ciu. Dei, c. fi. & licet
illum paulò, idest parum, glo. in l. tutor, §. cũ
hæres, in ver. paulo, ff. ad Velle. vel modico
ab Angelis minorauit, ad Hebr. 2. vilitatem
conditionis humanæ, quali cibo conceptus
nutriatur in vtero eius, deplorationem, &
immunditiam, Io. And. ad Spec. in tit. qui fil.
sint leg. in ver. nutriatur: tamen Dominus
71 Iesus vt honoraret facturam suam dignatus
est humanam sumere carnem, & solum sibi
hominem cohæredem facere, D. Aug. in lib.
contra serm. Arria. col. 4. circa med. & quie-
uit die septima, opera tamen remanserunt,
Bal. in l. si non fortem, §. libertus, col. 2. post
med. de cond. indeb. & quieuit ab operibus
nouis, etiam quod semper creet ad illorum
similitudinem, Archid. in c. sexta die, circa
princ. 35. dist. D. Tho. 3. par. q. 122. alias 91.
art. 1. & quod fuit, potest fieri ac si nũc esset,
Bal. in l. diuortio, 2. repet. circa fin. ff. de neg.
gest. vel quieuit, quia nihil postea factũ est,
quod prius nõ præcesserit in aliqua similitu-
dine secundũ genus, vel speciem, vel ad mi-
nus in principio seminali, vel potentia obe-
dientiali, D. Th. vbi supra d. art. 1. circa fin.
quare autem septimo die tribuatur requies,
D. Aug. 1. de Gen. contra Manic. col. 20. post
med. & seq. & 4. de Gene. ad lit. col. 8. & seq.
& 11. de ciuitate Dei, c. 8. & nouit quiescens
agere, & agens quiescere, 12. eiusdem c. 17.
col. fin. sed nunc postmodum, & per omne tẽ-
pus à totius creaturæ gubernationẽ, nõ ces-
sat, idem Aug. 1. de mirab. sacræ scrip. col. 2.
& in lib. quæst. sexagintaquinque, col. 21. &
seq. vnde ex quo mundus propter hominem
aliquo modo factus est, oportet, quòd quan-

do hominis corpus glorificabitur, etiã alia
mundi corpora ad meliorem statum muten
tur, D.Th.3.par.q.74.art.1. & quæ innoua-
buntur,& quæ non, in q.91.eiusdem par.per
tot. Stoici res humanas ad Deorum curam
non pertinere dicebant,eas muniri Dijs ad-
iutoribus, atque tutoribus disputabant,nos
72 dicimus, quod mundum istum fecit Deus,&
ipse prouidentissimus administrat, D.Aug.
18.de ciuit.Dei,c.41.omnia creauit ex sola
misericordia,& dispensatione omnia subie-
cit, Specul.in tit.de dispensat.§.2. in princ.
præter eum,qui subiecit omnia,ad Rom.15.
& repræsentatur in quolibet ente,Bal.in l.2.
in 2.rep.col.21.circa fin.de iureiur. tãquam
causa efficiens,vt ibi, mũdus verò maius, &
excellentius est miraculum omnibus, & in-
numerabilibus,quibus est plenus,D.August.
21.de ciuit.Dei, c.7.in princ.& 9. circa fin.
73 Secundo noto modum, & ordinem scribẽdi,
nam ponitur exordium causa alliciendi, &
prouocandi animos audientium narratur,
& postea concluditur, Abb.in c.cum ex eo,
3.not.de pœnit.& remiss.& hoc proœmium
dicemus.i.primũ sermonem, qui bonus est,
& introductorius, nam ostendit qualitatem
rei,& causam finalem, adeo quod non debet
quis factum arduum exponere, nisi aliquale
præmittat proœmium,Bal.in l.1.in princ.&
ff.de orig.iur.illud enim rationem finalẽ le-
gis aperit,Bal.in l.in ciuile,circa princ.ff.de
legi.loco finalis causæ habetur,Bal.in l.cum
ij,1.rep.circa princ.ff.de transact.ex eo col-
ligitur mens legis, l.1.ff.ad Maced. l.fin.de
hæred.instit. est optimum pro exhortatione
iustitiæ, Abb.in c.ex ore, 1.not.de priuileg.
quandoque necessarium, Bal.in 1.constit.C.
§.quibus,1.not.de nouo C.facien.& de iust.
c.confirma.post nu.1.quod facit contra ma-
le incipientes aliquod negocium, nam non
potest inde aliquid ordinabiliter sequi,Abb.
in cap.qualiter, & quando, 4.not.de accus.
multa enim fiunt manifesta per eorum prin-
cipia,& eorũ inuestigatione, nam posterio-
ra ex prioribus cognoscuntur,& ordo prio-
rum in posteriora, Bal.in l.1.2.rep.in princ.
74 de iusti. & iure tertio nota quod natura om
nes æquales genuit, inæqualitas quæ acces-
sit est ex vitio, ordinata Dei iudicio, vnde
nos obedire oportet hominibus, quia pro-
pter peccatum subiecti sumus,D.Aug.ser.5.
col.1. ad fratres in heremo, de obedientia,
nam si non fuisset peccatum,omnes essemus
æquales, nec oportuisset superiorem habe-
re,cum lex non sit imposita iusto etiã quod
intelligatur de lege peccati, non de lege iu-
risdictionis, quia quamuis quod sit bonus
est suppositus iurisdictioni superioris, Abb.
in c.solitæ,nu.4.post med. de maio.& obed.
c.pastoralis, num.8. post med.de off.ordi. &
ex criminibus quis amittit bonũ rectæ con-
scientiæ,Ant.de Butr.in c.fin.1.not.de tem-
po.ordina.vel Deus omnes creauit æquales,
ex libero arbitrio exorta est inæqualitas,
nam quidam conuersi sunt ad Deum secun-
dum plus & minus, quidã à Deo auersi sunt
secundum magis & minus, conuersi ad Deũ
promoti sunt ad diuersos ordines Angelo-
rũ pro diuersitate meritorũ, auersi à Deo,
corporibus alligati sunt diuersis, secundum
diuersitatem peccati, D.Th.1.par.q.47.art.
2.& sic,vt dicit D.Greg.vbi nõ delinquimus
omnes pares sumus, licet per statum inno-
centiæ non excludebatur inæqualitas homi-
num, secundum maiorem discretionis ra-
tionem, iuxta quam attenditur dignitas ci-
uilis, sed excludebatur inæqualitas, secun-
dum vsum seruilem, D.Th.ea.par.cum add.
ad eum,q.92.art.1.ibi secundũ de minor.&
q.96. art.3. vnde exclamat Propheta, Con-
stitue Domine legislatorem, quia homines
sunt,Psal.9. Confitebor tibi Domine,& pro-
pterea tempora huius seculi sub certis pa-
storibus sunt ordinata non in ista erroris no
cte, Deus hominem quem fecit relinqueret
sine custodia, D.Aug.in lib. annotationum,
in Iob col.50.in princ. & quia ex anima cõ-
stamus, & corpore, quamdiu in hac vita su-
mus, etiam tẽporalibus in subsidium huius
vitæ vtimur ideo,ex ea parte oportet subdi-
tos esse potestatibus,res humanas cũ aliquo
honore administrantibus, idem Aug.in lib.
exposi. quarundã proposi. ex epist. ad Rom.
col. 24. post princ. & multis modis persona
præest personæ, Bal.in l. qui indignus,2.rep.
num.2. de Senat. sed excelso excelsior alius
& super hos quoque eminentiores sunt alij,
insuper vniuersæ terræ rex imperat seruien-
75 ti, Ecclesiastes 5. & quamuis apud Deum
remaneat primæua auctoritas iudicandi ho
minibus tamẽ committitur à Deo iudicia-
ria potestas respectu eorum qui iurisdictio-
ni eorum subijciuntur, D.Th.3.par.de Salua
tore,q.59.art.2. vnde quidam in eorum ter-
ris sunt officiales perpetui, quidam habent
imperium, & iurisdictionem perpetuam,
non tamen tantam, vt Comites,Capitanei,
& similes, quidam minores iudices, vt offi-
ciales temporales, & præsides prouinciarũ,
Bal. in §.ius autẽ ciuile,post n.4.inst.de iure
natu.gent.& ciui.sunt arbitri, idest delega-
ti,gl.2. in l.sicuti,de condi.& dem.l.vix cer-
tis, in ver.arbitrium,ff.de iudi. & est nomen
cõmune cũ arbitratoribus, Abb.in c.Quin-
tauallis,num.37.cir.fi.de iure iur. Principes
autem supremi sunt omnium magistratum,
Bal.in rub.c.de præci. Imper.offere. in om-
nibus tamen operatur Dei misericordia,

Abb. in c. pastorales, num. 7. in princ. de decimis, nam quo ad eum omnes æquales sumus, & limus erimus, Bald. in l. pen. 1. rep. cir. med. de iurisd. omn. iudi. terra concreti, & sic limus, D. Aug. 13. de ciuit. Dei, c. fi. col. 2. Princeps autem relatiue dicitur sicut pater, & sicut subditi sunt obligati bene obedire, ita ipse obligatus est bene imperare, & olim Princeps erat, auctoritatem, & vtilitatẽ publicæ rei prospiciens fides nũc vero non est eadem fides in Principe, nec in subditis, Bald. in rub. num. 3. in fi. de rer. diui. & Rex dici potest Princeps à principatu imperandi, sed non quilibet Princeps potest dici Rex, D. Aug. 18. de ciuit. Dei, c. 45. Inde Reges gentium, Luc. 22. Deus autem noster dicitur Rex Regum, & Dominus Dominan-
76 tium, 1. ad Timoth. vlt. Affl. hic nu. 27. quarto nota, quod natura communis est, sed ars ingenij diuersa, Bald. in l. 2. §. 1. col. 2. cir. fi. si cert. pet. nam natura magis studet generationi, quam intellectus magis curat de esse rerum, quam scientijs, patet quia animalia non habent intellectum, & generant, Bald. in l. filium, 1. rep. circa princ. de his qui sunt sui, vel alie. iuris, quia Deus, & natura nihil operantur frustra, Abb. in c. 2. nu. 1. in
77 fi. de prob. vltimo noto quod liberum arbitrium imitatur ad bonum, & æquum eũ omnia Deus fecerit ad bonum finem, & liberũ arbitrium ad optimũ finem, siquidem si seruat e constitutum finem, bene est, aliter punitur, Bald. in rub. num. 4. in fi. de iust. & iure, eum possit etiam illicita per absolutam potentiam, idem Bald. in l. vulgo, 2. rep. cir. fi. de stat. hom. & tunc videtur, ipse se excludere sicut qui non vult esse hæres, Bal. in l. Papinianus, §. quarta in ver. ad substitutum, ff. de inoff. test. debet itaque dicere cum D. Aug. confess. 10. c. 29. 31. & 37. Da Deus quod iubes, & iube quod vis, nec præcepto sub quo duo continentur contrauenire, Bal. in l. Celsus, §. 1. ff. de arbitris, Non omitto pro
78 cõplemento quod rerum dominia iure naturali primæuo erant communia, vt hic, postea orbis Romanus agris diuisus est, vt possessio sua nulli esset incognita, quam pro tributorum qualitate susceperat, soluenda, glo. in l. quod Princeps, in ver. constituerunt de aqua plu. arc. contemptor autem mandati Regis, quomodo puniatur, gl. Affl. & late Foller. hic num. 18. vsque ad 39. & dixi infra in const. vsurariorum, tractant etiam materiam implorationis brachij secularis vltra, Iser. & præd. hic est textus inf. in const. maiestati nostræ, in fi. de adult. coerc. vbi late dixi.

SVMMARIVM.

1 *Reducitur ad actum quod est in potentia, & cum facit, sciendum est cur facit.*
2 *Papa, Imperator, & officiales loquuntur in plurali.*
3 *Itaque, auges, & formas nouum casum.*
4 *Imperium Assiriorum, & Romanorum vnum prius, & aliud posterius.*
5 *Insignibus regalibus nemo vtitur.*
6 *Omnipotens, Deus vocatur, quia omnia quæ vult potest.*
7 *Spes quid, & quomodo differt à desiderio, & metu.*
8 *Rex habet Dei imaginem, & tanquam Vicarius in temporalibus adoratur.*
9 *Rex vti homo, & vti Rex Deo pluribus est obligatus.*
10 *Deus quid, vnde, & quomodo cognoscitur.*
11 *Reuerentia quid, & quod modis capitur.*
12 *Iesus propter salutem, quam nobis tribuit vocatur Iesus.*
13 *Deo cur debemus causa est, quia est principium omnium bonorum nostrorum.*
14 *Domini tres deriuationes, & quomodo Deo conueniunt.*
15 *Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum.*
16 *Deus est finis, à quo iustum est omnia denominari.*
17 *Iustitia quid, eius moderamen, & secundũ Pithagoricos dicitur, vt cõtrapassum.*
18 *Fortuna quid, & quomodo vocatur.*
19 *Dei timorem docere spectat ad Imperatorem.*
20 *Honor Deo debitus, & debitus hominibus quomodo vocetur.*
21 *Ingratitudinis vitium magnum, & eius pœna.*

Nos]

1 OS] quia quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum, D. Th. 3. par. de Saluatore, q. 9. art. 1. & dum quis aliquid facit, sciendum est cur faciat, Bald. in l. 1. 2. not. C. si cer. peta. & causa faciendi, vel finales probatur, per proœmium cum dictione, quia, Bald. in l. 1. post nu. 17. C. de falsa cau. adie. posuit Imperator in principio materiam huius libri, vt in gl. supra in ver. requiruntur, hic ponit causam propter quã principaliter ordinatur, Bal. in sim. in l. barbarius, 1. rep. num. 9. cir. princ. de offi. præto. & est secunda pars, vt per Afflict. hic, & dicit [Nos] in plurali, causa honorificentiæ, D.
2 Aug. 1. loquutiones, de Gen. col. 14. cir. prin. & 16. ita Papa loquitur, & Imperator, Bal. in l. vni. post num. 4. vti possit, nam habens dignitatem principalem, gerit personam duorum, secus in eo qui habet subalternam, quæ cum persona oritur, & finitur, Bal. in l. hac consultissima, num. 2. in fi. qui testa. facere poss. licet non solum Princeps, sed quilibet magistratus, qui rem publicam repræsentat, debeat loqui in plurali, Luc. in l. 1. de dobi, vni. Bald. in l. 3. in fi. de sent. ex breui. recit. & tunc verba in plurali significant singulares personas, & singulares actus excellentium, Caiet. ad D. Th. 3. par. q. 8. alias 67. art. 6. col. pen. in princ. & est pronomen, sic dictum, quia fungitur vicenominis, nam sicut dicendo nomen explicamus personam, ita & pronomen, D. Aug. in lib. de grama. col. 15. circ. med. quædam enim nomina sunt nullius effectus, quædam magni effectus, & quædam repræsentant in vna persona duas essentias, Bald. in rub. nu. 3. de dedit. libert. tolle. & idem est, quod ego, & tu, nos, & vos, D. Th. 3. par. q. 7. alias 66. art. 5. cir. fi. nos igitur, l. fi. C. de nuptijs, & facit suppositionem personalem sicut vos, appendix ad D. Th. 3. de Saluatore, q. 38. at. 6. cir. med. [Itaque]
3 quæ dictio auget tema, & format nouum casum consequutiuum ad prædicta, Bald. in l. si posthumus post princ. de libe. & posthum. [Quos] Diuina prouidentia ad regale fastigium produxit, quibus ex alto datum est regere regna, vt in c. reg. emergentium rerum, vel ad quorum onus, & vtilitatem, Bald. in l. si seruum, §. fin. circa princ. de ver.
4 oblig. [Ad Imperii Romani] Assyriorum primum, deinde Romanorum Imperium, illud prius, hoc posterius, illud in Oriẽte, hoc in Occidente, denique in illius fine huius initium, D. Aug. 28. de ciuit. Dei, c. 2. col. 2. in princ. [Fastigia] infra in const. cum circa de ordi. iudi. Io. Ant. de Nig. in c. reg. ad regale fastigium, num. 13. & non sunt nisi altitudines, magnitudines, summitates, & culmen honoris, Affl. hic num. 3. [Et Aliorum Regnorum Insigna] singularis di-
5 gnitates quibus reges vtuntur, nec priuati vti possunt, Abb. in c. dilecta, post num. 3. de excess. præla. quia debent haberi in reuerentia, Bal. in l. 1. in ver. casum, ff. de postula. ex quo quædam insigna designant dignitatem, & quædam priuilegia, Bald. in l. Binos, C. de aduo. diuer. indicio. [Sola] & nulla alia, gl. pen. in l. fin. vbi Bald. num. 3. de leg. & infra in const. fidelium de defe. in posi. [Diuinae Potentiae] omnipotentiæ omni tenentis, D. Aug. super Io. tract. 106. col. 4. vel Dei, qui non ob aliud vocatur omnipotens,
6 nisi quia quidquid vult potest, D. Aug. 21. de ciuit. Dei, c. 7. col. 2. in princ. adeo quod dicitur potentia in Deo per comparationem ad effectus, D. Th. 1. part. q. 42. art. 4. [Dextera] qua dat regna terrena bonis, & malis, D. Aug. 4. de ciuit. Dei, c. 33. à bonis aufert, & malis, idem in epist. 70. col. peu. circ. fi. & omnia bona magna media, & infima ex eo sunt, D. Aug. præd. 1. retractationum, c. 9. cir. med. vltra quod omne laude dignum debet Deo attribui, Bald. in proœ. ff. in add. in princ. à quo cuncta bona procedunt, c. tuo nobis de decimis [Praeter Spem] quæ sæpe sapientissimos fallit, Bal. in quæst. de schis-
7 mate, par. 2. nu. 9. in fi. & affligit, quia quod speratur non habetur, D. Tho. 3. par. q. 126. alias 95. art. 5. differt à desiderio, & quid respicit spes, insuper, spectat aliquid de futuro, inde spectare, est ex alio sperare, & differt à timore, nam spes est de bono, timor de malo, idem D. Th. 1. 2. q. 40. art. 1. & 2. & 2. 2. q. 123. art. 3. & 9. [Hominum] reddit causam, Affl. hic post nu. 4. & quia ab Honorio corona Imperiali annorum 18. fuit insignitus. Fre. de antiquo statu reg. nu. 28. non per successionem, sed per electionem, Bald. in l. bene à Zenone 1. rep. num. 5. de quatr. præscript. [Sublimavit] sicut Princeps alios sublimat, l. 3. vbi Bald. C. vbi Sena. vel Clar.
8 quia Rex habet Dei imaginem, D. Aug. 1. ex vtroque mixtim, col. 35. post med. & 48. est Dei Vicarius in temporalibus, Bald. in l. 1. nu. 3. cir. princ. C. de iure aureo. anulo, & quasi eius Vicarius adoratur in terris, D. Aug. in lib. quæst. ex nouo testa. col. 49. cir. med. iura Imperij, & alia ab eo suscipit, l. 2. in prin. de off. præfe. Aphr. cum meliorum, & sapientum sit principari, & præesse, D. Th. 1. 2. q. 32. art. 7. [Volentes Dvplicata Talenta] quia ab eo cui plus cõmittitur, plus exigitur, gl. fi. in l. presbyteri de epis. & cler. Aff. hic in pri. & tenetur, quia homo, & quia
9 rex, vti homo fideliter viuendo, vt rex leges


iustas, iusta præcipientes, & contrária pro-
hibentes conuenienti vigore sanciendo, D.
Aug.in ep.50.col.12.cir.med.& seruit Deo
inquantũ Rex sibi bona in suo regno iubet,
& mala prohibet,non solũ circa ea quę per-
tinent ad humanam societatem,verum etiã
ad diuinam religionem,idem 3.contra Cre-
scon. col.36. circa med. & licet nostrum sit
eum honorare, nos ei subijciẽdo, eius est ex
sua dilectione nobis benefacere,D.Tho.2.2.
q.31.art.1. [Nobis Credita] Matt. 25.
[Reddere] idest dare,gl.fin. in rub. solu.
matr. vel retrodare , & acceptum reddere ,
Iser.infra in const. violentias,col.2. in fi. &
3.post princ.de viole.cer.poss.admi. [Deo]
10 cuius nomen est gubernationis,& deducitur
secũdũ Damasc.à Theyn,quod est curare, &
fouere vniuersa, vel à Ethyn, quod est arde-
re,seu Theaste, quod est considerare omnia,
& sic est nomen prouidentiæ, cum prædicta
omnia curare,fouere, ardere,& considerare
sonent operationem circa aliquid ; appẽdix
ad D.Th.1.par.q.103. art.3. & naturam di-
uinam significat , idem D.Th.ead.par.q.13.
art. 8. quem Deum cum dicimus æternum ,
sapientem,& beatũ, hæc tria sunt Trinitas,
& Deus appellatur,D.Aug.15.de Tri.col.8.
post princ. late in epist.66. in princ: & 1.de
doctr.Christ.col.2.in fi. & in lib.de essentia
diui.per tot.de quo quid est in hac vita non
cognoscimus , vnde ei quasi ignoto coniun-
gimur , cognoscimus tamen ipsum plenius
inquantum plures,& excellentiores effectus
eius demonstrãtur,& ei aliqua attribuimus
ex reuelatione diuina,vt Deum esse trinum,
& vnum,D.Th.1.par.q.12.art.13. [Vivo]
1.ad Tim. vlt. ad differentiam eorum Deo-
rum qui putantur viui,& sunt mortui,Hier.
in homil.super Matt.16. vel quia apud eum
summa est vita, & summa ratio, D.August.
1. retract. c.5. adeo quod qui de Deo cogi-
tat, viuum aliquid cogitat , & vitam ipsam
cogitat, D. Aug.prædict. 1.de doctr.Christ.
col.4.circa princ. quia Deus est vita,sentit,
& intelligit omnia mente,non corpore,quia
spiritus est,idẽ Aug.in præd.lib.15.de Trin.
col.7.in prin. vbique præsens,vbique totus,
nusquam inclusus,qui potest adesse,secretus
abesse,nõ motus,D.Aug.1.de ciu.Dei,c.29.
& 7.eiusdem c.30.sicut agẽs est in omnibus
rebus intime, non sicut pars essentiæ , & est
vbique , D.Th.1.par.q.8.art.1.2.3.& 4. cui
nihil est occultum, c.nouit , de off.deleg. &
dicitur Deus viuens,c.quod olim,in fi.de iu-
dicijs,quia ab eo vita procedit, D.Thomas
1.par.1.q.13.art.2. [In Reverentiam]
11 quæ honor est cum pauore exhibitus,Lucas
in l.vni.col.2. circa fi. de cap.ciuit.censito.
alibi in exhibitione honoris cõsistit, qui est
testimonium virtutis , D.Tho. 3.par.q.126.
12 alias 95.art.5.in fi. [Iesv] qui propter sa-
lutem quam nobis tribuit,vocatur Iesus,la-
tiuè Saluator, D. Aug.2.de peccat.merit.&
remi.col.32. circa med.2.de nupt.& cõcup.
in fine, & 22.de ciuitate Dei , c.22. col.fin.
[Christi] à crismate , vel oleo sic dicti ,
idem Aug. 1.de nupt. & concup.c.32. & sic
Iesu Christi Filij Dei viui,Matt.16.c.maio-
res, de bapt. & est propriũ nomen Saluato-
ris , & nunquam alibi fuit nisi in illo regno
vbi Christus prophetauit, & venturus erat,
Arch.in c.si baptizata, de consecrat.dist.4.
vnxit nos,& quomodo, quia luctatores nos
fecit contra diabolũ,in c.nouissime,in prin.
de consecr. dist.5. [A Qvo Cvncta Sv-
scepimvs Qvae Habemvs] nam quid ha-
bes,quod non accepisti , 1.ad Cor.4. & hæc
13 in Deo prima,& principalis causa debiti in-
uenitur,quia est primum principium omniũ
bonorum nostrorum, D.Th.2.2.q.106.ar.1.
& accepit ab eo qui est Dominus non habẽs
dominum, D.Aug.confess.10.c.36.& meri-
to Christus vocatur Dominus , nam varijs
14 modis ethimologizatur , dominus , vtpote
dans manus,dans minas,& dans munus:dat
enim manus in temporalium largitione ,
psal.Aperis tu manum tuam,& imples om-
ne animal benedictione: dat minas de futu-
ra damnatione,psal. Nisi conuersi fueritis ,
gladium suũ vibrauit: & dat munus in pec-
catorum remissione,Io.1.can.Si confitemur
peccata nostra, fidelis,& iustus est Christus
vt remittat illa,Guliel.Pipin.feria 4.Paschę
col. 16. inde nihil potest homo facere, quod
non sit minus eo quod Deo debet,D. Thom.
2.2.q.93. art.2. [Colendo Ivstitiam]
quã licet dicat colere,multa in regno onera
imposuit,Foll.hic post nu.104.debet tamen
diligi à iudicantibus , Sap.1. re ipsa sicut is
qui relinquit Ecclesię,Bal.in l.1.2.rep.nu.2.
in princ. de sacrosan.eccl. nam ex operibus
cognoscitur si quis timet Deum , Gene. 22.
c.quod Dei,vbi Abb. 1.not.de statu monac.
& quo animo sit, Abb.in c.cum te,nu.29.cir
15 ca med.de sent.& re iud. vnde Deus non est
remunerator nominum , sed aduerbiorum ,
Abb.in c.3.circa fi. de præsumpt. c.clericis,
post nu.2. de vita, & honest.cler. Io.And.ad
Spec.in tit.de iniurijs,§.1.in ver.concep. in
fi. quid significẽt nomina,& quid aduerbia,
& nomina actori , aduerbia cur reo attri-
buantur,Bal.in rub.2.repet.circa prin.ff.de
rei vend. [Mactare Disponimvs Vi-
tvlvm Labiorvm] & sic reddamus vitulos
labiorum nostrorum,Oseæ vlt. Fructum la-
biorum,hostiam laudis,ad Hebr.13.vel Deo
immolare sacrificium laudis, psal.49. Deus
16 deorum dominus, ipse enim est finis à quo
iustum

iustum est omnia denominari, Bal.ex intentione Arist.in l.1.col.1.circa med. de sum. Trin.iura bona cōdendo,alias, Væ qui conditis leges iniquas, Esa.10. Iusta verò iura condendo,metaforicè dicitur mactare Deo vitulū saginatū, Affl.hic 5.not. [EI PARTI NOSTRORVM REGIMINVM] quod sonat in executionem,non in imperium,vel auctoritatem regiminis,Caiet.in tract.de auct.Papæ,c.3.circa fi.Regnorum Apuliæ,& Siciliæ, de quibus supra in prælu. [PRIMITVS PROVIDENTES, QVAE IN PRAESENTIARVM] ex longæua guerrarū turbatione,vt in const. nihil veterum,de proui.mag.iusti. [PROVISIONE NOSTRA] nouarum legum magis, quàm aliæ ciuitates Imperij, Affl.hic 6.not.
17 [CIRCA] impropriè,nam propriè refertur ad locum: circum, ad tempus: circiter, ad numerum. Lucas in l.1.in princ.de primi.& secundi ce. [IVSTITIAM] quæ dicitur adæquatio partium inæqualium,D.Thom.2.2. q.57.art.1. eius moderamen est sua vnicuique tribuere. D.Aug.2.de Gen.contra Manich.col.28.in princ.& est idē quod contrapassum,secundum Pitagoricos.D.Th.3.par. q.44.alias 13.art.1. [MAGIS] cōparatiuè, licet quandoque stat electiuè, gl.in l.iubere cauere,post med.vbi Bal.1.rep.circa princ. de iurisd.omn.iud.gl.2.in l.Stichū,de leg.1. vel magis.i.verius, Bal.in l.1.in 1.rep.circa princ.si ex noxa.cau.aga. [DIGNOSCITVR INDIGERE] & successiuè vbi maius est periculum,plenius est consulendum, c.vbi periculum, de elect.in vj. Sed hic dicitur habuisse Regnū diuina potentia,contra immo
18 fortunæ felicitate,vt infra in const.occupatis nobis, quæ fortuna in omnibus dominatur, Baldus in l.barbarius,2.repe.col.4.post princ.de off.prætor.est surda,& muta,& eius iudicium est res inhumana,Affl.in c.non est consuetudo, in fi. de alien.feu.pat. dixi latè in d.const. occupatis nobis.

Dic,quòd quæ vulgo fortuna nominatur, occulto quodā ordine regitur, nihilq; aliud est,quàm quod in rebus casum vocamus,cuius ratio,& causa secreta sunt, D.Aug.1.retract.in princ.col.1.circa med.sunt in Deo,
19 qui dat omnia, vt supra. Nota, quòd ad Imperatorem spectat docere Dei timorem, psal.33. Benedicam Dominum in omni tempore,accipiendo illum in corde, & illos qui bene viuunt sequendo,auth.vt non lux.contra natu. post med. & quæ ad Dei timorem pertinent statuere, & statuta in contrarium tollere, Bald.in l.fin.1.not. de Episc.& cler.
20 Nota etiam, quòd honor Deo debitus, est honor latriæ,debitus creaturæ est honor duliæ, D.Th.2.2.q.25.art.1. licet multa diuini cultus per vsurpationē hominibus deferuntur, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera, idem D.Thom.ca.par.q.84.art.1.
21 Item nota, quòd differentia magna est inter ingratitudinem, & gratiarum actionem. §.pen. auth.de nuptijs. quæ sit ingratitudo, quod sit maximum vitium, & quis ingratus ingratior, & ingratissimus, Abb.in cap.fin. 1.not.de donat. inobediēs similis est ingrato, Bal.in l.vni.num.18.circa med.C.de his, quæ pœnæ nom. peruersi sunt, qui benefactores suos accepta libertate postponunt, l.in anteriores,de manumissionibus in Longobar. vnde filius emancipatus,propter ingratitudinem reuocatur in patriam potestatem,l.vnica,C.de ingra.liberis.liber factus, propter ingratitudinem reuocatur in seruitutem, l.Titius puerum, de obsequijs, alibi, patro. præsta. Et Xenophon. in vita Cyri scribit apud Persas legem fuisse editam,per quam ingrati à quocunque de populo accusati, per prætorem puniri, quia ingratitudo Deo,patriæq; inuisa est.Arno.in dialogo 59. Athenis etiam actio contra ingratos constituta est,& rectè,quia dandi,& accipiendi beneficij commercium, sine quo vita hominum vix stat, tollitur, quisquis benemerito parem gratiam non referendo. Valer.Max. lib.5.c.3. de ingratis, ingratitudine, & eius peccato. D.Th.2.2.q.107.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Dissensionibus vniuersitates dissoluuntur.*
2 *Auxilio aliorum non indigere, supra hominem est.*
3 *Igitur, est conclusio illatiua, concludit, & infert.*
4 *Regnum à Regibus, & Reges à regendo, non à regnando dicuntur.*
5 *Regi Siciliæ nomen maiestatis competit, & quid importat.*
6 *Pro, & propter, differunt.*
7 *Silent inter arma leges.*
8 *Prouidere sonat in ius.*
9 *Semper omni tempore, omne casu bellorum, & pacis.*
10 *Deuotus quid, & vnde.*
11 *Regna per successionem, & quid si per electionem deferuntur.*
12 *Rex Siciliæ non subiacet Imperatori, sed Papæ.*
13 *Imperator appellatur Serenissimus.*
14 *Subditi deuoti dicuntur.*

1 
Vm] dissensionibus nõ-
nũquam præclaræ res-
publicæ euersę sunt, l. si
quis ingenuum, §. fin.
de capt. & postl. reuer.
& quia mortuo Henri-
co V. remansit Frede-
ricus minor septẽnio,
effectus major annorũ 14. fuit absens à Re-
gno, & Regni ac Imperij habuit controuer-
2 siam, Affl. hic 4. 5. & 6. not. & supra hominẽ
est vt nullo indigeat, sed primo indiget au-
xilio Dei, secundo etiam humano, eo quod
non sibi sufficit ad vitam, immo ad excellen
tiam hominis pertinet, quod habeat alios
in promptu, qui possint eum iuuare, D. Th.
2. 2. q. 129. art. 6. & quia in cõtrouersijs præ-
dictis regnum Frederico semper fuit obse-
quiosum, & promptum inuenit, vt hic ideo
in hac tertia parte promittit ei iustitiam, &
quietem, & reddit causam [Cvm] tempora-
liter, pro quando, vel causatiuè pro quia.
Bal. in l. vnica, circa princ. C. de suffra. & est
redditiua rationis, Io. And. in c. fin. cir. med.
3 de homic. in vj. [Igitvr] ergo est illatiua
coniunctio, concludit, & infert, l. quidam, in
ver. collectio. de iure cod. infert ex eo quod
dixerat, l. actione, §. item, in ver. igitur pro
socio. & declarat, quod dixit Bal. in l. ad te-
4 stium, §. 1. in princ. ff. de testa. [Regnvm]
quod à Regibus, & Reges à regendo, non à
regnando dici debent. D. Aug. 5. de ciu. Dei,
c. 12. col. 1. [Siciliae] viridarium electũ,
infra in const. occupatis nobis. [Nostrae
5 Maiestatis] & sic Regi Siciliæ nomen
Maiestatis competit. Gra. infra in const. li-
centiam, nu. 2. & in constit. si vassallus, nu. 5.
& æternitatem importat. Affl. hic 2. not. sed
nõ huic Imperatori, nam propter eius pec-
cata Henricus filius captus in obsidione Bo-
noniæ, ibi decessit. add. ad Spec. in tit. de in-
stru. editio. §. 12. ibi casus. [Haereditas
Pretiosa] præclara hæreditas, infra in
const. cum hæreditarium ex successione ma-
terna, vt supra in prælud. & Affl. hic 1. not.
[Plervnqve] quandoque. gl. in l. non dubi-
tamus, & in l. si nominatim, de cond. & de-
monstr. [Propter] dicit causam finalem,
D. Th. 1. 2. q. 70. art. 1. circa fi. [Imbecilli-
tatem] debilitatem. l. nec quicquam, §. ob-
seruare, de off. procon. l. 2. §. verba, ff. ad Vel-
leia. [Aetatis Nostrae] de qua in prin.
huius tex. [Plervnqve] quia sæpè, glo. in
l. 1. §. 1. in ver. permittit nautæ caup. stabu.
6 [Etiam Propter] quæ differt à dictionę
pro, Bal. in l. 3. nu. 2. de bonis, quæ lib. & de-
notat causam proximam, & immediatam.
Bal. in l. cancellauerat, de his, quæ in testa.
dele. [Absentiam Nostram] contempla-
tione, vel ratione absentiæ. in fini. Bal. in l.
additio. cir. fin. de acq. hæred. puta in expe-
ditione Ligurum, infra in const. nihil veterũ.
[Praeteritarvm Pertvrbationvm In-
cvrsibvs] inuasionis Regni, vt in constit.
instrumenta, & seq. nam iuxta inclytũ Ora-
7 torem, silent inter arma leges. B. Hieron. in
epist. 27. col. 21 circa med. [Extitit Ha-
ctenvs] c. ex parte, de censi. [Lacesse-
tvm] inuasorum regni iniquitate, infra in
constit. cum circa, de ord. iud. [Dignvm]
secundum leges, & bonos mores, §. 1. in ver.
vt dignum, auth. de nupt. [Fore Decrevi-
mvs] vt obtenta victoria, succedat quies
pacis. d. const. cum circa. [Ipsivs] Regni
Siciliæ [Qvieti] quia pondus omnem rem
ad quietem, & stabilitatem trahit. D. Thom.
1. par. q. 5. art. 5. [Atqve Ivstitiae] qua
Deus placatur, l. 1. §. optamus, C. de off. præ-
fect. Afri. [Svmmopere] maxime. Nizolus
in ver. summe. [Providere] quod verbum
8 sonat in ius. Abb. in c. pro illorũ, post nu. 13.
de præben. [Qvo] vt gl. in l. fin. in ver. quo,
ff. ad Velleia. [Nostrae Serenitatis]
l. quicunque, & seq. de hæret. l. pen. de paga.
l. humanum, C. de legi. l. 3. de statu. & imag.
l. 3. vbi sena. vel clari. §. hic autem, auth. vt
cum, de appell. cog. l. Imperialis, vbi Bald.
post princ. C. de nupt. solus Imperator dici-
tur Serenissimus, & Augusta Serenissima, &
Reges, qui non recognoscunt superiorem
Imperatorẽ, Bal. in l. bene à Zenone, 2. repe.
circa fin. de quatri. præscri. [Obseqvia]
de quibus toto tit. ff. & C. de obseq. à liber.
patro. præst. [Resistentibvs] pertinaci-
ter insistentibus. Paris de syndi. in ver. resi-
stentia, c. 2. nu. 4. vim, violentiam, & iniuriã
faciendo. l. item quæritur, in ver. non denun-
ciauit, ff. locati. Lucas in l. 2. circa princ. de
deserto. [Aliqvibvs Etiam, Qvi Non
De Ovile Regni Praefati, Nec De
Nostro Erant] Imperio [Promptvm]
& paratum cum effectu, & non verbis. Bal.
in l. item, §. qui paratus, ff. quib. modis pign.
9 vel hypot. solui. [Semper] omni tempore.
gl. in l. 1. in ver. semper, sol. mat. in omni ca-
su. Bal. in l. non omnis, circa prin. si cer. pet.
bellorum, & pacis, glo. 2. & 3. in l. reconiun-
cti, de leg. 3. aliter D. August. in psal. 118. ibi
concio vndecima, col. 3. & concio tertiade-
cima, col. fin. [Invenimvs Et Devotvm]
10 inde deuotus, qui seipsum quodammodo de-
uouit, alicui totaliter se subeundo, & deuo-
tio à deuouendo. D. Th. 2. 2. q. 82. art. 1. & 2.
hic deuotum, idest fidelem, quia qui non ob-
seruat promissa, non est fidelis. l. optimum,
vbi Bald. nu. 3. C. de contrah. empt. Affl. hic
6. not. nu. 4. circa med. cuius deuotio fuit à
nostris parentibus probata, l. 3. C. de officio
mag.

mag. offic. & dicimus, quòd pia humilitas facit subditum superiori. D.Aug.14.de ciu. Dei,c.13.col.2. De sexcentis deuotis, quos Seldurios appellant, & eorum conditione, Cæsar 3.lib. de bello Gallico,car.38.in fro. circa fin. & qui agnoscit debitum, deuotus dicitur. Bald.in l.fin. nu.3.circa med. C.de
11 duobus reis. Nota, quòd regna vadunt per successionem, quandoque per electionem. Bal.in l.ex hoc iure,nu.4.de iust.& iure, vbi etiam nu. 3, quærit an prouincia possit sibi Regē eligere, insuper qui habet per electionem, non potest venire contra statuta prouisa,& specialiter ordinata.Bal.in l.si homi nem,in fi.ff.mandati. quæ autem requirātur pro gubernatione regni, Lucas in l.3.col.2. circa prin.de his,qui num.lib. Nota etiam,
12 quòd Rex Siciliæ non subiacet Imperatori. Abb.in c.qui in ecclesiarum, post nu.16. de constit. ita & alij,de quibus supra in prælu. sed regnum est de temporali iurisdictione Ecclesiæ, vnde Rex iurat Papæ fidelitatem, & homagium.Abb.in c.veritatis,vlt.not.de iureiuran. & donec Fredericus fuit infans, Ecclesia Romana sumpsit eius gubernium.
13 Affl.hic 4.not. Item nota, quòd Imperator appellatur Serenissimus. Abb.in c.cū inter vniuersas, nu.4.circa med.de elect. Vltimo
14 nota,quòd subditi deuoti dicuntur, glo.1.in l.2.de comm.& merca. timorati, & obseruantes. Lucas in l.1. de locatio. præd.ciui. nam debēt timere Regem,& obseruare eius potestatem. Affl.in const.Iustitiarios,2.not. de off. mag. Cam. Aliter deuotus in l.3.de off.quæst. fidelis,& deuotus,qui tributa soluit,Bar.in l.oēs,la seconda,de ann.& tribu.

SVMMARIVM.

1 *Lex quid, Princeps eius dux, & virtus eius quadruplex.*
2 *Igitur, incœptiuè ponitur,nō illatiuè.*
3 *Volumus,importat arbitrium absolutum,quo non debet vti.*
4 *Subiectum Regi, subijcitur eius legi.*
5 *Constitutiones, ius ciuile in Regno dicuntur.*
6 *Subditis à suo domino imponitur lex.*
7 *Statuta dicuntur leges priuatorum iudiciorum.*
8 *Lex dat formam futuris negocijs, non præteritis,nisi dicatur.*
9 *Præceptum,& præcipimus, necessitatem important.*
10 *Iubere,est plusquàm mandare, imperare est dominorum.*
11 *Lex si non est in compilatione approbata, dubitatur si est constitutio, vel ne.*
12 *Legem correctam allegans,punitur de falso. post nu.14.*
13 *Causæ secundum consuetudinem non correctam terminantur.*
14 *Constitutio derogat consuetudini.*



1 PRAESENTES] lex,rationis ordinatio est ad bonum commune,ab eo, qui curā habet communitatis promulgata. Caier.in tract. de aucto.Papæ, & Concil. 1.par.c.12.circa med. est donum Dei, & Princeps dux,& regula. Bal. in l.2.ff.de legi.ex eius virtute,quæ est quadruplex, oritur ius. Bald.in rub.de cond.ex lege.Tria in ea debent esse præcipua,quæ ad publicam pertinēt vtilitatem,prolixitatem litium amputare, multitudinem cōstitutionum inutilium resecare,leges in vnum componere, & congrue statuere. idem Bal.in 1. const.de nouo C.facien.in princ.5.not. hoc voluit Fredericus hic, quasi propriū,& sanctissimum templum iustitiæ cōsecrando.l.1. circa med.de vet.iure enucl. ideo in hac vltima parte, quæ sum. vt per Afflict. dicit.
2 [PRAESENTES IGITVR] inceptiuè ponitur, nō illatiuè.l.ius ciuile, §.hoc igitur,de iust. & iure. [NOSTRI NOMINIS] quia ille instituit, qui dat eis robur. D.Tho.3.par.q.5. alias 64.art.2. [SANCTIONES] obseruādas, quia pœnales. Affl.hic 1.not. [IN REGNO NOSTRO] vtriusque Siciliæ. idem Affl. hic 2.not. & sic quia prouident in loco, locales sunt,non generales. Bal.in l.data opera,nu. 13. in fi. de his,qui accus.non poss. [TANTVM] intantum adeo.l.si quemquam,in ver.
3 tantum,de Episc.& cler. [VOLVMVS] quod denotat arbitrium ab omni æquitate abstractum, & sic voluntatem absolutam, cum sit duplex,vna absoluta,& alia regulata.Bal.in l.cum quidam,nu.1.& 3.de leg.2.& verbum voluit,& placet, gratuitam causam sonant. Bal.in l.1.§.1.circa fin.ff.quib.mod.pig. vel hypot.solui. & etiam quod habeat plenitudinem potestatis,debet rarò vti. Bal.in l.2. nu.3.C.de comm.rer.alien. [OBTINERE] quia quidquid subijcitur Regi,subijcitur legi Regis. D.Th.1.2.q.93.art.4. ratione publicæ vtilitatis,cum ea occasione fiant leges ob causas decidendas. Bald.in l.optimam, col.2. de contra.& comm.stipul. [QVAS] sanctiones [CASSATIS] ademptis, & correctis, cum idem sit tollere, & corrigere.
Bal.

Bal.in l.fin.circa mediũ,C.de adoptio. & si
refertur ad actum, nullũ verificatur in caſ-
ſatione facti. Abb.in c.ex parte, poſt nu.3.
de teſtib. & denotat,quòd non erat omniuo
nullum. idem Abb.in c.cum poſt, 2.not.de
elect.;ſed caſſatum denunciando,c.2.in ver.
caſſauimus, vt lite non conte. [In Regno
Praedicto Legibus, Et Consvetudi-
nibus] quæ rerum ordine per ſua tempora
cucurrerunt. D.Aug.12.cõtra Fauſt.col.24.
circa med. [Adversantibus] quatenus
aduerſantur, nã ablatiui abſolutè reſoluun-
tur in conditionem.Soc.in l.ſi quis arbitra-
tu,nu.22.circa med.de verb.oblig. [Anti-
qvatis] perturbatione prçteriti temporis.
infra in conſtit.prædeceſſorum,vel ſublatis,
glo.hic, & Foller.nu.108. [His Nostris
5 Constitutionibus] quç ius ciuile in Re-
gno dicitur. in ſimi. Bal.in l.pen.2.rep.ff.ad
exhib. [Inviolabiliter] c.pen.de ſtatu
mon. [Ab Omnibus] & cunctis,quæ ſunt
dictiones vniuerſales. Bal.in l.precibus,nu.
19. in fi.de impub. & alijs ſubſtit. ſubditis,
gl.in c.1. vbi Abb.nu.5.de conſtit. nam non
6 niſi ſubditis à ſuo domino imponitur lex.
add.ad D.Tho.2.2.q.16.art.1. ibi,probatur
primo. & imperium alicui nõ competit,niſi
in eum ſuper quem habet iuriſdictionem.
idem D.Tho.3.par.q.39.alias 8.art.4. adeo
quod non poſſent allegari contra non ſubdi
tos. Abb.in c.quod clericis,nu.35. cir.med.
7 de foro comp. nam omnia ſtatuta dicuntur
eſſe leges priuatorũ iudiciorum, non publi-
corum. Baldus in l.etiam,nu.2. C.de furtis.
[In Futurum] nam nouæ conſtitutiones
non extenduntur ad præterita, niſi dicatur.
c.ex frequẽtibus,de inſtit.c.grauis,de cenſi.
glo.in c.pen.in ver.de cætero,de conſang.&
affin.c.cum tu,de vſu.not.in c.cum & plan-
8 tare,de priuil. quia lex dat formam futuris
ſecundum futura, non ſecundum præterita.
Bald.in l.3.in princ.nu.4.in fi.comm.deleg.
Vnde ſtatutum antiquum eſt interpretandũ
ſecundum interpretationem antiquæ legis,
non ſecundum interpretationem nouæ, niſi
veniret ad interpretationẽ caſus dubij vete
ris legis. Bal.in l.vni.§.locum,de cadu.toll.
9 [Praecipimus] quod neceſſitatem impor-
tat,ſicut præceptum. Bal.in l.eam te,3.not.
de reſcript. [Observari] alias conſtitui
parum prodeſſet, vt in c.reg. itẽ ſtatuimus,
quod cõſtitutiones nouellæ. [In] quæ dictio
ſignificat veritatem,non fictionem,actumq;
intrinſecum, & differt à dictione propter.
Bal.in l.bello,in princ.de excuſ.tut.& expo-
nitur cum. l.3.§.ſiue de pen.lega. vel inter.
Lucas in l.1.col.5. in fi.de deſerto. [Qvas
Praecedentes Omnes Regum Siciliae]
de quibus ſup.in præludijs. [Sanctiones,
Et Nostras Qvas Observari Decer-
nimus] quod verbum nouũ ius facit. Zab.
in clem.2.not.3.de præb. [Iussimus] quo-
cunque modo,vel per quæcunque verba ap-
pareat de voluntate iubentis. l.ſi quis mihi
10 bona,§.ſed ſi quid,ff.de acq.hæred.& iubere
plus eſt,quàm imperare,ſeu mandare. Bald.
in l.quoniã, circa med.C.de teſta. imperare
verò ad dominum pertinet. D.Th.quolib.9.
ar.12. [Esse Transfusas] trãſlatas. Nizo-
lus in ver.transfundo. [Vt Ex His] & iſta
eſt cauſa ſuæ cauſæ, Bal.in l.quoties,§.ſi qs
ita,in fi.de hæred.inſt. & ordinatur cauſa in
effectum,vt in ſuũ finem. Bal.in l.2.in 2.rep.
col.27.cit.fi.ff.de iureiur. [Qvae In Prae-
senti Constitutionum Nostrarum
Corpore Minime Continentur] ita
11 quod non eſt in compilatione approbata,
dubitatur ſi eſt conſtitutio,vel ne. Abb.in c.
paſtoralis, 1.q.de fide inſtr. & ſi eſt in volu-
mine, debet ſeruari ſicut aliæ. idem Abb.in
c.2.nu.9.circa princ.de reſcriptis. [Robur
Aliqvod, Nec Auctoritas Aliqva
In Iudiciis, Vel Extra Iudicia Pos-
sint Assumi] quia quod eſt hic poſitum,
ſolum obſeruari volumus. l.2. §.his itaque,
de vet.iure enucl.& quod eſt correctum re-
ſpectu vnius perſonæ, cenſetur correctũ re-
ſpectu alterius. l.3.vbi not. Bal.de inde.vid.
toll. ſublato textũ,ſunt ſublatæ gloſæ: & lex
12 correcta dicitur falſa,& eam allegans puni-
tur de falſo. Bal.in l.edicto. 2.not.& nu.14.
circa med.de edi.diui Adria.toll. nec excu-
ſat transgreſſores à pœna.idem Bal.in auth.
nauigia,de furt.intellige quo ad futura,non
quo ad præterita.Bal.præd.in l.legem Ana-
ſtaſij.C.de natu.lib.& vbi conſtitutiones de-
ſunt, procedit conſuetudo. l.pen. quali.iud.
iud.deb.in Longobar.& in defectu conſuetu
dinis leges Longobardç,& vltimo Romanç.
infra in conſt. puritatem.
13 Sed videtur,ꝙ qualeſcunque cauſæ emer-
ſerint,aut ante factæ ſunt, eodem ordine fi-
niantur, & remaneant ſicut anterior fuerit
cõſuetudo.l.& hoc ſtatuimus, d.tit.qualiter
iud.iudic.debeant in Longob. intellige ſi nõ
ſit iſtis cõtraria. l.vni.cir.fi.de inſt. C.conſi.
alias eſt nullius momenti.l.itẽ,§.ſed ſi quod
cuiuſq; vni.nom.quando autem dicatur cõ-
traria,vel diuerſa, Bald.in l.fin.num.2.C.de
14 edendo. Nota, quòd conſtitutio Principis
derogat conſuetudini, & ſtatutis locorum.
Affl.hic,nu.3. etiã poſtea introductis. Gra.
infra in conſt.cũ circa,nu.5. & quod de iſtis
conſtit.dicitur,idẽ & de cap.reg.vt in c.reg.
conſtitutiones igitur iſtas, an autem licitũ
ſit allegare leges veteres, & correctas. l.le-
ges, la ſeconda. C.de de legi. & producens
ſcienter in iudicio ſtatutum correctũ, inci-
dit

dit in pœnam falsi. Bal. in l. vni. nu. 2. de iust. C. confi. qualiter autē puniantur transgressores legum, vel statutorum, Bal. in l. non dubium, 1. not. C. de legi. nam cum potuerint discere, & operam non dederunt, reos se fecerunt. D. Aug. 2. q. ex vtroq; mixtim, col. 3. circa princ. Vltimo facilius est inducere, quàm tollere, nam videtur legem, quæ populo regendo scribitur, recta permittere, & diuinam prouidentiam vendicare. D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 2. vltra quod inducere, non habet contrarium tollere, sic Bal. in l. si pœnæ, post princ. de cond. indeb.

De Hæreticis, et Pateranis.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio de lege ad legem non est necessaria, de rubrica ad rubricam est ad bene esse.*

2 *Religio est de iuregentium.*

3 *Hæreticus quis, & vnde hæresis.*

4 *Paterani passioni dediti ad exemplum martyrum dicuntur.*

1 ONTINVATIO de lege ad legem nō est necessaria, quia vna subordinatur ad aliam, nec de rubrica ad rubricam, quia est ad bene esse. Bal. in l. callus, in prin. de lib. & posthu. tamen glo. & Affl. continuant, vt per eos quam refutat Foll. hic, tu dic, quod cum Deus mandauerit vnicuique de proximo suo. Eccl. 17. & quis debeat esse sollicitus animæ suæ, & subditorū, Bal. in l. Archigerontes, de episc. aud. maximè circa religionē, quæ est de iure gentium, l. 2. vbi Bal. de iust. & iure. & quia
2 hæretici offendūt Deum, proximum, & seipsos, vt infra in tex. & à manu Dei ipse fatetur huius Regni, & aliorum insignia accepisse, vt supra in princ. const. §. nos itaque. ideo vt omnibus consulat, ponit istam rubr. [DE HAERETICIS, ET PATERANIS] dici-
3 tur autem hæreticus, qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanagloriæ, principatusq; sui causa falsas, ac nouas opiniones gignit, vel sequitur, & dicitur hæresis græcè ab electione, eo quod elegit disciplinā, quam sibi putat meliorem c. hæresis, & seq. 24. q. 3. Vel ab adhæro adhæres, quia adhæret opinioni. Vel ab herisco, quod idem est, quod diuido, ex quo ab vnitate Ecclesiæ est diuisus. Abb. in c. 3. in fi. eo. tit. de hæret. vnde vt sit hæreticus, duo debent concurrere, error in ratione, & istud est initium hæresis: aliud pertinacia in voluntate, & istud est hæresis complementū, & ab hoc denominatur, quia nullus simpliciter cognominatur à dispositione, sed à perfecto habitu: vnde non quicunque deuiat, sed qui pertinaciter deuiat propriè hæreticus nominatur. Lucas in l. 1. col. 5. circa fi. & 6. in princ. de priuil. schola. & non solum est hæreticus, qui malè sentit de articulis Fidei contentis in symbolo, sed etiā si male sentit de Sacramentis Ecclesiæ. Abb. in c. ad abolendam, 1. not. eo. tit. de hæret. Largè verò hæreticus est quilibet, qui non est membrum Ecclesiæ. Bald. in l. filius, de verb. obligat. & quælibet diuisio vocatur hæresis. idem Bald. in l. si duas, post med. de excus. tut. & Apost. 1. ad Cor. 11. Audiò scissuras esse inter vos, & ex parte credo, nam oportet hæreses esse, vt & qui probati sunt,
4 manifesti fiant in vobis. Paterani autem dicuntur passioni expositi, ad exemplum martyrum, qui pro Fide Catholica martyrium subierunt, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quas persecutiones passa fuit, & patitur.*

2 *Deus timore Regum, atque legum, suam erexit potestatem.*

3 *Christus habuit plures vestes, purpurea fuit diuisa, inconsutilis non.*

4 *Hæretici scindūt Christi vestem, dum scindunt Christianos ab Ecclesia.*

5 *Vocabulum sibi assumit nomen à materia, vel causa efficiente.*

6 *Nomen refert rem quam significat.*

7 *Fides capitur pluribus modis, & vnde dicatur, nu. 46.*

8 *Sectione de vno toto plura fiunt, quo nihil perniciosius.*

9 *Hæretici dicuntur lupi rapaces, & quare.*

10 *Similitudinariè quare, & quomodo Ecclesia loquitur de diuinis.*

11 *Diabolus quare dicitur lupus, & angelus crudelis.*

12 *Deus sicut per homines bonos agit sicut ministros, ita diabolus per satellites suos operatur omne malū.*

13 *Columbæ simplicitas puritatē actionis demonstrat, licet rostro, & pennis nidum defendat.*

Hære

Catho-

66 *Catholicos facit pax, & vnitas, Hæreticos diuisio.*

67 *Hæreticorum pœna hodie, olim alia.*

68 *Schisma quid sit, & est species hæresis.*

69 *Nomina diuersa vnum & idē habēt.*

70 *Verba deseruiunt intentioni, non intentio verbis.*

71 *Exempla ponimus non vt ita sit, sed vt ita nos, & alij intelligant.*

72 *Hæreticus infidelior est omnium infidelium.*

73 *Pastoris officium, & quomodo in consecratione aliorum curam sumit.*

74 *Hæresis crimen quomodo est publicū.*

75 *Hæresis crimen æquiparatur simoniæ, & crimini læsæ Maiestatis.*

76 *Inquisitores, & non Episcopi hodie procedunt in crimine hæresis.*

77 *Pœna spiritualis non tollit temporalem, & quæ sit pro crimine hæresis.*

77 *Ecclesia Romana est caput aliarum ecclesiarū, quæ illius sunt membra.*

79 *Prauitas in vno, inficit totum.*

80 *Lites turpes, turpes habent aduocatos, & illorum pœna.*

81 *Pœna indignationis Imperatoris, iudicis, & sub pœna obedientiæ, quid importent.*

82 *Matrimonium an dissoluatur si vnus coniugum labitur in hæresim.*

1 NCONSVTILEM] Tres persecutiones passa fuit, & patitur Ecclesia. Prima fuit violenta cum proscriptionibus, tormentis, & cædibus Christianos cōpellendo ad idolis sacrificādum. Altera fraudulenta, quæ fuit, & nunc est per Hæreticos, & falsos fratres, de quorum peccatis diuina prouidentia lucem operatur. Tertia ventura est per Antichristū. D. Aug. psal. 9. Confitebor tibi Domine. col. 12. post med. & 15. in princ. In prima Nero, Decius, Domitianus, Iulianus, & Datianus vehemēter afflixerunt Ecclesiā, sed Dominus iustus cōcidit ceruices peccatorum, nam alij igne de cœlo demisso interierunt, alij à dæmonibus obsessi, inaudita morte perierūt. Guliel. Pipin. Sabbato post Cineres, col. 7. & 8. In secunda Valens hæreticus fauens Arrianis, Ecclesiam persequutus fuit. Theodosius in initio Imperij sui misericordissimis legibus aduersus impios laborāti, Ecclesiæ subueniuit. D. Aug. 5. de ciuit. Dei, c. 26. col. 2. circa fi. Et leges regni terreni, quæ aduersus Christum ante fremuerunt, nunc peracta feritate dulcedine Euangelicæ prædicationis munimenta præbent. idem Aug. 12. contra Faust. col. 22. circa princ. & 13. contra eun-
2 dem, col. 6. post princ. Et sic timore legum, atque Regum Deus suā erexit potestatem. D. Aug. præd. 1. de consen. Euang. c. 27. in fi. timore legum Imperialium hæretici conuertitur. D. Aug. in epist. 48. col. 11. circa med. & seq. & 129. circa fi. nam non vt homo iudicat Deus, sed cor Regis in manu eius, & quo vult inclinat illud. idē contra secūdam Gaude. col. antepen. Reges verò cum timore seruiunt Christo, leges proferendo pro Christo. D. Aug. in d. epist. 48. col. 11. & seq. cir. fi. vel pro vnitate Christi. idē qui sup. in ep. 50. col. 6. cir. prin. pro cuius vnitate Imperator fecit præsentem const. quę diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [INCONSVTILEM] non sutam, sed sine sutura, & pecijs, & cōponitur à con, & suo suis. Folle. hic col. 2. cir. prin. & sic factam cum acu, quam creditur B. matrem fecisse, & quid significet. Archi. in c. sicut 16. q. 7. vnde quod dicitur Io. 19. diui-
3 serunt sibi vestimēta mea, videlicet vestem cocineam, & purpuream. Et super vestem meam inconsutilem miserunt sortem. Guliel. Pipin. 7. statio. Christi paciētis, col. 3. & seq. & dicitur inconsutilis, ne aliquando dissuatur. D. Aug. super Io. tract. 118. col. pen. cir. fi. vt est Fides, quam significat late Folle. hic in 1. cum vnitas diuisionem non recipiat. c. loquitur. 24. q. 1. [TVNICAM] charitatis desuper contextam, quam nec persecutores Christi, vel aliquis diuidere potuit. D. Aug. in epist. 170. col. 1. post med. & in lib. de quinque hæres. col. 18. & psal. 21. 2. expositio. col. 5. cir. fi. & psal. 30. conc. 2. col. 10. in fi. & 11. vel corpus Christi. [DEI NOSTRI] quod est Ecclesia. D. Aug. 1. de sermone Dom. in monte, col. 8. circ. med. & in lib. de vnit. Eccl. col. 2. & tenet Santa mater Ecclesia in noct. S. Petri Alexand. [DISSVERE CONANTVR HAERETICI] dum procu-
4 rant scindi Christianum ab vnione sanctæ matris Ecclesiæ. Affl. hic 1. not. in fi. vel sacrilega eorum discordia se alienant ab eorum matre Catholica per totum orbem diffusa. Aug. in epist. 165. col. 8. cir. prin. & Hæretici vltra dicta superius in rub. sunt qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatus falsas, vel nouas opiniones gignunt, vel sequuntur. D. Th. 2. 2. q. 11. art. 1. & 2. & dicuntur a scissura, vt supra in
5 rub. [ET VOCABVLI] quod assumit sibi nomen a materia, quandoque à causa efficiente.

te. Abb.in c.forus, 2.not.de verb.sing. dum
faciunt à quo denominantur. Abb. in c. 3.
num.15.circ.med.de dolo, & contu. operę,
& nomine. D.Aug.2.contra 2. epist. Gaud.
col. 20. post princ. cum alias vocabula sine
rebus, inania sint. idem Aug.in lib.quæst.ex
vtroque mixtim,col.124.cir.med. & hoc in
nomine appellatiuo,secus in proprio.Arno.
in topicis, c.2.nam reperitur nomen appel-
latiuum, proprium, pronomen, cognomen,
& agnomen, exempla ponit Foller. hic
num.15. [VITIO] ides culpæ. gl. in l. Sti-
chum,§.pen.in ver.vitio de solut. aliter vi-
tium, in l.fluminum,§.vitium,l.si ædibus, &
l.damni,la vlt.& l.acteius,§.1. de damno in
fect.[SERVIENTIS] dum officia ex corũ no-
minibus accipiunt. D.Th.3.par. q. 8. alias
67.art.1. vel nominis sui funguntur officio.
l.defensores,l.2.C.de defe.ciui. [QVOD SI-
GNIFICATIONEM DIVISIONIS ENVN-
CIAT] ipsum nomen sonat. Specul.in tit.
de remissio.§.1.ipsum denotat nomen.gl.in
l.1.in ver. computanda,cir.med.de seru.ru-
sti.præd.& ex vi vocabuli comprobatur. c.
per uenerabilem, qui filij sint legi. nomen
6 enim refert rẽ quam significat,secundũ Phi-
loso. appendix ad D.Th.3.par.de Saluatore
q.57. art.5. sicut excommunicatio sonat in
separationem. Abb.in c. 3. in fi. de cohab.
cler. & mul. schisma a scissura animorũ vo-
catur, & differt ab hæresi. D.Th.2.2.q.39.
art.1. Hæretici diuisi dicuntur, quia ex ele-
ctione nouæ opinionis se diuidunt ab vnio-
ne Ecclesiæ. Folle.hic post num. 15. [IN]
quandoque capitur pro non, & stat. priua-
tiue, vt insipientes, quasi non sapientes,
aliquando stat augmentatiue interdum ni-
hil operatur, vt hic. Abb.in c.ad nostram,
3.not. de consuetu. [IPSIVS INDIVISIBI-
LIS FIDEI] fidei,& credulitatis Sacramen-
7 to,quam habemus in Deum. c.nihil de con-
secr.dist.4.& dicitur fides id quod creditur,
aliquando ipsum credere, quandoque ipse
habitus quo creditur. D.Th.1.2.q.55.art.1.
& sic dicitur, quia fiet, vel a firmitate. c.1.
vbi Abb.1.not.de sponsa duorum, & nomi-
na desinentia in biles,vel bile dicunt poten-
tiam. add. ad D.Th.3.par.q.114. alias 83.
art.6.ibi.not. [VNITATEM] quia vnus Do-
minus, vna Fides, & vnum Baptisma Apos.
ad Ephe.4.alibi vnam,& dicitur tribus mo-
dis. Bal.in add.vlt.ad Specul.in tit. de posi-
tio.col.8.in princ. [CONANTVR INDVCERE
8 SECTIONEM] de vno toto plura faciẽdo.Pau.
de Cast.in con.140.col.2.cir.med.2. vol. si-
cut in eo, qui ciuitatem diuidit ex vna plu-
res faciendo,quo nihil pernitiosius est. Foll.
hic num.5. ciuitas enim æquiparatur homi-
ni secundũ Plato.& si homo diuiditur, vel in

vna parte percutitur toti simul afflicta con-
dolet parti, ita in Fide, vt hic [EX OVES]
Matth.25.populum Christianum. Affl. hic
3. not. [A PETRI CVSTODIA] cui dictum
est, pasce oues meas. Io.21.in quo, & suc-
cessoribus ejus vnitas Ecclesiæ designatur.
c. audiuimus cir.med.cum seq.24.q.1.c.Sa-
crosancta.ueudisti.& in extrauag.com.1.de
maio.& obedi. [CVI] & successoribus suis,
vt supra [A PASTORE BONO] Io. 10. [SVNT
CREDITAE] dum Matth. 16. dixit,tu es Pe-
trus, & super hanc petram ędificabo Eccle-
siam meam. c.in nouo. vbi gl.21.dist. vel,
Io.21. Pasce oues meas [SEGREGARE] si-
cut pastor segregat oues ab hædis. Matth.
25. [HI SVNT] vel postea fiunt. Bal.in simi.
in l.2.in princ. cir.med. de vulga. & pupill.
[LVPI RAPACES INTRINSECVS] lupi oc-
9 culti pelle ouium induti Dominicum gre-
gem latenter vastantes. D.Aug.in lib.con-
tra mendacium,col.9.in princ. vel lupi ra-
paces, quia intendunt alijs nocere, & per-
dere Christianos. D.Th.2.2.q.172.art.4. &
quod modis homines dici possint lupi, Gra.
hic num.7.& loquitur similitudinarie. Bal.
in l.de quibus 1.rep.post num.13.ff. de legi.
Io.Ant. ad Specul.in tit.de iniurijs, §. 2. ibi
ciuiles. Abb.in c.2.cir.fi. de maio. & obed.
sicut non est vere pars, sed quasi pars simi-
litudinarie. idem Abb.in c.cum clamor cir.
fi.de resti.vel per similitudinem. gl.in l.illi-
citas, §.illicita de offi.præsi. Bald. in l. cer-
tum est, num.5. in fi. de rei uend. sæpe enim
aliquid ponitur pro suo simili, nec videtur
magna digressio,vbi similitudines retinetur
imago, in l.precibus,num.35.in fi.C.de im-
pube. ita vmbre nomen in quibusdam non
est propriæ nomen, sed quadam similitudi-
nis ratione translatum. D.Aug.in epist.59.
col.13.post med.non quod sit. idem Bald.in
l.si is,2.rep.col.2.in prin.ex quib.cau.maio.
nam aliud est exemplum,aliud quod firma-
tur exemplo. D.Aug.2.quæst. ex nouo testa.
10 col.10. cir.med. Ita Christus dicitur vitis,
ouis, agnus, petra, leo, lapis angularis, &
similia. D. Aug. in homelia 15. ad Io. me-
taforice, siue per similitudinem. D. Th. 1.
par.q.13. art. 3. multa dicuntur per simili-
tudinem. Arist. 7. Ethicorum 14. non pro-
pterea ista adoramus. D.Aug.in epist.119.
col.7. post med. sed cum de Deo nihil dignè
dici possit. idem Aug.1.de doctri. Christia.
col.3. cir. med. nec vlla visibilis similitudo
inuisibili rei possit ad omnem conuenientiã
coaptari. D.Aug.præd.2.de libe.arbi.22. in
fi.diuina Scriptura habet consuetudinem de
rebus humanis ad diuinas res verba trans-
ferre. D. Aug.1.de Gene. contra Maniche.
col.9.in prin.& 12.post med.cum multa di-

cantur

cantur sub mistis, & humi repentibus ani-
mis, vt accommodatius per humaua ad di-
uina consurganr, multa figuratiue, vt stu-
diosa mēs quæsiti exerceatur vtilius,& vbe-
rius dicetur inuentis. idem Aug.1.de mori.
Eccles.Cathol.col.16.post prin. & per simi-
litudines quæque cognoscuntur libentius.
Aug.qui supra 2.de doctri.Christ.col.4.post
med.& diuinæ Scripturæ à terreno, & huma
no sensu ad diuinum, & cœlestem nos eri-
gentes ad ea verba descendunt, quibus in-
ter se stultorum etiam vtitur consuetudo.
D.Aug.in lib.octuagintatrium quæstio.col.
26.post med. & de illo ineffabili loquens ad
quædam verba descendit pro vt cum homi-
nibus solet. D. Aug. 1. contra aduer.legis,
col.29.cir.med.& multa diuina : his nomi-
nibus appellantur quibus humana incom-
parabili necessitate, vel diuersitate seiun-
cta sunt. idem Aug.2. ad Simplicia. col.14.
aliud enim est cum proprie loquimur, aliud
est cum verba ex alijs rebus transferendo,
vel abutendo, mutamus. Aug.qui supra de
adulter.coniug.col.13. post princ.& est to-
11 pica loquutio,idē in lib.contra Menda.col.
19.cir.med. & dicitur diabolus lupus, quia
semper nititur decipere homines, & mul-
tos habet nocendi modos. Abb.in c.quãuis,
in fi. de reg. iuris. & tamquam leo rugiens
circuit quem deuoret. D. Petrus 1. cano.
c.5. nam si malitiam eius cogitas,quid astu
tius ad decipiendū atque callidius? D.Aug.
2.de ciu.Dei,c.4.& 10. non secus hæretici,
qui maledictum cor lupinū contegunt oui-
na pelle. idem Aug. in psal. contra partem
Donati,col.1. cir.fi. & veniunt in vestimen-
tis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.
Matth.7. [QVOVSQVE POSSINT OVILE
SVBINTRARE DOMINICVM] dum dissimu-
lantur, vel oues carent custodia pastorali.
D. Aug. in epist.93. col. 3. in fi. [HI SVNT
ANGELI PESSIMI] angeli crudeles.
Prouer.17.inferni incolæ, & mortis procu-
ratores. D.Thom.2.2.q.25.art.11. dij mali
immundi spiritus. D.Aug.2.de ciuit. Dei,c.
11.de quibus Apost.1.ad Corinth.6. Nesci-
tis quoniam Angelos iudicabimus? & An-
geli mali, idest dæmones. D.Th.3.par.q.5.
alias 64. art.7. ibi con.5. cum Angelis au-
tem bonis, quam participationem habe-
mus, D.Aug.8.de ciu.Dei,c.25. [HI SVNT
FILII PRAVITATVM] filij diaboli,ex patre
diabolo. Io.8. quia homines seducendo in-
terficiunt,dum ab Ecclesia separāt. D.Aug.
2,contra litte.Petilia.col.10. in princ. [A
PATRE NEQVITIAE, ET FRAVDIS AVCTO-
RE AD DECIPIENDAS SIMPLICES ANI-
12 MAS DESTINATI] nam sicut Deus per ho-
mines bonos, tamquam ministros suos agit
omne quod bonū est,ita & diabolus per ho
mines malos, velut satellites suos exercet
omne quod malum est. D. Aug. 1. serm. 2.
feriç 3. Dom.in Quadrag. eligendo capitu-
la scripturarū, quæ simplices homines non
intelligunt, & per illa animas decipiunt im
peritas, nec prius impia dicunt, atque ne-
fanda, quæ si dicerent, fugarentur. D.Aug.
in lib.de agone Christ.col.4.circ.med.& di-
cūtur deceptores,quia sub specie boni sem-
per veniunt ad decipiendum,nam dæmon se
transfert in Angelum lucis. 2. ad Corinth.
11. Abb.in c.3.in 2.not.ne cler.vel mona.&
opinione falsa decipiunt. l.3.§. si quis in fi.
de condi.cau. data fallunt,& falluntur. D.
Aug.4.contra Pelag.col.10.cir.princ. [HI
SVNT COLVBRI] serpentes. Afflic.4.not.
cir.med. similitudinis causa,non proprieta-
tis substantia. D.Aug.12. contra Fau. col.
16.in prin. [QVI COLVMBAS] quarum sim-
13 plicitas puritatem actionis demonstrat.D.
Hiero.in vitas Patr.car.127.col.2. cir.med.
tamen licet fel non habeant, tamen rostro,
& pennis pro nido pugnant. D. Aug. super
epist.Io.tract.7.col.pen.circ.med. [DECI-
PIVNT] sub specie boni, c. excommunica-
mus,§.quia de hæret. & solēt Fidem simpli-
cium deprauare, in ijs quæ ad subtilitatem
Fidei pertinent. D.Th.2.2.q.2.art.6. vel de-
cipiunt simplices sicut columbas. Matt.10.
[HI SVNT SERPENTES] quorū tractus licet
sit lenis,non tamen rectus.D.Aug.psal.139.
col. 6. vnde Angelus lapsus de cœlo, factus
est serpens, quia insidiose venenum sparge-
re cupit,in psal.103.ibi.concio secunda cir.
fi. & loquitur similitudinarie, idem super
Io.tract.47.col.5.& 80. cir. princ. nam hæ-
reticorum venena signat. D.Aug.præd.2.de
Genesi, contra Mani. col. 26. post princ. &
materna Ecclesiæ viscera dissipant. idem in
d.tract.super Io.123.col.4. in fi. quia vnum
quodque quale est operatur.D.Th.1.2.q.55.
art.2. [QVI LATENTER] quia proprium est
hæreticorum occultari.D.Aug.5.confessio-
num. c.10. [VIDENTVR] non notat fictio-
nem,sed verborum debitam,& sanam inter-
pretationem. Bal.in l.etiam num.1.in fi.C.
de iure doti. [INSERPERE] multosque con-
taminare. Aug.in epist.92. col.2. cir. med.
nam sermo eorum sicut cancer serpit.idem
Aug.4.contra Faustum,col.fin. cir. med. &
dira contagia per vulgus incautum serpūt.
in d. epist. 93. col. 3. in fi. [ET SVB MELIS
14 DVLCEDINE] commemorando forte mul-
torum in Ecclesia peccata,quasi apud ipsos
iusti omnes, aut plures sint, affirmantes,
quod apud ipsos sit Christus ab vnius Ec-
clesiç vere matris vberibus aliquos euertere
moliuntur.D.Aug.psal.10. in Domino con-

fido, in prin. cauda feriunt, & venena euomunt. Affl. hic 4. not. cir. med. [VIRVS] paternum. D. Aug. in epist. 106. col. pen. cir. fi. occultum. idem 21. de ciu. Dei, c. 6. lethiferi succi. Lucas in l. modios, col. 2. post med. de suscep. præpo. & archa. vel peccati. D. Greg. in homil. super Luc. 16. Homo quidam erat diues. velut pestiferum exhalantes virus, vt hominũ rectè scientium in deteriorem partem corda corrumpant. D. Aug. in epist. 91. col. 2. post med. & sicut solent, qui veneni tentant amaritudinem melle contegere, sic ipsi proprium virus erroris cælestium verborum dulcedine leniunt. D. Hiero. in vitas Patrum, in vita S. Pachomij, col. 27. [EVOMVNT] trahendo à visceribus foris erumpunt, D. Greg. vbi supra, inficiunt animam, sicut exterius sumptum occidit corpus, in extrauag. sancta Romana, in ver. virus, de relig. dom. [VT DVM] donec Bal. in l. si plures, in princ. de fideiusso. [VITAE CIBVM MINISTRARE SE SIMVLANT] nam mala habent speciem boni. D. Tho. 2. 2. q. 49. art. 8. & vitia virtutibus sunt finitima. D. August. 4. contra Iulia. c. 3. col. 8. circa med. quia cũ homo constet ex anima, & corpore, indiget duplici cibo, spirituali, & materiali, materialis necessarius est corpori, spiritualis, vt prædicatio, est necessarius animæ. Abb. in cl. inter cętera, circa princ. de off. ord. isti prædicando vitia virtutes esse mentiuntur, c. sępè. 41. dist. & simulant vt ipsa virtus ante oculos Dei virtus non sit. c. citius, de pœnit. dist. 2. vnde dicunt vulpeculæ, c. inter, de purga. cano. & Cant. Canticorum 1. Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliũtur vineas, & materni vteris corrosores. Io. And. in c. 1. post nu. 2. de sum. Trin. in vj. [A CAVDA FERIVNT] nam habẽt opera prima blanda, & deceptatoria, posteriora damnata, & ad ignem trahentia, sicut in caudis vulpium Sansonis. D. Aug. in serm. 1. col. 3. Domin. in Pass. dicunt prius verba bona, vt possint introducere mala, idem Aug. 1. de actis cum Felice, col. 14. circa med. vel caudam Hæreticorum eorũ præpositos dicit præfat. Aug. in hom. 7. col. 2. & 3. in apocha. [ET MORTIS POCVLVM] cum aliud sit amatorium, infra in constit. amatoria pocula, de pocu. amato. [VELVT] quod est veritatis expressiuum. Io. And. in c. dudum, in prin. de præb. in vj. alibi, nota diminutionis. Bal. in l. milites, nu. 4. circa med. C. de quæst. [QVODAM DVRISSIMVM ACONITVM IMMISCENT] est
15 autem aconitum herba quędam venenosissima omnium venenorum, glos. & Affl. hic in 8. not. & infra in constit. mala noxia. 3. not. quæ sicut & animalia venenosa ad pœnam, & exercitationem mortalium creata sunt. D. Aug. de Gen. contra Manic. col. 11. circa med. & de Gen. ad literam, col. 12. post med. & proinde non debent attendi illorũ verba, sed voluntas, c. in his, de verb. sign. nam huiusmodi Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictionis seducunt corda innocentium. ad Rom. 16. & cibo suo perdũt illos pro quibus Christus mortuus est. D. Aug. in lib. de mori. Manich. col. 18. in prin. [HORVM SECTAE] scolæ familiæ, disciplinæ hæresis. Nizolus in ver. secta. vel idẽ sunt quod hæreses. D. Th. 2. 2. q. 11. art. 1. [VETERIBVS LEGIBVS NE IN PVBLICVM PRODEANT] adempta fuerunt loca ne conuenirent, Missas, vel lætanias dicant, l. 3. C. eo. [NON SVNT NOTATAE] istorum sectæ [NOMINIBVS] vt sic
16 notent rem, quia nomen quasi notamen, vt rem notet appellatur. D. Aug. 1. de Gen. ad lit. col. 13. circa finẽ. & aliquid significetur. Cassa. in cõsue. Burg. rub. 1. §. 6. ibi, mistiers, & sergens, nu. 53. verbum enim, obtinuerunt inter homines principatum significandi. D. Th. 3. par. de Sacrament. q. 1. alias 60. art. 6. [VEL QVOD EST FORTE NEFANDIVS] quasi non dignũ fari. Arch. in c. abijt. 11. q. 3. [NON CONTENTAE VT] tanquam. gl. in l. 3. C. de leg. [VELVT] quæ est nota similitudinis. Bal. in l. 1. nu. 5. cir. med. C. per quas person. nobis acqui. [AB ARRIO ARRIANI] l. damnato, & l. Arriani, cod. tit. de hæret. de quo Ecclesia in 3. lect. 1. noctur. festiuitatis S. Petri Alexand. [VEL A NESTORIO NESTORIANI] sicut Nouatiani à Nouato, & Donatiani à Donato. D. Aug. 2. contra Cresco. col. 2. circa princ. ex quorũ vana gloria ortæ sunt nouitatum præsumptiones. D. Th. 2. 2. q. 10. art. 3. [AVT SIMILIBVS] de quibus latè D. Aug. in lib. de hæresibus [SIMILES] nuncupantur, sicut Papianistæ à Papiniano, in proœ. ff. circa med. l. 2. cir. fi. de orig. iur. sic nomen descendit à nomine. Bald. in l. 1. 2. rep. post princ. de iust. & iure. [SED AD
17 EXEMPLVM MARTYRVM] quod est nomen Græcum, & actus perfectissimus inter virtutes, & testes Fidei Christianę dicũtur. D. Th. 2. 2. q. 124. art. 2. 3. 4. & 5. & sic testes interpretantur. Arch. in c. si quis, cir. prin. 50. dist. D. Aug. in lib. contra Dona. post colla. col. 2. post med. qui pro Christi Fide moriuntur. D. Th. 3. par. q. 127. alias 96. ar. 6. nam mater martyrij est Fides Catholica, idem D. Tho. 2. 2. q. 124. art. 2. [QVI PRO FIDE] formi, cum alia sit informis. Abb. in rubr. de sum. Trin. [CATHOLICA] vniuersali. glo. pen. in d. rub. de sum. Trin. [MARTYRIA SVBEVNT]
18 sed quia martyrẽ non facit pœna, sed causa. D. Aug. 13. contra Cresco. c. 46. circa fin. & psal. 35. concio. 2. col. 9. in fi. & non attenditur,

tur, quod quisque patitur, sed quare patitur. idem contra eundem Cresco. 4. cap. 46. post med. non qualia, sed qualis quisque patitur. idem 1. de ciu. Dei, c. 8. in fi. [PATERANOS] l. Gazaros. de hæret. [SE NOMINANT VELVT] tracta vocis interpretatione. l. si ita vulneratus, ad leg. Aquiliam. [EXPOSITOS PASSIONI] & sic litera seipsam declarat. Abb. in c. nihil, num. 7. circa med. de electio. in c. præsentata, num. 10. in princ. de testib. & exponit sequentem lingua præcedens. D. August. psal. 38. col. 1. circa fin. vnde tenent habitum sanctitatis, & merita perfectionis non exequuntur, sicut simulatores. addit. ad D. Thom. 2. 2. q. 111. art. 2. ibi, secundum minor. nō deferentes facta latronum, honorem sibi exigunt martyrum. D. August. in epist. 68. col. pen. post princ. nec vis est facienda in nomine, vbi de defectu patet, & rei substantia. Abb. in cap. pen. in princ. de hæret. ideo [HVIVSMODI] tales, & similes, qui relatiui sunt. Bal. in l. pen. in princ. col. 2. circa med. C. de adopt. & restriugunt. Abb. in c. p. & g. post nu. 5. de off. deleg. [MISERI] quia
19 Deo non adhærent. D. Aug. 12. de ciuit. Dei, c. 1. col. 2. post princ. & per diminutionem infimum gradum significant. Bal. in l. Imperium, 1. repet. nu. 4. in fi. de iurisd. omn. iud. & dixi infra in coust. mulieres. [PATARENI] qui tales, & non tales dicuntur diuersis respectibus. Bal. in l. pro hærede, §. Papinianus cir. med. de acquir. hæred. & licet patiantur, excluduntur à mercede, quia non patiuntur propter iustitiam. D. Aug. 1. serm. Domini in monte, col. 8. circa princ. & in lib. concio. Augustini super gestis cū Amerino, col. fi. in prin. & in lib. contra Fulg. col. pen. cir. prin. [A QVIBVS ABEST SANCTA] sacrosancta, quæ violari non licet. D. Th. 3. par. de Sacramen. quæst. 1. alias 60. art. 1. [CREDVLITAS AETERNITATIS AETERNAE] Patris, Filij,
20 & Spiritus sancti, æterni, sapientis, & beati, hęc tria sunt Trinitas, quę appellatur Deus. D. Aug. 15. de Trin. col. 8. cir. med. & dicitur æterna, alibi summa, ad differentiā aliarum trinitatum, symbolum autē Trinitatis prædictæ est in homine. D. Aug. confess. 13. c. 11. & in candela, in qua est splendor, ignis, & calor. Abb. in d. rub. de sum. Trinit. in princ. [SVB VNO CONTEXTV NEQVITIAE] c. cum in iuuentute, de purga. cano. [SIMVL TRES OFFENDVNT DEVM] cum Dei Filium non agnoscant, nā hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum
21 Christum. Io. 17. qui est vita animæ, sicut anima est vita corporis. Lucas in l. 2. col. 3. post prin. de digni. & Deum cognoscunt, qui eius voluntatem sequuntur. Arch. in c. didicimus 24. quæst. 1. & licet Deo nullus nocere possit quantum ad eius substantiam, potest tamen nocumentum attentare in eis, quæ Dei sunt, extirpando Fidem, & violando sacra, quæ sunt peccata grauissima. D. Tho. 1. 2. q. 73. art. 8. vnde hæresis est peccatum mortale, oppositum Fidei. Caiet. in tract. de potesta. Papæ, & Conc. 1. par. c. 19. cir. prin. [VIDE-
22 LICET PROXIMOS] naturæ consortes proximi sunt. Spec. in tit. de appell. §. 1. nu. 10. circa med. vnde eorum appellatione venit omnis homo. D. Aug. 3. quæst. super Leuitic. col. 44. post princ. & psal. 11. & 14. etiam infidelis. Abb. in c. nonit, post nu. 3. de iudicijs. c. 2. in 2. not. de conces. præb. & Lucas 10. [ET SEIPSOS] vnde quid miserius misero nō miserente seipso. D. Aug. confess. 1. c. 13. ideo hæretico nihil est peius. add. ad D. Th. 3. par. q. 69. alias 38. art. 2. ibi, corrola. hæreticus. [DEVM] non credunt Deo, Deum, vel in Deum. D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 2. cum appendice, cui, cum sit Dominus omnium per potentiam, debetur dulia, & vti omniū Deo debetur latria. idem D. Thom. 3. par. de Saluatore, q. 25. art. 2. [CVM DEI FILIVM, ET FIDEM NON AGNOSCVNT] non faciendo, quod per eam dictum est. Abb. in d. rub. cir. princ. de sum. Trin. [DECIPIVNT PROXIMOS, DVM] quæ dictio non dicit causam, sed tempus. Spec. in tit. de prob. §. 3. nu. 24. cir. med. [SVB SPECIE] idest qualitate. Bal. in l. 1. nu. 7. cir. fi. ff. de edēdo, alibi pro casu. idem Bal. in l. generaliter, de fideiusso. [SPIRITVALIS ALIMONIAE] l. vni. C. de contra. iud. l. iudices, & ibi glo. de episc. aud. [HAERETICAE PRAVITATIS] ita & simoniaca prauitas, c. vni. cir. fi. vt eccl. bene. sine dimi. confe. [OBLECTAMENTA MINISTRANT] nā sæpe vitia ingerunt se, & mentiuntur esse virtutes, & sub specie parsimoniæ, quæ est virtus, cōmittitur auaritia. Abb. in c. sicut,
23 lo vlt. eo. tit. de hæret. sed nulla efficacior pestis ad necēdum, quàm familiaris inimicus. Abb. in cap. & si Iudæos. 3. not. de Iudæis. [CRVDELIVS ETIAM SAEVIVNT IN SEIPSOS] nam si crudelis est, qui famā suā negligit. Arch. in c. non sunt, 11. q. 3. multo magis seipsum, vt iuf. & dicit crudelis, qui puniendi causam habet, modum tamen non habet. D. Th. 2. 2. q. 157. art. 1. cir. fi. [DVM PRAETER] inclusiuè, licet quandoque excludat, l. nullum, in glos. ff. de repudijs. [ANIMARVM] quæ sunt quid diuinum, & immortale. Bald. in l. iustitia, 1. rep. in princ. de iust. & iure, & in l. de quibus, post nu. 39. de legib. & late in const. præced. [DISPENDIVM] perditionē, Affl. hic in 12. not. in princ. [CORPORA DENIQVE, SIVE MORTIS ILLECEBRIS] celebris. Nizol. in ver. celebritas, p ignis cōbustionē, vt inf. [QVAM PER AGNITIONEM VERAM]

E 2 remit-

remitteretur, si relicto errore, reuerti vellet,
in epist. liquet, d. tit. de sum. Triu. [ET VERAE FIDEI] alibi fides bona, in l. si pupilli,
§. sed si quis ita, ff. de neg. gest. [POSSINT]
24 si volũt, nam quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, & si non vult, non
facit. D. Aug. in lib. de spir. & litera, col. 38.
cir. fi. Deo videlicet adiuuante, commemorando doctrinam, reuelationem, & oculorũ
cordis adaperitionem per futurorũ demonstrationem, & aperitionem diabolicarum
fraudum, de ineffabili dono gratiæ cælestis illuminatione. idem Aug. 1. de gratia Christi, c. 7. col. 6. c. 16. & 44. vel possent, idest debent, glo. pen. in l. si mandauero, ff. manda.
l. creditor. qui potio. l. 4. vbi Bal. de liber. & posthum. Abb. in c. at si clerici, §. de adulterijs, num. 20. de iudicijs. & econtra debent, idest possunt. Abb. in c. fin. nu. 4. circa med.
de iuram. calum. Spec. in tit. de primo decreto, §. 3. nu. 16. circa med. & non possunt. i. nõ debent. D. Aug. 5. loquutionis de Deuteron.
col. 5. in fi. & sic possunt pœnitere ad euadendam pœnam. Gra. hic post nu. 5. bene viuere ad tempus, & post hanc vitam semper beatè
viuere. D. August. 2. de ciuit. Dei, cap. 28.
[EVADERE] nam pertinet ad disciplinam Christianam, vt neque de cuiusquam correctione desperetur, neque cuiusquam pœnitendi intercludatur aditus. D. August. in lib.
de mendacio, col. 19. in princ. [VITAE]
25 quam inter bona præsentis vitæ homo maxime amat, & econtra odit mortem. D. Th.
2. 2. q. 124. art. 3. [PRODIGI] dum amant eam fundere, & spatiare pompis exterioribus. D. Aug. 2. quæst. Euangelio. col. 15. circa med. est enim prodigus, qui seipsum perdit, Arist. 4. Ethic. 1. [ET NECIS IMPROVIDI] Afflict. hic 12. not. [SECTATORES]
malorum operum, 2. ad Titum, in fi. [INVOLVVNT, ET QVOD EST IPSO DICTO DVRISSIMVM] vnius pœna, quæ debet esse metus multorum. l. 1. C. ad leg. Iul. repetun.
vt illius supplicium alios saluos faciat, §.
quod si aut. de manda. Princip. nam secun-
26 dum leges humanas pœna non semper est medicinalis ei, qui punitur, sed alijs: ita latro suspenditur non vt ipse emendetur, sed propter alios, vt metu pœnæ peccare desistant, & cur pro peccato, quod momento perficitur, non momentanea, sed æterna pœna punitur. D. Thom. 1. 2. quæst. 87. art. 3.
[SVPERSTITES ETIAM NON TERRENTVR EXEMPLO] adeo quod omnia imputantur, quæ ex illo sequuntur. Abb. in c. sicut nobis, num. 4. in fi. & 5. de testi. [CONTRA TALES ITAQVE] quæ dictio infert, l. mater, in ver. itaque, ff. de inoffic. testam. l. debitor. §. fin. ff. de pign. actio. [DEO, ET HOMINIBVS SIC INFESTOS] inimicos, aduersarios, & molestos, iuxta illud Esaiæ 43. Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. & dicuntur Deo inimici, qui non natura, sed vitijs aduersantur. D. August. 12. de ciuit. Dei, c. 3. in princ.
27 & cum in morte vnius sceleratissimi stet vita multorum. Bald. in l. prouinciarum, C. de ferijs. [CONTINERE NON POSSVMVS MOTVS NOSTROS] animi nostri. Bal. in l. item quæritur, in princ. ff. locati. continendo in ira misericordias nostras. psalm. 76. Voce mea ad Dominum. quid autem sit continere, & continentia. D. Thom. 2. 2. quæst. 155. art. 1. & 2. & 3. par. q. 127. alias 96. art. 3.
[QVIN] quod non. glo. in l. in persona, in ver. quin. ff. de pactis. [DEBITAE VLTIONIS IN EOS EXERAMVS] & sic minatur gladium exerationis, idest combustionis, dictum ab areo, idest exiccare, & ardere. Afflict. hic in 13. not. alibi exageramus, idest vindicta acerbissimæ mortis affligimus. Abb. in cap. at si clerici, num. 29. post med. de iudicijs.
28 Ira namque nascitur ex illata tristitia, & vindictam inferẽs, in lætitiam terminatur. D. Thom. 1. parte, quæst. 81. art. 2. punitio quietat impetum iræ, delectationem loco tristitiæ faciens. idem 1. 2. quæst. 25. art. 1. nam illius non debemus dissimulare opprobrium, qui proba nostra deleuit, ne Crucifixum pro nobis, blasphemare præsumant. cap. in nonnullis, de Iudæis. [ET] idest, glo. in l. 1. de seruit. rust. præd. [TANTO] detestabilius redditur, quanto magis professioni contrariatur. Paulus de Castro in consilio 439. in princ. volum. 1. [IPSOS PERSEQVAMVR INSTANTIVS] cum ad imam vsque ad scelerum nequitiam peruenerint. l. Arriani. C. eod. [QVANTO IN] valde. Speculat. in tit. de disput. & allegat. aduoc. §. 4. nu. 15. [EVIDENTIOREM INIVRIAM]
29 quæ largè capitur pro omni eo, quod non iure fit. Isern. in §. iniuria, circa priu. de pace iuram. firma. [FIDEI CHRISTIANAE] quæ est viuendi principium, D. Tho. ad Galat. 3. ibi, quicunque. col. 3. circa medium.
[PROPE ROMANAM ECCLESIAM] Papam, qui pro ea capitur. Abb. in c. quod de his, circa fin. de sentent. excomm. de cuius auctoritate late appendix ad D. Thom. 3. par. de Saluatore, q. 8. art. 8. col. 2. vsque in fine. Ecclesia autem est communitas, ea. appendix ad eum, 1. 2. q. 29. art. 6. & capitur tripliciter. Bald. in auth. quas actiones, nu. 14. de sacrosanct. eccles. & ex vocatione appel-
30 lata est Ecclesia, Sinagoga ex congregatione, congregari autem conuenit pecoribus, cõuocari hominibus. D. Aug. in lib. exposit. epist. ad Rom. col. 2. in prin. hic intelligit de

Ecclesia

Ecclesia Romana particulari, licet quandoque sumatur pro vniuersali, cuius membra sunt ecclesiæ particulares. Abb. in c. bonæ, lo primo, 7. not. post nu. 7. de postul. prælat. [QVAE] Ecclesia Romana Princeps est. Bal. in l. sancimus, §. fin. in fi. C. de don. cultrix, & auctrix iustitiæ, c. 1. de alic. fen. vel mater iustitiæ. Bal. in l. ea quæ, nu. 2. post med. C. de cond. indeb. [CAPVT ALIARVM ECCLESIARVM IVDICATVR] epistola inter claras, & nos reddentes, de sum. Trin. Domina, & magistra aliarum, cuius consuetudo maximā habet auctoritatem, appendix ad D. Th. 3. par. de Saluatore, q. 27. art. 1. omnium ecclesiarum magistra, c. fin. de foro compet. & vti Domina omnia ad se trahit. Spec. in tit. de dispensatio. §. 5. post nu. 7. late addit. ad D. Thom. 1. par. q. 32. art. 4. ibi appendix, col. 3. cir. med. pia mater, c. 1. de magistris. thronus Dei, à quo procedunt fulgura miraculorum, voces mandatorum, suasionum, atque tonitrua comminationum. Specul. in procem. nu. 1. & quare illam Deus elegerit. D. Thomas 3. parte de Saluatore, quæst. 35. art. 7. in fi. Ita Romana Vrbs propter magnificentiam est caput omnium ciuitatum. D. Augustinus 1. quæst. ex vtroque mixtim, col. 6. post princ. & Papa Deo teste est in toto mundo caput ecclesiarum, ac Sacerdotum, l. hoc autem, de prohib. nuptijs in Longobar. [SVPERSTITIONIS SVAE] quæ
31 est quidquid institutum est ad facienda, vel colenda idola. D. Thom. 2. 2. quæst. 92. art. 1. & 2. vel est quando traditioni humanæ religionis nomen applicatur, vnde si præter Dei, & Ecclesiæ institutionem, vel communem consuetudinem, quæ pro lege habenda est, aliquid fit superfluum, & superstitiosum reputatur, quia in exterioribus, & non ad Dei cultum interiorem pertinet, ita si fit ei, cui non debet, quia est vitium religioni oppositum. idem D. Thom. vbi supra, & q. 93. art. 1. & 2. dicta est eo quod sit superflua, aut superinstituta obseruatio, & in quibus consistat, Lucas in l. omnes qui. de Decurio. & procedit ex pacto aliquo tacito, vel expresso cum dæmonibus inito. D. Thomas d. par. 2. 2. quæst. 122. art. 2. [SCELERA] flagitia, facinora. Nizolus in ver. scelus. [LATIVS EXERCERE NOSCVNTVR] priuatis conuenticulis. l. 3. C. eo. [ADEO] intantum. Ioan. And. in c. perpetuæ, in princ. de elect. in vj.
32 [QVOD AB ITALIAE FINIBVS] qui vsque ad Galliam, & Siciliam extenduntur, glo. 2. in l. 1. ff. de off. præfect. vrbis, & Sardiniam, & Siciliam includunt. Io. Andr. in c. 1. nu. 1. de tempo. ordin. in 6. de qua Italia. Baldus in l. ex omnibus, de offic. præsid. eius confinia, & quomodo distinguantur, Speculat. in tit. de empt. & vendit. §. 1. post nu. 11. & 12. [ET PRAESERTIM] maxime. Innocent. in cap. ex literis, de homicid. [A PARTIBVS LOMBARDIAE] cap. ex parte, de arbitris.
33 est autem Lombardia prouincia, sicut & Tuscia, habet Regem, & vnum metropolitanum, hodie verò multæ vocantur prouinciæ, quæ non habent Episcopos, Abb. in cap. coram, post num. 4. de elect. [IN QVIBVS PRO CERTO PERPENDIMVS] infra in const. si damna clandestina pro certo didicimus, c. sicut pro certo, de simonia scimus, c. inquisitioni, de sent. excom. pro certo, c. cum ex literis, circa fin. de restit. in integ. Abbas in c. tertio loco, nu. 1. circa med. de præsum. c. cum ad monasterium, de statu mona. sicut pro vero inspecta veritate. Bal. in l. sub conditione, de solut. & certum dupliciter dicitur. Bal. in l. 1. col. 3. circa fin. 2. rep. de leg. 2. & sic collatione, & discursu rationis cognoscitur vnum per aliud, sicut effectus per causas. D. Tho. 3. par. de Saluatore, q. 11. art. 3. [IPSORVM NEQVITIAM] peccatorū. psal. 7. alibi nequiter, c. ad aures, de pœnis. [AMPLIVS ABVNDARE] maxime Mediolani, vbi
34 Hæretici tempore huius Imperatoris interfecerunt B. Petrum Veronensem Inquisitorem, dictum Sanctum Petrum Martyrem. Affl. hic 14. not. late appendix ad D. Thom. 3. par. quæst. 37. alias 6. art. 2. col. 2. in princ. [IAM] quod actum præteritum, perfectumq; designat. Lucas in l. si quis in sacris, circa prin. de prox. sacro. scri. [VSQVE] inclusiuè. gl. 1. in l. patrono, §. 1. de leg. 3. quandoque etiam excludit. Bald. in l. si oleum, §. fin. de dolo malo, in l. meminisse, 1. & 2. repet. de officio proconf. & lega. in l. si cum exceptione, §. hæc autem, in princ. quod metus cau. in l. filiusfamilias, in princ. de leg. 1. Speculat. in tit. de disput. & allegat. aduoc. §. 4. nu. 8. circa med. sæpe tamen ista dictio apponitur in dilationibus. Baldus in l. eos, §. sin autem, nu. 7. circa princ. C. de appell. hic quasi dicat à locis eorum vsque. [AD REGNVM NOSTRVM] in simi. Ioan. And. ad Specul. in rub. col. 1. circa med. de cler. non
35 resid. [SICILIAE] cuius Regnum in tot ciuitatibus constitutum Sicilia dicitur, sicut Romana ciuitas. D. August. 2. de consensu Euangelist. c. 25. col. 2. [SVAE PERFIDIAE] aliter perfidia, in l. 2. ne fideiusso. doti. dentur. vel pertinaciæ, in simi. in constit. magistri Camerarij. [RIVVLOS DERIVARVNT] venerunt. Abbas in cap. prudentiam, nu. 11. in fine, de officio deleg. alibi collata, idest deriuata. Baldus in l. pen. 2. repet. circa princ. de iustitia, & iure. sicut conclusiones, & demonstrationes vnius scientiæ, si sunt ordinatæ, vna deriuatur ex alia.

D.Th.1.2.q.54.art.4. in fi. [Qvod Acer-
bissimvm] alibi acerbius, infra in constit.
humanitate, vel tristissimũ. Nizolus in ver.
acerbitas. [Repvtantes Statvimvs] ius
nouum inducendo. Zab. in clem. fin. 5. not. de
rescript. [In Primis Vt Crimen,] quod
36 à carendo nomine dicitur. Luc. in l. vnica,
in princ. de reis postu. [Haereseos, Et
Damnatae Sectae Cvivslibet, Qvo-
cvnqve Nomine Censeantvr] c. nouerit
de sent. excom. [Sectatores] disciplina-
tores. Nizolus in ver. secta. sectarum, & se-
ctatorum nomina meminit D. Aug. 2. de lib.
arb. col. 17. circa med. [Provt Veteribvs
Legibvs Est Indvctvm Inter Caetera
Pvblica Crimina Nvmerentvr] fit cri-
men publicũ. l. Manichæos, eo. tit. de hæret.
37 dicitur autem publicum duobus modis, vno
modo respectu finis, tunc omne iudiciũ cri-
minale dicitur publicum. Secundo modo di
citur publicum, quia descendit ex lege pu-
blicorum iudiciorum, vel ex legibus quibus
cauetur, quod sit publicum, vt hic Bal. in l.
qui calumniatores. C. de calumn. alias quæ-
dam sunt publica, & quędam priuata: rursus
publica alia ordinaria, & alia extraordina-
ria. Spec. in tit. de accus. §. 2. nu. 1. & 2. & cri-
men aliud est, & aliud pœna. Bald. in l. cum
38 mulier. col. 3. circa princ. sol. mat. crimen, &
peccatum differunt. D. Th. ad tit. 1. ibi, huius
rei, col. 2. post prin. crimen prædictum æqui-
paratur crimini læsæ Maiestatis. glo. in d. l.
Manichæos, in ver. subire. [Immo] vel. gl. in
l. iubemus, §. œconomus, in ver. immo, de sa-
crosan. eccl. quandoque stat electiuè. Bal. in
l. 1. nu. 18. post princ. C. de furt. alibi corre-
ctiuè. Abb. in c. innotuit, post nu. 5. de elect.
in c. graue nimis, nu. 9. de præben. & quando
non. Bal. in 1. const. C. §. quibus, nu. 7. [Cri-
men Laesae Maiestatis Nostrae]
& sic crimen læsæ Maiestatis committitur
in Regem Siciliæ, sicut in Imperatorem.
Gra. sup. in proœ. in 2. add. & crimen hæresis
æquiparatur crimini læsæ Maiestatis, Bal. in
d. l. Manichæos, C. eo. [Debet Ab Omni-
bvs Horribilivs Ivdicari] quia gra-
uius est æternam, quàm temporalem lædere
Maiestatem, c. vergentis, vbi Abb. eo. tit. de
hæret. [Qvod In Divinae Maiestatis
Inivriam Dignoscitvr Attentatvm]
39 vnde in iniurijs proprijs patientem esse lau
dabile est, in iniurijs autem Dei patienter
sustinere nimis impiũ est. D. Th. 2.2. q. 136.
art. 4. vel iniurias nostras magnanimiter su-
stinere debemus, Dei autẽ iniurias nec vsq;
ad auditum sufferre. idem 3. par. de Saluat.
q. 41. art. 4. & quolib. 5. art. 26. cum Deus sit
super omnes diligendus. Iser. in §: cõtra om-
nes, nu. 22. hic finitur lex, adeo quod contra
Deo rebelles, & cõtumaces sese pariter vni-
uersus orbis armat. & sicut his quos Deus
punire vult, omnis creatura irascitur, sic il-
lis quibus auxilium præbet, omnis creatura
suffragatur. D. Aug. 1. de mirab. sacræ scrip.
col. 23. post med. [Qvamqvam] quamuis,
nam quam duplicatum sumitur pro coniun
ctione aduersatiua. Io. And. in c. qui de non.
eir. princ. de præb. in vj. [Ivdicii Pote-
state Alter Altervm] hinc inde. Bal. in
l. Meuius, §. arbiter. 1. rep. ff. fam. ercis. & est
distributiua duorum etiã quod alter possit
dici de pluribus. idem Bal. in l. ancillæ, nu. 3.
C. de furtis. [Non Excedat] quia crimen
læsę Maiestatis in quibusdam conuenit cum
hæresi. Spec. in tit. de hæresi. nu. 5. [Nam]
idest quia. gl. in l. 3. si pars hære. peta. & stat
continuatiuè. gl. in d. l. Meuius, in ver. volun
tates, in fi. de leg. 2. [Sicvti] similitudina-
riè, vel exemplificatiuè, glo. 1. in l. idem est,
ff. vsufr. quemad. caue. & sic, sicut, dicit simi-
litudinẽ. add. ad D. Th. 3. par. de Saluatore,
q. 47. art. 5. ibi exam. in fi. [Perdvellio-
nis Crimen] l. Pantonius. §. rei. de acquir.
40 hæred. crimen hostilis, nã perduelles hostes
dicũtur. gl. fin. in l. cum filius, §. fin. de leg. 2.
tam si in Principem, quàm in rempublicam
sunt moliti. l. liberorum, §. 1. in ver. perduel-
liones, ff. de his, qui not. infa. & est sub crimi
ne læsæ Maiestatis, vel forte idem, & cõmit-
titur in Principem, vel alium de eius latere.
Spec. in tit. de accusatore, post nu. 37. [Per-
sonas Adimit Damnatorvm, Et Bona]
adeo quod post attentatum crimen nõ pos-
sunt donare, vel aliquem contractũ facere.
l. donationes, §. fin. & l. post contractum, de
donat. [Et Damnat Etiam Post Obitvm
Etiam Memoriam Defvnctorvm] etiam
quod crimen finiat morte, l. 1. vbi Bal. nu. 2.
C. si reus, vel accus. mor. fuerit. quæritur de
41 crimine propter bona, quę per scelus acqui-
sita sunt fisco. l. Lucius, in glo. pen. ff. de iure
fisci, l. fi. in gl. pen. C. de adult. & potest obij-
ci crimen lęsæ Maiestatis post mortẽ, vt bo-
na vendicentur. l. pen. & fin. C. ad leg. Iuliam
Maiest. l. fin. cum ibi not. de iure fisci, lib. 10.
ita quæritur de ingratitudine, & agitur post
mortem de crimine, propter onera. Spec. in
tit. de exceptio. & replica. §. 3. nu. 27. adeo
quod testamentũ non tenet, & legata soluta
repetuntur. Bal. in d. l. cũ filius, §. fi. de leg. 2.
& sic contra hæreticum post mortem proce
ditur ad damnationem memoriæ, ita in cri-
mine læsæ Maiestatis, & accusato, ac conui-
cto de publico crimine, admittitur tamen
procurator. Bal. in l. 3. nu. 39. C. de accusat.
d. l. pen. & fi. C. ad leg. Iul. Maiest. & in d. l. fi.
vbi not. Bal. de iu. fisci, lib. 10. nec memoria
damnatur nisi in casibus de iure expressis.

Bal.

Bal.in d.l.1.nu.3. si reus, vel accus. mor.fue.
& infra quinquennium, non postea. Io.Ant.
de Nig. in c.reg.13. ad vindictã malefacto-
rũ,nu.88. [Sic] eo modo.gl.in l.de pupillo,
§.nunciationem,in ver.sic,de no.oper.nunc.
[In Praedicto Crimine] hæresis,quæ
pertinaciam requirit, & errorẽ in ratione,
vt dixi supra in rub. & Foll.hic nu. 33. in fi.
[Qvo Patareni Vocantvr] qui vt la-
trones viuunt, & mori se iactant vt marty-
res.D.Aug.2.contra lit.Pitilia.col.67.circa
42 med. [Per Omnia] l.1.de leg.1.quæ verba
in omnibus, & per omnia quotidie ponũtur
in statutis.Bal.in l.2.de iure cod.Soc.in cõs.
68.nu.21.1.vol. & non solum respiciunt mo
dum,sed tempus.Arno.in 72.dialogo.& cõ-
paratio dat nobis intelligere formam. Bal.
in l.ex hoc, post nu.15.de iust.& iure. [Vo-
lvmvs Observari] adeo quod in crimine
hæresis, & læsæ Maiestatis incõtinenti bona
confiscantur, d.l.post contractum,vbi Bart.
nec testari possunt. D.Aug.1.contra epist.
Perm.col.antepen.in fi.& seq. & criminosus
non potest amplius cum bona conscientia
illa retinere. Abb.in c.dilecti filij, post nu.
12.de arbitris. disputatur, & tenet contra-
rium Couarruuias 2.par.§.8.de contrahen.
incestas nuptias,nu.10. Verum non debent
occupari antequam præcedat sententia de-
claratoria. Abb.in cap. cum Victoniensis,
43 in fi. de elect. & sic Deus non debet esse de-
terioris conditionis,quàm dominus tempo-
ralis,c.tua nobis, de decimis. Ita Ecclesia
excõmunicat post mortem hæreticos. Abb.
in c.à nobis, nu.11.de sent.excomm. [Et]
etiam. glo.in l.si pupilli,§.fin.ff.de neg.gest.
[Vt Ipsorvm Neqvitia] vitium sic di-
ctum eo quod nequidquam est. Nizolus in
ver.nequitia. [Qvi Qvia Devm Non Se-
qvvntvr] & successiuè contra Deum sunt.
l.cęlicolarum,de Iudæis. [Et In Tenebris
Ambvlant] non sequuntur Deum, qui lux
est mundi,Io.8.nec sequi Deum dicuntur,ex
quo nullam legem tenent,sed propriam opi
nionem sibi legem faciunt. Bal.in l.nõ erit
§.Diuus,de iureiur. [Detegatvr Nemi-
ne Etiam Deferente] eorum qui deferre
possunt. l.deferre. ff.de iu.fisci. [Diligen-
ter] in const.officiorum periculosa, vel di-
ligentissime in const.Iustitiarij, non per Ka-
44 lendas. cum diligentia sit mater omniũ vir-
tutum, & negligentia nouerca eruditionis.
Spec.in tit.de aduocato, §.9.nu.4. [Inve-
stigari Volvmvs Hvivsmodi Scelervm
Patratores] & sic inquisitio quam aucto-
ritate iuris iudex exequitur,est agenda cum
summa diligentia. Lucas in l.diligenter, in
princ.de aquæductu. [Et Per Officiales
Nostros] etiam non habentes iurisdictio-
nem.Bal.in cons.378.nu.9.circa med.5.vol.
[Sicvt] quod non est omnino similitudi-
narium. Abb. in c.quia V. nu.6.& c.nouit,
nu.5.de iudic. [Et Alios] quæ dictio facit
positionem eiusdem qualitatis.idem Abb.in
c.2.in 4.not.de ferijs,& c.mulieres,1.not.de
sent.excomm. [Malefactores] Ioan.18.
[Inqviri] & sic de istis,& quibusdam alijs
potest principaliter inquiri.Bal.in l.ea qui-
dẽ,nu.39.post med. C.de accus. vltra alios,
de quibus infra in const.inquisitionis.[Ac]
vel,idest. gl.in l.decernimus,de sacros.eccl.
[Inqvisitione Notatos] infamatos.
Bal.in l.furti.§.1. ante nu.1.de his, qui not.
infam. vel aliqua suspicione notabiles,c.ad
abolendam, c.excommunicamus, §.qui au-
tem,eo.tit.de hæret. [Etiam Si Levis Sv-
45 spicionis] cum leuia signa sufficiant ad
præsumendum aliquem hæreticum. Bal.in l.
fin.in fi.C.fam.ercisc. [Argvmento Tan-
gantvr] & sic ex leui argumento quis pro-
batur hęreticus, Abb.in c.litteras,nu.8.cir.
fin.de præsum.& dicitur argumentũ,ex quo
arguitè probat Bal.in rub.nu.32. circa med,
de rerum diuis.adeo quod testes singulares,
contestes tamen in genere probant.Bal.in l.
vni.qui num.tute.se excu.add.ad eundem in
l.1.ibi,quod testes,C.de testam. [A Viris
Ecclesiasticis, Et Praelatis] secun-
dũ canones, & incuria Ecclesiæ. in simi.inf.
in const.statuimus,vbi Iser.de vsurarijs pun.
[Examinari Ivbemvs] licet secundum
quosdam,etiam à iudicibus secularibus, sed
non est verum,sed ab inquisitoribus. Foller.
hic post num.23.alias quis de causa cogno-
sceret,de qua non posset iudicare. Abb.in c.
cum contingat,post nu.3.de rescript. [Per
Qvos Si Evidenter] euidentissima pro-
batione,quæ requiritur in criminalibus,l.fi.
C.de prob. & oritur in similibus ex priuile-
gijs,& indubitatis instrumẽtis. Abb.in c.li-
cet,13.not.eo.tit.de prob.vel in casu isto ex
coniecturis.Lucas in l.1.col.3.post princ.de
apochis pub. [Inventi Fverint A Fide]
46 quæ sic dicitur eo quia fit quod dicitur. D.
Aug.in libro de mendacio,col.32.post med.
Vel fiunt dicta in conseruatione promisso-
rum. D.Th.3.par.de Sacram.q.80.alias 49.
47 art.2. [Catholica] vniuersali. Aug.con-
tra lit. Pitil.2.col.39. post med. & in lib.de
vnit.Eccl.col.2.in princ. vniuersaliter per-
fecta, & in nullo claudicante, & per totum
orbem diffusa. idem 1.de Gen.ad litt.col.2.
circa med. Græci enim catholicon, vniuer-
salem vocãt. Abb.in d.rub.cir.prin.de sum.
Trin.inde Catholici,siue orthodoxi integri-
tatis custodes, & recta sectantes dicuntur.
D.Aug.in lib.de vera relig. col.6. circa fin.
[Saltem In Vno Articvlo] Fidei, &
quod

quod sint, & quomodo successu tẽporis creuerint, cum ab initio idem fuerint, & conuenienter in symbolo ponãtur. D.Th.2.2.q.1. art.7.8.& 9. Quid autem sit articulus, vnde dicatur, & quod modis capiatur, idem vbi supra ea, q.art.6. [DEVIARE] etiam in vno articulo leui pertinace tamen animositate. glo.pen.& fin.in l.2.C.eo. vel deuiat à Fide, quamuis leui argumento, hæreticus est, Bal. in l.qui contra, ante nu.1.C.de incest.nupt. nam qui in vno peccat, omnium factus est reus, Iaco.2.c.defleat, de reg.iur.simi. Spec. in tit.de teste.§.1.post nu.25.& 89.post medium, & in tit.de emph.post nu.40. Bal.in l. etiã si partis, de leg.1. adeo quod vbi requiruntur duo, vnum non sufficit, glo.& Bal.in l.fin.in ver.auctoritas, ff.de diuortijs. & paria sunt, si nihil, aut totum seruatum non sit, l.& ideo, quod falso tuto. aucto. etiam quia Fides debet habere certitudinem, & nullam secum admittere dubitationem. Abb.in c.1. & 3.in 1.not.eo.tit. de hæret. & sicut charitas non remanet in homine post vnum peccatum mortale, ita & Fides postquam non credit vnum articulum Fidei. D.Thom.cum appendice, 2.2.q.5.ar.3. sunt enim sicut virtutes connexæ, 3.par.de Sacram.q.26. alias 85.art.6. intãtum quod probatur hæreticus in genere, si vnus deponit de hæresi in vno articulo Fidei, & alius de alio. Bal.in l.actor, nu.4.cir.med.C.de prob. vltra quod error in Fide, pro dolo habetur, nisi paratus sit corrigi. idem Bal.in l.data opera, num.53.C.de his, qui accus.non poss. [AC] etiam. gl.1.in d.l.Meuius, de leg.2. [PER IPSOS PASTORALI MORE] arguant, obsecrent, increpent in omni patiẽtia, & doctrina, 4.ad Timot.2. [COMMONITI] vt in glo.gratia Dei, vel per porrectam desuper gratiam à Iesu Christo D.Aug.1.retract.c.9. [TENEBRIS DIABO-
48 LI] qui latinè accusator dicitur. D.August. 4.q.super Num.col.31.in prin.& in lib.contra Iudæos, & Pag.col.7.cir.med.est animal genere, animo passiuũ, mente rationale, corpore aereum, & tempore æternum. idẽ Aug. 9.de ciui.Dei, c.8.in princ. natura Angelus, vitio suo diabolus. idem qui supra 1.contra Pelag.col.fin.circa med. institutione bonus, voluntate sua malus. idem 11.de ciuit.Dei, c.17. per nullũ alium, sed propria voluntate factus est diabolus. D.Aug.in lib.de patientia, col.13.in princ. quid commune cũ Deo habeat, & quid cum homine. idem 8.de ciu. Dei, c.9.10.12.13.& 16.& antecellat homines, ibidem c.15. eius nomen est detestabile, idem 9.eiusdem c.fin.col.fin.cir.med. & per superbiam separatus est à Deo. idem in lib. de salut.docum.col.37. in fine, & seq. [RELICTIS] nam qui eligit malam viam, debet redire ad bonam.not.Bal.in l.reprehendenda, C.de inst.& subst. & sicut laudabile est à vera sententia non moueri, ita culpabile persistere in falsa. D.Aug.3.contra Crescen.
49 col.3.circa prin. Ecclesia enim non claudit gremiũ ad se redeuntibus. Bal. in l.acceptã, nu.30.in fi.C.de vsuris. nam quamdiu in hac vita viuitur, cuilibet relinquitur locus pœnitentiæ, & recipitur ab Ecclesia tam si delinquit in Fide, quàm in moribus. verum ad dignitates non admittitur, nisi misericorditer dispensetur, vel propter bonum pacis, siue fructum aliud, qui inde speratur. D.Th. quolib.12. art.16. ita Imperator indulget ei qui vult ad frugem melioris vitæ redire, pœnitet peccasse: secus si in malo perseuerat, not.Bal.in l.Imperialis, in princ. post nu.1. & in repe.auth.in princ.C.de nupt.vel essent obstinati, & perfidi.in l.seruis, nu.6.C.deleg. & sic Ecclesia non refutat redeuntes ad gremium. idem Bald.in l.3.col.2.in princ.C.de incest.nupt. quousque admittatur hæreticus ad abiurandum, vt euitet pœnam mortis, & quod teneatur in specie, non in genere abiurare. Foll.hic nu.36.& 37. [INSIDIIS] nam
50 Satanæ, & diaboli ex actu eorum composita sunt nomina, nõ quod sint naturalia, sed voluntatis eorum significatio. D.Aug.in libro quæst.vete.& noui testam. col.5.circa prin. habent nomen operis, & non naturæ. idem in lib.quæst.ex nouo testa. col.36.cir.princ. & in lib.ex vtroque mixtim, lo primo, col.1. cir.med. est spiritus nocendi cupidissimus; à iustitia penitus alienus, superbia tumidus, inuidia liuidus, & fallacia callidus. D.Aug. vbi sup.8.de ciui.Dei, c.22. sator malorum, not. in clem.fin.eo.tit.de hære. propria malignitate hominibus infestus, sed Dei iudicio tenetur nocere peccantibus. D.August. 5.contra Iul. c.6.col.4. in princ. vidit enim quod ad accusationem eius factus est homo subtilitate sua id egit, vt in eandem illam præuaricationem, in quam ipsemet incideret, vt accusatorem suum partecipem damnationis efficeret, & non quærit gentes, non Iudæos, nõ malæ vitæ, & conuersationis homines, sed Dei seruos, & Christi famulos, quos sibi scit inimicos, qui factum eius, & præsumptionem condemnant. D.August. in lib.quæst. vet.& noui testam.col.5. in princ. & fi. [NOLVNT AGNOSCERE DEVM LVCIS] incomprehensibilis, cum alia sit comprehensibilis. Bal.in l.testium, nu.22.C.de testi. vel vitæ auctorẽ Deum. gl.in epist.inter claras, in ver.auctorem, de sum.Trin. hæresim dete-
51 stando, quia nõ incipiunt esse Catholici, nisi hæreticos esse destiterint. D.Aug.in ep.166. col.5.cir.princ. [SED IN ERRORE CONCEPTI, CONSTANTIA PERSEVERENT] per-

pertinaciter persistẽdo, altero de tribus mo
dis. D.Tho.cum add.ad eum,2.2.q.2.art.6.
ibi exam. scens si causa disputationis. Bald.
in l.si possessor. §. quãquam,ff.de pet.hæred.
vel articulus esset dubius, & disputatio est
inter maiores, potest eligere vnam partem,
quæ sibi magis placet.Bal.in l.captatorias,
nu.5.C.de testa.milit.ita si obedit mandato
Ecclesiæ,excusatur à suspicione hæresis etiã
violenta. idem Bal.in l.siue possidetis, in fi.
C.de probat. vel errat,nam lapsis,& erran-
tibus subuenitur, perditis verò nullo reme-
dio succurritur, l.hi qui. de apostatis, quia
ex perseuerantia indicium animi apparet.
Bal.in l.quidam elogio,nu.17.de iure delib.
52 Constantia autem quid,& vnde,in quo con-
uenit,& differt à perseuerantia.D.Tho.2.2.
q.137.art.3. & vltra perseuerantiam, vt sit
hæreticus oportet scire illud esse cõtra Ec-
clesiam,alias ignorantia excusat, nisi dice-
ret,quod vult id tenere etiam quod sit con-
tra Ecclesiam, alias errare posset,sed hære-
ticus esse non posset, vt de August. addit.ad
D.Th.1.par.q.32.ar.4.ibi,cor. verum semel
hæreticus, semper præsumitur hæreticus.
Bal.in l.non ignorabit, in fi. C.ad exhiben.
add.ad eum.in l.3. in ver.præsumitur, C.de
prob.& tunc vltra pœnam æternam,& aliã,
de qua in c.3.& c.excommunicamus,§.cre-
dẽtes,eo.tit.de hæret. si sunt parati corrigi,
non sunt hæretici. D.Thom.2.2.q.11.art.2.
sed primo loco recipiuntur ab Ecclesia,quæ
eos conseruat in vita, sed si relabuntur, est
signum inconstantiæ, recipiuntur ad pœni-
tentiam, non tamen liberantur à sententia
mortis.ea.q.art.4.si est clericus degradatus
traditur curiæ seculari, similiter laicus per
eam punitur. d.c.ad abolendam, eod.tit.de
hæret. & [PRAESENTES NOSTRAE LEGES
EDICTO] quod in publico,& actu populo-
so fecimus,vt ignorantia non patrocinetur.
Paris de synd.in ver.officialis,c.5.post nu.2.
[DAMNATOS MORTEM PATI PATARENOS]
53 vt ex qualitate pœnarum qualitas proprij
cognoscatur erroris. D.Aug.in serm.2.ferię
Dom.3.in Quadrag. [DECERNIMVS] quod
nouum ius inducit. Zab.in clem.vni. nu.3.
de cau.poss.& prop.Nam antea Theodosius
decem librarum auri mulctam imposuerat.
l.Arriani,eod.tit.de hæret.D.Aug.3.contra
Cresco.col.34.in princ.in epist.68.col.5.cir
ca med.& 172.post princ.& 2.contra lit.Pe-
til.col.68.cir.prin. Hodie est pœna mortis.
[QVAM AFFECTANT]etiam quod affectata
non inferant onus,glo.2.in l.3.de excus.tut.
[VT] in exemplum ignis æterni,vt in Iudæ
epist. 1. [VIVI IN CONSPECTV POPVLI
COMBVRANTVR] publice viui concremen-
tur. in simi.in l.vniuersi. C.vbi causæ fisca.

vt qualiter vixerunt,taliter moriantur.Bal.
in l.vni.in fi.pri.de lati.liber.toll. & malam
vitam peiore morte consumenr. D.August.
3.contra epist.Parme.col.28.cir.fin. & ani-
mo sæuientis satisfiat,l.si venditor,ff.de ser.
exporta. [FLAMMARVM COMMISTI IVDI-
54 CIO] quia ignis habet magnam efficaciam
ad purgandum. D.Thom.3.par.de Sacram.
q.105.alias 74.art.2. nam generatus à Sole,
est eiusdem speciei cũ eo qui est in sphæra,
& agit vt instrumentum diuinæ iustitiæ. ea.
q.art.3.& ibi correla. est pœna maxime af-
flictiua, quia abundat in virtute actiua. idẽ
vbi supra q.128.alias 97.art.1.& reputatur
maior pœna decapitationis, Bal.in l.vnica,
nu.1. de raptu virg. cum longiore languore
afficiatur,Abb.in c.cum nõ ab homine,post
nu.26.& in fi. de iudic. vltra quod est opus
iustitiæ, vt habeant vnde doleant, qui gau-
dere nõ amant.D.Aug.in lib.de vera,& fal-
sa pœnitentia, col.21.in princ. Ita iuuenes
eorum comedit ignis.psal.77.Attendite po-
pule meus, & flãma combussit peccatores.
psal.105. Cõfitemini Domino. eadem pœna
imponitur Nili ageres rumpentibus, & no-
tario scribenti falsum in præiudicium fisci.
l.vni.de Nili ageri.non rumpe,& l.1.de im-
mu.nemi.conced. vnde est inuentus ad cor-
poralem vindictam, sicut venenũ, morbus,
& cætera huiusmodi. D.Aug. in lib. contra
epist.Manichæi,col.2.circa princ. & sic post
55 primam,& secundam monitionem,Ecclesia
non sperans eius conuersionẽ,prouidet alio-
rum saluti, separando ab Ecclesia per excõ-
municationem,& relinquit eos iudicio secu
lari à mundo exterminando per mortem.
D.Th.2.2.q.11. art.3. vt eos vorax flamma
consumet.Iudicum c.20.in fi.nam sicut igne
flammante nihil pulchrius, & calefaciente,
curante, & coquente vtilius, ita eo vrente
nihil molestius.D.Aug.12.de ciuit.Dei,c.4.
sic longa morte cruciebantur ligno suspẽsi.
idem Aug.4.de Trin.col.15.post princ. & in
tract.31.super Ioan.col.5.& possunt vbique
puniri, quia vbique delinquunt,sicut Mathe
matici.l.& si vbi Bal.C.de malefic.& mate.
[NEC] quæ est dictio copulatiua. Bal.in l.
cum tale, §. 1.de cond.& demonst. [DOLE-
56 MVS] cum ad veritatem doloris sensibilis
requiratur læsio corporis, & sensus. D.Tho.
3.par.de Saluat.q.15.art.5. [QVOD] quia.
l.fi.in ver.quod,ff.de diuortijs.gl.2.in l.liber
homo, de hæred.instit. & in l.testamenta,de
milit.testam. [IN HOC] in eum finem. gl.in
l.1.in §.potuisse,in ver.vel in hoc,ad Syllan.
[IPSORVM SATISFACIMVS VOLVNTATI]
57 quæ non est aliud nisi anima volens. Bald.in
l.captatorias, nu.7.in fi. C.de testam.milit.
& secundum Theologos,non potest cogi,sed
illa

illa nihil est magis liberum. Bal.in l.iam du
bitari,cir.med.de hæred.inst.& nihil est tam
in potestate nostra, quàm ipsa voluntas, ea
enim prorsus nullo interuallo mox,vt volu-
mus præsto est. D.Aug.1.retract.c.9.& dixi
supra in prooe.tamen cum insit consensus,&
naturalis quædam obligatio,Ang.in l.fin.de
colla.fund.patri. tanquã amatores periculi
tenentur ad pœnã,§.quia verò, auth.de non
alien. l.1.§.bestias, de postul. vt voluntario
moriantur interitu, qui viuunt ad impedi-
mentum salutis aliorum.D.Aug.in epist.50.
col.9.post med. [EX QVO] apparet. l.eum
qui,de mino. [POENAM SOLVMMODO] quæ
si solum est taxatiua. Cassa.in consue.Burg.
rub.4. §.11. ibi, oblige. [NEC FRVCTVM
ALIQVEM CONSEQVVNTVR ERRORIS] sed
58 peccata sunt causa peccati. D.Th.1.2.q.87.
art.2. adeo quod dans eleemosynam,vel su-
stinens martyrium ad pompam,peccat,non
meretur, immo demeretur. Abb.in c.1.post
nu.4. de collu. detege. quia latenter celant
peruersitatem suæ intentionis, coram Deo
sunt martyres Diaboli. Caiet.ad D.Th.2.2.
q.124.art.2.col.1.circa prin. & etiam quod
multa patiantur, excluduntur à mercede,
quia non patiuntur propter iustitiã.D.Aug.
in hom.octauæ omu.Sanct.& 1.contra epist.
Parme. & passio licet iungit,causa separat,
& valde distat, non quia patitur, sed quia
propter iustitiã patitur. D.Aug.in d.ep.50.
59 col.6.cir.med.nam,vt supra,pœna non facit
martyrem, sed causa. D.August.in epist.61.
col.2.cir.fi. & 166.col.2.cir.princ. D.Th.ad
Eph.3.col.2.in prin.& 2.ad Tim.2. Bal.in l.
ictus fustium, circa fi.de his,qui not.infam.
[APVD] l.1. de cohorta. [NOS NVLLVS
PRO TALIBVS INTERVENIRE PRAESVMAT]
60 c.si aduersus,eo.tit. quia nõ debet quis ma-
los homines defendere. Bal.in l.quicunque,
in fi.de Episc. & cler. vnde pro malis homi-
nibus, & assassinis nemo debet suscipere ad-
uocationem, idẽ Bal.in auth.habita, nu.25.
in fi. cum add.in ver.aduocationẽ, ne filius
pro patre,pro raptoribus,& complicibus,in
c.reg. vt sine mortalis peccati,nec pro insi-
gnibus furibus. Bald.in auth.sed nouo iure,
nu.11.de ser.fug. Insuper nullus malas cau-
sas in quocunque loco excitare, aut facere
præsumat; l.si homines, de agressio. in vico
facta in Longobar.nã mala causa bono sen-
su defendi non potest.D.Aug.in lib.quæst.ex
nouo testa.col.53.cir.med. [QVOD SI FE-
CERIT,IPSVM NOSTRAE INDIGNATIONIS]
cuius pœna quę sit,Aluar.in §.sed & qui de-
lator.post nu.3.quę sit prima cau.bene.ami.
61 & dicitur indignatio, nam difficillimum est
vt homo aliquid vindicet sine ira,D.Aug.in
lib.octuagintatrium quæst.col.26. circa fin.
verum ira per vitium occæcat oculum men
tis, ira per zelum ipsum turbat, & dicitur
ira per zelum, quando petit vindictã secun-
dum ordinem iustitię.D.Th.3.par.de Salua-
tore,q.15.art.9.vel qui sine causa irascitur,
reus est, secus si cum causa, nam si ira non
esset, doctrina non proficit, nec iudicia sta-
rent,nec crimina compescerentur,vnde ap-
petere vindictam propter malum eius, qui
puniendus est,illicitum est: appetere vindi-
ctam propter correctionem vitiorum, lau-
dabile est. idem D.Th.2.2.quæst.158.art.1.
62 Deus autem irascitur, nulla tamen passione
turbatur, & hoc nomen vindictæ vsurpauit
effectus,non illius turbationis affectus. San-
cti Angeli sine ira puniunt quos accipiunt
eterna lege Dei puniendos.D.Aug.9.de ciu.
Dei,c.5.& 15.eiusdẽ c.25. vel non cadit ira
in Deum secundũ affectum,vel vt est passio,
siue vitium,quia hæc procul sunt à Deo, sed
tantum irasci dicitur secundum effectum,
quando scilicet punit,eo quod tunc se habet
quodãmodo ad modum irati hominis. Gu-
liel.Pipin.epist.ferię 2. post 2.Dom.in Qua-
drag. [ACVLEOS] idest.vigores,d.l.Mani-
chæos,vbi gl.eo.tit.& infra in const.purita-
tem, de præsta.sacra.baiu. alibi aculeos ti-
moris. Exodus 23. D.August.2.quæst.super
Exod.col.41.cir.med.& 6.quæst.super Iosue
col.18.cir.fin.vel mortis.idem 3.de peccat.
& merit.remi.col.14.& 15.cuius punitione
fit indignatio. in simi. idem Aug. 4. contra
duas epist.Pelag.c.4.col.4.in fi. [NON IM-
63 MERITO CONVERTEMVS] vnde qui prohibi-
tum patrocinium præstat ab officio aduoca
tionis remotus, stylum proscriptionis, ac
perpetui exilij sustinebit. l.nemo, la secon-
da, de episc.aud. vnde Papa præcipit aduo-
catis, vt pro eorum clientulis procurent
contra Ecclesiam. Spec.in tit.de aduocato.
§.1.nu.27.circa fin.

Sed contra,videtur quod non sit imputan
dũ si Hæretici faciunt id à quo denominan-
tur. Spec.in tit.de ferijs, §.fin.in fi. cum fas
sit ab hoste doceri. idem Spec.in tit.de pro-
64 batio.§.2.post nu.4.& Deus cũ nos aduersis
rebus exagitat,aut peccata castigat,merita
examinat, mercedemq; æternam nobis pro
toleratis pie malis seruat.D.Aug.1.de ciui.
Dei,c.29. tanto magis, quia veritas errori-
bus nõ vitiatur. Spec.qui sup.in tit.de disp.
& alleg.aduoc.§.6.nu.3.vltra quod quidam
dicunt, quod Hæretici sunt tolerandi, non
occidendi, & eos supplicio afficientes sunt
illis iniurij,& crimine obnoxij,sed eos com
buri est contra voluntatem spiritus. add.ad
D.Thom.1.2.q.95.art.2.ibi corrol.ver.not.
Dic; quod sicut ipsi omnibus aduersantur,
sic omnia debent sibi aduersari.in simi.Bal.
in

in l.1.2.rep.cir.prin.de dolo malo, videlicet
Princeps, lex, minister legis, & etiam priuatus,
claue non errante. Bal.in l.2.nu.69. de
seruit.& aqua.tanto magis, quia audent negare,
quod scriptum probatur. D.August.in
lib.quæstionum ex veteri testa.col.46. circa
med.Hæreticos verò tolerare, non supplicio
afficere, nec comburere, est hæreticum, vt in
d.add. Ecclesia enim Catholica ex aliquorũ
perditione, cæteros colligit. D.Thom.præd.
cum add.ad eum.2.2.q.10. art.8. in appendice.
sic solutio dubitationis inuentio est.
Arist.7.Ethic.4.

Lecta litera, deuenio ad notabilia. Bal.in
l.Aemilius Largianus, 2.rep.nu.4.post med.
65 ff.de mino. Et primo noto, quod Ecclesia
est tunica illa inconsutilis, quæ scissa non
fuit, sed sorte prouenit. in extrauag.com.1.
de maio.& obed. Rursus, sicut tangendo vestem,
intelligitur tangere personam, quę vestimentis
tegitur. Bal.in l.ad testium, §.fin.
ff.de testa.& ratione cõnexitatis, qui aurem
hominis tetigit, totum hominem tetigisse
videtur. Abb.in c.consuluit.lo secondo, post
nu.3.de appell.ita fit iniuria Christo, & Ecclesiæ,
cum Christianus scinditur ab eorum
vnione. Affl.hic 1.not.cir.fi.nam vltra quod
vbi Christi fit mentio, fit etiam & Ecclesiæ
D.Aug. in epist.165. col.8. & seq. quia non
debet sponsus à sponsa separari. idem Aug.
psal.34. concio.2. in princ. quod fit contra
Ecclesiã, fit contra Deum. Bal.in l.decernimus,
in prin.de sacrosan.eccl. Ecclesia verò
Catholica per totũ orbem diffusa, omnibus
errantibus vtitur ad profectus suos. D.Aug.
in lib.de vera relig. col.6.in fi. & sequen. &
pereuntes dolet, quemadmodum rebellem
filium sanctus Dauid, de cuius salute seruanda
sollicita dilectione mandauerat. idem
August. in epist.61. col.1. in princ.

66 Secundo noto, quòd diuisio facit hæreticos:
pax, & vnitas facit catholicos. D.Aug.
2.contra lit.Petilia.col.87.in princ. & vltra
dicta in rubr. hæreticus est Græca vox, est
nomen infame, & significat electionẽ. Folle.
hic nu.10. & 13. & est, qui ratione alicuius
temporalis cõmodi, vt sup. & D.Aug.in lib.
de vtilitate creden. ad Honorium, in princ.
vel est, qui pertinaciter se fingit in errore
contra Fidẽ. Gra.inf.in const.apostatantes,
nu.9. adeo quod nisi ex contentione hæreticus
fit. D.Aug.de eccles.dogm.c.7.& 18. de
ciu.Dei, c.51.in prin. tam si hæresim docet,
quam si credendo, & putando veritatem.
D.Aug.in lib. contra mendac.col.4. in fi. &
seq. nam dubius in Fide, infidelis est. Caiet.
ad D.Th.2.2.q.8.art.4.cir.fin. tam si in vno,
quàm in omnibus errat, nã qui in vno errat,
factus est omnium reus. Iacob.2. sicut in virtutibus,
quæ cũ sint connexæ, qui vna caret,
nullam habet. Caiet.ad D.Tho. 2.2.q.149.
art.2. cir.fin. & etiam ex verbis inordinatè
prolatis, secundum B.Hieronymum, incurritur
hæresis. appendix in fi.ad D.Th.1.par.
q.83.art.2. & 2.2.q.11.art.2. & 3.parte, de
Saluatore, q.16.ar.8. non tamen procederet
in hæretico mentali, quoad excommunicationem,
nisi aliquo exteriore opere, vel verbo
peccatum suum exequeretur, quia tunc
statim esset excõmunicatus. Caie.ad D.Th.
vbi sup.2.2.q.11.art.3.nec in eo, qui hæreticum
audit catholica prædicantem. D.Aug.
vbi sup.in lib.cõtra mendacium, col.4.in fi.
67 & seq. Huius pœna multiplex est. Io.And.in
c.2.nu.14.de sent.& re iud.in vj. olim aliter
puniebantur discentes, aliter seruantes, &
aliter docentes. l.quicunque, in ver.damnetur,
eo.tit.de hæret. istorum licet in appellatione
sit diuersitas, & diuersas habeat voluntates.
D.August.in lib.quæstiones vtriusque
mixtim, col.86.cir.med.est tamen in hæresis
prauitate cõuentio. d.l.quicunque. & facies
etiam quod habeant diuersas caudas, tamẽ
habent ad inuicem colligatas. c.excõmunicamus,
in princ. & c.pen.eod.tit. de hæret.
quamuis opinionum discordent varietate,
simili tamen vanitate colligantur. D.Aug.
in psal.80.col.9. circa fin. peccata enim sunt
sicut vulpes Sansonis, quæ caudas habent ad
inuicem colligatas, & facies diuersas in diuersa
prospicientes. D.Th.1.2.q.113.art.2.
ibi exam. iniusti namque vix se patiuntur,
& quando se videntur diligere, cõscientiam
sibi debent, non amicitiam, & tunc secum
concordant, quando in perniciem iusti conspirãt.
D. Aug.psal.36.conc.2.col.2.in prin.
68 Schisma autẽ est species hæresis, & quid sit,
D.Aug.2.contra Crescen. col.3.& seq.post
med. non potest esse sine hæresi, quia etiam
indiuisionem sonat. Abb.in c.3.nu.2.eo.tit.
de hæret.& obstinati æquiparantur bãnitis.
Bal.in cons.338.post nu.4.1.vol.qui dicantur,
& an conferant, vel accipiant Ordines.
Innoc.in c.1.de schisma.
69 Tertio nota, quòd vnum, & idem habet
diuersa nomina. Abb.in c.quoniam contra,
nu.3.de probat.proprium, & appellatiuum:
appellatiuum est magis cõmutabile, quam
proprium. Bal.in l.qui patri, circa fi.de acq.
hæred. Vnde licitum est argumentare à nomine
appellatiuo, secus à proprio, quod ponitur
ad beneplacitum. Abb.in c.3.nu.2.de
auct.& vsu pallij, & bona est expositio, secũdum
ethimologiam vocabuli. Abb.in cap.
quãuis, de verb.sign. verum diffinitioni magis
est stãdum, quam ethimologiæ, quia diffinitio
euacuat substantiam diffiniti per genus,
& differentias, non sic ethymologia.

idem

70 idem Abb.in d.c.quamuis, nu.2.verba enim deseruiunt intentioni, non intentio verbis. Abb.in c.quouiam,nu.8. circa princ.de off. deleg.in c.ad audientiam,post nu.2. & c.secundo requiris, de appell.c.intelligentia, & c.in his, de verb.sign. sunt accommodanda materiæ. Abb.in c.clerici, nu.1.circa med. de vita,& honest.cler.& secundum communem vsum loquendi, ita vt nō ad actum,sed ad actitudinem referantur,in c.maiores,circa fin.pri.de Baptismo, dummodo significatio verborum non repugnet. l.ab omnibus, in prin.de leg.1. alias multa intellectu percipiunt,sed uon loquutione,c.pen. vbi Abb. nu.15.cir.med.de donat.in c.pen.nu.4.in fi. de parro. in c.3. post nu.13. de dilat. multa facto ostenduntur, sed uon expressione verborum, vt ibi,quidam dicuntur per similitudinem.Bal.in l.Aemilius Largianus,2.repe. post princ.ff.de miuo.gl. in l.naturalis,§.sed si, in ver.præstis.de præscrip.verb.ita per similitudinem dicimus stipulationem ambulare. Bal.in l.sed & si quis, §.si operas,l.adhuc,§.si operas,de vsufr. & quemadmo.quis vta.voluntatem testatoris esse ambulatoriā vsque ad mortem,l.4.de adime.lega. Monachum dici aurigā per similitudinē, in epist. nos reddentes,in ver. Archimadrite,de sum. Trin.& Hęretici,vt in textu,faciunt,quę dicunt per quandam similitudinē, l.fin.in ver. dānatur,de calumn. verum similitudo aliud est,quam veritas.Bal.in l.filium,1.repe.post nu.2.de his, qui sunt sui, vel alie.iuris. nam

71 exempla ponimus, non vt ita sit, sed vt ita intelligamus, vel intelligant qui addiscunt. Bal.in l.fin.1.rep.in fi.de statu hom.melius, vel oculata Fide intelligāt. idem Bal.in l.1. in princ.de inst.& iure. posset innumerabilibus hoc probari,l.si ita vulneratus,ad leg. Aquil.Varietas tamen verborum debet varia designare. add.ad Spec.in tit.de dilatio. §.1.in ver.opponuntur,cir.med.cum omnia traducta sint ad similitudinē imbecillitatis humanæ. D.Aug.4.de ciuit.Dei,c.30. vnde bonum est habere nomen bonum,c.cum secundum,vbi Abb.nu.5.de preb.quia nomini deseruitur.gl.fin.in l.1.C.de off.præfe.vrbis. Quid autem denotent nomina substantina, Bald.in l.stipulationum, la 3.circa med. de verb.oblig.

72 Quarto nota,quòd qui ab Ecclesia discedit,& in Hæreticorum errore se tradit, omnium infidelium infidelior est. D.Tho. cum appendice,2.2.q.10.art.6.& vt fugitiuus seruus iudicat,non vt filius adoptiuus.D.Aug. in lib.contra Iudæos,& Pag.col.19.circa fi. reintegratur Ecclesiæ per pœnitentiā. Abb. in c.3.nu.2.in fi.eo.tit.de hæret. nam Ecclesia cupit eum corrigi,non necari. D.Aug.in epist.127.col.1.cir.med. adeo quod sublata falsa opinione pietatis causa relinquitur. l.cū is, §.si in ea,de cond.indeb.sed quatuor requirūtur,vt pœnam mortis euadat. Abb. in d.c.ad abolendam, nu.6. eo.tit.de hæret. nam ipse cum eam elegerit disciplinam,quā putauit meliorem,adeo quod hæresis grecè, latinè electio dicitur. D.Th.vbi supra 2.2. q.11. art. 1. Fidem alterius falsa doctrina expugnare conatus fuit,l.fiu.in fi.de Iudęis. factis allegando,quod ante negauerat.c.cōtingit, lo 2. de sent.excomm. & si non egit, defuerunt instrumenta malitiæ explicandæ. Abb.in c.significante, 2.not.qui matr.accu. possunt.

73 Quinto nota boni pastoris officium.Abb. in c.pen.2.not.de aposta. debet enim ponere animam pro salute subditorum suorum. Io.10. Ant.de Butr.in c.nisi, in ver.nisi,post princ.de renunc. acceptando enim prælaturam,obligat se ad subditorum custodiam. Abb.in c.quamuis,cir.fi.de reg.iur. fit enim ordinatio Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus,qui in ea fuerint prouincia Episcopi,reliqui Sacerdotes à proprio ordinantur Episcopo. appendix ad D.Th.3.par. q.39. alias 8.art.2. & cum quadam solemni cōsecratione suscipiuut curam animarum. D.Th.quolib.1.art.14.circa fi. vnde debent esse solliciti ad inueniendum Hæreticos, & procedendum contra eos. Abb. in c. inter. 1.not.de purg.can. quia cōparatur pastori, dæmon lupo rapaci, iste conatur deuorare, & inuadere gregem: Prælatus tenetur spiritualiter pascere. Abb.in c.ne pro defectu, 1.not.de elect. licet quidam prælati æquiparētur mercenarijs. Ant.de But.in d.c.nimis, in ver.propter.2.not.de renunciat.

74 Sexto nota, quòd crimen hæresis est publicum, nam quod in diuinam religionem committitur, in omnium infertur iniuriā. gl.hic in ver.diuinæ. nam cum Deus sit vniuersale bonum,à quo dependet omne bonū, naturali dilectione diligitur ab vnoquoque, adeo quod cum sit commune omnium bonum, vnumquodque plus diligit Deū,quam seipsum. D.Thom.1.par.q.60.art.5.Caie.ad eundem vbi sup.q.82.art.2.col.3.circa med. & quolib.1.art.8. isto modo est publicum, sicut quando offenditur Ecclesia, vel clericus.Bal.in l.si quis in hoc,nu.1.in fi.de episc. & cle. iutantū,quod de iure canonico omne delictum censetur quasi publicum. Abb. in c.1.nu.4.cir.med.de collu.deteg.& tūc vnus de populo in actione populari potest præcludere viam cæteris, dummodo ius publicum fuerit fideliter executus. Bald.in l.eum qui, §.in popularibus, circa fin.de iura.calumn. libellos in ista materia ponit Spec.in tit.eo.

de

75 de hæret. Istud crimen æquiparatur simoniæ,
c.licet Heli,circa fi.de simo. & crimini læsæ
Maiestatis, vt hic, ideo par facinus,æquale
delictũ, æqualem exigit pœnam, l.si quem-
quam, in fi. & ibi glo. fin. de Episc. & cler.
Contumax ex causa hæresis,si excõmunica-
tur, & durat per annum in excõmunicatio-
ne, potest vt hæreticus condemnari, c.cum
cõtumacia,eo.tit.de hæret.in vj.& est c.reg.
si quis in excommunicatione. Lex præsumit
propter libros improbatæ lectionis, si inue-
niuntur penes aliquem,cum distinctione, de
qua Foller.hic vlt.q.nu.35. vel eo ipso quod
conuincitur, nisi habeat vt illos confutet,
Arno. in 10. problemate. vnde abijciat li-
bros,si crimen exhorret. D.Aug.in lib.de na
tura boni,col.antepen.in fi. Ecclesia autem
aliter tractat eos, qui eam deserunt, si hoc
ipsum pœnitendo corrigunt, aliter eos, qui
in ea nõdum fuerunt, primi eius pacem ac-
cipiunt, vtrosque tamen diligendo. D.Aug.
in epist.48.in fi.qui verò in vnitate Ecclesiæ
nunquam fuerunt, etiam quod hæreticũ ali-
quid dicant, non facit illos hæreticos, sed
quo ad nos Catholicos est propositio hære-
76 tica.Foll.hic nu.24.Hodie iure ordinario in
crimine hæresis nõ procedunt Episcopi, sed
certi Inquisitores deputati à Sede Apostoli-
ca. idẽ Foll.hic post nu.23. & relapsos,sicut
Iudæos,& alios,ac eorũ libros cremant,l.2.
de Iudæis,& d.l.quicũque,cir.fi. sicut libros
Numæ Pompilij Senatus cremari iussit, ne
sacrorum causæ quales in eis habeantur in-
notescant.D.Aug.7.de ciui.Dei,c.34.& 35.
& suis ipso facto priuantur sicut rebelles.
Bal.in l.1. 2.repe.nu.24.in fi.de sacros.eccl.
& confiscantur omnia, c.cum secundum le-
ges, & c.vergentes, vbi Abb. 1. 2. & 3.not.
eo.tit.de hæret. destruit iudex domũ ad ter-
rorẽ,vt malefactor mendicet, alijs sit exem-
plum, & metus multorum. Io.And.ad Spec.
in tit.de donat.ibi §.quoties, circa fi. & lex
damnat post obitum,l.si quis filio,§.quod si
quis,de iniusto rup.& irri.testa. debet in cri
mine isto, incestus,& læsæ Maiestatis,ius feu
di illæsum seruari,Spec.in tit.de feudis,§.2.
nu.63.post med. cũ multa suggerere debeat
æquitas ad spoliandũ aliquẽ fauore religio-
77 nis.Abb.in c.in præsentia,post nu.41.de ꝓb.
Septimo nota,ꝙ pœna spiritualis nõ tollit
temporalem.Bal.in l.placet,nu.6.de sacros.
eccl. Vnde hæreticorum triplex est pœna,
c.excõmunicamus,§.damnati,eo.tit, de hæ-
ret.suæ enormitates ipsos notabiles reddũt,
c.de priore,de appellat. sunt infames,& pu-
niuntur, l.1.de sum.Trin. relapsi traduntur
curiæ seculari, nec appellant. Spec.in tit.de
appell.§.2.post nu.22.& quia peccatũ suum
non solum faciendo, sed etiam prædicando,
palam faciunt,infamem vitã,famosa morte
consumunt. D.Aug.1.de mirab.sacræ scrip.
col.16. circa med. non possunt res Ecclesiæ
in emphyteosim capere,§.pen.auth.de eccl.
tit.Eorum libelli lacerantur,si res Ecclesiæ,
vel earum possessionem petunt. Abb.in c.ex
parte,nu.23.de restit.spol. Si sunt Principes
laici possunt priuari eorum dignitatibus, &
officijs, & per iudicem ecclesiasticum inha-
bilitari ad officia sumenda. Abb.in d. c. ad
abolendam,post nu.8.& c.si aduersus, 3.not.
eo.tit.de hæret. Insuper si Episcopus remit-
tit hæreticum iudici seculari, iudex secula-
ris tenetur stare actis Episcopi.Bal.in auth.
clericus, in fi.de Episc.& cler. quia vbi Ec-
de remittendo ipſum ad iudicem eccleſiaſti
cum, debet probari per ſcripturam authen-
ticam, vel per duos teſtes, nec vnus ſufficit.
Affl. hic nu. 12. & Folle. nu. 6. licet præſuma-
tur clericus, qui defert habitũ clericalem.
Luc. in l. Princeps, col. 2. ibi ſeptimo. de prin
cip. agen. in rebus. & ſi diu ſtetit in aliqua
Eccleſia vt clericus, & probat per famã vi-
cinorũ, quod ita ſit, iudicabitur vt clericus,
non ſolum in poſſeſſorio, ſed etiam in peti-
torio. Inn. in c. illud quoque, nu. 2. cir. fi. & 3.
de præſum. tunc etiam quod ſit primæ ton-
ſuræ non conuenitur coram iudice laico.
Abb. in c. cum non ab homine, 2. not. de iud.

alia

22 alia dic, vt per Afflict. Vltimo nota, quòd apostata reuersus ad claustrum non purgat totaliter peccatum, quia semper remanent reliquiæ. Bal. in l. quis sit fugitiuus, §. si quis, de ædil. edi. sicut in eo qui committit furtū, licet restituat rem furtiuam, nihilominus fur est. Affl. hic nu. 15. post med. est excommunicatus. glo. in c. si quis, 23. dist. Amittit ius legitimum, & actus ciuiles. Bal. in l. cum prætor, §. fin. ff. de iudicijs. adeo quod non possit testari, sicut hæreticus. D. Aug. 1. contra epist. Parmen. col. antepen. in fi. & seq. Insuper monachus si defert habitum suum coopertum habitu clericorum, est apostata, glo. in clem. 2. in ver. extrinseci. de vita, & honest. cler.

Vt nullus se intromittat de factis, seu consilijs Regum, alias de sacrilegio Regum.

SVMMARIVM.

1 *Rex, vel Imperator est agens liberum ad similitudinem Dei.*
2 *Sacrilegium est negligere præcepta Imperialia.*
3 *Vt, ponit modum.*
4 *Facta, & gesta differunt subtili quadam differentia.*
5 *Consilia perfectionis, vtilitatis, & necessitatis.*



1 ICTVM fuit de sacrilegio cōtra Deum, sequitur videre [DE SACRILEGIO REGVM] quia Rex, & Imperator est agens omnino liberum, ad similitudinem Dei. Affl. in §. si quis aliū,
2 in fi. de pace tenen. Sacrilegium autem est Imperialia præcepta negligere. Luc. in l. 1. in prin. vt dig. ordo. Arch. in c. sacrilegium, cir. fi. & c. quisquis, 17. q. 4. & disputare si est dignus quem Rex elegit, vt infra, ideo man-
3 dat, & ponitur modus per dictionem [VT] l. Meuia, in gl. 1. ff. de manu. testa. [NVLLVS] non vllus, vel ne vllus quidem. Nizolus in ver. nullus. [SE INTROMITTAT] disputādo. idem Nizolus in ver. intromitto. [DE FA-
4 CTIS] vel gestis, quæ non differunt, nisi subtili quadam differentia. Io. And. in c. auaritiæ, nu. 1. cir. fin. de elect. in vj. [SEV] disiunctiuè, alibi copulatiuè. Pau. de Cast. in cons. 234. nu. 2. vol. 2. [CONCILIIS REGVM] qui-
5 bus ob reuerentiam obediendum est, c. omnis anima, de censib. licet consilia quædam sint perfectionis, gl. fin. in c. ad aures, de æta. & qual. quædam vtilitatis, Lucas in rub. de silentiarijs. & alia necessitatis, vt inf. in tex.

SVMMARIVM.

1 *Deus non dat gratiam, nisi dignis, non quod sint, sed per gratiam facit dignos.*
2 *Consilia maiorum præsumenda sunt iusta, nisi manifestam contineant iniquitatem.*
3 *De, capitur pluribus modis, & rem proximā, & materialē significat.*
4 *Leges fiunt optimis rationibus, & asserere non esse iuridicas, est temerarium.*
5 *Est, est verbum substantiuum, plura significat, & diuersimodè exponitur.*
6 *Sacrilegium largè, & strictè, & pluribus modis committitur.*
7 *Disputari potest de scientia, si voluit, & non de potestate Principis.*
8 *Legibus est iudicandum postquā sunt factæ, ante de eis potest iudicari.*
9 *Indignus fit propter delictum, vel mala mores.*
10 *Eligendo indignum, facit dignum ex certa scientia.*
11 *Dignus an sit, vel non, quem Princeps elegit, spectat ad eius reuerētiam.*
12 *Actus hominum constant ex voluntate, & iuris auctoritate, adeo quod si potestas, & voluntas contradicunt, non valet actus.*
13 *Rex non habet superiorem, nec vlla lex super eū, & est impius, nu. 18.*
14 *Plura qui potest, non prohibetur pauca peragere.*
15 *Subditi tenentur obedire, nec de facto Dei, Papæ, Imperatorū, vel Regis iudicare.*
16 *Blasphemare, nec de factis occultis Regum quis debet iudicare.*
17 *Contemptores Regum literarum, & priuilegiorum qualiter puniātur.*
19 *Locutio incauta trahit in errorem.*
20 *Impetrari ab aliquo non refert, dummodo Princeps concedat.*

Dignus

21 *Dignus præsumitur quem Princeps elegit.*

22 *Eligendi potestas si datur alicui, de idoneo intelligitur.*

23 *Allegantibus temerè contra priuilegiis Principis, debet imponi silētiū.*

24 *Relatio quæ fit ad impediendum priuilegium Principis reprehenditur.*

25 *Contēptor mandati Regis deportatur.*

26 *Officium petere, & pro eo pecuniam dare an sit peccatum.*

1 DISPVTARE] Deus non dat
gratiam nisi dignis, non
quod prius digni fuerint;
sed quia ipse per gratiam
dignos facit, qui potest fa
cere mundum de immun-
do. D.Th.1.2.q.114.art.5.
vel quos Deus ad aliquid elegit, ita præpa-
rat, & disponit, vt ad id ad quod eliguntur
inueniatur idonei. idem D.Th.3.par.de Sal-
uatore, q.27. art.4.& 5. diuinitus enim vbi
datur aliqua facultas, auxilia etiam dantur
quibus homo possit conuenienter vti illa fa-
cultate. D.Th.præd. 3.par.de Sacram.q.73.
alias 42.art.3. Ita & Rex aut dignum reci-
pit, aut dignum facit, ideo impossibile est
quod non sit dignus. l.disputare, de crimi.
sacrileg. Vnde Seneca in declamationibus
dicebat, Quis es, qui de facto patrum sen-
tentiam feras? Bal.in quæst. de schismate,
2 2.parte, post num.20. nam subditorum non
est discutere concilia, diffinitionesq; maio-
rum; sed præsumenda sunt iusta, nisi manife-
stam contineant iniquitatem. add. ad D.Th.
3.par.de Sacramen.q.127. alias 96. ibi not.
so vltimo, in fi. Vnde D.August.super Ioan.
tract.3.col.9.& 12.dicebat, De officiali non
disputo, iudicem attendo, & nolo preco su-
perbus esse. Ideo disputare de factis Regum,
& si is quem elegit dignus sit, est pœna sa-
crilegij, vt in textu, qui sum.vt per Afflict.
& dicit [DISPVTARE] legibus differere, vel
cum aliquo disceptare. Nizolus in ver. di-
3 sputo. [DE] quæ dicit cōsubstantialitatem,
& efficientiā. D.Th.cum add.ibi probatur.
3.par.de Saluatore, q.32.art.2. & variè ac-
cipitur inspecta re cui adiungitur, & rem
proximam, vel materialem significat, vt hic
Alfab.in rub.in princ.ff.si cer.pet. [REGIS
IVDICIO] consilio, vel consensu. Bald.in l.
quinque summates. C.de decur. siue de per-
sona à qua, & in quam, cum in qualibet di-
spositione istæ personæ requirantur. Bald.in
auth.ex causa, in princ.de lib.præte. [CON-
SILIIS] detrahendo rationibus per quas cū
cōsilio potuit moueri Rex ad aliquid facien
dum, maxime si cōsiliarij sunt, vt dicit Affl.
3.not.& dixi late cū Iser.in c.1.hic finit lex.
nā vltra quod semel iudicata, & rectè dispo-
sita reuoluere, iniuria fit iudicio disponētis,
l.3.de sum. Trin. præsumitur pro ijs quę fecit
Rex cum concilio, maxime si non consueuit
esse mendosus. Iser.q suce.tem.lo pri.nu.18.
[ET INSTITVTIONIBVS FACTIS] nam vltra
quod leges fiūt optimis rationibus, Affl.hic
4 4.not. asserere, q decisiones Principis nō sint
iuridicæ, esset temerarium. Abb.in c.Rodul-
phus, post nu.3. de rescri. nec cōtra disposita
per Principē, admittitur probatio in cōtra-
rium. Bal.in l.3.in fi.C; si contra ius, vel vti.
publ. [NON OPORTET] non est bonum, nec
opportunū. Arch.in c.aliud, in prin.11.q.1.
5 [EST] quod verbū est substantiuum, & deno
tat veritatē. Bal.in l.quę fortuitis, post nu.9.
C.de pign.act. vel significatiuum veritatis.
idē Bal.in l.furti, §.1.in prin.de his, qui not.
infa.& notat pręsens tēpus. Bal.in l.quidam
cir.fin.ff.de iure cod. alibi, est, idest fingitur.
glo.in l.naturalis, §.si ergo, in ver.æstimari,
de præscript.verb. Esse solet.gl.2.in l.seruus
meus, ff.mād.& esse dicitur, in l.1.in ver.est,
de rer.permu. [ENIM] certè.gl.1.in l.quod
enim, ff.pro socio. [PARS] idest, simile, vel
ad instar.gl.hic. [SACRILEGII] l.sacrilegij.
6 C.de diuer.rescript. Sacrilegium autem su-
mitur largè, & strictè, ac pluribus modis cō
mittitur. Zab.clem.1.not.2.& nu.10.de pœ-
nis. [DISPVTARE DE EIVS IVDICIIS FA-
7 CTIS] de potestate, scilicet cū possit de scien
tia, nā quandoque errat. Bal.in l.1.in 1.rep.
nu.1.ff.de const.Princ. adeo quod honestius
est dicere, quod noluit, quam quod non po-
tuit. idem Bal.in auth.habita, post nu.18.ne
filius pro patre. Vltra quod voluntas, quan-
doque à potestate, & potestas à voluntate
discordat, & tunc nihil valet. Bal.præd.in l.
si genero, nu.1. circa med. C.de iure dot. &
cum nimium de potestate minuitur, tota li-
bertas videtur præcisè adempta, in l.quidā
elogio, nu.11.in fi. de iure delib. Vnde si de
voluntate dubitatur, recurrendum est ad ius
commune. Bal.qui sup.in l.si duas, in princ.
de excusat.tut. alias quod Principi placuit,
legis habet vigorem, §.sed & quod Principi,
inst.de iure nat.gent. & ciui. [ET CONSTI-
TVTIONIBVS] in legibus enim temporali-
bus, quāquam de eis homines iudicent cum
8 eas instituunt, tamen cum institutæ, & fir-
matæ sunt, non licet iudici de eis iudicarē,
sed secundum ipsas iudicare. D.Aug.in lib.
de vera relig.col.29.post med. ita & in sta-
tutis.Gra.hic in princ. [ATQVE] sicut. glo.
in l.Gallus, §.forsitan, & §.instituens, vbi
Bald. 1.not. circa fin. de liber. & posthum.

[CONCILIIS] cum noua quotidie reperiat
per quæ virtuosi ditētur,& vitiosi pœnarum
malleis conterantur. sup.in const. nihil ve-
terum, de off.mag.iust. [ET AN] quod est
aduerbium interrogādi. Luc.in l.2.in princ.
de iure reipubl.& ponitur per modum quæ-
stionis. Bal.in rub.c.an seruus ex suo facto.
[DIGNVS SIT] de facto. Bald.in fim.in l.1.
nu.1.C.de secun.nupt.cum propter delictū,
9 vel malos mores efficiatur indignius.Bal.in
l.1.in repe.antiq. post nu.1.de secund.nupt.
[QVEM REX ELEGIT, VEL DECREVIT]
nam vltra quod dignus dicitur omnis, qui
non demeruit, Bal.in l.qui indignus,2.repe.
de sena. præsumitur pro ijs, qui electi sunt
per Principē,& pro ijs quæ per eos fiūt. Bal.
præd. in l.vni.§.his cunabulis, post nu.6. de
off.præse.pręt.ac pro ijs,qui iudicio Princi-
pis,seu populi dignitatem adepti sunt.Abb.
in c.pen.1.not.de præsump.& committendo
causam videt illum vt idoneum approbare.
Io.And.ad Spec.in rub.circa fin. de sequest.
10 poss.& fru.Et si nullum eligit dignū,eligen-
do efficit dignum. D.Aug.5.contra Iul.c.3.
col.6. in fi. intantum quod si est defectus in
persona electi, in quo eligens potest dispen-
sare, præsumitur dispensasse eoipso quod ele
git,si non potest dispensare,vitiatur electio,
& eligēs,& electus punitur.Ang.in l.2.si ser
uus,aut liber.lib.10.prędicta quādo facit ex
certa sciētia.gl.in l.2.C.de crim.sacril.Ant.
de But.in c.eam te,nu.7.de æta.& qual.nam
tunc dispensare videtur.Bal.in l.barbarius,
1.repet.nu.6.in fi.de off.prær.Ideo iudex,vel
alius superior quando admittit aliquem ad
actum,quē non potest facere nisi dispensati-
uè,semper apponitur clausula ex certa scien
tia,Bal.in l.bonorum,nu.2.qui admit.Papa,
vel Princeps scienter promouendo inhabilē,
videtur tacitè secum dispensare. Abb.in c.
quisquis, post nu.2.de elect.Ant.de But.in c.
veniens,nu.7.de fil.presb. Bal.in d.l.barba-
rius,1.repe.8.not.& in l.Imperialis,§.si mi-
les,& §.sed & si,in rep.antiq. C.de nupt. Io.
Faber,§.1.post nu.3.quib.ex cau.manu.non
licet. Port.instit.qui tut.dare poss.in princ.
col.1.in fi.post nu.2.Isto modo per quādam
11 nominis exemptionē pertinet ad irreueren-
tiam Principis disputare de eius iudicio, &
an dignus sit quem Princeps elegerit,D.Th.
2.2.q.99.art.1. vbi etiā quod dicitur sacrile
gium per similitudinem.Spec.in tit.de lega.
§.6.Abb.in c.cū adeo,post nu.4.de rescript.
12 Sed contra, actus hominum constant ex
duobus, ex voluntate, & iuris auctoritate.
Bal.in l.4.col.1.in fi.vnde legi.ex lege,& vo
luntate,in l.3.in princ. C.de contrah.empt.
ex iuris auctoritate,& domini voluntate, in
l.cum te,circa princ. C.de donat.ante nup.

Præsupposita igitur potestate, si deficit vo-
luntas,nihil agitur. idem Bal.in l.ex verbis,
circa fi.C.de donat.inter vir.& vxor.sed vo-
luntas præsumitur secundum legem.l.digna
vox, C. de legi. Ergo non potest Princeps
nisi ea quæ sunt secundum legem,adeo quod
si voluntas, & potestas contradicunt ad in-
uicem,nō valet quod agitur. Bal.in l.qui in
aliena,§.nam eum,post med. de acq.hæred.
Intantum quod si infamis eligitur iudex,li-
cet non possit se excusare, potest tamen ab
alio opponi.Ang.in l.nec infames,de decur.
lib.10.

Vltimo, auctoritas Summi Pontificis, &
Imperatoris fuit limitata, Alex.in cōs.216.
in princ.2.vol. ergo videtur, quòd de factis
eorum possit disputari, quia limitata causa
limitatum producit effectum,l.cancellaue-
13 rat,de his,quæ in testa.dele. Dic, quòd Rex
non habet superiorem,qui eius facta dijudi-
cet.Hern.in §.preterea si inter duos,nu.81.
cir.fi.de prohib.feu.alie.per Fred.& in cōst.
cum concessiones, inf.de priuil.à curia Ca-
pua.reuo. Nec vlla lex est superior Impera-
tore,cum ipse sit dominus legum.Bal.in l.2.
1.repe.de adopt. & ei Deus legem subiecit,
auth.de consul.cir.fin. nec vnquam videtur
se velle arctare, quin priusquam velit con-
cessionem facere. Alex.in cōs.203.in fi.post
14 nu.17.volum.6. adeo quod qui plura potest,
non prohibetur pauca peragere. Bal.in l.2.
quemadmo.serui.ami. Verum debet expri-
mere sicut in testatore,vt nō remaneat quę-
stio voluntatis, Bal.in l.nam hoc iure,§.fin.
vlt.not.de vulg.& pupill.
15 Nota,ꝙ subditi tenentur obedire,c.octa-
uo,in fi.12.q.2. sicut de mandato Dei nō est
iudicandum,sed illi obtemperandum, nouit
enim ille, quàm iustè mandauit, ad seruum
pertinet obedienter facere quod mandauit.
D.Aug.2.quæst.super Exod. col.2. circa fin.
Ita cum de facto Summi Pontificis agitur,
nulli iudicare fas est, c.cuncta per mūdum.
9.q.3. Dec.in cons.602. & 603. nu.1. 5.vol.
ita & de factis Regum, vt hic, ita quod nec
possit de eorum iudicio disputari, c. si quis
suadente, in fi.& seq.17.q.4. nisi sit contra
Deum,vel Fidem. Gra.hic nu.2.& 3.& sicut
16 nō licet vassallis blasphemare Regem ex eo
quod intendit in eius iuribus gubernandis,
Affl.in const.ad subiectorū,1.not.post nu.1.
de hom.affid.non tenen. ita nō licet de eius
occultis indicare. Abb.in c.dudum,nu.24.in
fi.de elect.alias tanq̄ contemptores auctori-
tatis Pōtificalis, vel Imperialis pena sacrile
gij puniunt.Bal.in d.l.sacrilegij,de diuer.re-
scrip.ita qui diuina præcepta negligunt,l.1.
vt dig.ordo, lib.12.vel Papæ mentiunt,gl.in
c.serpens,in ver.quod Deo, de pœnit.dist.1.
& con-

17 & co[illegible]mptores priuilegioru Imperatoris pœ[illegible]rilegij tenentur. l. docuitij, vbi Bal. de [illegible] lib. 10. similis est sacrilegij pœna, si ijs [illegible]orificentia non defertur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati, l. 1. de domest. & protect. lib. 12. Con[illegible] Imperialis præsentię capitali damnatur sententia, l. fin. de contemp. Qui suam epistolam despexit, stultitiæ suæ punitionem accipiet, nam si liber est, honorem, & beneficium amittit, si seruus, nudus vapuletur, tonsis capillis. l. 1. si quis literas nostras despexerit in Longobar. Alia mandata contēdens, punitur secundum qualitatē mandati. gl. sup. in 1. const. post mundi machinam, vbi
18 Affl. & Foll. nu. 18. Vnde impius est, qui Regi dicit, Iniustè agis. D. Aug. in lib. annotat. in Iob, col. 48. cir. princ. nam secundum antiquos, quæ Rex faciebat, sacrosancta dicebantur, quæ violari nō licebit. D. Th. 3. par. de Sacramen. q. 1. alias 60. art. 1. adeo quod nulli licet ijs, quę lex animata, vel inanimata disponit contraire. Luc. in l. eos, in princ.
19 de his, qui sponte mun. sube. Incauta enim locutio trahit in errorem. Spec. in tit. de except. & replicat. §. 4. post nu. 53. nec ad subditum pertinet ventilare factum superioris. Bal. in d. l. barbarius, 1. repet. nu. 8. circa fin. verum licet iudicet de rescripto, non de rescribente; & si de priuilegio, non de priuilegiante. Bal. in l. 2. post nu. 2. si à nō compet. iud. & in l. hi qui ad ciuilia, de appell.
20 Secundo nota, quòd non refert à quo aliquid sit impetratum, dummodo à Principe sit concessum. Bal. in l. vniuersis, C. de preci. Imp. offer. Nec Regi detrahere, vel contra eum murmurare licet, nisi in tribus casibus, Capy. in sua inuest. in ver. feuda officiorum, col. 4. circa med.
21 Vltimo nota, q; præsumitur dignus, quem Imperator eligit, quia priuilegia impetrantur pro meritis. gl. fin. in l. 2. C. si contra ius, vel vtil. publ. Vnde quis non diligit eum, & honestate magna compleri putet, qui decreto Principis ad tabellionatus officium peruenit. Lucas in l. vniuersos, col. 2. circa fi. de
22 decur. adeò quod si detur potestas eligendi prælatum, intelligitur de idoneo. Abb. in c. causam quæ, nu. 4. de elect. & patientia habetur pro dispensatione. Ant. de Butr. in c. pen. 3. not. de suppl. negl. prælat. Et faciunt cō-
23 tra iudices, qui audiunt allegationes contra priuilegia Principum, nam temerè allegantibus, debet imponi silentium, alias puniun-tur. Bald. in l. 2. in 3. not. C. de leg. & facit c[illegible]. vniuersos, de cau. in iudic. cito decid.
24 Insuper, relatio, quæ simulatè fit ad impediendum, vel suspendendum effectum priuilegij Principis est à iure prohibita, & reus debet puniri. Bal. in l. 2. 6. not. de legi.
25 Contemptor verò mandati Regis deportatur, nec est immunis à pœna sacrilegij, si pœna non esset in mandato determinata: non dicitur autem contendere si ignorauit, vel mandatum deuiauit à iuris dispositione, seu pro honore Regis non fuit executus. Gra. supra in d. constit. post mundi machinam, in
26 princ. An autem petere officium sit peccatum, & pro eo dari possit pecunia, Abb. in c. tuam, nu. 3. circa med. de ætate, & qualit. Indignus per quem possit denunciari, & si est indignus officio an sit indignus beneficio, Bal. in l. qui indignus, 2. rep. in fi. de Senato, & qui admittit non admittendum ad officiū, debet puniri. Bal. in l. fi. C. de postul.

Vltimo, pœna sacrilegij in ista materia est extraordinaria, Cassa. in consue. Burgun. rub. 1. §. 5. ibi, simple la recin, nu. 7. & Affl. hic num. 2.

De arbitrio Regis, alias iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium idem est quod voluntas.*
2 *Rex habet caleste arbitrium.*
3 *Potestas à Rege vt à capite in iudices diffunditur.*
4 *Officiales Regis effigiem repræsentant.*



VIT dictum de crimine sacrilegij, cuius pœna in certis casibus, vt infra, est arbitraria, ideo cōtinuando materiam ponit [De
1 ARBITRIO] quod idē est, quod voluntas. Archid. in
2 c. nullam, in princ. 18. q. 2. [REGIS] qui ex arbitrio cœlesti suscepit, vt infra in constit. vsurariorum, vel cæleste habet arbitrium. Lucas in l. prædia, col. 6. in princ. ibi decimo nono, de locat. præd. ciui. à quo tanquam à
3 capite in omnes iudices velut reipublicæ membra honorum, & potestatum munera diffunduntur. Luc. ibidem col. 4. ibi decimo octauo. Ideo sequitur [ALIAS IVDICIS]
4 quia eius effigiem repræsentant, vt infra in const. eos, de repulsa officia.

SVMMARIVM.

1 *Iusti iniustos quare persequuntur, & quomodo illi iniustè cōqueruntur.*
2 *Multa, quod dicantur, & exponitur omnia.*

3 *Sacrilegi, & sacrilegium quid, & unde. num. 22.*

4 *Sed, stat aduersatiuè.*

5 *Iudicis arbitrio statur, quando non potest dari certa doctrina.*

6 *Forte, est aduerbium facti, nec dubitationem inducit.*

7 *Donum quid, & quomodo differt à munere.*

8 *Nox, quæ sit, unde dicatur, & eius partes.*

9 *Sacrilegi pœna secundum leges, & canones, & quis cognoscit, nu. 23.*

10 *Leges rectè positè omnia determinare debet, & non iudicibus committere.*

11 *Officio iudicis totum fit, quia de eo lex multum confidit.*

12 *Arbitrium alicui cõcessum quomodo intelligitur, & quomodo liberum.*

13 *Arbitrium in iudice est iurisdictio, & actus practicus qui debet seruari, num. 14.*

15 *Commissio facta conscientiæ alicuius, vel discretioni, quomodo intelligitur.*

16 *Voluntas cum ratione coniuncta vocatur arbitrium.*

17 *Iudex etiam in arbitrarijs potest committere dolum.*

18 *Iudicis arbitrio commissum, quomodo intelligitur.*

19 *Arbitrium æquum, non est nisi æquitas animi, respectu æquitatis, & legis.*

20 *Iudex si tenetur facere aliquid ex officio, & non facit, appellatur.*

21 *Duo dicuntur multa, sed non plura.*



1 VLTAE] non nocendi studio, sed necessitate potius, consulendi religiosi sacrilegos, & iusti impios prosequuntur. D. Aug. 4. contra Cresco. col. 39. circa princ. Vnde quotidie videmus filiũ de patre tanquam de persecutore suo conqueri, coniugem de marito, seruũ de domino, reum de iudice, militem, vel prouincialem de duce, vel Rege, cum illi plerũque ordinatissima potestate subditos sibi, per terrorem leuium pœnarum à grauioribus malis prohibent, atque compescunt. idem Aug. in lib. de vnit. Eccl. col. 51. circa princ. Leges ciuiles sacrilegos grauissimè puniunt, cum non reperiatur à conibus diffinita. Abb. in c. at si clerici, post nu. 40. & in c. cum non ab homine, post nu. 6. 9. 14. & 30. de iudicijs, videlicet, per l. si quis in hoc genus, de Episc. & cler. & istum text. qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [MVLTAE]

2 l. fin. quomodo, & quando iud. absolutè duo sunt multa. D. Thom. 1. par. q. 11. art. 2. tres, quatuor, vel quinque multa dicuntur. Bald. in l. 2. in princ. post med. de excus. tut. in l. 2. §. 1. in princ. de his, qui not. infam. in l. licet, de legat. 1. & in l. 1. §. hoc rescriptum, ff. ad Syllan. hic multæ, idest omnes. D. Aug. 6. contra Iulia. c. 12. col. 5. in princ. appendix ad D. Th. 3. par. de Sacra. q. 109. alias 78. art. 2. [LEGES] mundanæ, c. 3. ne cler. vel monac. quarum appellatione veniunt iura ciuilia, sicut appellatione canonum veniunt iura canonica, licet largo sumpto vocabulo canones dici possunt leges. Abb. in c. 1. in 1. not.

3 de sent. & re iudi. [SACRILEGOS] qui sacra legunt, idest furantur. D. Th. 2. 2. q. 99. art. 1. vel subripiunt de sacro, vel non sacro, l. 3. in ver. sacrilego. de Episc. aud. Inde sacrilegiũ quasi sacrilædium, quia sacra lædunt, & est sacræ rei violatio, vel vsurpatio, & cõmittitur tribus modis, & de iure ciuili, vt fiat, quę requiruntur. Bal. in l. 3. num. 4. C. de furtis. [SEVERISSIME] censura, & seueritate institiæ, c. ex multis, circa med. 1. q. 5. [PVNIRVNT] videlicet iudices per leges, ita dicimus, quod lex prohibet .i. iudex per legem. l. mutum, in glo. 2. de acq. hæred. & puniuntur, vt in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iuliam pecul.

4 [SED] quæ stat aduersatiuè. Bal. in l. vnica, num. 33. in princ. C. de his, qui pœnæ nomi. quia secũdum varietatem casuum varia decisio sequitur, nec certa, & inuariata doctrina dari potest. Abb. in c. petitio, in fi. de iureiur. facit quod dicitur in c. 1. in quib. caus. feu. ami. [POENA MODERANDA EST] temperanda, coercenda, & cõpescenda est. Arch. in c. per singulas, post princ. 9. q. 3. [ARBITRIO] arbitratu iudicio, quod idem significant, & vtrumque rectum, & secundũ legem demonstrat. Bal. in l. 1. de cond. in pub. horre. circumspecti, atque discreti. c. præterea, de

5 testi. [IVDICANTIS] & sic ab eius dependet arbitrio, c. 1. de voto, & voti redem. quando nõ potest dari certa doctrina. Abb. in c. fin. post nu. 9. de consuet. Verum distinguuntur sacrilegia secundũ res sacras. D. Th. vbi sup. 2. 2. q. 99. art. 3. [NISI] quę dictio ponit quãdo nõ præcedit negatiua, l. extraneo, in gl. fi. ff. de ventre in possess. mit. l. 4. in ver. nisi, vbi Bal. exponit si nõ, nu. 1. vsq; ad 6. C. de trãsa.

[FORTE]

6 [Forte] quod est aduerbium facti, & varietatem, non iuris dubitationem inducit, gl. in l. in substitutione, in ver. forte, vbi Bal. de vulg. & pupill. [Manifeste] euidenter. Affl. hic nu. 12. per operis euidentiam, quæ nulla tergiuersatione celari posset, cap. 1. in ver. manifestos, de vsuris, in vj. [Templa] ampla tecta, à cõtemplatione [Dei] dicta, quæ habẽt quatuor partes, & prius Moysen tabernaculum Domino cõdidit, & Salamon templum. Luc. in l. 4. de fundis rei priua. vel Dei loca ad inhabitandum sibi consecrata, psal. 67. Exurgat Deus, ibi, Dominus in templo sancto suo. & Leuit. 26. Ponam tabernaculum meum in medio vestri. D. Th. 2. ad Corint. 6. col. pen. post prin. [Destructa] penitusq; diruta, l. si aliquando, C. de oper. publ. & infra in const. castra, de nouis ædifi. [Vel] alternatiue. Abb. in c. testimonium, num. 6. post med. de testi. [Fracta Sint. Violenter] sub cuius violentiæ nomine multa facinora cõtinentur, l. quoniam multa, C. ad leg. Iuliã de vi publ. [Aut] etiam, gl. in l. si mutus, ff. de testa. [Dona] c. verũ, de cond. appo. voluntariè oblata, non vi ex-

7 torta. D. Th. ad Heb. 5. in princ. col. 1. cir. fi. & differũt à muneribus, nam munus est accipientis, donum verò dantis. Arch. in c. decimas, in princ. 16. q. 7. [Et Vasa] quorum appellatio generalis est, l. & fi. §. 1. in fi. de auro, & argen. lega. [Sacra] Deo dicata. D. Tho. 1. 2. q. 101. art. 4. rite per Pontifices Deo consecrata. Azo in sum. nu. 9. instit. de

8 rerum diuis. [Nocte], quæ dicitur cum est obscurum. Bal. in l. vni. cir. princ. de emend. c. iusti. à nocendo oculis dicta, & habet octo partes quatuor vicinas diei, & quatuor vicinas noctis. Afflict. hic nu. 14. [Sublata Sint] tunc licet propriè non sit furtum, est furto maius. Bal. in l. 3. nu. 3. C. de furt. quia pluribus concurrentibus augetur delictum. idẽ Bal. in l. 1. §. impubes, ff. ad Syllan. vnde delinquẽs in Ecclesia grauius peccat, quam si extra. Abb. in c. fin. 2. not. de immun. eccl. Verum qualitas per quã pœna aggrauatur, debet esse certa. Bal. in l. Titius, §. fin. de lib. & posth. & concurrat loco, & tempore delicti. Bal. in l. in delictis, 2. rep. in prin. & §. 1. de noxa. [Hic Enim Casus] supple inter alios. glo. 2. in d. l. si quis in hoc, de Episc. & cler. [Crimen Capitale Est] accusatione, & damnatione capitis dignum. Lucas in l. 2. col. 2. in princ. in quibus cau. colo. se-

9 cundum Canones, sacrilegus, vel spolians Ecclesiam non est ipso iure excommunicatus, sed excommunicandus. Abb. in c. relatum, nu. 3. & 4. de iure patr. & sic secundum leges humanas puniuntur pœna capitali secundum Ecclesiæ statuta puniuntur pœna pecuniaria. D. Th. vbi supra 2. 2. q. 99. art. 4. intellige si sine ingenio, & fractione, alias esset excommunicatus ipso iure. Abb. in c. conquesti. nu. 2. & c. cum pro causa. 3. not. de sent. excomm. Pœna autem incendiarij templorum ponitur in cap. in literis, de rapto. Sed hodie per §. si quis quinque solidos, de pace tenen. & c. reg. ad hoc, sub rub. de furt. suspenditur fur pro modica summa, multo magis in casibus prędictis, etiam quod fiant sine fractura, & non solum si sunt bona Ecclesiæ, sed etiam clericorũ, quia in eis etiam committitur sacrilegium. Abb. in cap. cæterum, nu. 7. de iudic. Quid in clericis, qui rapiunt bona Ecclesiæ, c. 2. vbi Abb. vlt. not. de rapto. & c. fin. de furtis.

10 Sed videtur, quòd si à lege non permittitur, non sit ab homine præsumendum. Abb. in c. 2. num. 20. in princ. de translat. Prælat. etiam quia secundum Arist. rectè positæ leges omnia determinare debent, & quã paucissima committere iudicantibus. Bal. in l. 1. nu. 34. in fi. C. de his, qui accus. nõ poss. & in cons. 421. nu. 9. circa fi. 5. vol. cum nec iudex possit supplere ad vtilitatem priuatã. Abb. in c. in literis, 1. not. de rest. spol. Dic, quòd

11 totum sit officio iudicis, l. si is à quo, in gl. 2. ff. vt in poss. lega. quia lex de eo multũ confidit, & ei dedit longas habenas, maxime in pœnis, adeo quod omnia per eum gesta censentur bene facta. Paris de syndic. in ver. de officio syndicatorum, nu. 8. Verum non debet esse nimis fauorabilis, Paris prædict. in ver. arbitriũ, c. 1. & 2. sed formabit motum animi sui ex ijs, quæ in iure exprimuntur. Abb. in cap. at si clerici, nu. 33. de iudicijs.

12 secundum discretionem sibi à Deo datam, c. quoniã, de decimis. vel prout in similibus consuetum est, Cassa. in consue. Burg. rub. 1. §. 5. ibi, pour la primier, post nu. 17. nã eius arbitrium debet versari ad similitudinem pœnæ appositæ arbitrio legis. Bal. in l. omnes, nu. 2. in prin. de decur. licet sit arbitraria, quando non est à iure expressa. Abb. in c. grauis, nu. 4. de censi. sed vltra ea quæ dixi infra in constit. matres, de matr. filias suas expon. dic, quòd arbitrium intelligitur secundum dignitatẽ eius cui conceditur. Bal. in l. vni. cir. fin. C. ne sine iussu Princ. considerata qualitate personarum, & factorum, in l. fin. de obseq. patr. præst. & prout verba sonant, nã plenitudo potestatis arbitrij nulli necessitati est subiecta, nullisq; iuris publici regulis limitata, & tunc dicitur liberũ tribus modis; primo, quia non cogitur, secundo, quia non corrigitur, tertio ex quo æqua lance fertur. Bal. in l. 2. nu. 40. C. de seruit. & aqua. vel quatuor modis, vt per Gra. hic. Quomodo autem intelligitur plenum,

Bal.in l.& si post tres, 1.repe.nu.9. circa fin.
13 si quis caut. In iudice autem non est nisi iu-
risdictio, quæ priuato, & maxime reo non
datur,& si consuetum est fieri, non est arbi-
14 trariũ,quia consuetudo est actus practicus,
& in arbitrarijs est obseruãdus ad vnguem.
Bal.in l.quicunque,nu.17. post med.& in fi.
& nu.18.C.de ser.fug. Vnde potestas habens
arbitrium ponendi pœnam quam velit, in-
telligitur de solita, & an imponet pœnam
perpetui carceris, Bal.in l.incredibile,C.de
pœnis. vel intelligitur in non determinatis
à lege, Abb.in c.nonnulli, nu.6. in fi. de re-
scrip.non solum circa impositionem pœnæ,
sed in alijs.idem Abb.in c.de causis,num.4.
15 de off.deleg. Et si conscientiæ alicuius com-
mittitur, intelligitur vti viro optimo, si di-
scretioni,vt viro bono. Bal.in l.3.col.fi.cir.
med.de iure dom.impetr.& quis dicatur bo
nus vir, idẽ Bal.in l.1. post nu.1.C.de solut.
Conscientia verò iudicis nõ debet de secre-
tis eius pectoris proficisci, sed de vtero, &
sinu legis,& melior est conscientia absolue-
re,quam condemnare.Bal.in l.1.post nu.11.
si plures vna sent. & si lædit, appellatur, &
erroneæ conscientiæ consulitur,vt deponat.
idẽ Bal.in l.2.nu.12.de sent.ex breui.recita.
si est positum in beneplacitum alicuius, sem
per videtur bene, & in bonum virum colla-
tũ. Bal.in l.3. §.sed si quis,nu.3.com.deleg.
Quid si dicatur, fac secundum mentẽ tuam,
vel tuam voluntatem, Bald.in l.voluntatis,
16 nu.3.C.de fideicom. tunc voluntas cum ra-
tione coniuncta vocatur arbitriũ.Bal.præd.
in rub.nu.1.post med.de vind.liber. nam se-
cundum Arist. in ratione est voluntas, ideo
debet esse bona, & non mala vbi agitur de
alterius præiudicio. idem in rub.post nu.2.
de pœna iud. qui male iudic. & etiam quod
dicatur, quomodocunque voluerit, intelli-
gitur de ordinata,& regulata,non de volun-
tate absolutã,quod facit pro eo,qui ponit se
in manibus offensi.Bal.in l.2.in fi.& 3.in re-
pet.anti.C.de dotis prom. nec debet esse mi
nus fauorabilis vni,quã alteri, & cui latior
datur habena,magis debet habere præ ocu-
lis æquitatem.Bal.in l.2.nu.3.d.tit.de pœna
17 iud. qui male iudic. vel caueat ne sit nimis
gratiosus, cum etiam in arbitrarijs iudex
possit committere dolum,debet facere cau-
sa cognita,& in figura iudicij,sedendo. Bal.
in l.3.nu.7.& post nu.8.C.de seruis fug. nec
sufficit, quod audiat. in l.nemo,post num.4.
& 5.de sent.& interloc.omn.iud. & si habet
arbitriũ ex forma statuti,& enormiter gra-
uat,punitur, quia ratione enormitatis præ-
sumitur dolus, secus si modicè lædit. Bal.in
d.rub.nu.2. de pœna iudic. qui male iudic.
vnde inspicitur tempus sentẽtiæ si pœna est
arbitraria, si inuariabilis, tempus delicti.
Bal.in l.3.nu.2.& 3.de ord.cogn. Intantum
quod potestas habens arbitrium imponendi
pœnam, non potest à principio per sua sta-
tuta declarare, quia cum recipiant varieta-
tem ex tempore,& conditione personarum,
non debet fieri declaratio, sicut nec dispen-
satio ante tempus. Abb.in c.cum consuetu-
18 dinis,circa fin. de consuet. Sed commissum
arbitrio iudicis, censetur commissum arbi-
trio circũspecti, & discreti viri. idem Abb.
in c.præterea,cir.princ.de testi. & lex repu-
tat bonum, & æquũ,quod est iuri conforme.
Bald.in l.qui procuratorem,in fi.princ.ff.de
proc. & ratio iuris tunc cogit intellectum,
vt sic iudicet. idem Bald.in l.precibus,nu.9.
cir.med. de impub. & alijs substit. & sic non
committitur in obscuro. Ant.de But.in sim.
in c.1.in 1.oppo.de Sacram.nõ iter. Durius
tamen agitur cum iudice, quam cum lege,
quando habet arbitrium. Bal.in l.1.nu.3.cir
ca med.c.vt intra cert.temp.quæstio crimi.
termi.nam habens motiuũ liberum,non po-
test dicere,nisi quia ita visum fuit mihi.Bal.
in l.1.nu.7.post med. de sent.ex breui.recit.
si non est arbitrium liberum,ibi non est vo-
luntas,sed coacta volũtas, exemplum ponit
Bal.in l.pen.nu.2.quomo.& quan.iud. Quæ
autem possit prætextu arbitrij, & quæ non,
in l.milites,post nu.5.6.& 7.C.de testa.mil.
19 Aequitas verò arbitrij non est nisi æquitas
animi declarati, habito respectu ad æquita-
tem naturalem,& legum præcepta, Bal.in l.
in vendentis, nu.11. C.de contrahen. empt.
Liberum iudicium dicitur sine reditione ra-
tionis,in l.1.in prin. C.de tut.vel cur.illust.
perso. sed si non habet liberũ,sed cohortato
modo,nõ dicitur liberum. idem Bal.in l.du-
dum,3.not.d.tit.de contrah.empt.& in pœ-
nis imponendis vbi iudex habet arbitrium,
potest procedere vsque ad supplicium. Bal.
præd.in l.1.in fi. C.de his,qui latro. Verum
20 vbicunq; iudex potest aliquid facere ex offi
cio, si non facit, potest appellari. Abb.in c.
significauerunt, nu.10.& c.exceptionẽ, post
num.8.de except. Et datur officium iudicis
quando verba diriguntur in iudicem, & re-
quiritur libellus,quandoque nõ.Abb.in c.2.
nu.9.de off.iud.sicut vbicunque pars non po
test agere, & æquitas suggerit, potest iudex
prouidere ex officio. Abb.in c.ad nostram,
lo primo,post nu.4.& 8.de iureiu.& supplet
ex officio ad vtilitatem priuatam.idẽ Abb.
in c.2.nu.2.de cau.poss.& propr.
21 Nota,ꝙ duo dicuntur multa,sed non plu-
ra. Abb.in c.pen.nu.5.de reb.eccl. non alie.
22 Nota etiam,quòd sacrilegium committi-
tur pluribus modis, c.si quis, & seq. & fere
per tot.17.q.4.Innoc.in c.cum pro causa,de
sent.

sent.excom. Io.And.in c.felicis, nu.5. & 11. de pœnis, in vj. Affl.hic, regulariter nõ committitur, nisi in Deum. D.August. 4.contra Cresco.col.11.in princ. vnde sacrilegus est, offendẽs rem, vel personam ecclesiasticam. Abb.in c.quæ, de reg.iur. & dicitur sacrilegium, vltra superius dicta, quasi sacri lędiũ; nec est mere ecclesiasticum, alias non posset cognoscere iudex secularis. Abb.in c.cum sit generale, 2.not.& nu.6.in fi.de foro comp.
23 sed cognoscit vterque, quia est crimen mixtum. Affl.hic nu.8.& spectat ad iudicem ecclesiasticum, etiam respectu laicorum. Abb. in d.c.cæterum, post nu.17.& illos potest punire. idẽ Abb.in c.ad aures, 1.not.& c.pen. de pœnis. & si vnus determinauit, an obsit alteri. Bal.in l.licet, 2.rep.nautę caup.stabu. & sic iniijciens manus violentas in clericum committit sacrilegium. Abb.in c.cum non ab homine, 1.not.de sent.excom. & subtrahens redditus Ecclesiæ non committit simplex furtum, sed sacrilegium. idem Abb.in c.pen.nu.3.& 4.de pecul.cler. Quod autem dicatur crimen ecclesiasticum. Bal.in l.non vere. 1.& 2.repe.ex quib.cau.maio.

Vltimo nota, quod pœna est arbitraria quando non est à iure expressa. Abb.in c.grauis, nu.4.de censi.non tamen quidquid iudicis potestati permittitur id subijcitur iuris necessitati, l.non quidquid, ff.de iudic. nam non debet iurisdictionem suam coarctare, nisi necessitas exigat, c.consuluit, in fi.de off. delega.

De vsurarijs puniendis.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij vnde dicantur, & quare eos punit Ecclesia, & non fures.*
2 *Vsurarij omnia mala faciunt pro extorquenda pecunia.*



VISVM est supra de sacrilegio, quod est crimen mixtum, Affl.tit.preced.nu.8. sequitur videre de [VSVRARIIS] de quibus similiter potest vterque iudex ecclesiasticus, & secularis cognoscere, vt infra constit.proxima, & ab
1 vsura deriuant vsurarij, rapiunt enim vsum pecuniæ, qui non est in rerum natura. Abb. in c.fin.num.5.de vsuris. & puniuntur, nam hoc crimen in omnibus fere locis ita inualuit, c.3.eo.tit.de vsur. vt erubescẽtia huius vitij videbatur cessare, propter multitudinẽ peccantium. addit.ad Spec.eo.tit.de vsuris, in ver.concipitur. & eos punit Ecclesia, & non fures, quia vsurarij delinquunt contra naturam, faciunt enim germinare pecuniã, quæ naturaliter non germinat. Abb.in c.cle-
2 rici, nu.3.de excess.prælat. & omne malum faciunt pro pecunia extorquenda. Bald. in l.1.circa fin.ff.ad Maced. & illicitè vtuntur permissis. gl.penu.in l.qui fine, ff.de neg.gest. & videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 *Legi subiacet, qui eam offendit.*
2 *Leges pœnales generaliter disponentes habent locum etiam in rebus ecclesiasticis, si canones nõ contradicũt.*
3 *Statuimus, est verbum præteriti temporis, & per istud, & verbum præcipio, fertur sententia diffinitiua.*
4 *Decretum quid, vnde, & quotuplex.*
5 *Dominus, est nomen timoris, & profertur gratia honoris.*
6 *Papa nomen non est ordinis, sed dignitatis, & officij.*
7 *Curiæ diffinitio, cur domini tẽporales eam instituerint, & quid sit in ea.*
8 *Vsurarum causa quomodo procedit coram iudice seculari, & quomodo coram ecclesiastico.*
9 *Clericorum, & secularium conuersatio debet esse discreta.*
10 *Vsurariorum secularium cognitio spectat ad laicos, clericorum verò ad iudices ecclesiasticos.*
11 *Decretum, & omne mandatum quod executionem meretur, potest dici iustum de iustitia rigorosa.*
12 *Leges famulantur canonibus, & dum illos referunt, videntur secundum illud ius, & cum sua causa disponere.*
13 *Canones in foro ecclesiastico, & leges in foro ciuili attenduntur.*
14 *Iudiciales actus fiunt in Ecclesia tã in foro pœnitentiali, quam cõtentioso.*
15 *Christi, & Papæ vnum consistorium, & quod est factum ab vno, censetur ab alio.*
16 *Iudices plures potest habere vnum delictum.*
17 *Delictum ciuile, & aliud canonicum crimina ecclesiastica, & secularia.*

STA-

1 
TATVIMVS] offendens legem ſecūdum quam viuere debet, eidem legi per
diſpēſationem Pontificis, & noſtram ſubiacebit, l. vni. vt interrogetur populus Romanus qua lege viuere vult in Longobar. inde canones Patrū
vim legum habent, c. 1. de iuramen. calum.
Sancta Eccleſia legum ſeculariū non reſpuit
famulatum, c. ſuper ſpecula, de priuileg. non
interdicitur, vt ſecūdum mores, legeſq; terrenas reſtituātur aliena. D. Aug. in epiſt. 54.
2 cir. fi. adeo, quod leges pœnales generaliter
diſponentes habent locum etiam in rebus
eccleſiaſticis, ſi canones apertè non contradicant. Abb. in c. 3. nu. 4. vt lite penden. vnde
quando agitur de cauſa eccleſiaſtica, & de
crimine eccleſiaſtico, ſi non eſt determinatū
à canone, determinabitur ſecundum ius ciuile. Gra. hic, vbi etiam ſtatuitur, quod in
caſu dubij ſi vſura eſt exacta, vel non, & cauſa eſt introducta in curia ſeculari, in ea determinari debet, ſecundum decretū Domini
Papæ, vt in tex. qui ſum. vt per Affl. & dicit.
3 [STATVIMVS] quod eſt præteriti temporis.
Abb. in c. ad falſariorum, in fi. de crim. falſi.
& per iſtud verbum, & verbum præcipio,
poteſt ferri diffinitiua ſententia. Abb. in c.
in his, de verb. ſign. licet ſtatuo, quandoque
importet conſilium, & nō præceptum. idem
Abb. in c. ſuper quæſtionum, §. verum, nu. 4.
in fi. de off. deleg. [VT] ſicut, gl. 2. in l. cum
pater, §. rogo, de leg. 2. & ſignificat cauſam
finalem in contractibus, & teſtamentis. Bal.
in conſ. 106. nu. 3. 1. vol. [IVXTA] ideſt ſecundum. Bal. in l. 1. nu. 1. in fi. C. de adoptio.
& idem eſt dicere, ſecundum ſtatutum, quod
ſtatuto permittēte. Bal. in l. 2. in fi. C. de his,
4 qui accuſ. non poſs. [DECRETVM] quod
à decerno decernis dicitur, & idem eſt, quòd
diſpoſitio, ſeu ordinatio. Abb. in c. innotuit,
nu. 13. in fi. de elect. eſt ius canonicum, quod
diuinum ius reputatur, nec leges dedignantur illud imitari. Bald. in l. qui contra, in fi.
C. de inceſt. nupt. alibi decretum dicitur decem modis. idem Bal. in l. nec quidquā. §. vbi
decretum, num. 1. de offic. proconſ. & lega.
5 [DOMINI] quod eſt nomen timoris. Guliel.
Pipin. in epiſt. feriæ 4. poſt 3. Dom. in Quadrag. & feria 4. col. 1. epiſt. poſt Dom. in Paſſ.
& dicitur honoris gratia, Luc. in l. 2. col. 3.
6 cir. fi. in quib. cau. colo. [PAPAE] quod non
eſt nomen ordinis, ſed dignitatis, & officij.
Io. And. in c. 1. poſt nu. 5. de renunciat. in vj.
Alexandri III. [DE VSVRIS] quæ à Chriſtiano ſunt penitus extirpandæ, l. cum ſtipulati in poſitione caſus, in fi. de verb. obligat.
[NVPER] paucis ante diebus. Nizolus in
ver. nuper. [IN ROMANA CVRIA] in Laterano [PROMVLGATVM] nam ſecundum Iſer.
& Affl. hic, in princ. Alexāder prædictus duo
promulgauit Concilia generalia, vnum Romæ, & alterum in Gallia. [QVAESTIONES]
dubia quæſtionum. Bal. l. 2. in 2. rep. col. 6. in
prin. ff. de iureiur. [VSVRARIORVM] qui furibus æquiparantur, ſed non per omnia. Bal.
in conſ. 311. num. 1. in fi. 2. vol. [QVAE AD
CVRIAM NOSTRAM] quæ eſt forum commune. Inn. in c. pen. poſt nu. 5. de elect. vbi iuxta
adagium, iura digeruntur, quæ in ſcholis deglutiūtur. Arno. in præfatione eius practicæ.
7 Curiam autem Diogenes diffiniuit, quod eſt
locus ad decipiendum, & præualendum, qui
actus ſunt diaboli à Deo permiſſi. Caiet. ad
D. Th. 2. 2. q. 187. art. 2. in fi. & forum quidā
diſponunt, propter lucra publica. Hierony.
in vitas Patrum, in vita S. Io. Alexandrini
Epiſcopi, col. 12. Iudicialis verò imaginatio
in rerū natura prodijt, propter dubias quæſtiones, quæ per negationē fiunt dubiæ. Bal.
in l. executorem, nu. 34. cir. med. de execut.
rei iud. [ADDVCTAE FVERINT] per accuſationem, vel delationem, vt in conſtit. ſeq.
[IN EADEM DIFFINIANTVR] breuiter, &
compendioſè tractentur. l. de pupillo, §. ſextus, in ver. diffinit, de noui operis nunciat.
[ET TERMINENTVR] iuſtitia præuia ad diffinitiuam ſententiam procedatur, infra in
conſtit. proſequentes, in fi. vel per terminos
ſeruandos deueniatur ad diffinitiuam. Affl.
8 hic in vlt. not. Nam in cauſa vſurarū, quando tractatur coram iudice ſeculari, proceditur iure ordinario, non de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Abb. in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. 2. rep. nu. 25. de conſt. & intellige
de quæſtionibus, quæ naſcuntur ex contractibus, de quibus cōſtat eſſe vſurarios, alias
ſi dubitatur, cognoſcet iudex eccleſiaſticus.
Affl. hic nu. 3. poſt med. quando autem cognoſcit laicus, & quando non, Zab. in clem.
vni. in prin. nu. 19. de vſuris. Cauſa verò dubitationis tollendæ articulus vſurarum remittitur ad Epiſcopum. Bald. in conſ. 17.
num. 1. in fi. 1. vol.
9 Sed contra, clericorum, & ſecularium
conuerſatio debet eſſe diſcreta. Spec. in tit.
de inſtr. edit. §. 8. poſt nu. 27. Eccleſiæ cauſa
non forenſibus formulis, ſed magis diuinarum ſcripturarū teſtimonijs agitur. D. Aug.
in breuilo. colla. tertij diei cū Donat. col. 2.
cir. med. nam ſi adeſt decretum, poteſt reuocari per aliud. Bal. in l. illud, §. quod ſi. quod
10 cuiuſque vni. nom. Dic, quòd licet iſtud crimen ſit eccleſiaſticum, tamen laici conueniūtur coram ſeculari, & clerici coram iudice eccleſiaſtico. Abb. in c. cū ſit generale,
poſt nu. 30. de fo. comp. Etiam quod ſecun-

dum

dum communem Canoniſtarum ſentẽtiam,
iuriſdictio ſit penes Papam in habitu, ipſam
tamen pro libito voluntatis non exercet in
laicos, nec iuriſdictionem Imperatori con-
ceſſam reuocare poteſt. Abb. in d. cap. licet,
11 1. not. de foro comp. Vltra quod omne de-
cretum, & mandatum, quod executionẽ me-
retur, poteſt dici iuſtum de iuſtitia rigoroſa
donec infringatur, & elidatur remedijs op-
portunis. Bal. in l. barbarius, 1. repet. col. 5.
poſt princ. de off. prætor. & mandat tractari
in curia Regia, iuxta decretum Domini Pa-
pæ, vt corripiantur fratres ſubditi à præpo-
ſitis ſuis correctionibus de charitate venien
tibus, quia ipſa, quæ damnatio nominatur,
quam facit Epiſcopale iudicium, nulla in
Eccleſia pœna maior eſt. D. Aug. in libro de
correct. & gratia, c. 15.

12 Nota, quòd leges famulantur canonibus.
Abb. in c. 1. 2. 3. & 4. not. de noui oper. nunc.
immo dum illos referunt, videntur ſecũdum
illud ius, & cum ſua cauſa diſponere, ſicut
in ſtatuto, quod refert ius commune. Bal. in
l. omnes populi, nu. 29. de iuſt. & iure, & ſi in
eodem facto daretur canonum, & legũ con-
curſus, licet in foro eccleſiaſtico ad deciſio-
nẽ cauſæ ſimul allegarentur. Abb. in c. inter
alia, 1. not. de immun. eccl. quod ſi lex eſſet
contraria canoni, Bal. in l. priuilegia, de ſa-
croſan. eccl. cuilibet ſtaretur in foro ſuo. idẽ
Bal. in l. per hanc, nu. 15. de temp. appell. &
13 ſic in materia indifferenti leges in foro ſecu
li, & canones in foro eccleſiaſtico attendi
debent, Dec. in c. clerici, in princ. de iudic.
adeo quod Epiſcopus in his, quæ pertinent
ad forum animæ inter laicos ſeruat eorum
ſtatuta. Bal. in rub. col. fin. poſt prin. ff. de iu-
reiur. & leges habent vim canonum, ſi ſpe-
cialiter canon non contradiceret. Abb. in c.
non minus, poſt num. 18. de immun. eccleſ.
14 Et iſto modo actus iudiciales fiunt in Eccle
ſia tam in foro pœnitentiali, quam conten-
tioſo ad paſcendas Chriſti oues. Caiet. in
tract. 3. de Rom. Pont. inſt. c. 11. in fi.

15 Secundo nota, quòd factũ à Vicario Dei,
cenſetur factum ab ipſo Deo, quia geſta per
vicarium, cenſentur facta per dominum.
Abb. in c. 2. nu. 5. & c. 3. nu. 3. & 4. de tranſlã.
Epiſco. c. 2. nu. 7. c. 3. not. 2. & 5. de tranſlat.
præl. Vnde Chriſtus, & Papa faciunt vnum
conciſtorium. Abb. in c. licet, de euitanda,
poſt nu. 8. & c. venerabilem, nu. 18. de elect.
ſicut idem tribunal delegantis, & delegati,
Abb. in c. licet vndique, nu. 8. cir. med. de off.
deleg. & quòd fit corã vicario, videtur fieri
coram præſide. Bald. in conſ. 93. in fi. 1. vol.
& vices gerens vna cenſetur perſona cũ do-
mino, ſicut ſucceſſor cum prædeceſſore. Inn.
in c. eam te, nu. 6. cir. fin. & 7. de reſcript.

16 Tertio nota, quòd vnum delictum poteſt
habere plures iudices. Bald. in l. qui furere,
1. rep. in fi. de ſta. hom. & Epiſcopus iudicat
ſecũdum leges, & ſacros canones, auth. cau-
ſa quę, vbi Bal. in princ. de Epiſc. & cler. ita
& canones debẽt ſeruari in foro ciuili. idem
Bal. in l. omni innouatione, nu. 2. de ſacro-
ſanct. eccl.

17 Vltimo, delictum ciuile, & quodam cano-
nicum, Bald. in auth. clericus, 3. not. d. tit. de
Epiſc. & cler. & quæ crimina ſint eccleſiaſti-
ca, & quæ ſecularia. Gra. ſupra in conſt. poſt
mundi machinam, nu. 16. & 17. Quid ſi eſt
conuentum, quod vſurarius non teneatur
reſtituere pignus, niſi ſoluto prius debito,
an habeat locum in clerico, cuius res eo in-
ſcio fuit pignorata. Abb. in c. Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ, 2. repet. nu. 49. de conſtit. & in c.
quod clericis, nu. 34. de foro comp.

SVMMARIVM.

1 *Vſura quid ſit, & à quibus prohibita: eſt contra naturam, num. 9.*
2 *Vſurarij nomina, & quibus ſimiles.*
3 *Contractus ex quibus præſumitur vſurarius.*
4 *Vſurariorum fraudes in conficiendis contractibus.*
5 *Contractus vſurarius quando præſumitur, & probatur, poſt nu. 22.*
6 *Ementes fictè vſurarij ſunt.*
7 *Vſus importat applicationem rei ad aliquam operationem.*
8 *Abuti dicitur pluribus modis.*
10 *Altitudo datur Regi Hiſpaniarum.*
11 *Pœna vna adijcitur altera, quando illa non ſufficit ad puniendum.*
12 *Ius commune ſi ad municipale redigitur, retinet nomen municipalis.*
13 *Vna via ſi aliquid ſufficienter fit, nõ ſequitur quod alia ſit ſuperflua.*
14 *Ciuilitas quotuplex, & quomodo fit.*
15 *Vſura quare magis præſumitur in pecunia, quàm in alijs.*
16 *Vſura regulariter committitur in mutuo.*
17 *Vſura eſt quidquid vltra ſortem capitur.*
18 *Dare, verbum, in inſtrumentis capitur propriè, & impropriè.*
19 *Audacia, in bonam, & malam partem, & tunc pertinet ad aliorum inuaſionem.*

Teme-

20 *Temerarij, & audaces differunt, & vnde prouenit temeritas.*

21 *Vsurarius non est qui dedit ad vsuram, nisi probetur exegisse.*

22 *Vsurarius probatur per testes singulares actuum, si concordant, respectu finis.*

23 *Pœna peccati iusta si priuetur, eo quo bene vti noluit.*

24 *Accusatore desistente, potest fiscus prosequi causam vsurarum.*

25 *Accusare in causa vsurarum potest, quis per se, non per alium.*

26 *Vsurariorum causæ quomodo procedunt in regno.*

27 *Ecclesia non corrigit infideles sicut fideles.*

28 *Ecclesiæ omnis creatura est subiecta, & nemo est alienus ab eius ouile.*

29 *Transgressio à corporalibus motibus est deriuatus, inde transgreditur, non seruando modum.*

30 *Decennalis præstatio est lucrum conueniens secundũ vsum mercaturæ.*

31 *Permittere, & de nouo inducere, sunt diuersa.*

32 *Valor fundi est cuius fructus in annis quindecim æquiualẽt æstimationi.*

33 *Lex pro communi vtilitate permisit vsuras vsque ad certã summam.*

34 *Punitur qui illicitè vtitur permissis.*

35 *Pecunia non debet esse sterilis, & de proprio quis viuere debet.*

35 *Laici sunt nimis fauorabiles vsurarijs, & qui pro vsura exigi possit.*

37 *Vsuræ etiam quod iure Romano ad euitandum maius malum permittantur, sunt illicitè etiã in modico.*

38 *Fœnerator nõ exercet misericordiam fœnerando.*

39 *Vsura quid, vnde, & quis vsurarius, & non potest peti, post num. 42.*

40 *Lucrum turpe quidquid plus iusto appetis homo.*

41 *Vsurarius æquiparatur raptori, sed per donationem purgatur raptus.*

42 *Vsura formaliter committitur in contractu mutui.*

43 *Mutuo accipiens seruus est fœneratoris.*

44 *Vsuram nulli exercere est licitum, & præcipuè certis personis.*

45 *Capiens ad vsuram quando peccat, & quando non.*

46 *Vsura quando, cum quibus personis, & casibus permittitur.*

47 *Vsura punitoria ex mora permittitur etiam iure diuino, vide supra num. 4. circa medium.*

48 *Interesse triplex, conuentum, commune, & singulare.*

49 *Lucrum cessans, & damnum emergens, & an totum lucrum cessans debeatur.*

50 *Vir vsuras moderatas recipere potest, & dicuntur alimenta dotis, secus in cessionario, post num. 96.*

51 *Vsuræ omni iure sunt prohibitæ, fallit in quindecim casibus.*

52 *Interesse ratione loci potest peti, & non temporis.*

53 *Cambium quid, quando est licitum, & quando non.*

54 *Cambium sine literis dicitur siccum, & prohibitum.*

55 *Vendere carius propter dilationem, est illicitum, nu. 58.*

56 *Assecurationis contractus valet, & quomodo intelligitur.*

57 *Res si plus emitur, & minus venditur in fraudem vsurarum, rescinditur pro parte.*

59 *Lex superueniens addit, & non tollit superiorem.*

60 *Iudicium hominis debet se iudicio diuino conformare.*

61 *Iudæis permittitur vsura vsque ad certam summam pro bono publico, alias etiam nec posset consuetudo modicam inducere, num. 62.*

63 *Malum minus sustinetur, vt euitetur maius.*

64 *Rituum diuersitas non impedit superiorem in iurisdictione contra inferiorem.*

65 *Pignora si creditor non excutit à tineis, tenetur de leui culpa.*

66 *Crimina omnia sunt priuata, nisi dicatur quod sint publica.*

67 *Temere quandoque agitur in honestis, & quan-*

& quando dicitur temere.

68 *Contractus ex multis præſumitur vſurarius,poſt num.69.*

69 *Pactum de lucrandis fructibus loco vſurarum non tenet.*

70 *Contractus vſurarij expreſſi, & velati; quidam ex forma, alij ex fraude.*

71 *Pacta ſi poſſunt eſſe licita,non præſumuntur facta in fraudem.*

72 *Teſtes ſingulares admittuntur, & quomodo ad probandum vſurariũ.*

73 *Fructus rei emptæ ex pecunia vſuraria ſunt emptoris, ſed res poteſt vendi ad inſtantiam creditoris, num.96.*

74 *Hæres,& defunctus in materia vſurarum diuerſo iure cenſentur.*

75 *Filia quæ ex vſura dotem recepit, an teneatur.*

76 *Reſtitutio vſurarum cui debet fieri, & per quem.*

77 *Iudex vſurariorum quis erit, eccleſiaſticus, vel temporalis.*

78 *Vſurarius manifeſtus quis ſit, & vnde dicitur, & quomodo probetur.*

79 *Vſura quare pro pecunia nõ exigitur.*

80 *Emptor rei factæ traditione tenetur ad vſuras loco intereſſe.*

81 *Pecunia dotalis poteſt deponi penes mercatore,& ab eo aliquid capere.*

82 *Montis pietatis capitula, & in eo hãbens pecuniam an poſſit aliquid inde percipere.*

83 *Lucrum regulariter debet eſſe vbi periculum.*

84 *Redditus, vel fructus ad vitam emi, & percipi poſſunt.*

85 *Vſura eſt quidquid accedit ſorti, quomodocunque vocetur.*

86 *Domus ſi venditur, & quod plus eſt donat, eſt vſura, & non donum, & vocabula non ſaluant conſcientiam.*

87 *Mutuans pecuniam cum pacto quod colat terram, non valet, niſi vt poſt, num.90.*

88 *Rex, vel ciuitas ſi mutuo accipiant, & donec reſtituunt, faciunt immunem à collectis, non tenet.*

89 *Emptio ad rationem decem pro centenario tenet.*

90 *Venditio rerum cũ mutuo eſt vſura.*

91 *Frumentum mutuare, vel dare, vt renouetur, eſt vſura.*

92 *Frumentum ſi detur pro pecunia, debet dari prout tempore traditionis.*

93 *Emere victualia ante tempus, eſt prohibitum, ſed non eſt vſura.*

94 *Debitum malpagi, vel pecunia in mari poteſt vt res minoris emi.*

95 *Actio, & obligatio non datur ex contractu vſurario, ſed rei reſtitutio.*

97 *Scommiſſæ valent, niſi ille habuerit certitudinem.*



1 SVRARIORVM] vſura eſt lucratiua prædatio præter naturam,quæ maxime in contractu mutui frequẽtatur. Dixi lucratiua, vt non includat intereſſe, damnum, vel incommodum emergẽs creditori propter moram, vel culpam, nam tunc non eſt vſura,ſed ſors, & licitè petitur, & retinetur. Dixi prædatio, quia omnis vſurarius eſt prædo, & dicitur præter naturam, nam natura non poteſt facere,quod ſemel vnum bis ſit vnum,quod facit vſurarius,aggregando plus quam patiantur termini naturales; ſicut cõtra naturam emptionis eſt vt pecunia pro pecunia detur. Ioan.Ant.de Nig.in c.reg. pro publici boni compendio,nu.13.In fœnore nummus nummum parit,& prẹter naturam eſt hic acquirendi modus,Ariſt.1.Polit.7. fit in cõtractu mutui,quia nemo vult gratis pecuniã ſuam mutuare, vnde de neceſſitate deuenitur ad vſurã,cum homines ſine tali ſubſidio viuere non poſſint. Bal.in conſ.443.vol.3. Dicitur acceſſio odioſa valdẹ ſeparata ab ipſa re. idem Bald.in l.1.nu.9.in fi. de ſent.quæ ſine certa quan.naturaliter non prouenit,ſed eſt acceſſio ciuilis. Bal.præd.in l.1.in prin.cum add.ad eum.C.de his,quib.vt indig. Eſt furtũ,ſeu rapina de iure diuino prohibita. Bal. in l.cum oportet,in princ.nu.6.circa fin. de bonis,quæ lib.& ſecundum Ariſt.eſt lucrum naturaliter prohibitum.Bal.qui ſup.in rub. nu.1.in fi. C.eo.de vſuris. vel eſt contra naturam vtroque teſtamento prohibitum. Io. Ant.de Nig.in c.reg. nouiter noſtræ Maieſt. nu.2. Iure diuino, canonico,& ciuili prohi-
2 bitum,c.cõſuluit,de vſuris,gl.in l.1.de ſum. Trin. Lex etiam Longobarda prohibuit vt nemo facere præſumat poſt Epiſcopi ſui cõteſta-

testationem.l.2.de contemptoribus in Longobar. Adeo quod multo sceleratius, atque flagiosius est quando lex prohibet, & committitur, quam si nulla lege prohiberetur. D.Aug. in lib.octuagintatriū quæst. col.81.
post princ. Vnde talia perpetrans dicitur
2 prædo, similis hæretico, immo hæreticus, si
credit non esse peccatum, si credit esse peccatum, est prædo. peccat contra naturam, & similis est leproso, ideo de sanorum consortio repelli debet. Bald. in d.cons.443. nu.2. vol.3. in Italia dicitur præstator, in Francia cursinus, in prouincia renouator, in iure appellatur raptor, pauperū trucidator, sectator turpis lucri, seruus, & filius diaboli. Io. And. in c.1.nu.4.& 5. eo.tit.de vsuris, in vj. Et non solum actus, sed intentio facit vsurarium. c.consuluit, cum ibi not. de vsuris. sola intentio punitur. glo.fin.in c.quoniam, 47.dist. si intentionem principaliter habet ad lucrum, secus si secundario. Inn.& Abb. in d.c.consuluit. sola spes, nō tamen tenetur ad restitutionem. Arch. in c.si fœneraueris, in princ.14.q.3.& re ipsa committitur, si retinentur fructus, vel redditus occasione mutui præcedētis, Abb. in c.ad nostram, In pen. not.de iureiur. adeo quod mutuans pecuniæ quantitatem super domo, si illam habitat, dicitur percipere fructus, & computabit in sortē. Bal. in l.si is qui. §.si Antichrisis. ff.de pignor. & recipiendo fructus vltra sortem, facit cōtractum vsurarium, secundum communem opin. Doct. idem Bal.cons.133.post
3 nu.2. vol.3. ex præordinatis enim præsumitur contractus vsurarius. Bal. præd. in l.2.in fi. C.ad Senatusconſ. Velleia.& in l.mutuum, num.2. si quis alte. vel sibi. puta si volebat, quod aliquis mutuaret sibi centum, ille est paratus, sed vult, quod pro istis centum vendat ei prædium, quod ille reuendet post decennium pro eodem pretio, constito, quod causa originalis fuit mutui, instrumentū est vsurarium. Bald. in l.3. in princ. plus valere, quod agi. si probatur per testes, etiam quod tabellio, & testes instrumentarij nihil sciāt. Bal. in l.cum allegas, nu.8. eo.tit.de vsuris.
4 nam vsurarij laborant ad fraudem, & fictionem. Io. And. ad Spec. in tit.de vsuris, ibi lib. conci. circa fi. Sæpe faciunt ponere nomina aliorum in fraudem. Bal. in l.eos, §.super, eo. tit.de vsur. Omnes cautelas excogitant ad circumueniendum iuris præsumptionem. ex interuallo promissiones faciūt, & in alio instrumento nolunt pactum de retrouendendo in eodem instrumento cōscribi, sed alio, & diuerso tempore. in cons.119.num.5.120. post nu.3. inter cons. Alex. 4.vol. aguūt vt ex interuallo fiat recognitio per procuratorē. Bal. in l.cum fidem, in fi. C.de non num.pec. mutuant puta 100. restituendos infra, & à mense vltra licitū sit creditori accipere ad vsuras. Bal. in l.etiam, post nu.5. de exec.rei iud. recipiunt promissionem de vera sorte, & vendunt sterilia. Bald. in l.cum allegas, nu.11.de vsur. recipiunt necnon promissionem vsurarum ex causa donationis, in l.ab Anastasio, nu.4. mandati. & ita occultè ineunt, & dolosè, quod vix conuinci possunt. clem.vni.§.cæterum, de vsuris. nouum pactū faciunt, glo.2.in c.quoniam, 47.dist. faciunt instrumenta per familiares eorum, not. in l. pen. C.de his, quæ vi, metusve cau. verum quanto plus cautelas adijciunt in cōtractibus suspectis, tāto magis præsumitur fraus. Bal. in cons.487.cir.fi.1.vol. & idem contractus relatus ad diuersos, habet diuersa nomina, & cadit sub diuersa specie. idem Bal. in l.cū dotem, in fi. repe. anti. C.de iure dot.
15 & ille præsumitur vsurarius, qui communiter apud graues, & bonos viros contractus ille non est in vsu, & quem communiter fœneratores facere consueuerunt. Bal. in dicto cōs.487.cir.fi. propterea Imperator mutata lege, facinus indignum destruere voluit, per quod & si corpore quispiam diues fieret, anima pereunte, pauper in æternum maneret. l.antiquis qualiter quisque se defendere debet in l.Longobar. imponendo pœnam, & fœdæis interusurium taxādo vsque ad certam summam, vt in tex. qui diuiditur, & sum. vt per Affl.& dicit [Vsurariorum] & eorū,
6 qui fictè emūt, qui rei veritate vsurarij sunt. Gra. hic nu.25. adeo quod pœna contra vsurarios procedit etiam contra fictos emptores. Abb. in c.ad nostrā, post nu.2. de empt. & vend. [Nequitiam] impotentiam, vnde nequissimus, maxime impotens. appendix ad D.Tho.2.2.q.130.art.2.vel machinationem, l.eos, §.fin, eo.tit.de vsuris. iniquitatē, l.cum quidam, ff.eo.de vsur. astutiam. Affl. hic 1.not. vel prauitatem. Bald. in c.si quis per 30. in fi. si de feu.fue.controu.inter dom. & agn. inde serue nequam, Matth.18. [Qui Non Tantum Vtuntur Pecuniis] quasi vsus in abusu consistit, l.hoc Senatusconsultum, §.1.de vsufr. ear. rerū, quę vsu consu.
7 vsus enim importat applicationem illius rei ad aliquam operationem, inde vti, est quod in vsum venit. D.Tho.1.2.q.16.art.1.& 3. [Sed Vt Loquamur] vulgari modo, l.si quando, de leg.1. vt vulgo dicitur, l.si procuratorem, §.1.ff.manda. l.si ego, de iure dot. [Proprius] magis propriè, cū verba propriè sint accipienda. Affl. in c.1.num.55. de succes. feu. [Abvtuntur] c.gratum, de po-
8 stul. prælat. c.priuilegium, 11.q.3. non rectè vtuntur. D.Aug. vbi supra in lib. octuaginta trium quæst. col.10. post prin. vel impropriè vtuntur.

vtuntur. glo.2.in l.nec ſeruus,ff.de peculio.
ſeu non vtuntur ſecundum præcepta, & do-
ctrinas hominum. D.Auguſt.in epiſt.59.col.
15.circa fin.vel in bonam partem non libe-
rè vtuntur. Bald. in l.vbi adhuc, nu.3.circa
med.& in rep.antiq.poſt nu.1.C.de iure dot.
ſiue abutuntur, ad malum finem vtuntur.
add.ad D.Thom.3.par.q.15.alias 74.art.2.
ibi ſecundum maior. nihil enim eſt quo hu-
mana malitia non poſſit abuti,quãdo etiam
ipſa Dei bonitate abutuntur.idem 3.par.de
Saluatore, q.3.art.8. ita diuitiæ, & honores
ſunt abſolutè boni, quãuis per abuſum poſ-
ſint fieri mali. D.Th.præd.2.2.q.58.art.10.
9 Vnde vſura dicitur crimen contra naturam
rerum. Abb.in c.cum ſit generale,nu.18. de
foro comp. contra naturæ vſum mortalibus
notum. D.Auguſt.in ſim.26.cõtra Fauſtum,
col.3. in princ. & 29.contra eundem, col.3.
in princ. & eſt tex.in l.ſed & ſi, §.1.ff.de iu-
reiur. [SANCTORVM PATRVM] qui in Nice-
no Concilio interuenerunt,Conſtantinopo-
litano,Epheſino,& Calcedonienſi.gl.& Affl.
hic in 3.not. [SENTENTIIS] voluntatibus.
Bald.in l.2.in princ.de iure fiſci. vel mente,
cum mens,& ſententia idem ſint. Bal.in l.ſi
quis,1.repet.circa princ.de iuriſd.omn.iud.
ſeu opinionibus. Bald.in l.fin. infr.de remi.
pign. [CONDEMNATAM] ſecundum legem
noui, ac veteris teſtamenti. Bald.in rub.in
princ.C.eo.de vſuris. legem diuinam,cano-
nicam,& ciuilem.Abb.in c.cum contingat,
nu.5.circa fi.de iureiur.in c.3.poſt nu.7. eo.
tit.de vſuris, [PROSEQVI] obuiare,cum eis
obuiari debeat propter eorum impietatem,
& auaritiam. Bald.in auth.ad hæc,in princ.
d.tit.de vſuris. [DISPONENTES] quia ne-
ceſſarium duximus, §.1.auth.vt Eccl.Rom.
centum ann.num. [IMPERIALIS CELSITV-
10 DINIS] Altitudinis, vnde iure merito Regi
poteſt dici tua Altitudo, vt Hiſpani dicunt
Regi noſtro. Affl.ſupra in conſt.poſt mundi
machinam,§.nos itaque, nu.3. [MOTVM]
l.ob carmen, §.ſi teſtes.ff.de teſtib. [QVEM
NOS ETIAM EX ARBITRIO CAELESTI SV-
SCEPIMVS] & ſic Rex huius Regni habet
arbitrium à ſummo Deo,mediante eius Vi-
cario,puniendi, & poſt ſententiam commu-
tandi,& remittendi pęnã ad eius arbitrium.
Affl.hic 4.not. Officialis non niſi in caſibus
Regiæ prag.Caroli V.& ne ſperata delicto-
rum venia. [DIVINAE]ex abundanti,l.ſi pu
pilli, §.1. ff.de neg.geſt. [CONIVNGIMVS]
adijcimus,l.3.vbi Bal.cir.fi.de ſent.ex breu.
recita.quia adiectio facti hominis ſolet ali-
quid operare.Bal.in l.certi iuris,poſt nu.13.
11 C.locati.Quando enim vna pęna nõ ſufficit
ad coercendum hominem, ſemper adijcitur
altera, ſi vna non ſufficit ad reuocandum
à peccato, additur alia pecuniaria ad coer-
cẽdum peccatum,ita medici diuerſas medi-
cinas corporales apponunt, quando vna nõ
eſt efficax. D.Th.2.2.q.39.art.4.cir.fin.& q.
99.art.4. ſic duo vincula plus ſunt,quã vnũ.
Bal.in l.peu.col.2.circa med.C.de adoptio.
addendo ad iura diuina. Abb.in c.aduerſus,
nu.11.cir.fin.de immun.eccl.ita conſtitutio
Epiſcopi poteſt adiuuare ius commune.Bal.
cum add.ad eum,in l.eos,§.ſuper,in ver.cõ-
ſtitutio.eo.tit.de vſur. nam quanto ad con-
ſtitutionem alicuius plura concurrunt,tan-
to videtur eſſe ſtabilius. D.Thom.1.2.q.46.
art.6.& vnus actus alium confirmat. Bal.in
l.vni.2.not.& poſt nu.23.ſi ſer.exte. ſic pœ-
na impoſita ac eo vſurarijs repetitur in hac
adiectione, ſicut parte illius legis. Abb. in
ſim.in c.de multa,nu.8. circa med. de præb.
& illi accedit.c.pen.de tranſlat. vt pluribus
concurrentibus augeatur effectus.Bald.in l.
ictus fuſtium,col.1.circa fin.de his,qui not.
infa. & in l.ſi arrogator. 1.repet.col.3. poſt
princ.de adopt.niſi ius commune eſſet reda-
ctum in formam ſtatuti.iõẽ Bal.in l.fi.nu.5.
12 cir.fi.C.arb.tute.tunc non auget,ſed retinet
nomen municipalis: & ſi ſuperior tollit ius
commune, tollit etiam municipale, ſecus ſi
ius municipale eſſet diuerſum, vel adderet
vinculum ad ius commune.Bal.cum add.ad
eum, in l.1. C.de ſer. rei publ. manu. adeo
quod ſi vna, vel plures leges diuerſas impo-
nunt pœnas, ſuper eodem facto iudex impo
nit pęnam ſtatuti.Bal.in l.data opera,nu.3.
de his,qui accuſ.non poſs.& in l.in eũ, C.de
furtis.& vna pęna tollitur,vel alteratur per
aliam. idem Bal.in l.ancillæ,in fi.nu.21. eo.
tit.de furtis,in l.2.poſt num.7.quib.res iud.
non nocet. & late in l.2. de cano. larg. tit.
licet diuerſitas pœnarum arguat diuerſita-
tem ſpecierum delicti.Bal.præd.in l.2.nu.2.
circa med.C.de probat. & in pœnis vbi lex
fingit pedes, vltra procedere non debemus.
Bal.in l.centeſimis,nu.4.circa med.de litig.
& per pœnam à lege impoſitam non cenſe-
tur receſſum à veteri. Bal.in l.qui ſepulcra,
poſt nu.1. de ſepulc.viol. & eſt differentia
an ſtatutum cõtineat inductum à iure com-
muni,vel aliud.Ang.in l.vnica,de theſauris.
vnum canones,& aliud ius ciuile, tunc licet
puniat iudex eccleſiaſticus, poteſt etiam &
ſecularis. add.ad Bal.in ver.nullum, in ver.
diſputauit. C.de teſtib. etiam quia quando
13 per vnam viam aliquid ſufficienter fit, non
ſequitur quod alia ſit ſuperflua, ſi per eam
huic iniunctam idem magis ſufficienter, &
conuenienter fit. addit.ad D.Thom. 3.par.
quæſt.46. alias 15.art.3. ibi not. lo vltimo.
Verum ſi lex humana iuſtitiæ Dei aduerſa-
retur, iniuſta eſſet. D.Auguſt.1.de prædeſt.

& gratia, cap. 2. circa fin. [VLTIONE] idest vindictæ. Affl. hic 5. not. in fi. sic pœna accedit pœnæ. Bald. in l. fin. ff. de mag. conuen. Intantum, quod si per ius commune imponitur vna pœna, & per statutum alia, pœna iuris communis non est sublata. Bal. in l. nō est nouum, 1. repet. ff. de leg. Et si duæ causæ concurrunt ad prohibendum, à qua denominetur in l. adoptiuum, in prin. de in ius voc. [HVIVSMODI] supra in const. inconsutilem. [NOSTRAE CONSTITVTIONIS EDICTO] lege generali. Affl. hic 6. not. [OMNIBVS REGNI NOSTRI FIDELIBVS] vassallis. c. 1. an remo. debe. testes, qui pares esse desi. [ET QVIBVSLIBET ALIIS] alienigenis, vt infra in constit. cum hæreditarium. [IN REGNO MORANTIBVS] adeo quod tenentur seruare constitutiones, dum sunt in Regno. Affl. hic 7. not. [ETIAM SI EXTRA REGNVM FVERINT ORIVNDI] cum duplex sit ciuilitas,
14 naturalis per originem, & alia per habitationem. Bal. in cons. 64. nu. 2. vol. 5. originem dico propriā, vel paternam. l. ciues, in glo. 1. de incolis, lib. 10. & per habitationem decennalem cum emptione domus, vel prædij. glo. 2. in l. 2. d. tit. de incolis. vel fundatione, & vxore Neapolitana, vt in prag. 1. sub rub. de immunit. Neap. & sic ciues fiunt quatuor modis incolæ vno, & attēditur animus. Bal. in l. priuilegio, cum seq. de municip. & orig. animus verò constituendi domicilium præsumitur ex cursu decennij, nisi per dictum tempus, & vltra steterit ex causa recessurus. l. nec ipsi, & l. est verum, de municip. & orig. puta in scholare, & patre filium visitante. Ang. in l. 2. de incolis. [FIRMITER] c. literis, de præsumpt. c. ad monasterium, de sta. mon. cap. fin. ne cler. vel mon. c. super eo. de cond. appo. c. per tuas, & c. sicut, de simo. c. si aduersus, & c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. & c. accidentibus, de excess. præla. [INHIBEMVS] firmiter interdicimus, & strictius inhibemus. c. super specula, de priuil. c. noua. de pœnit. & remiss. [VT NVLLVS] tam clericus, quam laicus. c. 1. & 2. eo. tit. de vsuris. vel nemo, nullus homo. appendix ad D. Th. 1. par. q. 94. art. 1. [IN POSTERVM] post hanc legem. gl. pen. in l. generali, de sacrosanct. eccl. [PECVNIAS SVAS] quia in
15 pecunia magis præsumitur vsura, quam in alijs rebus. Bald. in l. singularia, col. 4. circa fin. ibi octauo, si cer. pet. nam consistit in rebus mutabilibus, in quibus vsus rei non distinguitur à dominio. Bal. in rub. nu. 1. circa med. C. eo. tit. de vsuris. ideo est in pecunia, & non in domo, & re simili. Arch. in c. fornicari. 88. dist. Zab. in clemen. vnica, in princ. nu. 6. de vsuris. [PER SE, VEL PER ALIOS] supponendo amicum, vel vxorem. Bal. in d. l. pen. C. de his, quæ vi, metusve cau. tutor, vel curator nomine pupilli. glo. in cap. fin. 46. dist. Olim licitum erat tutori fœnerari nomine pupilli, hodie tenetur deponere ad lucrum honestum. Bal. in l. 1. in fi. C. de cond. indeb. & suo, nec alieno nomine debet delinquere, in l. si mater, eo. tit. de vsuris. nec imputatur si tenuit pecuniam pupilli otiosam. in l. 1. C. de vsu. pupill. adeo quod huiusmodi lucra illicita nec queruntur patri. in authen. ex testamento, nu. 6. circa fi. de collat. [MVTVO] quid sit mutuum. l. 2. vbi Bal. in
16 princ. si cert. pet. & regulariter in eo committitur vsura. Abb. in c. in ciuitate. 1. not. de vsuris. nam in mutuo transfertur dominium, nec ab eo distinguitur vsus, & quando non distinguitur, non debet aliquid accipi. Gra. hic, nu. 9. circa fin. latè D. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. & præsumitur mutuantem nolle iactare interusurium medij temporis, in alijs contractibus præsumitur ex pactis appositis. Bal. in cons. 133. 2. dubio, nu. 2. 1. volum. & pro solo tempore iniustum est aliquid solui. Bald. in d. l. singularia, col. pen. circa fin. si cert. pet. [SVB MAGNIS VSVRIS, VEL MINIMIS] cum ex toto tollantur vsuræ. glo. mag. circa med. in auth. ad hæc, eo. tit. de vsuris. quamuis super abundantia, & defectus diuersificent species peccatorum. D. Thom. 1. 2. quæst. 72. art. 8. in appendice.
17 adeo quod quidquid vltra sortem vsura dicitur. Paulus de Cast. in cons. 102. 1. volum. quantumcunque modicum. Abb. in d. c. consuluit, num. 4. etiam si sit seruitium verbale, vel facti. in c. fin. 1. not. nu. 16. de vsuris. & si sine seruitio facto, & pactione accepit. Bal. in l. 1. §. bestias, circa medium, de postula.
18 [DARE] quod verbum in instrumentis capitur propriè, & impropriè. Speculat. in tit. de empt. & vendit. §. 1. num. 4. & si dare est prohibitum, per consequens & accipere. glo. in l. 1. §. sed, in ver. dare, ff. de calum. licet peccatum sit in recipiente, non in eo qui dat vsuras. Bald. in cons. 360. post nu. 2. 1. volum. D. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 4. nam qui accipit pecuniam, ad vsuram accipit propter necessitatem rei familiaris. Bald. in cons. 220. nu. 4. & 252. col. 1. in fi. 3. volum. & petit opus bonum à potente illud benè exhibere si vult, licet petat mutuum ab vsurario. Caiet. ad D. Tho. vbi supra 2. 2. q. 39. art. 1. in fi. add. ad eundem D. Thom. 3. par. q. 67. alias 36. art. 5. ibi corrola. non peccat si facit ex necessitate, secus si facit vt inducat illum ad vsuram committendam. Abb. in c. cum in Ecclesiæ, nu. 6. de simo. vel peccat si dat causam, secus si occasionem. Arch. in c. si quis vsurā, 14. q. 4. [FOENORI] in quo differt fœnus ab vsura. gl. rub. sup. eo.

[PVBLI-

[Publice] infra in constit.Capitaneorum. alibi publice, ideſt auctoritate publica, vel ad publicam vtilitatem.Bal.in l.fluminum, in princ.de damno infe. hic palam. [Vel Occulte] infra in constit.culpam, de seruien.exeun.extra cast. [Audeat] temerario ausu. infra in constit. cum vniuersis, de homi.dema.affi. [Et Vt Ipsorum Auda-
19 cia] in malam partem.Luc.in l.2.in princ. de aquæductu. cum bona sit adeo. in princ. conſt.C.vbi Bal.3.not. & permissa. idē Bal. in l.Gallus,§.videndū,4.not.de lib.& posth. vel audacia pertinet ad inuasionem aliorū, & præcipuè videtur pertinere ad illa peccata, quibus iniuria proximis irrogatur, quæ lege humana prohibentur.D.Tho.1.2.q.96. art.2.vt hic. [Qui Suae Salutis Immemores] etiam quod non præsumatur.l.fin. C.ad leg.Iul.repetund.sed sunt dum faciunt cōtra Dei præcepta à quo omnis salus procedit. Bald.in rub.in princ. ff.de iureiuran. [Et Edicti Nostri] perpetui, vel generalis.gl.in procem.ff.§.& primo, in ver.perpetui. [Extiterint Temerarii] non
20 æstimantes periculum,& differunt ab audacibus,qui existimant,sed nō timent. Io.An. in c.quia,in princ.de off.ord.in vj. Prouenit autem temeritas ex superbia,& est cōtra regulam dirigentem, inde temere fieri dicitur quod ratione non regitur.D.Thom.2.2. q.53.art.3. [Contemptores] non solum prædictorum,sed naturæ,noui,ac veteris testamenti. Afflict.hic 9.not. [Inulta Non Maneant] quia ad publicam vtilitatē pertinet ne delicta maneant impunita. not. in c.vt famę,de sent.excomm.& rigorem iustitiæ seruari.Bal.de pace tenen.in princ.nu.7. in fi. [Praesenti Lege Sancimus] adiecta pœna mandamus.& dicitur sanctio legum.l.sanctio legum,ff.de pęnis. [Vt Quicunque] quod est vniuersale affirmatiuum, & neminem excludit.Abb.in c.licet,de euitanda,post nu.2. de elect. [Amodo] post istam legem.idem Abb.in c.pen.post nu.20. vbi glo.de frig.& malef. [Foenerator] qui fęneret.l.pen.§.fin.& ibi gl.ff.de instito. vel det fœnori. l.idemque, §.1. ff.mandati.
21 & exegerit, quia vsurarius non probatur, etiam quod dedit ad vsuras, nisi probetur exegisse. Bal.in cons.405.post num.1.vol.1. licet præsumatur,quod fœnerator non gratis mutuauerit. idem Bal.in cons.229.nu.3. vol.2. & ex qualitate personæ præsumitur fraus, puta si alias solitus erat fœnerari. Bal.in l.cum allegatis,nu.7.cir.med. & post nu.9. & probatur vt ibi nu.15.C.eo.de vsuris. & Io.Ant.de Nig. in c.reg. nouiter no-
22 stræ Maiest.nu.3.& seq.per testes etiam singulares actuum, dummodo concordent re-

spectu finis. Bal.in l.1.num.14.C.de testam. verum si testes sperant aliquid cōmodi,non probāt,nisi renuncient.Bal.in l.dictantibus, nu.3.cum addit.ad eum.eo.tit.de testa.quia non potest esse accusator, & testis. Io.Ant. præd.in d.c.nouiter, nu.18. Nec ad rescindendum contractum tanquam vsurariū sufficit probare, quod contrahens erat vsurarius,nisi probetur in specie de illo cōtractu. Bal.in l.interpositas,nu.2.in fi.C.de transa. & in l.1. C.de prob. [In Regno Inventus Fuerit] per accusationem,vel inquisitionem,vt supra, secuta probatione,vt infra. [Omnium Bonorum] quæ sint bona,& quæ veniant eorum appellatione, c.relatū. lo 2. vbi Abb.1.not.de testa.& sic dicuntur,quia beant. Iser.in c.1.in fi.princ. vbi dixi. quib. mod.feu.ami.lo primo. [Suorum Tam Mobilium, Quam Stabilium Publicatione
23 Damnetur] nā illa est iustissima pena peccati,vt quisque amittat quo bene vti noluit. D.Aug.in lib.de nat.& gratia, col.antepen. in princ.An veniant nomina debitorū,Gra. hic nu.33. Bona verò alibi sita applicantur fisco illius territorij vbi sita sunt, mobilia autē iudici condemnanti. Arno.in 75.epito. & sentētialiter dānantur sine remedio sublenandi. Abb.de sum.Trin. in ver.damnatus, 1.not. vt labores impiorū iusti edant.c.relatum,ne cler.vel mon. Quæ autem pœna imponatur de iure canonico.Io.Ant.de Nig.in d.c.nouiter nostrę Maiest.nu.21. [Omnibus Etiam] quod est verbū extensiuum.Pau.de Cast.in cons.252. circa fin.post nu.3. 1.vol. [Regni Nostri Fidelibus] vassallis,de quibus inf.in consti.fidelium, de defe. impo. [Concedimus Liberam] voluntariā. Bal. in l.emancipati,1.rep.ff.de adopt.inde libere. ipso iure. idem Bal.in §.callidis,nu.1.de prohib.feu.alie.per Fre. [Potestatem] ab ista lege tributam,cū multis modis dicatur aliquid posse. Inn.in c.sciscitatus,in prin.de rescrip. [Usurariorum Nequitiam] prauitatem quam faciunt simulādo in fraudem vsurarum. Bald.in c.si quis per 30.in fi.si de feu.defun.mil.contro.fuerit. [In Publicum Deferendi] iudiciali denunciatione, quæ duplex est,& differt ab Euangelica. Abb.in c.nouit,nu.48.50.51.& 55. de iudic. [Nec A Delatione Propterea Quis Repellatur] c.repellant,de accus. [Quod] quia. gl.in l.& quāquam,in ver.& l.Senatus,in gl. fin.de contra.empt. [Damnum Proprium] causam suam, l.omnibus, C.de test. [Vel Suorum] quorum appellatione qui,& vsque ad quem gradum veniant. Bald.in l.1. post num.32.& 33. C.de his,qui accus.non poss. & sic idem ius est in suis, quod in se. Bald. in l.neganda, de his, qui accus.non possunt.

[Vel Svam Inivriam Minime Prosequantur] infra in conſt.generalia iura,cir.
fin.& ſi non vt offenſus,ſed vt perſona publica accuſat, Bal.in l.nō ſolum,§.ſi cum iure,
de oper.noui nunc. [Crimen Istud Praesenti Lege Sit Publicum] adeo quod ac-
24 cuſatore deſiſtente poteſt fiſcus accuſationē
proſequi. Mina.deciſ.39. Quod autē modis
crimen dicatur publicum, & in quo differt
publicum à capitale. Bal.in l.3.num.12.14.
& 15.C.de accuſ.& cum ſit publicum quilibet admittitur ad accuſandum, dummodo
ſit integræ famæ.Spec.in tit.de accuſatione,
§.3.in princ. ſed nō pupilli,mulieres,& alij,
qui factum reipublicæ non diligenter, ſed
inutiliter tractarent niſi ſuam, vel ſuorum
iniuriam proſequerētur, Arno.in com.156.
& ſoliloquio 4.nec inimicus. Arno.qui ſup.
in 12. problem. nec excommunicatus, ſi de
excōmunicatione excipitur, alias proceſſus
tenet. idem in comm.48.ita nec redemptor
litium, vel continuus litigator. Arno.præd.
in 9.problemate. & qui ſoluit, adducitur in
teſtem ſi renunciauit proprio commodo.
Gra. hic nu.8. poſt princ. & in ritu Magnæ
Curiæ 65.nu.1. & 2. & ſic magis attenditur
priuilegium,quam natura actionis. Bald.in
l.3.nu.3.C.in quib.cau.in integ.reſt.non eſt
neceſs. [Ita Quod Omnibus] de regno,
& habilibus. in ſim. Bal.in l.3.§.fin.d.tit.de
noui operis nunc. [Qui In Accusationibus,Et Criminibus Publicis Admittuntur, Usurarios Accusandi Licen-
25 tia Tribuatur] per ſe, non per procuratorem. l.accuſatore, §.ad crimen, de publ.
judic. etiam quod ſua non interſit. Affl.hic
in 11.not.& ſit idoneus.Abb.in c.fin.nu.13.
in fi.de tranſlat.prælat. Vltra quod nemine
inſtante contra vſurarium debet iudex ordinarius ſuum officium exercere. Abb.in c.
cum diœceſi. 2.not.de vſuris. & poteſt ſupplere non ſolum ne fiat vſurarum exactio,
ſed vt ſolutę reſtituantur.idē Abb.in c.tuas,
num.3.& 4.eo.tit. de vſuris. ſed hoc de iure
26 communi, in regno autem proceditur ordinariè per viam accuſationis,& nemo admittitur ad accuſandum tanquam vnus de populo. Gra.in c.reg. item quod prædicti officiales. & in d. c. nouiter noſtræ Maieſt. vbi
Io.Ant.præd.num.6.& 7. nec proceditur ex
officio niſi ſit vſurarius manifeſtus, vt in d.
c.item quod prædicti, vbi Io.Ant.præd.& in
ritu Mag.Cur.65. in princ. de vſurar.praui.
& accuſat debitor non obſtante ſententia,
ſi exceptio non eſt oppoſita. Arno. in ſoliloquio 74. & repetit, etiam quod ſciens ſe
non debere, promittat. l.ſi non ſortem,§.1.
in ver.indebitum, de condit.indeb. Pro inquiſito tamen interuenit procurator. Gra.
hic nu.27. licet crimen quo ad accuſandum
ſit publicum. Bal.in l.eum qui.§.in popularibus, poſt princ.ff.de iureiur. [A Nexu]
l.iubemus,de Epiſc.& cler. ideſt à iure realis obligationis. Baldus in l.fin.circa princ.
C.ſi aliena res pign.oblig.ſit. [Tamen] modificando, quod prædixit. Lucas in l.1. in
princ. de fug. colo. patri. [Praesentis Constitutionis Nostrae Iudaeos]
qui à tribu Iudæ dicuntur. Abb.in rubr. de
Iudæis. & ſunt ex progenie Chaldæorum.
Foller.in c.reg.item ſtatuimus,in princ.ſub
rub.de Iudæis. [Tantum] quæ eſt excluſiua
aliorum. Bald.in conſ.394.num.2.volum.2.
27 [Excipimus] eximimus.in ſim.in conſt.intentionis, de illic.port.armo. Ita Eccleſia
non corrigit infideles ſicut fideles, quorum
cura ſibi incumbit. D.Th.3.par.de Sacram.
q.54.alias 23.art.2. Vltra quod cæteris paribus,grauius peccat fidelis,quam infidelis.
idem D.Th.2.2.q.10.art.3.nam cum minor
ſit dignitas infidelium,quam fidelium, conſequenter peccata eorum, excepta infidelitate, ſunt minora, quam fidelium. addit.ad
D.Thom.præd.in princ. 1.2.quæſt.89.art.5.
[In Quibus Non Potest] non dicit,non
debet.gl.in l.decernimus,de Epiſc.aud.quia
ſicut non licitum eſt Chriſtianis,ita nec Iudæis. Alex.in conſ.80.nu.10.3.vol.& 27.col.
2. in fi. 4.vol.& 49.nu.3. eod.vol. [Argui Foenus] pecunia fœnebris.l.ſi verò,§.ſi mihi,in ver.fœnus, ff.mandati. [Illicitum,
Divina Lege Prohibitum] locis citatis
per Affl. hic poſt nu. 5. [Quos Constat Non Esse Sub Lege A Beatissimis Patribus Instituta] & ſic de his,quæ foris
ſunt, nihil ad nos, c.gaudeamus, de diuort.
28 Quamuis nemo poſſit dicere ſe alienum ab
ouili Eccleſię,cū omnis creatura ſit ei ſubiecta.c.ſolitæ, vbi Abb.poſt nu.7.de maior.&
obed.tamen eorum mores,& noſtri in nullo
concordant.c.ad hæc,de Iudæis. nec lex canonica aſtringit infideles. Abb.in c.fin.poſt
num.3. qui filij ſint legit. nec admittit non
Catholicos ad accuſandum, c.3. de ſimon.
[Quos Etiam Auctoritate Nostrae Licentiae] quia Princeps non habet licentiam peccādi. Bal.l.1.in 3.rep.poſt med.
ff.de conſt.Princip. nec per ſtatutum remouetur peccatum. Bald.in l.pen.2.repet.in fi.
ff.de tranſact. [Improbum] propter improbitatem,l.ſi teſtamento, in princ. ff.de fideiuſſor. [Foenus Nolumus Exercere]
immo cogimus ad reſtitutionem,cū nec ipſi
poſſint,c.poſt miſerabilem,vbi Abb.& in c.
pen, vbi etiā quomodo,& per quem, eo.tit.
de vſuris. [Sed Metam] finem, limitem,
vel terminum, & dicitur à metior meteris.
Io.An.in cap.1.poſt num.4.de homic. in vj.

[Ipsis

Ipsis Imponimvs Qvam Eis Non Licebit] non licitum erit. idem Io.And.in c.2.
nu.3.cir.med.de decim.in vj. [Transcredi] nō ſeruando modum adiectum.Io.And.
præd.in c.non poteſt, nu.1.in fi.de præb. eo.
29 lib.6. Inde tranſgreſſio à corporalibus motibus ad morales actus eſt deriuatus, nam
dicitur quis tranſgredi ſecundum corporalem motum, quando graditur trans terminum ſibi præfixum.D.Th.2,2.q.79.art.2.ita
quando metā ſibi conceſſam.[Videlicet] reſtrictiuè, & limitatiuè, non declaratiuè.
Iaſ.in l.filio quē pater,nu.19.de lib.& poſth.
[Vt Pro Decem Vnciis Per Circvlvm Anni Integri] anni circulo,infra in cōſt.
grandis,de pęna contu. [Vnam Ipsis Tantvmmodo] l.ſacroſancta, & ſeq. de ſacroſ.
eccl. [Lvcrari Liceat] licitū ſit.Io.And.
in c.2.nu.3.cir.med.de decimis,in vj. [Pro Vsvris] loco vſurarū. gl.2.in l.cum ſtipulati,de verb.oblig.& permiſit hoc ex neceſ-
30 ſitate reſpectu Chriſtianorum, qui vſuram exercent. Arno.in ſoliloquio 32.etiam quia
decennalis præſtatio, quæ eſt decima pars centeſimæ, eſt ſatis probabilis, nam etiā ſecundum vſum bonæ mercaturæ tale lucrum
affertur. Bal.in l.fin.§.præterea,poſt num.5.
C.de iure dot.[Qvidqvid] quæ dictio nihil excipit.Bal.in l.3.§.nonnunquā,ff.de vſuris.
[Avtem Vltra] quæ etiā refertur ad modicum. Spec.in tit.de diſput.& alleg.aduoc.
§.4.nu.7. in fi. [Acceperint In Nonvblvm] ſicut in officiali qui pecuniā fiſcalem
fraudauit, vt in pragm.Regis Ferdinandi I.
in ritibus R. C. [Cvriae Nostrae Componant] ſoluant. d.conſt.intentionis,& ſic
nō ſolum Eccleſia,ſed etiam Principes, quibus de facto ſunt temporaliter ſubditi, poſſunt Iudæis legē imponere. Caiet.ad D.Th.
2,2.q.66.art.8.An autē ex hoc videatur tacitè permiſſa exactio vnius pro ſingulis decem: facit quod dicit Bal.in l.ſi eum, §.fin.
cir.fin.ſi quis caut. Dic,quod facit hoc permiſſiuè, nō formaliter, quia nulla lex ſcelus
imperat,vel fouet.Bal.in l.barbarius,1.rep.
col.7.poſt princ.& fi.de off.prætor. cum nec in nummo permitti poſſit, quod eſt verius.
addit.ad Bal.in rub.C.de vſuris,& fru.lega.
& permiſit hic propter bonum publicum, nō vt hęreticus.Bal.in l.1.nu.3.& 4.de ſum.
31 Trin. cum aliud ſit permittere, aliud de nouo inducere.idem Bal.in l.Gallus,§.fin.col.
fin.circa princ.de lib.& poſthu.alias peccaret,& nō poſſet multa. Gra.hic nu.13.vſque
ad 24. ſed quod permittimus nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates
ad plenum prohibere non poſſumus.Spec.in tit.de diſpenſat. §.7. ante nu.2. tamen quia
immoderatas exigebant, idem Spec. in tit.
de reſcript.præſenta.§.4.nu.25. permiſit vt aliquid vtilitatis percipi poſſit.Bal. in l.ſeruitutes,§.1.de ſeruit.vrb.præd.& ad dictam
32 rationē permiſit, quia valor fundi eſt cuius fructus in quindecim annis ęquiualent æſtimationi. idem Bal.in l.ſi quis argentū, poſt
princ.nu.3.& 4.C.de donat. [Vt Ex] quæ dictio notat cauſam per ſe,non per accidēs.
Bal.in l.ſi de interpretatione,1.repet. circa med.ff.de legi. [Abvsv Licentiae] cum
debuiſſent ſecundum eius conditionē ea vti.
l.ſed & ſi,ff.de vſufr.& quemadmo.quis vta.
[Qvam Eisdem, Propter Necessitatem Hominvm Coacti Relinqvimvs]
33 & ſic lex humana hoc permiſit pro communi vtilitate creditoris,quia commodum recipit, & debitoris, quia forte moreretur ſi
mutuum nō inueniret, cum homines nolint gratis mutuare pecunias. Bal.in l.1.cir.fin.
poſt num.4. & in auth.ad hæc, 3.not.eo.tit.
de vſuris. ſed propter neceſſitatem videtur conceſſum, quatenus neceſſitas patitur.
Abb. in cap. Deus, qui. 3. not. de vita, & hon.cler. vnde in bello accidunt grauiſſimæ
vſuræ, Cæſar de bello ciuili, lib.3.car.183.
& neceſſariò permittitur,quod alias nō permitteretur. Bal.in l.Imperator, la ſeconda,
in 2.rep.poſt princ.de ſtatu hom. & licitum facit,quod alias eſſet illicitum.Pau.de Caſt.
in conſ.202.nu.2.in princ.vol.1. [Commodvm Vltra Licitvm Non Consequantvr] nam punitur qui illicitè vtitur permiſſis.glo.pen.in l.qui ſine.ff.de negoc.geſt.
34 cum permiſerit ad euitandum maius ſcandalum. Spec.in tit.de diſpenſat. §.3.num.1.
cir.fin.& poſt nu.4. ita Eccleſia non dat licentiam contrahendi contra votum, ſed
non dirimit contractum,ne deterius contingat.Abb.in c.veniens,poſt nu.6.qui cler.vel
vouentes.
35 Sed contra, pecunia non debet eſſe ſterilis, l.quid ergo, §.contrarium, ff.de contra.
tute.actio. & de proprio quis viuere debet.
Bald. in auth. & qui iurat, num.39. in fi. de bonis aucto. iud. poſs. etiam quia propter
vſuras mundus ſuſtentatur. Affl.in §.ſimiliter,num.6.de contro.inueſt. adeo quod vtile eſt inueniri fœneratores, quia multorum
pericula fugiunt. Bal.d.l.2.in 2.rep. col.32.
in fi.de iureiur. illas accipere dulce eſt.l.ait prætor, §.ſi fraudator, in ver. dulcedine, ff.
quę infra. cred. Intantum quod Imperator propter mundi neceſſitatem non potuit ex
toto tollere obligationem vſurarum,ſed tantum minuere. Azo.in ſum.circa fin. C.eod.
de vſuris, poſt num.20. nec debet addi pœna, cum debeamus eſſe contenti pœnis à lege comprehenſis. Bal.in l.libertæ tuæ. C.de
operis libert.

36 Dic, quòd prædicta procedunt secundum laicos, qui sunt nimis fauorabiles vsurarijs. Bal. in §. similiter, nu. 2. cir. med. de contro. inuest. & de vsuris, quæ frequẽtantur in prouincia, l. vbi, §. pen. de verb. oblig. quia ille exigi poterant. l. & in cõtraria, ff. eo. de vsuris. & in earum quantitate mos regionis ser uabatur. l. Africanus, §. 1. de leg. 1. multum tamen in factis contra ius proficit consuetudo ad inducendam dispensationem. Ant. de Butr. c. 2. in 3. not. de temp. ord. nam plerunque quisque hominum ea tantum culpan da arbitrãtur, quæ suæ regionis, & temporis homines vituperare, atque damnare cõsueuerunt. D. Aug. 3. de doctr. Christ. col. 8. cir. princ. & tunc recipiuntur potius loco permutationis, quam loco pœnæ. Bald. l. 3. in 2. not. C. eo. tit. de vsur. vltra quod prudentum interpretatio obuiat illicito lucro. Bal. in l. cum Aquiliana, 1. repet. nu. 2. ff. de transact.

37 & sic licet iure Romano permittantur ad euitandum maiora, non tamen licet. gl. in c. 2. in ver. lex, & seq. 10. dist. quia vincit ius diuinum in vtroque foro. prima enim causa potior est omni causa secũda, maxime quan do prima est infinitæ potẽtiæ sicut est Deus, Bald. in rub. in princ. & l. 2. in 3. not. d. tit. de vsuris. adeo quod d. auth. ad hęc, quę permisit vsuras mediocres, est correcta. Bald. in d. auth. nu. 2. & l. eos, in princ. nec est licitum accipere quantumcunque modicum, etiam vigore statuti, vel consuetudinis, quæ nõ valent cõtra ius commune. in d. l. eos, §. super, 4. not. & post num. 1. C. eo. de vsuris. & licet percipere vsuras sit lucrum, est tamen odiosum. idem Bal. in conf. 360. post nu. 2. 1. vol. & lucrum cum turpitudine semper concordat, honor à lucro semper discordat. Bal. in l. 1. cir. fin. C. si omi. cau. testa. Ratio persuadet humana vt possit quis pecuniam fenebrem exercere, vt sup. nu. 36. sed disciplinæ, & saluti est contrariũ. idem Bal. in rub. in fi. C. de vsu. & fruct. lega. & fœnerator, quando

38 exercet misericordiam fœnerando, non est misericordia, quia peccatum committitur, misericordia autem non habet in se maculam. Bald. in l. si quis nec causam, in princ. num. 2. si cer. pet. sed qui vsuris diripiuntur verè miserabiles censendi sunt. Mina. decis. 39. nu. 6. & debitori magis expedit vendere, quã vsuris subijci. glo. in l. 1. in ver. propter, de prohib. alien. mino. in Longob. nam quan do soluit vsuras videtur quod soluat oculos. Bal. in l. indebitas, C. eo. de vsuris. Vltimo, imposita pœna ordinaria, an possit imponi extraordinaria. Bal. in l. vbi falsi, nu. 2. C. de falsis.

39 Nota vltra supradicta in rub. quòd vsura dicitur quasi raptus vsus, quia quis rapit, & inducit vsum vbi vsus in veritate nõ est. Abb. in d. rub. de vsuris. & non vsus cuiusque rei, sed fructificantis contra naturam suam secundum voluntatem mutuantis. add. ad D. Th. 3. par. q. 67. alias 36. art. 5. vnde dicitur abusio, c. 3. de iure patr. c. in Archiepiscopatu, de rapt. & l. si cum dotem, §. si autem, sol. matr. quia vtitur re contra suam naturam. Abb. in c. 2. 1. not. de conuer. inf[?]del. immo perniciosus abusus, c. pen. de celebrat. Miss. & est quidquid accedit sorti per pactũ, differt tamen à pœna, & interesse. Bal. in l. vni. nu. 1. & 19. cir. med. de sent. quę sine cer. quã. Vel quãdo pecuniam mutuo plus quam de-

40 dit expectat, tunc quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est, c. 1. ne cler. vel mon. etiam mẽte, nisi speret ex affectu amicabili eius cui mutuauit. Caiet. in tract. de vsura, cap. 2. & ad D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. alias tenetur ad restitutionem si cognoscet, quod munus sibi à mutuario oblatum non sponte, sed quasi vsuras soluẽdo datur. idem ad eũdem 2. 2. q. 100. art. 6. col. 1. post princ. ita promissum supra legitimum modum est illicitum, l. solutum, §. si in fortem, ff. de pig. act. quia lucrũ potius personæ attribuitur, quam pecuniæ. Abb. in c. fin. in fi. de vsuris.

41 Inde vsurarius dicitur committere rapinã. Gra. hic nu. 9. æquiparatur raptori, ita quod nullo colore potest retinere. Bal. in l. constitutionibus, in fi. C. eo. de vsuris. est infamis. l. improbum, vbi Bal. C. ex quib. cau. infam. irrog. nisi restituat. idem Bald. in d. rub. post nu. 2. C. eo. de vsu. vel soluatur animo donandi, quia tunc purgatur turpitudo. Bal. præd. in l. 1. nu. 8. in fi. C. de cõd. ob turp. cau. licet mala fides lædet hominis famam. Bald. in l. pen. C. de euictio. & est prohibita vsura iure diuino, & humano. Zab. in clem. vni. in prin. 2. not. & nu. 4. de vsuris. nouo, & veteri te-

42 stamento. Abb. in c. 3. 2. & 4. not. eo. tit. Inn. in rub. eo. tit. formaliter cõmittitur in contractu mutui. Paulus de Cast. in conf. 160. in princ. vol. 1. tam pecuniæ, quam specierum. l. pro auro. vbi Bal. C. eo. tit. & non solũ prohibetur exactio, sed etiam quod non possit conuerti in fortem. in l. fin. d. tit. de vsuris. etiam quia quando vsura est redacta in fortem, debentur vsurę de omnibus, l. qui negociationem, in fi. & §. 1. in ver. fungi. ff. de admin. tut. nec potest peti etiam datis pignoribus. Bal. in l. pretij, C. mandati. & qui soluit, repetit, etiam quod sciens se non teneri promittat, l. si non sortem. §. 1. in ver. indebitum, ff. de cond. indeb. si est plus debito, per errorem solutum extinuat fortem. Bal. in l. creditor, §. fin. de solutio. fructus consumpti extinuant capitale. Bald. in l. diuortio, §. ob donationes, post med. solu. matr. corrodunt debitum.

debitum. Bal. pręd. in fin. in rub. nu. 15. circa med. C. de contrahen. empt. & potest repeti. Paul. de Cast. in cons. 55. nu. 4. 2. vol. conditione indebiti. Spec. in tit. de actio. seu peti. §. 2. nu. 51. etiam coram iudice seculari, non obstante, quod iurauerit non repetere, nam tale iuramentum præsumitur extortum. Abb. in c. ad nostram. 1. & 2. not. & c. ex lite-
43 ris, nu. 7. de iureiur. Vltra quod qui accepit mutuo seruus est fœneratoris. Bal. in l. indebitas, C. de vsuris. adeo quod facit debitore confiteri coram Episcopo, quod instrumentum est purè, & merè capitalis. Bald. in l. 1. nu. 1. de collu. deteg. & l. vni. nu. 5. de confessis. propter necessitatem enim homines faciles sunt ad confitendum. Bal. in l. 3. col. 1. in fi. post nu. 3. & in l. in contractibus, nu. 4. cir. med. C. de non num. pec. nam prodigaliter viuentes, vsuris confecti, pauperes efficiuntur. Arist. 5. Politic. 12. vnde fiscus non vtitur iure speciali in exigendis vsuris. l. fi-
44 scum, de vsuris fiscal. lib. 10. minus licet positis in dignitate, quam alijs, plus mercatoribus, quam alijs. not. Bal. in l. eos, §. super. C. de vsuris. & nō solum singularis persona, sed vniuersitas prohibetur etiam exercere vsuras, ita & Ecclesia. Abb. in cap. fin. nu. 4. & 13. eo. tit. de vsuris. non mercatoribus. in c. cōquestus. 1. not. & nu. 5. eo. tit. nec viduis, vel pro redimendis captiuis. idem Abb. in c. pen. nu. 8. cir. fin. de don inter vir. & vxor. adeo quod nec est licitū de eis fieri eleemosynam, sicut in eo qui ea intentione rapit. add. ad D. Th. 3. par. de Sacram. q. 130. alias 99. art. 5. Ibi exim. intantum etiam, qui ca-
45 pit ad vsuram peccat, nisi cœperit, vt faciat aliquod opus virtutis. Inn. in c. 3. eod. tit. de vsuris. & aduocati dictantes instrumenta in fauorem vsurariorum puniūtur. Bal. in rub. cir. fin. C. res inter alios acta notarij debent officio priuari. Bald. in §. callidis, in fi. post nu. 7. de prohib. feu. alie. per Fred. & pnnitur pœna periurij. Arch. in c. pen. & fin. 46. dist. Proxoneta verò an teneatur in subsidium, Affl. in §. similiter, nu. 8. in fi. de cōtr. iuuest.
46 Est tamē permissa vsura de hoste ad hostem. Arno. in 5. problemate. & iustè ab eo exigitur, cui iure nocemus. c. fin. 14. q. 4. quod an sit verum vide Turrecrem. eo. c. fin. 14. q. 4. & si nō potest peti vsura vt lucrum, si passus est damnum petit vt interesse. l. 1. in ver. Petrum, de sum. Trin. & quod soluitur loco interesse est licitum, etiam de iure canonico, l. 2. vbi gl. 1. eo. tit. C. de vsu. vnde potest peti dānum, quod pro mutuo incurrit, & expensas pro conducenda pecunia mutuanda, si alibi extat, necnon mercedem notarij pro securitate mutuantis. Caie. in tract. montis pietatis, c. 8. col. 2. D. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ibi ad primum. ita fideiussor si soluit repetit & interesse, sicut & procurator. Bal. in l. si verò, §. si mihi, & l. in contraria, ff. mand. nam & si vsuræ sint prohibitę interesse nullo iure prohibetur. idem Bal. l. 2. in 2. repet. col. 3.
47 post prin. de iureiur. & vsura punitoria, quæ est ex mora, etiam iure diuino permittitur, nam interesse est licitum quocunque nomine nuncupetur tam in damno, quā in lucro. Bal. in auth. ad hæc, post nu. 3. eo. tit. de vsur. & si est mercator, potest petere interesse lucri cessantis. Affl. in decis. 20. Gra. hic nu. 3.
48 Est autem interesse triplex, conuentū, commune, & singulare, & qui promittit, intelligitur promittere eo casu quo de iure venit, & iudex arbitrabitur, si pars clarè non probabit. Bal. in l. si traditio, nu. 2. 4. circa med. & 5. cir. fi. C. de act. empt. lucrum verò mercatoris quādoque maius est qualibet vsura, & tamen est lucrum licitum. Bal. in l. fin. de peri. & commo. rei vend. quamuis lucrum aliud sit rei, & aliud spei. Bal. ad Spec. in tit. de fru. & expen. col. 3. circa princ. quo modo probabitur, & taxabitur lucrum quod est in spe. Bald. in l. si commissa rem rat. hab. non tamen potest in pactum deduci lucrum speratum, nec diuertere pecuniam à negociatione, vt aliquid habeat ex mutuo, vel exigere pro subuentione proximi. Caiet. ad D. Thom. vbi sup. col. 4. cir. fin. 2. 2. q. 78. art. 2.
49 Insuper cum interesse de quo suprauenit lucrum cessans, & damnum emergens. Bal. in l. centū Capuæ, col. 2. cir. fin. de eo quod cer. loco. non tamen est licitum petere totum lucrū cessans, sed aliquid arbitrio sapientum. Caiet. in tract. de vsura, q. 6. & ad D. Th. 2. 2. q. 62. art. 4. cum damnum ex causa lucratiua sit diminutio quærendorum nō quæsitorū digressio. Bal. in l. Aemilius, 2. rep. nu. 11. in princ. ff. de minor. sicut interesse intra, & extra rem. Spec. in tit. de fruct. & intere. §. 6. nu. 2. in fi. 11. & 12. & differentia inter damnum emergens, & lucrum cessans est, nam semper impeditur lucri impeditio, sed non damni datio. Bal. in l. fluminum, §. fin. in fi. & l. Proculus, in gl. pen. de dam. infe. eadem ra-
50 tione vir vsuras moderatas recipere potest, donec soluatur dos. Bald. in l. pro oneribus, cir. med. C. de iure dot. secundum consuetudinem regionis, & appellantur alimenta dotis. idem Bald. in l. fin. §. præterea, post nu. 4. & 5. eo. tit. de iure dot. vnde valet statutum, quod socer nō soluens dotem, soluat genero decem pro centenario, nam cedit ad pacem inter affines, ad remouendas lites, & sollicitandum debitores, ita si vult, quod viduæ soluantur quinque pro centenario donec restituatur dos, nam est in fauorem sexus, & pœnam hæredum mariti. Caiet. ad D. Th. q. 78. art.

art.2.col.6.in fi. & 7. in princ. Vltra quod per lapsum biennij contrahitur mora irregularis ex qua veniunt fructus, & vsuræ. Bal. in d.l.fin.§.præterea, in repet.antiq.& si res in dotem datur, quando vir facit fructus suos. Bal. in l.vnica, C.de vsucap.pro dote, & emptor ratione fructuum. Bald. in l.curabit, de act.empt. in recompensam vsusfructus, in l. hac edictali, §.his illud, col.fin. in princ.de
51 secundis nupt. Et sic vsuræ omni iure sunt prohibitæ, fallit in quindecim casibus. Cass. in consue.Burg. rub.4.§.23.in princ.nu.20. vsque ad 47. extra illos casus vtiliter fit cũ dat pauperibus, qui licet non habeant quid retribuant, remanet tamen beneuolentia orandi pro eo, & si tenet pauperes redditores, idoneum tenet fideiussore, qui pro temporalibus æterna, pro terrenis dat cælestia. D.August.in psal.36.concio.3. col.5. & seq. Fœnerare ergo Christo, nam in terra accipit parua, & reddit in cælo multa. idẽ Aug.
52 psal. 48. col. 10. Non omitto, quod potest etiam peri interesse ratione loci, & non temporis, nam tempore nundinarũ mercatores indigent pecunia. Bal. in l.rogasti, §.si tibi, col.pen. post med. si cert.pet. & locus sicut dies solutionis est pars contractus. idẽ Bal. in l.2.rep.2.col.35. circa fi.d.tit.de iureiur. Olim dicebatur nauticũ fœnus, seu pecunia recepta super corpore nauis, & nauli, & ille subibat periculũ illius pecuniæ, & casus fortuiti: hodie dicitur pecunia data ad cambium. Affl. in c.feudũ, col.3.post princ. si de feu.defun.mil.contro.fue.inter dom.& agn.
53 istud cambium est licitum ratione loci, non temporis. Bal. in rub.nu.1.& 2.C.de constit. pec. nam capsor non est certus de lucro, sed est loci cõmercium, & fortuna, vnde est permutatio, & non mutuum. Bal. in l.2.num.1. cir.med. de vsuris. nam fiunt cambia prout currunt communiter in illis locis, & dicitur lucrum consuetum, quod consuetudo approbat, vt in tract.7.de cãbijs inter tract.Caie. c.7.cir.fi. Isto modo valor pecuniæ est secundum frequentiam, & cambium ipsius loci. Bal. in l.si quis argentum, in princ.nu.1.cir. med.C.de donat. & ratione loci in pecunijs versatur interesse, l.ideo, eo quod cer.loco. Bal. in l.vsuras, in fi.de solut. Ex inæqualitate numismatum videtur orta ista commutatio, vt ad numisma maius parua addatur, ad supplendã rei inæqualitatem, in d.tract. c.5. cir.med. vnde cambium minutum licitum est capsoribus dando minus, quam recipiunt, moderate lucrando secundũ loci consuetudinem. Vnde in commutatione numismatum iniustum est si indigenti pecunia Mediolani, datur pecunia sub nomine cambij Lugduni, vel Londres, nam secundũ veritatem, vbi datur, est restitutio facienda, siue fiant literæ cambij, & non præsententur, siue non fiant, est mutuum sub nomine cambij.
54 ista, & alia in tract. præd. & cambium sine literis dicitur siccum, & est illicitum. Paul. de Cast. in cons.127. 2.vol. & si habuit literas, verum eas in itinere amisit, adeo quod cambium non est secutum, repetit depositũ, liberando mercatore ab ipsis literis per publicum instrumentum, ita si promisit restituere chirographum soluto debito, quod amisit. Bal. in l.instrumẽta, in fi.de fideicom. Et si is qui fecit literas cãbij aufugit, quia facta est permutatio debitoris, & loci, si creditor illas præsentauit illi cui sunt directæ, illius est creditor, alias eius qui aufugit. Bal. in l.pro debito, nu.2.de bonis auct.iud. poss. & durat debitum si literæ effectum nõ habent. Bal. in l.si literam, d.tit. C.de solut. Quid si dicitur, quod non facta solutione in primis nundinis, cambium currat pro sequentibus, in d.tract.de cambijs, c.7. Ven-
55 dere autem carius propter dilationem temporis non licet, & venditor venderet in præiudicium animæ suæ, vltra quod possit in foro contentioso compelli ad restitutionẽ. Alex. in cons.93.nu.4.vol.6. Inn. in c.consuluit, in fi.& c.fin.de vsuris. Arch. in c.fin. circa fin. 14.q.3. Quid si res postea fit maioris pretij. c.si quis, & c.quicunque, ea.cau.q.4. Venditio facta carius propter prorogationem. Alex. in cõs.121.in 2.dubio, post nu.4.vol.5. si fit ante moram non valet, si post moram valet. idem Alex. in cons.31.nu.14.cir.med. 6.vol. ita in venditione pilorum, qui possunt plus vẽdi ad terminum anni, quam præsenti pecunia, si non inuenitur emptor, cum illa qualitate dilatio fit gratia commoditatis, & vtilitatis emptoris. Dec. in cõs.111. Abb. in c.ad nostram, nu.3.de empt.& vend. in c. in ciuitate, & c.fin. nu.6.7.& 10. de vsuris.
56 Quid in contractu assecurationis, in quo mediante pecunia quis suscipit periculũ alterius. multa Foll. supra in const.post mundi machinam, post nu.13.& 14. verum si suscipit in se periculũ nauigationis, intelligitur suscipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris, nec tenetur si metu hostium, vel maris impetu nõ seruauit locum itineris. Bal. in l.cum proponas, in prin.& nu.11.de nau.
57 fœno. Vltimo, si res plus emitur, & minus venditur in fraudem vsurarũ, oportet quod testis deponat de duobus actis simulatis, scilicet emptionis, & venditionis de maiore, & minore pretio. Bal. in cõs.438.nu.11. 5.vol. & tunc licet instrumentum vsurarij quatenus excedit veram sortem, rescindatur in totum, & non vsque ad veram sortem. Bald. in l.si cũ exceptione, §.fin.1.rep. quod met. cau.

cau. & vsurarij, qui exigunt duplum veræ sortis, debent cadere etiam à vera. not. in l.vni.C.de plus petit.tamen stipulatio in eo quod excedit legitimum modum vsurarum nõ tenet,in alio lic,gl.in l.placuit,& l.pecuniæ,cum ibi not.ff.de vsuris. nam modicum excedere,vitiat superfluum,non permissum. not.Bal.in d.l.cum allegas,3.not.C.de vsur. sicut contractus, qui est pro parte verus, & pro parte simulatus, pro parte valet, & pro parte non, & vtile per inutile non vitiatur. idem Bal.in l.ab Anastasio,2.not.C.manda. adeo quod contractus quando excedit modum, debet reduci ad modum. Bal.in l.cum quidam, in princ.d.tit.ff.de vsuris. & reducitur ad verum pretium cũ interesse,vt pra-
58 cticaui, & si, vt supra, venditur carius propter prorogationẽ temporis, puta res valoris decem,venditur pro quindecim, soluendis inde ad annum,est vsura.Bal.in rub.2.q. C.eo.de vsur. D.Th.2.2.q.78.art.2.in fi. vbi idem si emptor emit vilius eo quod pecuniam ante soluit.
59 Secundo noto, quòd lex superueniens addit,& non tollit priorem. gl.in l.item ait,in ver. inquietari, ex quib.cau.maior. Immo quando duæ leges concurrunt ad eundem effectum, si cessat vna,remanet alia, l.si non lex,vbi Bal.in princ.de hæred.instit. & duabus actionibus vnitis, illud retinet, quod melius fuerit in vtraque.Spec.in tit.de cler. coniug.num.14. extraordinarium auxilium concurrit cum ordinario, quando est introductum causa coadiuuandi, secus si in subsidium. Bal.in l.1.§.1.post med. ff.de rei vẽd. ita Episcopus adiuuat dispositionem canonis per appositionem pœnæ. Abb. in c. fin. 2.not.de eo qui furti.ordi.recepit, c.3. post nu.5. de pœnis, c.à nobis, 1.not.de sentent. excom. statutum roborans adijcitur.c.peu. de mag.quia interest habere plura remedia. Bal.in l.pater filium,3.rep.col.2. post prin. ff.de inoff.testa.& plures pœnæ quando concurrunt ratione eiusdem facti quomodo im ponuntur. idem Bal.in l.quid ergo, §.pœna grauior,2.rep.col.1.in fi.& 2,de his,qui not.
60 infa. Iudicium verò hominis debet se conformare in sui iustitia iuri diuino.c.vni. vbi Abb.1.not. vt eccles.benef.sine dimi.confe. vt sic nostrum procedat de vultu Dei iudicium.eo.c.vni.in princ. Nec Imperator hic voluit pœnæ diuinæ derogare.add.in sim.ad Spec. in tit. de pœna temere litig. ibi vers. sed vt diuinam, & eius effugiant vltionem. c.sane,de celebr.Miss. prohibuit vsurariam prauitatem,etiam quod ius quandoque auxilia inducat superuacua. Io.And. ad Spec. in tit.de causa poss.& prop. §.3.in ver.conduxit. sed vbi per legem est prouisum, non oportet,quod iudex proget prouisionis effectum. Bald.in l.qui sub conditione, §.fin. in princ.de cond.instit. adeo quod per pœnam conuentionalem legali renunciasse videretur. Spec.in tit.de emphyt.nu.46.
61 Tertio nota,quòd Iudæis vsura permittitur infra certam summam, propter commoditatem, & maius malum euitandum,& seruata forma pacti, eis iustitia ministratur. Paulus de Cast.in cons.357.2.vol. ita Deus, quamuis omnipotens,& summè bonus permittit aliqua mala fieri in vniuerso, quæ prohibere posset, ne eis sublatis maiora bona tollerẽtur, vel peiora mala sequerentur, sic in humano regimine ij, qui præsunt, rectè aliqua mala tolerant,ne aliqua bona impediantur, vel aliqua mala incurrantur, vt de meretricibus,& vsuris,de quibus hic. D. Th.vbi Caiet.in princ.2.2.q.10.art.11.licet
62 alias non valeret consuetudo quod sit licitum fœnerari ad duos denarios pro libra. Bal.in l.de quibus, 1.repet. nu.11.ff.de legi. vel quod detur vsque ad certum modum. in l.1.2.rep.cir.princ. ff.de const.Princ. Iudæis verò permittitur, quia de eis tanquam perditis sancta Mater Ecclesia non curat. Aff. hic 13.not. & canones illos non astringunt, nisi post Baptismũ. Abb.in c.de infidelibus, 2.not.de consang.& affi.& lex humana,quia non solum datur virtute peritis, sed etiã populo vbi sunt multi à virtute deficiẽtes,ideo non potest prohibere quidquid est contra virtutẽ,sed sufficit prohibere,quæ destruunt cõmercium hominum,alia sunt quasi licita, non quia comprobat, sed quia non potuit. Gra.infra in const.matres, nu.3. & sic tole-
63 ratur,quandoque iniquitas. gl.1.in l.elegan ter, §.fin. de cond.indeb. Sustinetur minus malum, & eligitur, Arist.5.Ethic.6. vt euitetur maius. Abb.in c.vt clericorum, nu.4. in fi.de vita,& honest.cler.& multa permittuntur per consequẽtiam, quæ principaliter non permitterentur.idẽ Abb.in c.fin.nu.42. post med.de foro comp. tam in infirmitatibus animi,quam corporis. Ant.de But.in c. ex parte, lo 2. in 2.not.de corp.vitia. c.duo mala.13.dist. Sed videtur, quod Iudæi debeant esse subiecti Christianis. c.Iudæi,vbi Abbas 3.not.de testi. Christi mors nos liberauit,& Iudæos seruos effecit. c.& si Iudæos, de Iudæis.& successiuè non debent potiri maiore prærogatiua,quã Christiani.Abb.in c.licet, 1.not.Abb.d.tit.de testi.nam pro magno habere debent, quòd eos toleramus in eorum obseruantijs, c.consuluit, de Iudæis. tanto magis,quia vbi Fides non est,iustitia de qua tractamus locum habere non potest. c. vbi
64 sana. 24.q.1. etiam quia diuersitas rituum inter superiorem, & inferiorem, dummodo sint

ſint ſub vna Fide, non impedit iuriſdictionẽ
ſpiritualem. Ant.de But.in c.quod tranſla-
tionem, 1.not.de temp.ord. tenetur tamen
ſuperior habere viros idoneos, qui ſecundũ
diuerſitatem linguarum diuerſa eis officia
celebrent, c.quoniam,de off.ord. ſicut ſæpe
contingit,quod in eadẽ ciuitate ſint Græci,
& Latini, Galli, & Teutonici. Abb.in d.c.
quoniam,3.not. Iudæi,& Chriſtiani,vt præ-
ſupponitur hic,vbi prouidet negocijs, & nõ
perſonis.c.fin.in princ.de offic.deleg. Vnde
65 qui res pignoratas minus diligẽter excuſſit
à tineis,tenetur de leui culpa, & negligẽtia.
Bal.in l.quę fortuitis,nu.12.cir.med.de pig.
act. & fœnerator tenetur furti ſi ſciẽter res
furtiuas pignori accepit. Bald.in l.eos,qui.
C.de furtis. ita ſi Iudæis ex priuilegio con-
ceditur,quod poſſint mutuare ſuper re furto
ſubtracta,& quod non teneantur reſtituere,
niſi ſoluto pretio cum vſuris, non procedit
ſi ſcirent illam furto ſubtractam, quia tunc
illam reſtituere tenentur vero domino ſine
pecunia,& vſuris. Arno.in 72.problemate.
66 Vltimo nota, quòd omnia crimina ſunt
priuata, niſi lege dicatur quod ſint publica.
Bal.in l.1.§.in initio,nu.7.cir.med.de offic.
præſe. vrbis in l.tranſigere, nu.23. cir.med.
C.de tranſact.gl.1.in l.2.ff.de concuſs.anti-
qui quædam dicebant publica, & quæ non,
ſed quæ lex dicit eſſe publica,non eſt dubiũ.
Bal.in l.pen.poſt nu.4. de delato. ſecundum
canones omne delictum eſt publicum. gl.in
c.fin.in ver.in omnibus,2.q.3.gl.2.in c.infa-
mes,6.q.1. & iſta publica iudicia non ſunt
inuenta ad publicam vtilitatem priuatorũ,
ſed propter publicam vindictã. Bal.in l.fin.
poſt nu.16. C.de ędil.actio. & tunc quilibet
accuſat factum tanquam cõtra legem præ-
ſumptum, §.ſi verò altera, auth.de nuptijs.
& ſententia lata cõtra vnum,omnibus eiuſ-
dem conditionis,& cauſę præiudicat.Bal.in
l.non cogendum,§.qui ita,ff.de procur.vnde
qui poteſt aliquid iure ſuo,non debet venire
iure alieno. Bal.in l.licet,in princ. eo.tit.de
procur. nam plus iuris habet,qui prætendit
intereſſe propriũ, quam quilibet de populo.
idem Bal.in ea.l.licet,in princ.nec admitti-
tur contradictor, ſi ſua non intereſt. Bal.in
67 l.2.in fi. ſi ex noxa.cau.aga. quia inhoneſtis
quãdoque temere agitur. Abb.in c.Ioannes,
1.not. de regul.& tranſe.ad relig. & dicitur
temerè,ſi ſine neceſſitate,vtilitate,vel iocoq-
ſè agit. idem Abb.in c.ſicut noſtris,nu.3.de
iureiur. inde propria temeritas, c.licet, de
68 probat. Ex quibus præſumitur contractus
vſurarius, nimia, & inſolita cautela facit
contra contractus. Bal.in l.rogaſti,§.ſi tibi,
col.2.in princ.ſi cert.pet. ita alteratio con-
tractus,pacta inſolita,& quia eſt vſurarius,

faciunt contra eum præſumi.idẽ Bal.in c.1.
num.8.poſt med.de feudo dato inuicem leg.
com. multa Ant. de Alex. in conſ.52. inter
conſ.Loffr.nu.33.& 45. modicitas pretij, &
pactum de retrouendẽdo in alio contractu.
Mina.conſ.28.nu.13. & ſeq. pœna inſolita.
Arno.in comm.22. pœna in contractu mu-
tuo facit eum vſurariũ. Gra.infra in conſt.
inſtrumentorũ robur,nu.17.modicitas pre-
tij,vt ſup.cum pacto de retrouendendo,etiã
quod non ſit ſolitus fœnerari, facit contra-
ctum feneratitium. Pau.de Caſt.in cõſ.306.
poſt nu.5.vol.2. Abb.in c.conqueſtus, nu.7.
de vſuris. Affl.in deciſ.65.Dec.in conſ.692.
& Arno. in 35. problema. licet contrarium
tenuerit Io.Ant.de Nigris in c.reg. nouiter
noſtræ.nu.27. Vnde dic,quod in mutuo non
diſtinguitur conſueuit fœnerari, vel non, in
alijs ſic.gl.in d.l.rogaſti,in ver.condici. vbi
Bald. §.1. poſt princ. & col. 2. circa princ.
69 Pactum de lucrandis fructibus loco vſura-
rum nõ tenet niſi in caſibus à iure canonico
expreſſis.Bal.in l.1.de diſtra.pig. Inſtrumen
ta renouata in fine primi termini, cũ fama
publica probant vſurarium.Abb.in c.ex li-
teris,nu.6.de iureiur.ita & pacta præceden-
tia firmata inter partes. Bal.in l.item quia,
1.rep.circa fin.ff.de pact. Ex varijs cautelis
præſumitur fraus. Bal.in l.etiam,nu.5.in fi.
de execu.rei iud. alias ex abundanti cautela
non præſumiẽ fraus,vel mala fides. not.Bal.
70 in l.pen.C.de euict. & ſic cõtractus vſurarij
quidam ſunt expreſſi, quidã velati, quidam
ſunt contractus vſurarij ex forma, quidam
ex fraude,& mala intentione. Bald.in rubr.
nu.2.in fi.& 3.C.eo.de vſur.multũ frequen-
tatus cenſetur permiſſus. Io.Ant.de Nig.in
d.c.reg.nouiter noſtrę.nu.20.& valet ſi ven-
ditur iuſto pretio,alias ſi venditur res valo-
ris mille pro octingentis,cum illis pactis in
fraudem vſurarum,mutuum magis,quã ven
ditio putaretur. Caiet.ad D.Tho.2.2.q.77.
art.1. col.4. poſt med. In dubio non debet
actus iudicari vſurarius. Alex. in conſ.200.
71 nu.4.6.vol. Et pacta ſi poſſunt eſſe licita,nõ
præſumuntur eſſe facta in fraudem,quia po-
tius debemus præſumere bonum,quam ma-
lum. Bal. in conſ.128.poſt nu.1.vol.1. diffe-
runt tamen contractus ſimulati,& vſurarij.
Bal.in d.l.rogaſti,§.ſi tibi,col.2.cir.fi. aliud
falſus,& aliud ſimulatus. in l.1.nu.3.cir.fin.
plus valere quod agi. aliud non falſus, nec
ſimulatus,& qui ſint,in l.3.poſt num.5.C.de
72 non num.pec. Et ad probandum totum vni-
uerſale in iſta materia vſurarum ſufficiunt
teſtes ſingulares.ſimi.Alex.in conſ.72.nu.3.
& 4.& 100.nu.5. 1.vol.& 3.poſt nu.6.2.vol.
quia eſt crimẽ generale,ſicut hęreſis,& pro-
batur per ſpecialia. Bal.in l.falſus,num.39.
poſt

post med.& in fi. C.de furtis.& in l.iusiurandi. C.de testi.vel dist.vt in c.cum omnes,de const.gra.in ritu Mag.Curiæ 65.regulariter testes singulares non admittuntur, & si vsurarius condenaretur,testes possent repetere vsuras . Arno. in soliloq.36. hac ratione de iure cōmuni, qui habuit à Titio sub vsuris, nō est idoneus testis ad probandum Titium esse vsurarium,toto tit.ff.C.& extra de vsuris.hic verò per c.regni Ludouicus,& Ioanna probatur per testes etiā singulares si sunt tres, & renunciauerint proprio commodo . Affl.hic post nu.21.Gra.nu.7.& 8.& in d.ritu 65.nu.1.& 2.& operatur hoc constitutio, quod probent testes singulares. Bald.in d.l. rogasti,§.si tibi,col.2.post princ. si sunt fide digni iurati, & testificantur accusatū in eos exercuisse vsuram , & probant etiam quod sint singulares, & in eorum proprijs causis. Arno.in 80. differentia vtriusque iuris.vt sic ex causa nobilitatis,& integritatis ipsorum possit iudex moneri ad iudicandū secundum dicta ipsorum. idem Arno.in soliloquio 59. vnde non probarent si non probaretur esse fide dignos. idem Arno.in 14.epitomate . Repetuntur autem vsuræ à domino, non ab institutore. Bal.in l.qui hominem,in princ. de solut. vel is qui recepit, etiam si nomine alieno,nisi dominus ratum habuerit. Bal.in
73 l.si procurator. §.fin. de cond. indeb. Vnde fructus rei emptæ ex pecunia vsuraria, sunt emptoris , res verò empta potest vendi , vt satisfiat creditoribus. D.Th.2.2.q.78.art.3. alias ex contractu vsurario non transfertur dominium,sed tenetur ad rem vnà cum fructibus.Caiet.in tract.de vsur.Tenetur hæres ex facto defuncti, licet ipse nō sit vsurarius, & contra eum transit ius denunciandi. Bal. in auth.ad hæc,nu.13.in fi.de vsuris.quia cū vsurarius furtum committat,l.seruus cuiusdam, vbi not.de cond.indeb. & illi æquiparetur, tenetur eius hæres ad restitutionem . Bal.in l.si pro fure, §.fin.in fi. de cond.furt. quatenus tamen vires patrimonij patiūtur, tam facto inuentario,quam non, tam in foro iudiciali, quam pœnitentiali , secundum ius canonicū, & est ab omnibus Canonistis approbatum. Bal.in l.vni.nu.13.circa med. C.de delictis defun.inquan.hær.conue. & in l.furti actione,C.de furtis. isto modo hæres
74 debet metuere pœnas.not.Bal.in l.si quis in testamēto,C.de fideicom.libert.alias in ista materia vsurarum hæres,& defunctus diuerso iure censentur, nisi lis sit contestata cum defuncto. Bald.in l.alio, C.de iureiur. adeo quod confessus certas vsuras cœpisse à certis, tenetur hæres, & si ille conualescit, non potest venire contra propriam confessionē . Bald. in l.generaliter, num.15. in fi. de non num.pec. & si promisit Sacerdoti restituere exactas,& debitas relaxare,vel præcepit tutori quem filijs reliquit , potest ex hoc agi. Spec.in tit.de instr.editi. §.13.nu.14. & 15. & hæres satisfaciendo nō facit vt testamentum vsurarij conualescat.Bal.in l.si hæreditas. C.de testa. mann. & vno ex hæredibus non soluente , alter non tenetur insolidum . Caiet.in tract.de vsura,c.4.Verum Ecclesia etiam, & pupillus tenentur ex illicito contractu quatenus sunt effecti locupletiores . l.fin. vbi Bal.C.de vsucap.pro empt. tenetur proxoneta,vt sup.& Arno.in 2.problemate.
75 nō tamen tenetur filia,& dos eius, quam ex vsuris recepit.Bal.in l.rem quam.nu.2.C.de iure dot. vel si potest satisfacere transit sine obligatione , alias sic . Caiet. in d tract. de vsura, c.3. sic leges, & ipsi iudices reddi iubent . Sed an crudelior sit qui subtrahit, vel eripit aliquid diuiti,quàm qui trucidat pauperem fœnore?hic.& huiusmodi male possidentur,debent restitui,sed nō est quo iudice repetantur. D. Aug.in epist.54.col. pen.post
76 med. si non reperitur cui restituant,non tenentur. Bal.in l.mulier, in princ.circa med. de cond.inst. vel fit restitutio,vt in gl.fi.c. 3. & c.cū tu,in ver.non superstitibus,& c.quia in gl.fin.cir.med.de vsuris. Bal.in §.iniuria, nu.10.de pace iura.firma. videlicet ei à quo recepit , vel eius hæredi, & quamdiu potest istis solutio fieri,non fit pauperibus. Abb.in cons.80.nu.2. 1.vol. D.Tho.2.2.q.62.art.5. & tenetur hæres vsurarij etiam ad interesse, & interim deponet pecunia. Bal.in cons.82. nu.3.& 4. 1.vol. & repetit qui soluit, etiam si sciens nō teneri soluit . Bal.in auth.ei qui iurat,col.fi.cir.med.de bonis auct.iud.poss. Quid autem faciet,qui iurauit nō repetere? Bal.in d.l.2.in 2.rep.col.32.q.9. de iureiur. Quid in vsurario mentali,cui est facta solutio per accidens , donando , cui restituet ? Caiet.in d.tract.de vsura,c.2.Paupertas tamen, & dubium excusant. not.in c.cum tu , & seq.& c.fin.eo.tit.de vsuris. sicut post vigesimum annum, & plus iniquum est si in mentem venit , tutelam petere , & vsuras . l.maxime quę, ff.de admin.tut. Quis autem
77 erit iudex,& videtur quod sit crimen ecclesiasticum,& ad iudicem ecclesiasticum principaliter pertineat. Bald.in l.consulta, post nu.1.C.de testa. est causa ecclesiastica,licet non spiritualis. idem Bal.in l.2.§. quod obseruari,nu.23.circa fi.C.de iureiur. propter calu. dan. adeo quod vbi factum est instrumentum de duplo in fraudem vsurarum, ibi adeundus est Episcopus . Bal.præd.in l.contractibus, §.fin. C.de non num.pec. & Episcopus potest inhibere iudici seculari ne exequatur instrumentum vsurarium. Bal.in l.3.

nu.4.

nu.4. de cauo. larg.tit. vnde laicus videtur
penitus incompetens, & ſucceſſiuè non po-
tuit fieri iſta conſt. nam ſicut iudex ſecula-
ris non poteſt cognoſcere, ita nec ſtatuere.
Arno.in 14.epitomate,& 13.problem. Papa
autem in cõcernentibus decorem Chriſtia-
næ religionis etiam peccato ceſſante,poteſt
ſtatuere inter laicos, & infideles. Abb.in c.
conſuluit,2.not.de appell.& ſuper eos etiam
habet iuriſdictionem.idem Abb.in c.Iudæi,
de teſtib. & procedit iudex eccleſiaſticus ex
officio ad inquirendum, etiam infamia non
præcedente. Abb.præd.in c.ad noſtram,vlt.
not.& nu.3.de iureiur. An poſſit, & in qui-
bus caſibus procedere ad priuatam vtilita-
tem. Gra.hic,nu.2.Abb.refert duas opinio-
nes in c.cũ ſit generale, nu.17. de fo.comp.
Gra.hic nu.4.5.& 6. ſed tu diſtingue, vt per
Bal.in l.1.nu.14. de ſent.quæ ſine cer.quan.
& in l.3.nu.3.& 4.C.de iud. nam aut tracta
tur ſi contractus eſt vſurarius, vel non, &
pertinet ad iudicem eccleſiaſticum. Bald.in
d.l.2.in 2.rep. col.31. circa med.de iureiur.
aut agitur de repetitione per conditionem
ob turpem cauſam, & poſſunt repeti vſuræ
in foro ſeculari. idem Bal.in l.eos,§.fi.in fi.
eo.tit. C.de vſuris.non obſtante quod iura-
uerit non repetere, nam tale iuramentum
præſumitur extortum. Abb.in d.c.ad noſtrã,
1.& 2.not. de iureiur. & licet vſuraria pra-
uitas ſit crimen eccleſiaſticum,& de iure ca
nonico ſit alia pœna, iure tamen iſto domi
nus temporalis eſt iudex competens,& indu
cit publicationem omnium bonorũ. Arnou.
in 2.differentia iuris comm. & Pontif. & in
78 3. problem. Quis autem dicatur vſurarius
manifeſtus. Bald.in §.ſimiliq; modo,num.4.
& 5.l.vni.de lati.liber.toll. & dicitur mani-
feſtus quaſi abominabilis,& execrabilis,cu-
ius teſtamentũ non debet acceptari per bo-
nos viros. Bald.in l.falſus,nu.10. poſt med.
C.de furt. & ſicut non poteſt teſtari, ita nec
codicillari, nec donare cauſa mortis, inter
viuos ſic.Bal.in cõſ.294.2.vol.Et an ab vſu-
rarijs poſſint prędicatores eleemoſynas ac-
cipere. D.Th.quolib.12.art.29. oportet ta-
men quod ſit manifeſtus,& probetur.Bal.in
cõſ.394.eo.vol.& 463.vol.3.Io.Ant.de Nig.
in d.c.reg.nouiter noſtræ Maie.nu.13.& 14.
puta ſi de vſurą apparet ſcriptura publica,
vel priuata ſua manu ſcripta.Bal.in l.dona-
tio.in fi. C.de donat. & l.ea quidem, nu.14.
in fi.C.de accuſ.& ſi in teſtamento cõfitetur
ſe eſſe vſurarium, non probat niſi a quibus
extorſit. Bald.in l.1.num.15.C.de falſa cau.
79 adie.lega. non exigitur autem pro pecunia,
nam ea vti, non eſt niſi eam conſumere, ita
vinum,& alia huiuſmodi: vnde quando con-
ceditur vſus rei,transfertur etiam dominiũ,
quia vſus nõ eſt ſeparabilis ab ipſa re; adeo
quod vendendo vſum talium rerum, & reti-
nendo ſibi obligationem ad ſortem redden-
dam, vendit idem bis,quod eſt contra natu-
ralem iuſtitiam. D.Tho.quolib.3.art.19.vel
quia pecunia eſt introducta propter cõmer-
cium,& non affert aliquam vtilitatem,ſicut
alię res.Bal.in l.3.poſt nu.15.C.de rei vend.
non eſt bona per ſe,ſed eſt menſura bonorũ.
Io.Aud.in cap.1.nu.1. in fi. de vſuris, in vj.
eius vſus,vt ſupra, nõ ſeparatur a dominio.
Bal.in l.in vendendis,nu.8.in fi. de contrah.
empt. & in ea fœneratores cõmuniter exer-
cent eorum auaritiam. idem Bal.in l.3. cir.
80 med.C.eo.de vſur. emptor verò tenetur ſol-
uere vſuras pretij, eo ipſo quod res eſt ſibi
tradita,& non ſoluit,ſed tunc ſoluit propter
fructus rei tãquam intereſſe. Bal.in l.Iulia-
nus, §.ex vendito, & ſeq.de act.empt. vel ſi
capit pecuniam pro emptione prædiorum,
ſeu commercio, poteſt cauere de aliquo in-
tereſſe,quod licitè capi poſſet.Bal.in l.fin.in
fi.de pet.hæred.Sunt enim nonnulli caſus,in
quibus permittuntur vſurę vſque ad certam
ſummã. Bal.in l.2.nu.1. C.de vſuris rei iud.
ita vſuræ dotium debentur viro, multo for-
tius mulieri. Bald.in auth.& qui iurat, poſt
num.39.de bonis auct.iud.poſs. licet ſi poſt
annum hæres ſit in mora ſoluendi dotes, nõ
poterit mulier aliquid petere pro alimẽtis.
81 Arno. in 20.dialogo. Verum poteſt deponi
pecunia penes mercatorem, vt capitale ſit
ſaluum; & datur pars honeſti lucri. Abb.in
c.pen.nu.6.7.& 8.de don.inter vir.& vxo.de
nummularijs.Caiet.ad D.Th.2.2.q.77.ar.1.
82 cir.fi. Quid de redditibus,qui percipiuntur
ab habentibus pecuniam in monte.Bal.in l.
hac edictali,§.his illud,col.fi. de ſecun.nup.
de Monte pietatis,eius capitulis,& ſi ei ali-
quid iuſtè ſoluitur. Caiet.in tract.de Monte
pietatis,per tot.qui eſt 6.in ordine.Regula-
83 riter vbi eſt periculum ex natura cõtractus,
ibi debet eſſe lucrum.Bal.in l.ſi is,§.1.ff.cõ-
84 mo. Vnde poteſt emi fructus rei ad vitam
ſine peccato vſurarũ. Bal.in l.ſi pater, C.de
inoffic.teſtam.& in l.ſi ea pactione,C.eo.de
vſuris. add.ad eundem in l.ſi ea lege,in ver.
periculum,eo.tit. Bal.cõſ.144.2.vol.& 133.
vol.3. Io.Ant.de Nig. in c.reg. pro publici
boni,nu.36.de eo qui dedit pecuniam vt ha-
beat certos redditus ad vitã. Oltra.in conſ.
202.adeo quod donatio ad vitam etiã quod
excedat trecentos aureos non indiget inſi-
nuatione, quia poſſibile eſt mori primo an-
no,l.ſancimus,§.fin.vbi Bald.C.de donatio.
Quid ſi do 100.vt des tali quolibet anno 10.
& eo mortuo reſtituas eadem 100. cadit in
contractum do, vt des,& valet de iure ciui-
li, ſed tutius eſt abſtinere. Bal.in conſ.479.
1.vol.

85 1.vol.nam quidquid accedit ſorti vſura eſt,
qualitercunque, & quomodocunque voce-
tur. 14.q.3.per tot. ſicut ſimonia. c.ea quæ,
in gl. 2.c.intantum,in ver.variant,de ſimon.
nec refert qualiter dicatur, ſed qualiter ſe
veritas habeat.Bal.in l.cum allegas,nu.10,
circa med. C.eod.de vſu.& in l.1.nu.5.& 6.
C.de rerum permut. etiam quod promitta-
tur ſub nomine ſortes, vel extorquat per
viam tranſactionis fingendo litem. Baldus
d.l.2.in 2.repet.col.31.6.& 7.quæſt.de iure-
iuran. & d.l.cum allegas, poſt nu.7.de vſur.
vel faciunt ſibi donari, ſicut faciunt fœne-
86 ratores, qui faciunt ſibi vendi domum, & ſi
plus valet,faciunt ſibi donari,nam non va-
let, quia præſumitur in fraudem. Bald.in l.
reſcriptum, 2.repet.col.2. poſt med. & in l.
ſi decem millia,in princ.ff.de pactis.nec po-
teſt dici donatio, cum ſumat originem a
præcedente mutuo. Bald. in l.ſi tibi decem
millia,in princ.ff.de pactis.& in d.l.rogaſti,
§.ſi tibi, 1.& 2.quæſt. & col.fin. circa med.
ſi certum petat. nec vocabula ſaluant con-
ſcientiam,nec mutant eſſe rei,ſi vocant do-
num, idem Bald.in l.2. §.appellata. & §.in
mutui, circa fin. eod.tit. ſi certum petatur.
87 Intantum, quod qui mutuat pecuniam cum
pacto, quod terram ſuam colat, quodque
dum colit pecuniam repetere non poſſit, vel
mutuat decem, vt ſcribat librum, non va-
let, nec diſtinguitur ſi conſueuit fœnerari,
vel non, quia illud procedit in alijs contra-
ctibus, non in contractu mutui, adeo quod
omnis ſuperabundantia eſt prohibita, ve-
ſtis, eſca, & quodcunque nomen impones,
vſura eſt. Gra.in cap.reg. pro publici boni
compendio,circa princ. Doctor ſi ex mutuo
quod fecit ſcholari,vt intret ſecum in ſcho-
lis, conſequitur aliquid notabile, puta aug-
mentum prouiſionis, committit vſuram.
88 Arnon. in 19.problem. Communitas ſi cœ-
pit ab habitatore loci centum mutuo, &
donec reſtituet fecit immunem a collectis,
non valet. Bald.in l.1.2.repet.in fine. quod
cuiuſque vniuer. nomi. Speculat. in tit. de
vſuris, num.6. vbi Bald. in addit. in fine.
Idem ſi mutuauit Regi mille, cum pacto
quod ſit immunis a gabellis. Afflict.quæ ſint
regalia, in ver.vectigalia, num.119. Caiet.
ad D.Thom. 2.2. quæſt.78. art.2. in princ.
Et ſi Rex, vel ciuitas dat ſibi mutuanti an-
nuam præſtationem, an ſit vſura. Bald.latè
diſtinguit in d.l. 2. in 2.repet. col.32. poſt
med. cum tribus ſequent. & tenet col. 33.
circa med.de iureiur. quod ſi eſt incerta, &
conſiſtit in ſpe, & beneplacito Regis licitè
poteſt peti acceſſio: an autem Princeps, vel
communitas poſſint tempore neceſſitatis,
vel belli cogere ſubditos ad mutuandum
ad rationem ſexdecim pro centum. Gra.
89 hic, num.26. Quid in emptione reddituum
ad rationem decem pro centum, valet cum
multis limitationibus, poſt multa pro, &
contra. Ioan.Ant.de Nig. in d.c.regni pro
publici boni,nu.9.17. & ſeq. & in c.noiuter
noſtræ, num.25. Contractus verò ad godi-
mentum eſt vſurarius. Paulus de Caſtro in
l.ſi ea pactione, C.eod.de vſuris. Si mutuo
90 500.& pro alijs 500. vendo tales res, vel iu-
ra, & ſic immiſcet venditionem coactam,
propter mutuum eſt vſura. Caiet.ad D.Th.
2.2.quæſt.78.art.2. & ita fuit prouiſum per
pragmat.3.ſub rub.de empt.& vend. Verum
ſi vẽduntur arma,vel perlæ, & poſtea in eo-
dem, vel alio inſtrumento fit mutuum, quia
pretium armorum, vel perlarum nõ eſt pre-
tium pecuniæ mutuo datæ,non dicitur vſu-
ra,ita ſi in poſſeſsione mea non inuenio la-
boratorem, niſi mutuo dem pecuniæ quan-
titatem, ſi do pecuniam ex cauſa mutui, &
ille promittit laborare interueniente mer-
cede, talis promiſsio non eſt vſuraria, quia
debentur operæ ex contractu locationis.
Loffr.in conſ.23.poſt num.11.12.& 13. Vel
vt vadas pro me Romam ſub pœna. Bal.in
d.l.cum allegas, num.9. circa fin. de vſuris.
Siue dic,quòd ſi hoc,& ſimilia vult ex beni-
uolo affectu,non ex quaſi obligatione pacto
tacito, vel expreſſo, nõ eſt vſura, alias ſecus.
Caie.ad D.Th.vbi ſup.2.2.q.78.art.2.col.1.
91 cir.med. An autem poſsit mutuari frumen-
tum,vt tantundem poſtea reſtituatur,vel vt
datum renouetur. Abb.in c.fin.nu.20. eod.
tit. de vſuris. Vel vt poſt certum tempus
reddat maiorem æſtimationem,quam nunc
valet, an contractus ſit vſurarius. Bald.in
d.l.rogaſti,§.ſi tibi,col.fin. ſi cert.pet. alias
non poſſet vendi vſus rerum vbi non eſt.
Abb.in rubr.num.5.in fi.de vſuris. ſed obli-
gatus ad frumentum,tenetur dare prout in-
uenitur, & illud præſtando, liberatur. Bald.
in l.ſi is, §.ſiue cum l.ſequen. ff. mandati.
92 Ita quando datur frumentum pro pecunia,
debet dari pro tanto pretio, quanti valet
tempore ſolutionis. glo.fin.in c.ſi quis cle-
ricus, 14.quæſt.4. Nec tempore fertilitatis
debet negligi receptio, vt poſtea tempore
careſtiæ frumentum, vel pretium recipiat.
l.nulli, vbi glo. de eroga.mili.anno. lib.12.
ita nec carius vendere, vel vili emere, quia
eſt iniuſtum,& illicitum.D.Thom.2.2.q.77.
art.1. Quid ſi pro certa pecuniæ quantitate
ematur redditus frumenti,vel vini, ſi valet,
vel non. Innocent.in cap.in ciuitate, nu.2.
eo.tit.de vſuris. Vel venditur ſuper molen-
dino, quod non molit. Paulus de Caſtro in
93 cõſ.192.& 290.1.vol. Emere autem victua-
lia ante tempus non eſt vſura, d.c.in ciuita-

te. licet per prag. 2. sub.d.tit. de emptio. & vend.& in d.c.reg.pro publici boni compendio, vbi Io.Ant.de Nigr.Arno.in 79.differētia vtriusque iuris prohibentur sicut sponsio super futuro valore frumenti adest prag. sub rub.de sponsio.merca. possit sibi soli venditionē reseruare, vt de Thalete Philosopho, qui cum per Astrologiam cum futuram oliuarum vbertatē præuiderct adhuc vigente hyeme, parno pretio emit oliū, datis arris, quod postea quærentibus vendidit quanti voluit, & inde magnam pecuniarum quantitatem superlucratus est. Ita Siciliæ quidam pecuniam penes se repositam, in emptionē ferri à ferrarijs conuertit, quod solus mercatoribus illuc accedentibus solus vendidit magnum excessum pretij faciens Dionysius pecuniam illi non abstulit, sed amplius Siracusis morari vetuit Arist. 1. Politic. 7. Quid si emit frumentum in herba pro quinque, quod tempore messis verisimiliter valeret octo. Bal. in d.rub. 3.quæst.C.de vsuris. æstimatur autem frumentum in herba quantum vulgus opinatur. Bal. in l. cum non frumentum in fi.d.tit.de vsuris. Vuæ pendentes in agro, & alia quæ possunt separari à solo non est dubium, quod possunt vendi. Bal. in rubr. in fi.C.de contra.emptio. quid si emunt frumentum cum pacto, quod talis emptio non duret nisi vsque ad quatriennium, quia effectus eius est solum quo ad emolumentum fructuum medij temporis, non valet, Bal. in d.rub.q.5.de vsuris. Insuper in emptione, & venditione pretium debet esse in pecunia numerata, vel maior pars, etiam quod residuum sit in facto. Ias. in l.lecta nu.18. cir.fi. si cer.peta. sed potissima secundum naturam est agricultura, quoniam nō ab hominibus, sed à terra velut a matre est educatio. Arist.

94 1. Oeconomicorū 2. Quid si pecunia debita Ioanni a malo debitore, ematur a Petro minus quàm valet, tenet, sicut si emitur pecunia constituta in mari fluctuante, quia non emit vt pecunia, sed vt res in tali periculo constituta. Caietanus tra.7.de cambijs, c.7.

95 Vltimo ex cōtractu vsurario nulla orit. obligatio, vel actio ciuilis, vel naturalis, immo omne damnum recipi potest, negari tamen non potest, quod sors principalis venit in restitutione in con.feu.diuerso.18.nu.3.& 19. post nu. 5. quia non est eadem ratio damnū sentire, & lucrum non capere. Bald. in l.1.§. sicut, de aqua plu.arcen. & quod ex bursa sua non abest, non repetit, sed quod abest. Bald. in l.cum emptor.§.fin. de dam.infect.

96 prædium vero emptum ex pecunia vsuraria non est illius cuius pecunia est emptum, sed est tacitè hypotecatū pro restitutione vsurarum, & in hoc Canonistæ concordant. Bal. in l.si tutor, nu.3.& 4.C.de ser.pig. dato manu. vel transit cum illo onere, si ad illum peruenit titulo lucratiuo, secus si oneroso. glo.si.in cap.cum tu.eod.tit.de vsuris. & tunc posset contra eum opponi exceptio vsurarum, sicut poterat contra cedentem. Bal. in l.doli exceptio, post prin.de nouatio. secus in eo qui fuit adiectus solutioni. Bald. in l.qui res.§.qui stipulatur de solutio. sicut in marito qui potest vsuras accipere moderatas, secus in cessionario. Bald. in d. rub. 4.quæst.C.de vsuris. Vltimo lucratus vsuras cum varijs clericis, potest componi a Papa, & residuum eius quod soluit retinere cum bona conscientia. Cai. ad D.Tho. 2.2.quæst. 100.art.1.circa fin. Quid in scommissis, an valeant, Dec. quod sic, in cons. 115. nisi appareat, quod illi certitudinem habuerint, ad quod facit Bart. in l.quæro ff.de actio.empt.

De decimis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quanto maiora quis accepit, tanto grauius peccat.*

2 *Decima sunt Deo debitè in signum vniuersalis dominij.*



QVia dubitari poterat si de illicitè acquisitis debeantur decimæ. cap.decimæ, in verbo negatio. 16.q.1. ideo post tit. de vsurarijs puniēdis ponitur tit. [De Decimis] quas mandat Imperator per suos, & alios solui, vt infra,

1 quia quanto maiora quis beneficia susceperit a Deo, tanto grauius peccat. D.Thom. ad Hebræos 3.ibi, quapropter, col. 3. post prin.

2 & debentur Deo, a quo cuncta suscepit, vt supra in const. post mundi machinam, §.nos itaque. in signum vniuersalis dominij.cap. tua nobis, & cap.cum sit, eodem tit.de decimis.

SVMMARIVM.

1 *Decima quid, vnde, eius appellatione quid venit, & quot modis olim, & nunc præstetur.*

2 *Papa potest exigere decimas à clericis, & ecclesijs, sed non facit nisi ex magna causa, & tunc debetur decima decimæ, num. 62*

Decima

 stantes,

stantes compelluntur quomodo, & à quo. nu. 49

50 *Papa in multis locis concessit decimas laicis, an possint dari in feudum, num.* 53

51 *Ius decimandi est spirituale, fructus non.*

52 *Decimationes regales quæ sint, & de quibus decimis loquitur ius ciuile.*

53 *Spiritualia capientes à manu laicorum excommunicantur.*

54 *Episcopus potest remittere decimas sibi debitas ab ecclesia inferiore.*

55 *Decimas omnes soluere tenentur, quibus, & de quibus Reges soluunt.*

56 *Noua insolita, extraordinaria, vel vltima dicuntur.*

57 *Nouum non est recipiendum nisi constet de causa, non sic antiquum.*

58 *Decimas an soluant domini, vel rustici, seruatur consuetudo.*

59 *Decima soluitur secundum valorem rei, etiam quod postea creuerit.*

60 *Decima cui Ecclesiæ soluitur si domus est infra fines duarũ parochiarũ.*

61 *Decimæ de illicitè acquisitis non debentur, quando tenentur ad restitutionem, aliàs sic.*

63 *Vniuersitas assumit litem pro particularibus in causa decimarum, & potest transigere.*

64 *Benefactoribus benefacere iure naturali tenemur, & vocatur obligatio antidoralis.*

1 
VANTO] decima est omnium mobiliũ licitè quæsitorum pars decima Deo data, constitutione diuina debita. Host. in sum. eod. tit. in princ. Dicitur decima, & non octaua, quia denarius numerus perfectus est. D. Aug. in homil. 2. super Apocal. col. pen. in fi. Vel denarius numerus significat quid conuenienter poni. apppendix ad D.Thom. 1.2.q.100. art. 5. Dicit, licitè acquisitorum, nam de illicitè acquisitis non debetur. glo. in c. decimæ, in ver. negocio. 16. quæst. 1. in c. nuncios, & c. transmissa, eo. tit. de decimis. Debetur constitutione diuina tam noui, quam veteris testamenti, vt infra. Eius appellatione non solum venit ius, sed eius prouentus. cap. quia sacerdotes, vbi glo. 10. quæst. 1. Ius accipiendi est spirituale, res quæ dantur sunt corporales, & possunt etiam ad laicos peruenire. D.Thom. 2.2. quæst. 87. art. 3. & quolib. 2. art. 8. Et dabantur in veteri testamento quatuor modis. Primo, de omnibus bonis, quæ habebat populus, dabat Leuitis decimam. Secundo, de residuis nouem, ter in anno, cum ascendebant ad templum, sumebant aliam, de qua pascebant se, & Leuitas. Rursus, de remanentibus portionibus capiebant aliam ad vsum pauperum. Dabatur adhuc & quarta, nam de illa, quæ dabatur Leuitis, sumebant ipsi decimam, & offerebant summo Sacerdoti, & inde fiebant panes propositionis. Hodie verò nec vna bene datur. glo. in c. 2. in ver. seruus, 13. quæst. 1. Verum illa quæ soluebatur Leuitis, nunc soluitur Clericis, cum quilibet possit promoueri ad clericatum. Loco alterius, quæ recondebatur, vt comederent cum Leuitis dum ascendebant ad templum Salomonis, sunt oblationes quas laici faciunt clericis. Vice illius, quæ conseruabatur pro pauperibus, successerunt eleemosynæ. Abb. in c. 1.

2 3. not. eo. tit. de decimis. Papa verò potest exigere decimas à clericis, & omnibus ecclesijs. idem Abb. in c. 2. nu. 9. eo. tit. sed non facit nisi ex magna causa. not. in clem. 2. eo.

3 tit. Et est decima, vt significet, quod quidquid homo habet, à Deo accepit, & totam perfectionem suam à Deo expectat, numerus enim denarius perfectus est, quia consurgit ex partibus suis adæquatis, nam vnum, duo, tria, & quatuor faciunt decem, & vsque ad ipsum ascendit numerus, alij nõ sunt nisi quędam repetitio, & additio supra denariũ, vt ergo significetur, quod à Deo est omnis perfectio, datur decima. D.Th. ad Hebr. 7. in princ. col. 2. & qui decimam dat, nouem retinendo, protestatur se imperfectum, & decimam alteri tribuit, quod est signũ perfectionis. idem D.Th. 3. par. de Saluat. q. 31. art. 8. Ideo eam soli integrè mandat hic Imperator prout tempore Regis Gulielmi fuerunt solutæ, vt in tex. qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [QVANTO] supple ipse solus in fini. D. August. in homel. super Lucam 18. [CAETERIS] alijs: gl. & Bal. in l. non solum, §. quæritur. ff. de procu. adeo quod sicut magnitudine animi alios excellit, ita vult omniũ Princeps esse solus. D.Th. 2.2. q. 131. ar. 2. [TERRAE PRINCIPIBVS] dum dicit terræ, ratione adiuncti. l. spadonẽ, §. si ciuitates, de excu. tut. nõ intelligit de supremis Principibus, quia vnus Princeps, nec est bona pluralitas Principum. Bal. in rub. nu. 8. cir. med. de nouo C. faci. sed de alijs. [MVNIFICA] alibi munificẽtia, inf. in const. cũ circa de ord. iud. & di-

& dicitur munifica liberalis,larga. Nizolus
4 in ver. munificus. [Dextera] Deus enim
dicitur habere dexteram, & sinistram.
Matth. 25. dextera remunerat bonos, sini-
stra punit malos, & in vtraque est iustitia,
sed non plena in sinistra, quia punit citra
condignum, in dextera est plena, quia abun-
danter remunerat. D.Tho.in 10, tertij noct.
magnus Dominus, ibi, suscepimus. [Salva-
toris] sine quo salus esse non potest. c.qui
sine, 26.quæst.2. [In Temporalibus Nos
Peaefecit] & summum Pontificem in spi-
ritualibus.c.solitæ, de maio.& obed. & am-
bos lex dicit esse summos superiores. Bal.in
l.cum multa, nu.1.de bonis, quæ liber. quia
plenitudo potestatis nõ est nisi à Deo. idem
Bal.in l.2.num.38. & 40. de seruit. & aqua.
5 Et sic homines licet natura sint pares, tamẽ
inæqualitas inuenitur in eis, secundum quod
ex diuina prouidentia quidam ordinantur
ad maius, quidam ad minus. D. Tho.1.par.
q.113.art.2. Et dominatio pulchrior est, &
optabilior ex eo, quia melioribus imperat,
& non ab illis. Arist.5.Polytic.11. [Tanto]
ad Hebr.1.c.quosdam, de præsum.& c.quan-
to, de iudicijs. [Saltem] quæ dictio dimi-
nutiuè ponitur. Lucas in l.stigmata, col.1.
circa med.de fabric. [Ivris Natvralis]
6 quod est supra Regem, & Principem. idem
Lucas in l.vni.col.6.post princ.de expe.lud.
& dicitur ius naturale, idest ius diuinum.
glo.in l.iubemus, in ver.naturali, de Episc.
& cler. & vnum ponitur pro alio, quia ius
diuinum procedit à ratione, seu instinctu na
turali. Abb.in c.fin. vltimo not.de consuet.
7 [Ad Antidora] quæ redonatio dicitur.
Bal.in l.sed & si. §.consueuit, de pet.hæred.
nam pro bono non debet quis recipere ma-
lum. not.in l.iniquum, C.de his, qui accus.
non poss. sed recipiens beneficium, inclina-
tur ad obsequium, & ad promerendum be-
neficium. Bald.in l.1.de reuoc.donat. vnus-
quisque enim tenetur ex debito honestatis,
aliquid ei recompensare, qui sibi gratiam
fecit. D.Th.2.2.q.78.art.2.& qui gratus est
beneficio, meretur vt sibi beneficium con-
seruetur. idem vbi supra quæst. 122. art.5.
Vnde Deo prius debet esse gratus, postea
patri, tertio in dignitate constituto, quarto
benefactori. Deo, & parentibus impẽdimus
pietatem, obseruantiam in dignitate consti-
tutis, & benefactoribus gratiam. D.Thom.
præd.ead.par.q.106.art.1. sic non omnibus
eadem sunt tribuenda, neque patri omnia,
quemadmodum nec Deo dantur sacra ma-
nifestum est, cum alia parentibus, fratribus,
& amicis, & his qui benefici in nos fuere
singulis, videlicet propria, & conuenientia
tribuenda sint. Arist.9.Ethic.2. propriè ta-
men non cadit nisi inter hominem, & homi-
nem, non respectu hominis ad Deum, nisi
impropriè, alias male locutus fuisset Petrus
de Vinea, Affl.hic nu.3.cir.fi. quia creatura
non potest sufficienter gratias agere Crea-
tori.c.cum creatura, vbi Abb.de celeb.Miss.
ideo sequitur [Strictivs Obligamvr]
Deus enim hominem condidit, & redemit,
vt infra in const.terminum vitæ.& licet ista
obligatio respectu hominis ad hominẽ non
sit propriè obligatio. Bal.in l.1.col.2. circa
princ.de cond.indeb.ex quo non fundat ori-
ginem obligationis, quia est incerta re, &
genere, tamen in actu deducta, dat specifi-
cum remunerationis fomitem. Bald. in l.3.
nu.3.cir.med.C.de vsucap.pro dona. grati-
tudine, quæ iure naturali debetur. Bald.in l.
fin.cir.fin.C.de bonis liber.fit formis ex pa-
cto nudo.Bal.ad Spec.in tit.de pact.in prin.
est rationabilis. Affl.hic nu.3. & datur offi-
cium iudicis.Bal.in l.pen.in princ.C.de lib.
& eorum lib. [Cvm] & gl.in l.si ancilla, de
leg.1. [Veritate Dicente] Christo Do-
mino, qui est via, veritas, & vita. Ioan.14.
[Ab Eo Cvi Amplivs Creditvr, Am-
plivs Exigatvr] Lucas 12.cir.fin. vel cui
plura cõmittuntur, plura exiguntur. D.Au-
gust.2.de visit.infirm. col.7. Affl.hic nu.46.
Deus enim est distributor bonorum, & diui-
dit vniuersa secundum merita, & aptitudi-
nem ipsorum. Auerr. ad Arist. 9. Ethic. 4.
vnde magnũ beneficiũ patroni, maior econ-
tra est ingratitudo liberti. Bal.in l.fin.in fi.
C.de bon.lib. [Qvod In Nostrae Men-
tis Intrinsecvs Meditatione Solli-
cita Revolventes] etiam quod frequens
meditatio, sit corporis afflictio. Eccles.12.
[Et Illvd Maxime] etiam non restringit,
sed auget. Bal.in cons.209.nu.2.& 4. vol.3.
8 [Attendentes, Qvod Solvtio Deci-
marvm] personalium, prædialium, & mix-
tarum. Host.in sum.eo.tit.de decim.§.quod
sint eius species, & erant triplices. D.Thom.
2.2.q.87.art.1. quæ Deo, & non homini de-
bentur, in signum vniuersalis dominij. Bald.
in l.comperit.2.rep.de præscript.30.vel 40.
[Qvarvm Debitvm] est tam lege naturali,
quam Mosaycæ. D.Tho.3.par.q.6.alias 65.
art.1.circa fin. vel partim ex iure naturali,
partim ex institutionẽ Ecclesiæ. idem 2.2.
q.86.art.4.in fi. & 87.art.1. [Ex Vtrivs-
9 qve Testamenti] noui, & veteris, dicitur
vetus, quia priore, hoc verò nouum, quia
posteriore tempore reuelatum est, item quia
testamentum vetus pertinet ad hominem
veterem, à quo necesse est hominẽ incipere,
nouum autem ad hominem nouum, quo de-
bet homo ex vetustate transire. D.August.
3.contra duas epist.Pelag.c.4. circa finem.

Vel dicitur testamentum vetus, quia ex eo pertinet hæreditas ad hominem veterem: nouum, ex quo nouę hæreditatis facti sumus hæredes. idē Aug. tract. 30. super Io. col. pen. & fi. In testamento veteri temporalium rerū promissiones continentur, ideo vetus appellatur, sed æternæ vitæ promissio ad nouū pertinet. D.Th. 1.2.q.91.art.5. Seu testamentū vetus habet promissa temporalia, nouum spiritualia, & æterna, ideo necesse fuit in veteri lege vt populus instrueretur ad pugnā pro terrena possessione acquirenda, in nouo instruendi sunt homines qualiter spiritualiter certando ad possessionem vitæ æternæ peruenirent. idem 2.2.q.140.art.1. Legis verò, & Euāgelij breuis est differentia, timor, & amor, & alia, vt d.q.91.art.5. Et dicitur testamentum dispositio hæreditatis, hæreditatē enim cælestem disposuit Deus dare hominibus virtute sanguinis Christi. idem D. Tho. 3. par. q. 19. alias 78. art. 3. [Tabulis Confirmatur] vt probat Affl. hic 3. not. & nu. 5. multi Sancti, & iura dicunt. Io. And. in c. 1. post nu. 1. & 2. co. tit. de decim. in vj.

10 & omnes cōmuniter Doctores Ecclesiæ conueniunt, quod hodie debentur. Abb. in rubr. circa fin. & in c. in aliquibus, nu. 9. cir. med. eo. tit. de decim. & dicitur debitum tā si debetur iure communi, consuetudine, vel priuilegio. Ant. de Butr. in c. fin. nu. 3. in princ. de offic. Arch. & successiuè nulla constitutio humana est potentior diuina. Bal. in l. 3. post nu. 7. C. de vsucap. pro dona. [Tanto In Ecclesiis Dei Pretiosior Redditur]

11 cum Dominus noster dignetur totum dare, & decimam à nobis recipere, non sibi, sed nobis profuturam. D. Aug. in lib. de restitu. Cathol. conuersat. col. 12. post princ. & in serm. 1. duodecimæ Dominicæ, canonizato in c. decimæ, 16. q. 1. proficit enim bene soluentibus in fructuum vbertate, corporis sanitate, peccatorum remissione, & cœlestium præmiorū acquisitione. Io. An. in d. c. 1. in fi. eo. tit. de decimis, in vj. Isto modo dona tua coronat Deus, nō merita tua. D. Aug. in lib. de gratia, & libero arb. c. 6. in fi. & 7. in prin. alibi reddere intelligitur per sententiam. Ant. de Butr. in c cū quidam, nu. 4. de temp. ord. [Quanto Decimalis Oblatio] datio. Nizolus in ver. oblatus. [De Bonis Hominum] pro quibus homines tenētur ad decimas. Spec. cum add. ad eum, in tit. de decimis, nu. 6. An autem debeantur pro hæreditate, glo. in c. pastoralis, in ver. quasi, vbi Abb. nu. 8. eo. tit. de decimis. [Velut] est veritatis expressiuum. Io. And. in c. dudum, cir. princ. de preb. in vj. [Electum Quod-

12 dam Patrimonium] quia tribui Leui Dominus nō dedit partem in terra promissionis, sed sacrificia, & victimas Domini Dei Israel. Iosue 13. & voluit decimas dari Sacerdotibus, qui non habebant vnde viuerēt. Affl. hic, num. 7. post med. Hodie debentur personales, prædiales, & mixtæ, etiam quod possideant prædia, reiecta opinione eorum, qui dicebant non deberi, quia illud procedit tempore veteris testamenti. gl. 1. in d. c. 1. de decimis, in 6. Alexand. in cons. 60. volum. 4. [Spiritvale] spiritualis, vel ecclesiastici fori. Abb. in simili in c. cum sit generale, post nu. 18. de foro comp. vel quia Deo debetur, & eius ecclesijs. idem Abb. c. 2. 1. not. de iur.

13 calum. cum enim Deus sit omnium primus, & supremus Dominus. D.Th. 3. par. de Saluatore, q. 19. art. 3. in recognitionē maximi dominij debet adoratio latriæ. ea. par. q. 25. art. 2. & ex naturali ratione procedit, quod homo res aliquas sensibiles Deo offerat in signum debitæ subiectionis, & honoris. idem D. Thom. 2.2.q.85.art.1. quod [Peculium] Ecclesiæ, non proprium clerici. Luc. in rub. de castr. omn. palat. peculio [A Domino Reputatur] sed dicitur tributum egentiū personarum. d. c. decimæ, in princ. 16. q. 1. & Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. [Officialibus] quorum

14 appellatione qui veniant de iure canonico, Inn. in c. ex frequentibus, in princ. de instit. & est genus tutor species. Bald. in cons. 378. nu. 9. cir. med. 5. vol. [Nostris, Vniversis, Et Singulis] omnibus confusim, & vnicuique eorum separatim. Nizolus in ver. vniuersus, & in ver. singulis. [Praesentis Legis Auctoritate Mandamus] imponimus, & mandatum damus. Nizolus præd. in ver. mand. ne vereantur, quod occasione mandati nostri, quod non habent ærario nostro restitui faciamus, infra in const. vt officialibus, de prohi. curia comme. adeo quod sine speciali mandato, sed præsentis legis auctoritate officiales Regij debēt soluere decimas. Affl. hic 5. not. post nu. 22. quia im-

15 perare, est aliquē ordinare ad aliquid agendum, cum quadam intimatiua monitione. D.Th. 1.2.q.17. art. 2. [Vt Decimas Integre] sine diminutione. Abb. in c. ex parte, lo secondo, eo. tit. de decim. & cum sua qualitate. Bald. in l. cum qui, §. in popularibus, col. 2. post med. de iureiur. [Prout] respectiuè ad quantitatem. Affl. hic nu. 12. cir. fi.

16 [Regis Gulielmi] primi, qui fuit bonus Rex, & sanctæ recordationis, secundus non, quia malus. Iser. quæ sint regal. in ver. & dimidium thesauri. cir. fi. & post nu. 94. & auarus. Affl. supra in 1. const. §. nos itaque, post nu. 8. Differunt Rex, & tyrannus, Rex eorum quos regit cōmodum quærit, tyrannus proprium. Non est Rex nisi per se sufficiat, & cunctis

cunctis bonis excellat. Arist. 8. Ethic. 7. [Tempore] non quod suum esset tempus, sed quando viuebat,& operabatur.Ambr.in hom.super Luc.4. Quanta audiuimus facta in Capharnaum. [Consobrini] patruelis. Bal.in c.1.nu.5.cir.med. & Affl.in fi.de feu. Marchiæ. [Et Praedecessoris Nostri] antecessoris,vel decessoris, cũ ista sint sinonima. Io.An.in c.fin.in princ.de pact. in vj. [Ab Antecessoribus Officialibus, Et Baiulis Exsolutae Fuerunt] ita

17 econtra prælati non possint exigere nisi vt de cætero vsi sunt. facit quod dicit Cassa.in consuet.Burg. rub.4.§.6. ibi, sur la moitre. nu.30. & 31. [Locorum Praelatis Exsolvere] perfectè soluere. D.Th.3.par.de Saluat.q.48.art.2.[Absque Omni] vel vlla [Difficultate Procurent] cum alias ratione difficultatis multa sint inducta. Affl. in c.licet vassallus, nu.7.si de feu.fuc.cõtro.

18 inter dom.& agn. [Nos Enim] non refert si loquatur in plurali, vel singulari. Bald.in l.4.de duobus reis. quasi dicat, Ego mortalis homo, similis hominibus ex genere terreno illius, qui prior factus est,in vẽtre matris figuratus, cum nemo ex Regibus aliud habuerit natiuitatis initium.Sap.7. [Qui] restringit præcedẽtia. Abb.in c.3.post nu.8. de instit. [Favente Domino] cum omnia

19 facit Deus,& sine eius permissione nihil fieri potest recto iudicio, aut ita fieri permittente. Abb.in c.1.3.not.in fi.de sepulturis. [Inter Homines Sumus] vel homines sumus,& inter homines viuimus.D.August.in lib.contra mendac. col.30.cir.med. natura pares, nec alius alio maior. Bal.in l.barbarius,2.rep.post nu.8.de off.præto. non tamẽ homines mediocres, l.cæterum,ff.de vsu, & habit.[In Praeeminenti Culmine Constituti] natura enim Regem excellere oportet.Philos.1.Polyt.8.sit enim ex præstãtibus per excellentiam virtutis,vel rerũ gestarum alij per genus, & plerunque conten-

20 dendi succedunt.5.eiusdem 10.Tenet supremum locum in humanis rebus. D.Tho.2.2. q.149.art.4.nec est gradus aliquis supra supremũ.Bal.in l.1.2.rep.col.4.cir.prin. C.de emancip.liber.immo suprema dignitas omnia sub se continet. Bald.in l.qui indignus, 1.rep.ff.de Senato. nam cum sit in dignitate constitutus,non solum quendam statum excellentię habet,sed potestatem gubernandi. D.Th.vbi supra 2.2.q.102.art.1. adeò quod debetur locus conueniens secundum mensuram suæ dignitatis. idem D.Thom.3.par.de Sacram.q.115.alias 84.art.2.& digniori rei tribuitur superior locus. 3.par. de Saluato-

21 re,q.57.art.5.Vnde Rex,& Sacerdos dicitur principalior pars in toto populo, & ab eis tanquam principaliori parte totus populus denominatur. D.Th.præd.cum add.ad eum. 1.2.q.29.art.4. Verũ quanto in altiori gradu sunt constituti, tanto magis tenentur. Caiet.ad D.Tho.2.2.q.87.art.1.col.3.circa med. vnde multo maius est bene exercere Regis officium,quam cuiusque personæ priuatæ.idem D.Th.3.quolib.art.17.cir.princ. Et conregnat qui ad dexteram eius sedet, nec est ei subiectus. d.par.3.de Saluat.q.58. art.3.Debent tamen cauere ab omni re illicita magis quam alij. Bal.in l.pen.ff.de hæred.inst. licet summa potestas,vel summum arbitrium non sit alicui concedendum. Bal. in l.vni.in princ.de off.præf.præto. [Quantum Sine Iniuria] damno dato cũ culpa. l.sed & si,§.igit,ad leg.Aquil.l.4. ff.de inoff.

22 testa. [Nostrorum Regalium] bonorum feudalium. Abb.in c.cũ parati, nu.8.de appel.vel iurium regalium,de quibus toto tit. quæ sint rega.vbi latè dixi,quia sicut cuiuslibet ius Imperator inuiolatè seruat, sic in iure suo defectum perpeti non potest. inf.in const.sponte,in fi.de pactio.inhib.inde dicitur Augustus,l.pen.§.1.d.tit. de vsu,& hab. [Possumus Tolerare] patienter ferre. Arch.in c.exemplum,circa med.12.quæst.1.

23 [Ecclesiarum Iura] quæ sunt de patrimonio Iesu Christi.Abb.in c.cum secundum, nu.4.de præb. [Et Praesertim] maximè. idem Abb.in c.illo vos, in fi.de pign. [Earum Quae In Regno Consistunt] quæ vltra quod sunt de territorio. Bal.in l.iusiurandum,§.si de qualitate,in fi.de iureiur. & hospitalia de parochia matricis Ecclesiæ. glo.pen.in clem.2.§.fin. de relig.dom. [Et Quas Sub Protectione Nostra Recepimus, Et Habemus] vel in manu, & protectione nostra habemus. inf.in const.perue

24 nit, de admi.rer.eccl. & sic ecclesiæ. monasteria,& venerabilia loca sunt in defensione Principis.l.relatum. & ibi in marg.de scandalis,& compositionibus in Longobar.alibi quæ circa sacrificia publica fiunt,lex Sacerdotibus non committit,sed ex publico fiũt, vocanteq; eos qui istis præsunt Reges sacrorũ,alij Pontifices maximos.Arist.6.Polyt.8. [In Nullo Diminuere Volumus, Sed Augere] vel quarum libertatẽ nostris temporibus augere volumus. l.fin. cir.princ.de Episc.& cler.in Longob. Nec ecclesiatum, vel clericorum iura presumptione qualibet minuantur.c.tua nobis,eo.tit.de decim. sed debitas iurisdictiones, & solitas libertates restitui volumus, vt in c.reg. vt vniuersis, vbi Io.Ant.de Nig.nu.18.de rest.eccl.liber. Et non solum mandat officialibus,quod pro eo soluant,sed precipit etiam subditis,quod & ipsi soluant. Affl. hic in 9.not. dum dicit

[Subie-

[Svbiectis] de quibus infra in constit. ad
subiectorum inuidiam. [Etiam Nostris
Inoicimvs] denunciamus, vel promulga-
mus. Nizolus in ver. indico. [Vt] idest. Io.
An. in c. accusatus, in princ. de hæret. in vj.
[Decimas] prædiales, quæ exiguntur ab
omnibus. Innoc. in c. ex transmissa, eo. tit. de
deci. [Qvas De Fevdis, Et Bonis Svis]
25 allodialibus, quæ sua sunt directo, vel vtili
domiuio, nõ sub alio constituto. Bal. in l. in-
genuum. C. de inge. & manu. [Antecesso-
res Eorvm] de quibus sup. [Praedicti
Regis Gvlielmi Tempore Praestite-
26 rvnt Venerabilibvs Locis] nam in so-
lutione decimarum attenditur consuetudo.
Inn. in c. in aliquibus, nu. 2. eo. tit. de decim.
Afil. in c. 1. nu. 44. ex quibus cau. feu. amitt.
[Qvibvs Decimae Ipse Debentvr]
27 quod verbum necessitatem importat. Abb.
in c. cum super, num. 13. in fi. de cau. poss. &
propriet. quandoque non. idem Abb. in c. in-
telleximus, post nu. 5. de iudic. tenetur enim
successor ad id quod antecessor soluere con-
sueuit. not. in c. ex parte, de censib. & facit
l. quædam fam. ercisc. [Cvm Integritate
Persolvant] non diminutè. glo. in l. 2. de
28 frum. vrbis Constanti. Et sic decima est in-
tegrè soluẽda de omnibus. Abb. in c. veniẽs,
post nu. 1. de transact. vnde soluendo mino-
rem partem decimarum non satisfit præce-
to. Abb. c. 1. in 1. not. eo. tit. de decimis. nec
sumptus deducuntur propter nimium fauo-
rem petentis, vt in tributis. Bal. in l. 1. nu. 3.
post med. de fru. & lit. expe. Et sic mandat
officialibus Imperator, quod soluãt absque
alio mandato, vt in c. reg. officiales, Comi-
tum, & Baronũ pro eo decimas, & à seipso,
vt quod in alijs iustũ reputauit, in seipsum
videretur, infra in constit. monomachiam.
& voluit, quod integrè soluantur prout tem-
pore Regis Gulielmi, quasi diceret id quod
29 Corradus dicebat in eius lege, quod nostri
antecessores habuerunt, habere volumus,
quod verò non habuerunt, nullo modo exi-
gemus, refert Abb. in c. 2. post nu. 11. de im-
mun. eccl. quia qui tenet supremam potesta-
tem, seruare debet supremam honestatem.
Bal. in cons. 16. col. fin. circa fin. 4. vol. neque
plus cæteris in hoc mundo accepisse vide-
rentur ab auctore mundi, inde grauius iudi-
centur. Greg. in hom. super Matt. 25. Homo
30 quidã peregrè proficiscens. Et tenetur Rex
ad solutionem decimarum. glo. in c. omnes
Principes, de maior. & obed. quia, vt supra,
debentur præcepto iuris diuini, quod ius in
omni foro vim suam exercet. Bald. in l. 2. in
princ. C. de vsuris. & iuris naturalis. Afil. hic
3. q. nu. 6. post med. & Princeps licet sit su-
prema auctoritas, tamẽ naturalis ratio au-
ctoritatẽ eius mutari non potest. Bal. in l. si
non speciali, nu. 8. in fi. C. de testa. & debetur
iure canonico, quod iuri diuino inhæret.
Bal. in l. 2. quemad. testa. aperia. & capitulo-
rum reg. vt in c. volumus, & mandamus in-
uiolabiliter. vbi Io. Ant. de Nig. cum c. seq.
item statuimus.

31 Sed contra, ius decimarum est ius serui-
tutis. Zab. in clem. dispẽdiosam, post nu. 26.
de iud. multi Reges sunt liberi. Iser. in rub.
de pace iuram. firm. post nu. 1. vt est Rex Si-
ciliæ. idem Iser. 2. q. prælud. feu. post nu. 32.
ergo Rex huius Regni non tenetur. Secundo
decimæ debentur Episcopis propter execu-
tionem Pontificalis officij, sicut terrena sti-
pendia vectigalia, & tributa debentur po-
testatibus seculi propter administrationem
publicæ functionis. Lucas in l. annonas, post
princ. de erog. mil. ann. sed pro fructibus feu
di non soluuntur gabellæ, vt in prag. Reginę
Ioannæ pro parte Raymundelli, in ritibus
R. C. ergo nec decimæ. Tertio, Imperator
dixit, quod ipse est inter homines, & in præ-
eminente culmine constitutus, & sic est ca-
put, sicut prælatus, qui est caput collegij,
non dicitur de collegio, nec venit eius appel-
latione. Abb. in c. 1. post nu. 6. de elect.

32 Dic, quod Rex non habet hominem, sed
Deum superiorem. Iser. in const. cum cõces-
siones, de priui. a curia cap. reuo. & quæ sint
reg. in ver. & bona cõmitt. post nu. 74. & 75.
Decimæ Deo debẽtur in signum vniuersalis
dominij, vt sup. & successiuè tenẽtur, vt inf.
Secundum non obstat, nam gabellæ debẽtur
statutis hominum, decimæ iure diuino, &
aliud statutum hominum, aliud lex diuina.
Abb. in c. licet ex quadã, nu. 4. de test. & ius
positiuum potest ampliare, & interpretare
ius diuinum. Abb. in c. 2. 1. not. de ferijs.
Non obstat vltimum, nam Imperator vocat
se veteranum commilitonem, Sãctus Petrus
dicit se presbyterum, & D. Augustinus se in
numero clericorum. sim. Lucas in l. 1. col. 3.
33 post med. de vetera. Et sic quilibet tenetur
soluere decimas, etiam Rex, qui tenetur nõ
solum ad personales, sed etiam prædiales.
Abb. in d. c. omnes, nu. 4. de maior. & obed.
non solum seculares, sed clerici, & monaci.
c. nouum genus, cum seq. eo. tit. de decimis.
& tam de patrimonio suo, quam pro eo ad
quod fuit ordinatus in titulũ. Abb. in c. tuis,
post nu. 6. de præb. Item pro prædijs dotali-
bus Ecclesiæ, pro quibus prius soluebatur.
idem Abb. in c. pen. in 1. not. & nu. 4. eo. tit.
de decimis. Soluunt prædiales etiam Iudæi,
& Sarraceni. c. de terris. eo. tit. de decimis.
Io. And. ad Spec. in rub. de Iudæis. & omnes
subditi Regis, vt hic, etiam quod prætendãt
non teneri, ex quo predecessores sui non sol-
uerunt,

ucrunt,

uerunt, & suorum priuilegio vti vellent. gl. in cap.quia, in ver.priuilegij, 82.dist. adeo
34 quod nec pretio redimi possunt à laicis.Archid. in c.pen. 16.q.7. & non soluentes coguntur per censuram ecclesiasticam.Zab.in clem.dispendiosam, 9.not.de iud.& c.peruenit. eo.tit.de decim. vel ad eam soluendam per Comitem, vel missum Regis distringitur,vt inuitus restituat, quæ voluntariè dare neglexerit. l.quicunque decimam,& seq. de decimis in Longobard. potest laicus excõmunicari, & personaliter arceri si est necessarium. Abb.in c.postulasti,2.not.de homicid. & clericus cessare à diuinis. Abb.in c.2.nu.7.de his,quæ fiunt à maio.par.capit.
35 Et debentur non solum Episcopis,sed etiam religiosis,& Abbatibus habẽtibus iura Episcopalia. Abb.in cap.pen.nu.5. & c.ad hæc, 1.not.eo.tit.de decim. vel curam animarũ. D.Tho.2.2.q.87. art.3.& 4. nam decimas, oblationes, & alios redditus recipiunt, vt Fidelibus prædicent,& si sunt impediti,prędicent per alios,qui si uolunt gratis,merces aliqua honesta persoluatur, ne grauẽtur Fideles,q.188.art.4.vbi add.quartum conclusionis. & non statim,sed post dies nouẽ quibus stetit frumentum in spica, quæ est illius mater.l.stipulatio ista habere licere,§.inter certum, in glo.1.de verb.oblig. & non cum palea,sed separatũ debet ferri vsque ad domum Ecclesiæ cui debetur, expensis villici. Abb.in c.peruenit,cir.fi.& c.ex parte,nu.5. eo.tit.de deci.Arch.in c.alia,16.q.1.nec deducitur tributum, nec pretium operarum. D.Th. 2.2.q.87.art.2. in fi. Adeo quod pro
36 parte Rectoris potest interdici colono ne colligat fructus,vel inde remittat eius nuncio absente. Abb.in d.c.ex parte,nu.6. Et si nõ soluuntur tempore congruo,tenentur ad duplum illi cui solutio fieri debet.Gra.in c. reg.& quia. cum solui debeant etiam quod non petantur. Arch.in c.quicunque,16.q.7. Et rusticus si malitiosè differt colligere fructus vt non soluat decimas, compellitur, etiam quod debeantur fructibus collectis, quia dicuntur percepti etiam non perfectè collecti. Archid.in d.c.reuertimini, 16.q.1. Et potest exigi tam ab emptore, quã à venditore.D.Th.2.2.q.87.art.2.circa fi. Et non
37 solum in vita, sed in morte ratione consuetudinis decimãtur bona,vt Venetijs,& Britanniæ,vbi in morte decimantur omnia mobilia,& datur tertia omnium bonorum conuertenda ad cultum diuinum, & eleemosynam pauperum. Abb.in c.ad Apostolicam. post nu.4.de simon.& in c.in aliquibus,post
38 nu.8.eo.tit. de decim. Prædiales dantur illi ecclesię in cuius territorio sita sunt prædia. c.fin.vbi gl.fin.de parochijs,& alienis parochianis. c.ad Apostolicæ,cum ibi not. c.tua est,& c.tua nobis,eo.tit.de decim. alias dabunt diuina officia, & si in pluribus locis, proportionabiliter diuidẽdas.Arno.in 177.
39 comm. licet personales non sint de iure diuino.Arch.in d.c.quicũque.16.q.7.nec sunt in consuetudine.Abb.in cap.cum homines. nu.5.in fi.eo.tit.de decimis.vel non fuerunt de præcepto in veteri lege, sed in noua sic, secundum consuetudinem patriæ,& indigentiam ministrorum. D.Th.vbi sup.2.2.q.87. art.2.& soluunt non solũ monachi,sed agricolæ de parte sua. Inn.in c.veniens.cir.fi.de
40 transact. Adeo quod prælatus administrans spiritualia,cum bona conscientia exigit tẽporalia, & facit quod parochiani possint compelli ad alendum proprium presbyterum si non habet vnde viuat. Abb.in c.fin. post nu.3.de parochijs. quomodo petantur, Abb.in c.veniens post nu.1.de transact. An pro eis detur rei vendicatio, libellum pro realibus, & alium pro personalibus põnit Spec.in tit.de decimis,in princ. prohibendo autem dicitur spoliare. Minad.conf.14.post nu.10. cognoscebat Iustitiarius, vel spectat ad iudicem ecclesiasticum, non secularem, etiam quod petantur per viam recõuentionis.Gra.in d.c.reg.& quia.& coguntur conditione ex c.reuertimini, 16.q.1. Gra. hic. & nõminus ministri cogendi sunt ad dispensandum pauperibus, quam populi ad soluendum decimas.Caiet.ad D.Th.vbi supra 2.2.
41 q.87.art.1.col.3. cir.med. quas quilibet tenetur soluere, nisi sit specialiter exemptus. c.à nobis, vbi Abb.1.not.eod.tit.de decim. vbi Host.in sum. §.à quibus, in princ. nam etiam quod decimæ debeantur de iure diuino, potest Papa aliquos eximere ab illarum præstatione. Luc.in l.prædia,col.20.in prin. de locat. præd.ciuil. & earum fructus laicis concedere ad vitam. glo.in c.fin.in ver.non licere, 16.q.1. Abb.in c.quãuis,nu.4.eo.tit.
42 de decimis. Ita Rex quandoque retinet per cõcessionem Papæ,& ipse impõnit collectores in extrauag.com.suscepti. in ver. collectores,& seq.de elect.& militibus dantur in feudum, iure accipiendi ministris Ecclesiæ reseruato. D.Th.vbi sup.2.2.q.87.art.3.nec procedit in eo, qui non habet parochiam, quia nec habet ius decimãdi.Abb.in c.pen.
43 in fi. eo.tit.de decim. vel in terris in quibus non est consuetũ exigi decimas, seu propter scandalum euitandũ. D.Th.d.par.2.2.q.43. art.8.vnde laudabiliter ministri Ecclesiæ nõ exigunt decimas vbi sine scandalo requiri non possent, nec sunt in statu damnationis, qui non soluunt in locis in quibus Ecclesia non petit,nisi essent obstinati in non soluendo etiã quod ab eis peteretur. d.q.87.art.1. in fi.

in fi.2.2.vbi Caiet.col.fin. Nec de eo exigi-
tur,quod miraculosè multiplicaretur,vt de
oleo Elisei.appendix ad D.Th.3.par.de Sal-
uatore, q.31.art.8. vel segete destructo non
dolo,vel negligentia rustici, nec de distribu
tionibus quotidianis. glo.in extrauag.com.
vni. in ver.in totum, cir.med.& in ver.con-
sueuit,ne sede vac. Item non exiguntur de-
structa Ecclesia propter quã debentur. Pau.
de Cast.in cons.38.1.vol. sicut nec de dona-
tis legatis inuentis,vel iure successionis ac-
quisitis, sed tantum de his,quæ naturaliter,
vel industria sua quæsiuit. Arch.in d.c.deci-
mæ,16.q.1.Nõ soluunt leprosi.c.2.vbi Abb.
de eccl.ædif.nec de nutrimentis eorum ani-
malium.clem.1.in ver.animalibus,eo.tit.de
44 decim. Verum si religiosi possunt percipere
decimas infra parochiam ex priuilegio, vel
præscriptione. Abb.in c.pen.2.not.de præ-
script. Quarta ipsarum pertinet ad Episco-
pum.idem Abb.in c.de quarta,1.not.eo.tit.
de præscript. Et presbyteri plus debent ha-
bere,quàm diaconi. glo.in c.fin.in ver.pro-
45 pensus, 74.dist. Sed an valeat consuetudo,
quod rustici non teneantur soluere decimas
nisi prius tradatur munus à presbytero. Ab-
bas in c.1.nu.2.de consuet. posset tamen ex
cõsuetudine dandi candelas in die Purifica-
tionis conueniri. addit. ad Spec.in d.tit.de
consuet. sicut parochiani possent compelli
ad soluendum, quod dare consueuerunt eo-
rum presbytero,nam donatio alicuius mul-
to tempore continuata inducit obligatioue
in futurum, vt sic more solito annis singulis
detur.Abb.in c.veniẽs ad nos,nu.2.de testi.
46 sed vbi facienda est solutio temporalium
clericis. idem Abb.in c.1.nu.7.eo.tit.de de-
cimis. An autem per consuetudinem possit
tolli,vel minui. D.Th.quolib.2.art.8.Alex.
in cons.123.num.3.vol.5. Possunt præscribi
in tanto, non in toto. Bald.in l.competit,de
47 præscript.30.vel 40.ann. Vnde consuetudo
quod soluatur duodecima, vel vigesima vi-
get in multis locis. Abb.in c.in aliquibus,
nu.4.& 6. cir.fin.eo.tit.de decim. & si nõ est
expressa quãtitas, est in electione debitoris
quãta debetur. Inn.in c.1.isto tit.de decim.
Et si sit pactum, vel compositio super deci-
mis. Arch.in c.decimas, 16.q.7. circa med.
non valet nisi interueniat auctoritas Papæ.
Zab.in clem.dispendiosam, nu.25. de iudic.
& consensus Episcopi.Abb.in c.2.de transa.
& c.3. 1.not.eo.tit.de decim.
48 Nota, quod decimæ, & primitiæ debent
præstari, iuxta illud, Honora Deum de tua
substantia, & de principijs omnium frugum
tuorũ da pauperibus. Parab.3.quæ sint pri-
mitiæ,an sint de præcepto,& earum nomine
quantum debeatur.glo.in c.2.in ver.primi-
tias,13.q.1. Abb.in c.1.cir.fin.eo.tit.de de-
cimis. Boer.in decis.236.Pelli. in fi. consu.
auer.ibi de primitijs. Tu dic,quod sunt ge-
nus oblationum offeruntur ex speciali cau-
sa, non reperitur determinata quantitas in
veteri, nec noua lege, sed debet solui Qua-
dragesima, vel Sexagesima. D.Th.2.2.q.86.
art. 4. Oblationis nomen commune est ad
omnia, quæ ad cultum Dei exhibentur, ista
debetur Sacerdoti,verum cedit in vsum pau
perum, si nõ est consecrata, per modum do-
nationis,vel venditionis. D.Thom.ea.q.86.
art.1.& 2. Debet fieri de proprijs, & licitis
rebus, & eius nomine quid veniat, c.causa,
vbi not. & c.inter vos, de verb.sign. c.1. in
ver.aliarum,de decim.in vj.Consistit in vo-
luntate offerentis, iuxta illud Matth. 5. Si
offers munus tuum ad altare. & tenetur ex
conuẽtione,consuetudine,& propter Eccle-
siæ necessitatem, adeo quod non soluentes
possunt cogi per subtractionem Sacramen-
torũ,non per ipsum cui faciendæ sunt obla-
tiones, sed per superiorem. D.Th.vbi supra
d.q.86.art.1. vel si laici nõ dant oblationes
etiam gratuitas, & clerici nihil possident,
possunt excommunicari.gl.1.in c.statuimus
49 16.q.1. Et differunt decimæ a primitijs, &
oblationibus, quæ, quibus,& a quibus dari,
& recipi debeãt. Abb.in d.c.causa,de verb.
50 sign. Spec.eod.tit.de decim.nu.13. Papa in
multis casibus cõcessit decimas laicis.Abb.
in d.c.causa,nu.3.in fi. & 8. c.nullus,2.not.
de iure patr. Spec.vbi sup.de decim. nu.11.
vt Regi Francorum. Bal.in l.si vsusfructus,
in fi.ff.de iure dot.& in l.vsufructu,circa fin.
sol.matr. & tunc non ius spirituale,sed tan-
tum res temporales, quæ decimæ appellan-
tur, vt sup.post princ. intelligitur cõcedere.
Caiet.in tract.de simonia,q.1.col.3.cir.med.
51 & sic ius decimandi est spirituale, fructus
non. Abb.in c.2.in princ. de iuram.calum.
decimas potest possidere laicus,ius decima-
le non. idem Abb.in c.ex parte,nu.19.circa
med.de rest.spol. Ius decimale ex quo spiri-
tuale non recipit æstimationem. Abb.præd.
in c.fin.num.4.de rerum permut. De quibus
autem decimis loquatur ius ciuile, Io.And.
ad Spec.in rub.cir.princ.de decim. Et Re-
52 gales decimationes sunt prædia, quæ dant
Reges Ecclesijs pro decimis.c.vt super, vbi
glo.de reb.eccl. non alien. à Regibus enim
non possunt peti res Ecclesiæ. c.2. de rebus
eccl.non alien. quid si dent priuilegia super
decimis. Abb.in c.pen.in gl.2.nu.9.de præ-
scrip.in c.in Lateranensi,& c.dilectus filius,
de præb.in c.dudum,4.not.& nu.61.eod.tit.
de decimis. Non enim in spiritualibus pos-
sunt Principes seculares concedere priuile-
gia,siue exemptiones. Abb.in c.3.num.9.de
rest.

rest. in integrum. & in eis, & spiritualitati annexis nulla temporis præscriptio iuuat laicis, ibidem Abb. in c. causam. num. 2. & 4. de præscrip. adeo, quod intrusi potentia seculari, etiam quod confirmentur à Papa, non tenent nisi dicatur. Abb. in c. 1. nu. 3. in fi. de
53 concessio. præben. Et qui à manibus eorum capiunt, priuantur, & excommunicantur. c. præterea, de iure patro. poterant enim ante Concilium Lateranense decimæ dari in feudum, postea non. Abb. in d. c. ex parte, num. 19. circa med. de restit. spol. & priuilegia ante d. Concilium de non soluendis decimis, sunt reuocata. Abb. in c. pen. 3. not. eo. tit. de decimis. potest tamen etiam laicus ex priuilegio Summi Pontificis disponere de dignitatibus etiam ecclesiasticis. Mina. consil. 46. nu. 5. vnde priuilegium exemptionis decimarum, an extendatur ad cappellas, per alium possessas. Abb. in c. dudum in princ. &
54 nu. 2. de priuilegijs. Episcopus autem potest remittere Ecclesiæ inferiori decimas sibi debitas. Abb. in c. quia 1. not. circa princ. de priuileg. & si fit compositio, vt sup. ratione prædij, quod postea euincitur tenetur. Bald.
55 in l. cum mulier, la 2. sol. matr. Secundo nota, quod quilibet tenetur soluere decimas. Imperator, officiales, Regis, & alij. in c. reg. & quia nuper, vbi Io. Ant. de Nig. etiam clerici pro emptis, & donatis, habent tamen immunitatem secundum concessionem Sedis Apostolicæ, D. Tho. 2. 2. quæst. 87. art. 4. facit c. à nobis, 1. not. Abb. eod. tit. de deci. Quãdo autem, & pro quibus soluat Rex, determinat Iser. & Afflict. hic nu. 22. circa fin. & seq. & Gra. nu. 2. tenetur pro gabellis, & alijs iuribus Regiæ Curiæ. Io. Ant. de Nig. vbi sup. num. 7. & pro iuribus veteribus non nobis, quasi nouum aliquid imponi non sit permissum, c. 3. de cẽsi. & successiue nec pro eo exigi, sicut filius, & seruus non acquirunt patri vel domino ex vsuris. Bald. in l. 1. in 1. repet. nu. 1. de his, qui sunt sui, vel alie-
56 ni iuris, nisi dicamus noua, idest vltima, c. marte. de celebr. Miss. vel extraordinaria. Bal. in l. qui res, in princ. de solution. siue extranea. Abb. in c. 2. 3. not. eo. tit. de deci. Sed illud tunc, hodie nouum, nec insolitum præsumitur, quod diu tolerãte superiore agitatum est. Abb. in c. constitutus, nu. 6. de relig. domi. vltra quod nouum dicitur, quod non est iure scriptum, vel consuetudine roboratum. l. 1. in ver. noui in ff. quod quisque
57 iuris, adeo quod nouum nullatenus est recipiendũ nisi constito de causa propter quam impositum est, antiquum verò debet recipi etiam quod de causa non possit euidenter liquere. Host. in sum. de censibus, §. ex quibus causis, col. 2. post med. quidquid sit decimas mandauit Papa Honorius in suis capitulis solui suis temporibus, & adest cap. reg. Item statuimus, quod Comites, & tenentur etiam quod habeant priuilegium Imperatoris in contrarium. Io. Ant. præd. in d. c. reg. & quia
58 nuper, nu. 8. Et an soluant rustici, vel domini, seruatur consuetudo. l. litibus in ver. moris. de agri. & censi. & sicut habentes possũt ponere custodes ne fraudentur in decima, ita habentes partem in fructibus, ne eo absente colligantur. Cassan. in cõsuet. Burgun. rub. 4. §. 6. ibi. fur, post num. 31. Tertio nota,
59 quod decima soluitur secundum valorem rei, etiam quod postea creuerit. Bal. in l. si idem cum eodem 2. rep. §. si vna, ibi prima, de iurisd. omn. iud. ita si post datas decimas rustico remanserint quinque corbes frumenti, non debet de illis dare decimam, & si habet quindecim, non debet dare nisi pro decem, glo. 2. in fi. & seq. in c. quadragesima, de consec. dist. 5. Quæ dicatur modica summa, quis pauper, vel inops modica pensio, vel pauper Episcopus, Gra. hic num. 4. & seq. & cui Ecclesiæ debeatur si domus est constitu
60 ta infra fines duarum parochiarum, not. in c. vni. de consecra. eccle. vel alta. in 6. pertinent decimæ Ecclesiæ parrochiali infra cuius parrochiam sita sunt prædia. Gra. hic in pri. & omnes habentes domicilium in ciuitate dicũtur de populo illius ciuitatis. Abb. in c. quoniam 1. not. de offic. ordin. pro ouibus quibus debetur, & alijs animalibus, quid de fœno, & prato, quibus debeatur de iure communi, & cur ex causa legitima non debeatur. Zabar. in clem. 1. nu. 9. & seq. eod. tit. de decim. Quid de molendino ad ventũ, & quod pro negotiatione debetur, quando venditur. Abb. in c. ex transmissa, & c. pastoralis 1. not. post nu. 4. eo. tit. de decimis, non
61 debentur de illicite acquisitis, quando tenentur ad restitutionem, alias sic. Vnde meretrix de meretricio soluit, & vsurarius de fructibus predij quod emit ex vsuris, non tamen soluuntur de rebus minutis, nisi ex consuetudine patriæ, nec de prædijs Ecclesiæ, D. Tho. vbi sup. 2. 2. quæst. 87. art. 2. & 4. Iudæi pro quibus soluunt, c. pen. vbi Abb. nu. 4. & 5. de vsuris, coguntur soluere prędiales, aut prædia dimittere, c. de terris. vbi Abb. in pri. no. 5. & 6. eod. tit. de decimis, & sicut
62 debebatur decima decimę summo Sacerdoti, ita & Summo Pontifici, quando a clericis exigeret. D. Tho. vbi sup. 2. 2. quæst. 87. art. 4.
63 vniuersitas autem assumit litem pro particularibus in causa decimarum. Ioan. And. ad Specu. in tit. de decimis. in ver. Spec. post pri. potest transigere, & valet sine decreto. Minado. consil. 14. vltimo nota, quod iure na-
64 turali tenemur benefactoribus benefacere. glo.

glo.fin.in fi.in l.error, ff.de iur. & facti ign. Bal.in l.si non fortem, §.libertus, col.2.cir. med.ff.de cond.indeb. Inde gratia pro gratia tanquam merces pro iustitia. D.Aug.in lib.de gratia,& libero arbit.c.8.in fi. & vocatur antidotum,& quare. Abb.in c.cæterũ, 1.not.de iuram.calum.vel obligatio ad antidora,quæ consideratur, quandoque non. Bal.in l.1.col.2.cir.prin.de cond.cau.data, & in l.quod dictum, 2.repet.ff.de pactis. & dicitur ad antidoram,idest ad similem com pẽsationem,& tollit effectum repetitionis. idem Bal.in l.si testamẽto,§.1.ff.de fideiuss. Vel beneficium rependere benefactori est debitum non ex iustitiæ necessitate, sed ex quadam morali æquitate, & nõ numeratur in bonis eius cui datur, sed in bonis eius, qui dat.D.Tho.vbi supra 2.2.q.3 art.3.ibi tertium, de maior. Natura enim inter homines cognationem constituit, vt quilibet teneatur proximo ad familiaritatẽ, & mutuam affectionem. Abb.in c.insinuante, in fi. nu.6. de off.deleg. adeo quod ex antidorali obligatione remunerandi seruitia facta patri,non transit in filium. Minad.infra in const.in aliquibus,3.not.nu.103.

De cultu pacis, & generali pace in Regno seruanda.

SVMMARIVM.

1 *Obstaculum debet amoueri, vt tendatur ad finem.*
2 *Pax ex sex causis non seruatur.*
3 *Discordiam excludendo, introducit pacem.*



ACEM quam promiserat Imperator in const. post mundi machinam, in fine princ. vt in regno introduceret, vt ad finem tenderet, amouit obstaculũ. Bal.in l.qui proprio, §.1.
1
nu.1. ff. de procur. & sustulit impedimentum. D.Th.3.par.quæst.12. alias 71. art.2.
2 Causæ propter quas pax inter homines non seruatur sunt sex. Abb.in c.fin.1.not.de rest. spoliat. quarum prima,quia non puniuntur maleficia: vltima,quia nõ seruamus præcepta Dei: amouit primum Imperator, nam mandauit hæreticos puniri, vt in const.inconsutilem,& seq. voluit in solutione decimarum Dei præcepta seruari,vt in constit.
3 præcedenti, vt sic exclusa discordia pacem introduceret. D.Aug.in lib.concionis super gestis cum emerito.col.5.circa fin.& voluit [PRO CVLTV PACIS, ET GENERALI PACE SERVANDA IN REGNO] vt nemo propria auctoritate sibi ius dicat. l. si quis in tantam,vnde vi,sed iudicem adeat,alias punitur.l.2.§.si quis igitur.ff.vi bon.rapt. & infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Pax est finis omnium bonorum, & quomodo est in omnibus.*
2 *Concordia lucro præfertur.*
3 *Pax temporalis, & Dei, etiam quod eodem nomine nuncupentur, in multis differunt.*
4 *Regna, iustitia remota, non sunt nisi magna latrocinia.*
5 *Excessuum appellatione veniunt delicta in omittendo, & committendo.*
6 *Dudum, quondam, & olim, tria tempora, vel præsens, & futurum significant.*
7 *Statuta quæ vindictam permittunt, intelliguntur iustitia mediante.*
8 *Repræsalia tanquam executiones extraordinariæ prohibentur.*
9 *Guerra, inguerratus, & guarantizare quid.*
10 *Prout, modum denotat, & qualitatẽ.*
11 *Ordo dat iudicio formam, & sine eo nihil rectè agitur, & quid. nu.46.*
12 *Homines ad iudicem confugiunt sicut iustitiam animatam.*
13 *Lacessitus si offendit pœna mitigatur, & si potest an teneatur fugere. num.43*
14 *Furem quis potest occidere pro liberando se, & sua, non sua tantum.*
15 *Incontinenti, dicitur fieri pluribus modis, & idem quod in instanti, & vnde dicatur, num.21*
16 *Moderamen in qualitate, tempore, & in ipsa defensione consistit.*
17 *Modus exceditur, quando non fit quod consuetum est fieri.*
18 *Ita semel posita inducit conditionem.*
19 *Armorum genus triplex, ad tegendum, protegendum, & impugnandum.*

Excessus

20 *Excessus vt non sit in defendendo arma, debent esse æqualia.*
22 *Occidere licitum est pro defensione vitæ, & temporalium, non pro bonis.*
23 *Superior non debet fatigari, quã potest fieri aliquid propria auctoritate.*
24 *Verbis contendere tutius est, quam armis pugnare.*
25 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate, quomodo intelligitur, & executioni mandatur.*
26 *Brachij imploratio est remedium iudiciale, & quid operatur.*
27 *Pax est in cultu iustitiæ, nã iniustitia facit vacillare corda subditorum.*
28 *Iustitia quid, in quibus consistit, & eius amorus.*
29 *Iustus non potest quod de iure non est, sed pro bono pacis quandoque ab eo receditur.*
30 *Dux exercitus non potest pacisci cum hoste sine consensu populi.*
31 *Pax est vtilis, placet Deo, & est magnum beneficium.*
32 *Publicus status plerunque ex priuato turbatur.*
33 *Ecclesia occasione pacis fractæ habet iurisdictionem in laicos.*
34 *Pax temporalis quæ, dicitur induciæ, debet seruari etiam hosti.*
35 *Bona debitoris propria auctoritate capere etiam præcedente obligatione non licet.*
36 *Cõsuetudo nõ valet, quæ dat auctoritatẽ pignorandi propria auctoritate.*
37 *Alium pro alio pignorare non licet, nisi eius hæres, vel proximior.*
38 *Pignoratur tertius propter iniustitiã subdito factam, & alijs casibus.*
39 *Repræsalia sunt stricti iuris, nec extenduntur, & qui soluit an ab eo repetet, cuius occasione soluit.*
40 *Repræsalia non habent locũ in regno, & inter eos qui pro iustitia possunt habere recursum ad superiorem.*
41 *Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando dicitur.*
44 *Rixa, metus instantis periculi, & maximus dolor tollunt consilium.*
45 *Vindicare se quis non debet, licet possit de iure.*
47 *Exceptio declinatoria ante litem contestatam, & alia proponi debet.*
48 *Iudex cognoscendo iuris ordine non seruato, ius alterius aufert.*
49 *Ordo debet seruari etiam in criminalibus, sed quandoque ordo est non seruare ordinem.*
50 *Officio iudicis spectant omnia, quæ post litem contestatam contingunt.*



ACIS CULTUM] Deus finẽ omniũ bonorũ nostrorum posuit pacẽ. D. Aug. 19. de
1 ciu. Dei, c. 11. in prin. Cælestis ciuitas pax est ordinatissima, & cõcordissima societas fruendi Deo, & inuicẽ in Deo, pax animæ rationalis est ordinata cognitionis, actionisq; cõsensio, animæ, & corporis ordinata vita, & salus animãtis, hominis mortalis, & Dei immortalis, ordinata in fide sub æterna lege obediẽtia: in corpore est ordinata temperatura partiũ, in anima irrationali ordinata requies appetitorũ, hominum pax ordinata cõcordia ciuitatũ, ordinata imperandi, atq; obediendi cõcordia ciuiũ, pax domus ordinata imperãdi, atq; obediendi concordia cohabitantiũ. Pax omniũ rerum est tranquillitas ordinis. D. Aug. vbi sup. c. 13. Colit concordiã vxor cũ marito. l. filia. C. de inoff. test. & ad eã cõmendandã genus humanũ ex vno est propagatũ. D. Aug. 12. de ciu. Dei c. 22. & voluit Deus creare vnũ de quo multitudo propagaret, vt hac admonitione etiã in multis concors vnitas seruaret. ibidẽ c. 26. col. 2. cir. med. ista lucro prefertur. not. Bal. in l. reprehẽdẽda. C. de inst. & subst. Ideo
2 in casu discordiæ vult hic Imperator iustitiã non per se, sed per aliũ fieri, vt in tex. qui diuidit, & sumit ut per Affl. & dicit [PACIS CULTUM] cultum iustitię. inf. in const. cultus iustitiæ. quia opus iustitiæ pax. Esa. 32. Isern. quæ sint reg. in ver. & extraordinaria collatio, in fi. post nu. 63. pacis dico tẽporalis, quę est cõis bonis, & malis. D. Aug. qui sup. 19. de ciu. Dei, c. 26. in fi. cum alia sit Dei, quę licet vno nomine appellent, longo interuallo di-
3 scernũtur: hæc enim fragilis, illa fortis, hæc carnea, illa spiritualis, hęc terrena, illa celestis, hæc de necessitate, illa de voluntate. idẽ Aug. in lib. quæst. ex nouo testa. col. 42. in fi. & differt a concordia. D. Th. 2. 2. q. 29. art. 1. [QUI CULTUS A IUSTITIA] nam iustitia remota, quid sunt regna nisi magna latro-
4 cinia. D. August. 4. de ciuit. Dei, cap. 4. & D. Thom. vbi supra 2. 2. quæst. 66. art. 8. Et iustitia est legis perfectio. Pernus in tract.

de Regina,& Rege,col.3.post princ. [ET A QVO IVSTITIA ABESSE] quod verbũ scriptum per b,vnũ scriptum per d,aliud significat.gl.in l.Papinianus,in ver.quia,de mino. [NON POTEST]nã iustitia,& pax complexę sunt,ps.84. Benedixisti Domine. & esset dementia pacẽ in ipsa pace velle relinquere. D. Aug.1.contra lit.Pitil.col.13.in fi. nunc, & semper,quia nõ potest,est extensiuum ad futura,licet sit præsentis temporis.gl.in l.si ita quis,de leg.2.[PER VNIVERSAS]cõfusè. Nizolus in ver.vninersus. [ET SINGVLAS] in particulari. idem Nizolus in ver.singuli. [PARTES REGNI NOSTRI PRAECIPIMVS] imperamus,nã quod præcipitur,imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri,& si non fit,pœnam habet.c.in his,de verb.sig. vltra quod cõtrauenieus,peccat mortaliter.Abb. in c.1.2.not.& nu.4.in prin.de treg.& pace. [OBSERVARI]quod verbũ capitur pluribus modis. Affl.infra in const.Magnæ Curiæ,in princ. [VT NVLLVS AVCTORITATE PROPRIA]c.pastoralis,de priui.[DE INIVRIIS] culpis,vel cõtumelijs.Inn.in c.1.& fi.de in-
5 iur.& dam.dato.[ET EXCESSIBVS]quorum appellatione veniunt delicta tã in omittendo,quam in cõmittendo.Ant.de Bur.in c.2.
6 nu.3.de suppl.negl.præl. [DVDVM] c.cũ inter,de verb.sig. quondã,olim,quæ tria tempora significant. Abb.in c.ex parte 6. post nu.2.de fo.comp.vel præsens,& futurũ,in c. cũ contra,nu.3.de pign.c.1. vlt.not.de cler. excom.depo. vel dudum,ante istã constitutionem. Bal.in l.Imperialis,§.his illud,post nu.2.C.de nuptijs.[FACTIS,VEL FACIENDIS] & sic extenditur etiam ad præterita, e.Imperialẽ,§.nos itaque,de prohi.feu.alie. per Fre.[IN POSTERVM]c.2.de reliq.& ven. Sanct.[SE DEBEANT VENDICARE]nec aliquid sibi ꝓpria auctoritate præsumere,not. in c.sane, de priuil. nisi iudicis auctoritate. Paris de synd.in ver.tortura, lo primo, c.6.
7 post nu.2. Vnde statuta,quæ permittũt vindictã mortis,seu iniurię consanguinei intelliguntur per viam iustitiæ, non cum animi rancore,alias præberent materiã peccandi. Abb.in c.fin.nu.3.cir.fin.de consuet. [NEC PRAESALIAS, SEV REPRAESALIAS FACERE] quæ sinonima sunt,vel differũt. Affl.hic
8 nu.42.quæ sunt prohibitæ, cum sint executiones extraordinarię.Bal.in l.si qs in prin. nu.3.ff.de procu.Iudex verò potest aliquem arrestare,licet sit de iure prohibitũ. Gra.in c.reg.itẽ nullus. [VEL GVERRAM]§.si mini
9 strales,de pace ten. & capit pro quocunque crimine,inde iste est mihi ingnerratus,idest odiosus.Iser.in d.§.si ministrales,nu.41. Et guarantizare idẽ est quod defendere, vnde inoleuit practica,qđ notarij in instrumento venditionis apponunt verba, quod venditor promittit emptorẽ guarãtizare.i.disbrigare rem venditã.Iacob.in sua inuest.in ver.& dicti vassalli ꝓ dictis rebus,nu.30.[IN REGNO MOVERE]& sic particulares nõ possunt indicere repræsalias,nec bellũ mouere propter debitũ non solutum.Bal.in l.ex hoc iure,nu.11.de iust.& iu. [SED] tamen.gl.in l. qui se debere, de cond.cau.data. [CORAM] vidente,& audiente.l.coram,de verb.signif. [MAGISTRO IVSTITIARIO] de quo inf. in d.const.Magnæ Curiæ in ciuitate. [ET IVSTITIARIIS REGIONVM] in prouincijs,de quibus Iustitiarijs,inf.in cõst.apud Iustitiarios,& seq. [VEL LOCORVM CAMERARIIS, VEL BAIVLIS]inf.in const.locorũ Baiuli,& in const.Iustitiarij,de cætero a nostra Maiestate statutis,inf.in const.cũ satis. [ET DOMINIS]vtilibus,inf.in const.ea quæ ad spe-
10 ciale decus. [PROVT] quæ dictio modũ denotat, & qualitatẽ. Alex.in cons.179.nu.9. vol.5. [AD VNVMQVEMQVE EORVM CAVSAE] de quibus in c.forus,de verb.sig.causę facti.Bal.in l.certi conditio,in princ.si cer. pet. [COGNITIO PERTINET]nam ciuilibus quæstionibus,& alios accusationibus criminalibus præposuimus. inf. in const. non sine grandi,in fi.& causæ cognoscuntur per effectum.Abb.in c.illa quotidiana,post nu.9.de elect.[CAVSAM]quę a casu quo venit dicit. d.c.forus obligatione videlicet, ex contractu,vel quasi,ex maleficio,vel quasi. gl.2.in d.l.certi cõditio,si cer.pet. [SVAM]aut suorum.inf.in const.generalia iura.[ORDINE]
11 qui dat iudicio formam.Bal.in l.3.nu.19.de interdictis,& est modus cuiusque rei agẽdę, quo prætermisso,nihil rectè agitur.Idẽ Bal. in quæst.de schismate, parte 1.post nu.3. & quamuis teneat,potest appellari.not.Bal.in l.1.in princ.C.de appell. quia inordinatum non placet,sed potest renocari. idem Bal.in d.l.1.nu.4.& 5. de execu.rei iud. [IVDICIARIO] actionibus,& anctoritate iudiciali.gl. a.in l.extat, quod met.cau. [PROSEQVAN-
12 TVR] quia,vt dicit Philosophus,homines ad iudicẽ confugiunt sicut ad iustitiam animatam. D.Th.2.2.q.60.art.1.etiam si prosecutus sit, quia prosequi dicitur. Zab.in clem. vni.nu.13.in fi.de cau.poss.& proprie. vnde qui assumit viam iudicij, debet ordinariè procedere. Bal.in l.lex vectigali.ff.de pign. iuxta illud, Viam quam elegit sibi pateat. Bal.pręd.in d.l.1.nu.1.in fi.de execu.rei iud. nam iudicia sunt ad instar contractuum. Bald.in l.1.nu.2. C.de his, quibus vt indig. [CAETERVM] c.nobis,de iure pat. alioquin. glo.in l.licet,in ver.cæterum, ff.de iure dot. [SI CONTINGERIT] euenerit.Nizol.in ver. contingit. [ALICVI VIOLENTIS INIVRIIS PRO-

Provocato] inducto,nā prouocare idē est quod inducere.Bal.in l.si repetendi,in prin.
13 C.de cond.indeb.vel lacessitus iniuria præsupponit in iniuriā, vel verbera contra iniuriātem,debet pœna mitigari,quia iusto dolore fecit. Abb.in c.olim ex literis,post nu. 6.de rescrip.cum distinctione,de qua glo.2. in c.1.23.q.1. [Ob Tutelam] idest defensionē.d.const.non sine grandi.[Sui Corporis] nam pellē pro pelle,& cuncta quæ habet homo,dabit pro anima sua.Iob 2.[Seu] quæ disiungit, & alterum ad eius veritatem sufficit.Pau.de Cast.in cons.162.nu.4.vol.2. [Rerum Suarum Defensionem] ne violentia expellatur impulsiua. Bal.in l.1.nu.4.C. quod met.cau. secus de iure canonico, nam
14 pro liberādo se,& sua, posset aliquem occidere, non sua tantum. Abb.in c.2. 4.not.de hom.vol. [Necessario Adhibere] nam nō debet occidere quandiu defendendo potest sibi consulere. Abb.in d.c.2.c.significasti,lo 2.vbi not.eo.tit.de hom. [Ipsam Et-
15 dem Incontinenti] quādo ille sibi,& ipse illi. Bal.in l.dāni infecti. §.si vicinus,de dā. infe.vel infra tempus,quo licita est recuperatio rerum. idem Bal.in l.vt vim,nu.9.cir. princ.de iust.& iure.vel cōfestim,l.diuus,de in integ.rest.vnico cōtextu,quod simul fieri dicitur. gl.& Bal.in l.3.ff.si pars hæred.pet. adeo quod pars illius dicit̄. l.lecta,in princ. si cer.pet.secundū Bal.ibi col.pen.post prin. & in l.petens,nu.49.C.de pact.& sic incontinenti,capitur multis modis,& quando dicat fieri incontinenti. Abb.in d.c.significasti,nu.9.circa med.Bal.in l.1.§.in operis,de no.ope.nūc.in l.fi.§.not.C.de iud.velut hic. [Prius] nominaliter, vel aduerbialiter. Abb.in c.capitulū S.Crucis,nu.4. post med. de rescrip. [Scilicet]que declarat moderationē.Luc.in l.omnes,post prin.de agri.& censi.[Quam Divertat Ad Alios Actus Extraneos]& sic in instanti,quia quod instanti fit,dicitur fieri incontinēti. Bal.in l.si ex plagijs.2.rep.in princ.ad l.Aqui.Nec dicitur instans secundum Dialecticos.idē Bal. in l.Aemilius Largianus.2.repe.nu.10.in fi. ff.de minor.[Non Vetamus]permittimus, & cōsentimus. l.qui vas,§.vetare,ff.de furt.
16 [Cum Moderamine] quod in qualitate cōsistit,tempore,& in ipsa defensione.Bal.in l.1.in 1.rep.col.1.in fi.& 2.in prin.& 2.rep. nu.8.C.vnde vi. inde illud fieri dicitur cum moderamine, quod fit ad defensionē. Bal.in d.l.si ex plagijs,2.repe. [Tamen Inculpatae Tutelae] d.c.significasti,lo 2.de hom. quomodo fit, & an debeat fugere si possit, Abb.in c.olim,nu.10.de rest.spol. & dicitur
17 excedi modus, quando non fit,& non seruatur id quod solitum est fieri.Bal.in l.quid er go,§.pœna grauior,1.rep.nu.6.cir.princ.de his,qui not.infa. vel [Ita Videlicet Ut Similibus,Et Aequalibus Armis Se Defendere Valeat, Quibus, Et Qualibus Est Impugnatus]nisi propter inæqualitatē virium,quia tūc liceret se defendere cum alio genere armorum. Bal.in l.1.rep.1.post nu.3.C.vnde vi.Affl.hic post n.51.& in cōst. monomachiā,2.not.post nu.3.Alex.in cons. 14.post nu.10.3.vol. [Ita] simpliciter.Bal. in l.si finita,§.nō autē,post prin.de dam.inf.
18 & ferri posita inducit cōditionem.idē Bal. in l.cū tale,§.1.de cond.& demonst. [Ut Si Armis Molitis] ad differentiam clauium ferrarum,vt inf.in const.intentionis nostræ. [Impugnatus Fuerit, Liceat] licitū sit. Io.And.in c.2.nu.3.cir.med.de decim.in vj. Bal.in d.l.1.in 1.rep.cir.prin.vnde vi. [Armis Molitis Se Defendere] quia arma armis repelluntur. l.3.§.eum igitur,in gl.1. ff.de vi,& vi arma. [Si Sine Armis Molitis, Vel Quibuslibet Armis] quorū ge-
19 nus est triplex, ad tegendū,protegendum,& impugnandū.D.Th.ad Eph.vlt.ibi ꝑpterea, post princ. [Adversarius] c.exhibita, de iud.c.pen.de fo.cōp. [Suus Eum Impugnaverit Eodem] idest simili.gl.in l.si ager,ff. qui.mo.vsusfr.amit.[Impugnationis Genere Se Defendat] & sic, vt non dicatur
20 excessisse defensionem, oportet,ꝙ arma sint æqualia,nisi offensus esset coarctatus ab auctore rixæ,vel insultans esset robustus,& insultatus senex,& debilis. Ang.in tra.malef. in ver.& dictum Titium,ibi ex ijs,col.1.cir. med.& ibi Aug.col.1.& 2. vnde infertur ad quæstiones, de quibus Bal.in d.l.1.2.rep.nu. 9.10.& 13.vnde vi.[Dum Tamen]dūmodo. quæ verba faciunt modum. Paul.de Cast.in
21 cons.268.in fi.1.vol. [Incontinenti] in actu se simul tenenti.Bal.in l.2.nu.1.de edi. diui Adri.toll. & tunc,quia incontinenti fit, præsumitur potius causa defensionis, & sui iuris cōseruandi,quā causa offensionis. Affl. in §.iniuria,nu.14.de pace iur.firm. Abb.in c.an sit deferendum,de appell.& licitum est vim vi repellere ad defensionē,non ad vltionem.gl.fin.in l.scientiā,ad l.Aqui.quia tunc culpa eius est qui prior percussit.l.si plagis, §.1.eod.tit.ad leg.Aquil.nisi ipse fuerit auctor.Bal.in cons.237.nu.2.vol.2. [Hoc Faciat, Ut Est Dictum] quando dicatur fieri incontinenti, & quando ex interuallo, Bald.in l.cum antiquitas, num.2.& 3. C.de testam. & modicum tempus reputatur pro eodem instante temporis. idem Bald.in l.2. num. 9. circa medium, C.quod metus cau.
22 Et sic pro euitāda morte,& defensione temporalium licitum est occidere.Lucas in l.1. col.2.cir.princ.de comeatu,sicut qui mina-

tur mortem, potest in ipso actu ab illo oc-
cidi, quia non debet expectare se percuti.
Bal.in l.1.nu.2.C.quando liceat vnicuique,
& in l.1.in 1.rep.post nu.3.& 4.C.vnde vi.
23 Sed videtur, quòd quando aliquid facere
possum mea auctoritate, nō debeo, nec pos-
sum super eo iudicem fatigare. Bal.in l.pen.
nu.1.com.præd. nam de necessitate non re-
quirit iudiciariam auctoritatem quod fieri
potest propria auctoritate. idem Bal.in l.1.
§.nunciatio, in princ.de noui oper.nunciat.
adeo quod si ex pacto habeo auctoritatem
ingrediēdi propria auctoritate, timetur ta-
men quod si vtor pacto, deuenitur ad arma,
non potest iudex prohibere. Bal.præd.in l.si
vsusfructus, §.æquissimum, 2.rep.post nu.2.
de vsufr.& quemadmo.quis vta. Et testator
si dat licentiam capiendi legata propria
auctoritate, non requiritur auctoritas iudi-
cis. Boer.in decis.156.nu.15. Rursus, tutius
24 est verbis contendere, quam manu pugnare.
Abb.in c.2.post nu.2.de parochis, & alie.pa
roch. Et vbi latro, vel fur potest comprehen
di, non debet offendi. Abb.in d.c.2.in 2.not.
de hom.volun.
25 Dic, quòd quando adest pactum, non ver-
satur propria auctoritas, sed lex cōtractus.
Bal.in l.extat, 3.repe.col.2.cir.med.ff.quod
met.cau. & potest ingredi propria auctori-
tate, dummodo non inueniat resistentem, &
adsit in promissione precarium, & constitu-
tum. Abb.in c.de cætero, nu.13.de sent.& re
iud.& debitum sit liquidū. Cassa.in consuet.
Burg.rub.9.§.14.ibi saisi.circa med. Affl.hic
col.7.sicut non licet incumbere pignôri, nisi
liquidato debito, nec instrumētum meretur
executionem, nisi sit liquidum. Gra.in decis.
58. & si a testatore datur facultas capiendi
propria auctoritate, debet officium iudicis
porrecto libello implorari. Bal.in cons.234.
26 nu.2.vol.3. Et ista imploratio brachij est
remediū iudiciale, & a pari procedit ingre-
di propria auctoritate, vel per iudicem, cū
non sit necesse citare qui rem tenet, quam
ingredi vult. Alex.in cons.105.nu.27.29.in
fi.& 30.3.vol.& 132.nu.1.4.vol. secus si du-
bitatur de scandalo. idem Alex.in cons.131.
nu.4.in fi.eo.vol. nam licet non grauet eum
qui detinet, nec tenetur ad restitutionem,
peccat contra communem iustitiam dum
ipse sibi vsurpat suæ rei iudicium, iuris ordi-
ne prætermisso. D.Tho.2.2.q.66.art.3.& 5.
Vltra quod licentia capiendi propria aucto
ritate, operatur quod possit capi sine partis
citatione. Affl.in c.si facta, post nu.11. si de
feu.fue.controu.inter dom.& agn.alias non
posset, superiore inconsulto, nisi expressè di-
catur in rescripto. c.pastoralis, de priuil. cū
auctoritate rescripti, vel iniustæ sententiæ
nō possit ingredi propria auctoritate. l.me-
minerint.C.vnde vi. posset tamē iudex dare
licētiam parti propria auctoritate ingredi.
Alex.in cons.2.nu.10.vol.4.& quod per se
ipsum accipiat tenutam, vel possessionem,
Bal.in l.iubere cauere, 1.rep.nu.1.de iurisd.
omn.iud.& esse nuncium in rem suam. Affl.
de consu.recti feu.in princ.3.not. & quando
adest pactum, afficit rem, & potest exerceri
etiam contra tertiū. l.pen.vbi Bal.ff.de ser.
export. sicut pactum iniectionis manus se-
quitur rem penes quemcunque vadat. Bal.in
l.si quis sub.ff.de contrah.empt. si adest pre-
carium. Capy.in decis.182.post nu.18.& est
manifestum, quod possessor habet causam
ab illo. Alex.in cons.96.num.4.volum.4.&
85.num.5.6.vol. licet quidam contra idem
Alex.in cons.153.nu.6.& post nu.7.eo.vol.
nec posset fieri in liberum hominem. Bal.in
cons.285.nu.9.1.vol. Regulariter creditor
non potest propria auctoritate ingredi rem
debitoris. regulam cum ampliationibus, &
limitationibus ponit idem Bald.in l.hæc est
vera.C.de acquir.possess.
27 Nota, quod pax est in cultu iustitiæ, nam
iniustitia facit vacillare corda subditorum.
Iser.in c.fin.nu.2.de prohib.feu.alie.per Lo-
tha.ideo vt pax reformetur, c.cōtingit, in fi.
de sent.excom.mandat Imperator iustitiam
28 coli, quæ est habitus quidam secūdum quem
quidam volunt, & operantur iusta. D.Tho.
1.2.q.50.art.5. est præclarissima virtutum,
in bello, & pace vtilis. ead.par.q.66.art.4.
eius splēdor est maximus, & ex ea boni viri,
secundum Tullium 1.de officijs, nominātur.
D.Th.2.2.q.123.art.12.quia in eorum arbi
trio consistit. l.quæsitum, quando actio de
peculio est annua. Bal.in c.ad audientiam.
nu.11.post med.de rescript. eam omnes na-
turaliter amant. add.ad D.Th.3.par.de Sa-
cram.q.129.alias 98.art.5.ibi exam. quia
institia legalis ordinat actus hominum ad
commune bonum, ad eam pertinet rectitu-
dinem seruari, & debitum reddere. D.Tho.
1.2.q.60.art.3.eius moderamen est sua vni-
cuique tribuere. D.Aug.2.de Genesi contra
Manich.col.28.in princ.& nomen a rectitu
dine rationis imponitur. D.Th.vbi sup.1.2.
29 q.68.art.4. Vnde quod non potest ius, non
potest iustus, & negat se posse iustus, quod
per institiam facere non potest. D.August.
2.contra 2.epist.Gaude.col.21.circa med.
& sequen. Quandoque tamen pro bono pa-
cis, vrgente necessitate, receditur a dispos-
itione legali, & canonica. Abb.c.2.in 2.not.
de dispensa.impu.& pro ea eos tolerat cum
suis honoribus, quos damnauerat. D.Aug.
1.contra literas Pitil.col.10.cir.fin. Promis-
sum occasione matrimonij pro pace conse-
quenda

quenda, non potest mulier repetere. Bald. in l. creditor, §. 1. ff. manda. Damnum illatum singularibus personis, potest per syndicos generalis pacis remitti. Bal. in l. conuentio-
30 num, 1. repet. ff. de pact. Alibi dux exercitus non potest pacisci cum hoste sine consensu populi. Bald. præd. in ead. l. conuentionum. Pacem, publicas pactiones, treguas generales, & rebannitiones quis debet scire, idem Bal. in l. doli exceptio. post med. ff. de nouat. An autem debeat seruari tregua, & de pœna frangentis eam, cum sit pax ad tempus, & si promittitur stipendium quousque durauerit guerra, an debeatur tempore treguæ. Io. And. ad Spec. in rub. de tregua, & pace. aliqua Abb. in c. nouit, nu. 10. de iudic. Et qui iurauit redire ad hostes, an teneatur seruare iuramentum. Bal. in l. nam & Seruius, cir. med. princ. ff. de neg. gest.

31 Secundo nota, quòd pax est vtilis, placet Deo, & hominibus. Bal. in l. iurisiurādi, ff. de iureiur. est magnum beneficium. D. August. 3. de ciu. Dei, c. 9. omnes appetunt, licet quādā rei veritate sit mala, & vt vulgo dicitur, est pax, sed mala voluntas. D. Tho. 2. 2. q. 29. art. 2. vbi add. ibi tertiū, de maior. & Calderin 1. art. Ideo quotuplex sit in quibus consistit, & quomodo cōseruatur. Affl. hic 1. not. est necessaria pro conseruatione ipsius. idem Affl. de pace ten. in princ. nu. 11. Inde gignitur bellum, vt pax habeatur. Abb. in d. c. nouit, nu. 8. cir. fin. de iud. & pacifici dicuntur pacem facientes in seipsis, vel alijs. D. Tho. vbi sup. 2. 2. q. 45. art. 6. Et quia plerunque
32 status publicus ex priuato turbatur, potest Rector prouinciæ subditos cogere ad pacē, offensus verò suadendus est, & non cogēdus. Bal. in l. 1. 2. rep. §. quies, de off. præfe. vrbis. immo debet vindicare, & punire, licet ante factū debeat obuiare iuxta posse. in l. ex stipulatione, de sent. & interloc. omn. iudic. Quomodo autem iudex tendat ad pacem, idem Bal. in l. si vsusfructus, §. æquissimum, 2. rep. in princ. de vsufr. & quemad. quis vtatur. cum actus sit reciprocus, & debeat fundari in duplici subiecto. Bal. in l. obseruare, 2. repe. §. posthęc, nu. 2. in fi. de off. procon. & leg.
33 Ecclesia etiam occasione pacis fractę habet iurisdictionem in laicos, & potest cogere inuasorem ad restitutionem. Abb. in c. sicut & infra. 2. not. de iureiur. c. super quibusdam, nu. 10. de verb. sig. qualis pax possit hic esse. D. Aug. 19. de ciuit. Dei, c. 10. tenere potest istam bonus erga malos, habere autem non potest, quam ipsi non tenent. idem August. 5. de Baptis. contra Donat. col. 15. cir. princ.
34 Debet tamen pax temporalis, quā inducias vocant, obseruari etiam hosti. D. Aug. præd. in libro octuagintatrium quæst. col. 28. post princ. Et desiderari non vt omni genere copiarum abundetur, sed vt his bonis honestē, sobriē, temperatē, & piē vtatur, non vt infinita varietas voluptatum insanis effusionibus exquiratur. idem D. Aug. 1. de ciui. Dei, cap. 30.
35 Tertio nota, quod creditor non potest bona sui debitoris propria auctoritate capere, etiā quod se ad hoc obligauerit, & si pro sua voluntate capit, punitur, nisi debitorem cœperit fugiētem, vel rem pignoratam precario quæsitam. Gra. in c. reg. contra effrenatas. alias capiens, vel arrestans aliquem, punitur, vt in eo. c. vbi Io. Ant. de Nig. cum nemo debeat sibi ius dicere, sed expectare magistratum si est absens, habita consideratione si longe, vel parum abest. Isern. in c. 1. §. quod autem, cir. med. de contro. recti feu. c. hac edictali, num. 7. de pace iuram. firma. Et propria auctoritate sibi ius diecendo, videtur spernere iudicē. Bal. in l. 2. post nu. 24. C. si contra ius, vel vtil. publ. Nec consuetu-
36 dō valet, quæ dat ius pignorandi auctoritate propria. Io. Faber in §. ex nō scripto, post nu. 11. de iure nat. gent. & ciui. nam pignoratio nō potest fieri nisi auctoritate proprij iudicis, & cōtra eos qui sunt propriæ iurisdictionis, alias qui exigit ab alio, quā a suo debitore, per repræsalias saluari non potest nisi restituat. Io. An. in c. vni. num. 2. & 4. de iniurijs, in vj. Quid in pacto. Bar. in l. creditores, C. de pign. multos casus in quibus est licitum, & in quibus non. Affl. hic 2. not. post nu. 8. vsque ad 35.
37 Quarto nota, quod non licet aliū pro alio pignorare, nisi sit cohæres, vel eius proximior, qui ad hæreditatem si casus eueniret, venturus esset. l. 3. de bonis, & guadimonijs in Longobar. alias qui repræsalijs vtitur illicitis debet cadere a iure suo, auctoritas tamen iudicis competentis excusaret. Bal. in l. extat, 1. repet. in princ. & 2. rep. nu. 1. quod met. cau. quia pignoratio præcedente auctoritate iudicis, licita est, dummodo præcedat sententia super negligentia, & defectu iustitiæ. Io. An. in d. c. vni. nu. 4. de iniurijs, in vj.
38 & conceduntur propter iniustitiam subdito factam a non subdito. Paris de synd. in ver. iudices in syndicatu qui sint. c. 4. & in ver. repræsaliæ. vel propter delictum superioris negligentis facere iustitiā, quia pro eo omnes ciues puniuntur. Arnon. in 28. dialogo. & tunc possunt capi auctoritate superioris exercentis repræsalias. Paulus de Castro in cons. 424. nu. 5. in princ. vol. 1. sicut propter delictum regentis ciuitatē. idem Pau. in cōs. 78. & 79. eo. vol. vel si iudex idoneus non reperitur. Affl. de pace iur. firm. in prin. nu. 11. alias essent iniustæ. Gra. hic nu. 2. & odiosæ.

dex potest præcipere sub certa pœna, & in-
cipere ab ea quæ magis timetur. Abb. in c.
2. nu. 2. de testi. cog. & vnusquisque punitur
sua lege, nobilis in quadruplum, popularis
in simplum. Bald. ad Spec. in tit. de accusat.
col. 1. cir. princ. licet quando proceditur ad
correctionem peccati, non est facienda di-
stinctio inter magnum, & paruum, in modo
tamen coercēdi, & puniendi: & in generibus
pœnarū sit differentia. Abb. in c. nouit, nu. 8.
cir. med. de iud. & quare maior maioribus,
c. cum quidam, de iureiur. & obligatio pœ-
nalis quoad solutionem sortis indiuidua re-
putatur. Bal. in l. in executione, circa princ.
de verb. oblig. & dationi apposita in totum
committitur, si pro parte non soluitur. Bal.
in l. stipulationum, la seconda, §. fin. eo. tit.
de verb. oblig. nam minus tribuit, qui nihil
tribuit. glo. in l. loci. §. fin. in ver. altius si
30 serui. vend. Et aduerte, quod in ciuilibus
maior pœna imponitur nobilibus, quam
ignobilibus, secus in criminalibus, nam
si attendimus pœnam, qua puniuntur nobi-
les, & qua ignobiles, mitius puniuntur nobi
les, quam ignobiles, quia maior est pœna
furcarum, quam amputationis capitis. Dec.
in cons. 65. post nu. 4. & 5. Affl. hic nu. 37. &
idē in const. terminum vitæ, post num. 46. &
semper minores plus puniūtur, quam maio-
res in delicto simili. §. sic igitur, in ver. non
in paruis. auth. vt iudices, sine quoquo suffr.
secus in Episcopo, quia si Episcopus delin-
quit plus punitur, quam alij. glo. pen. in c. 2.
de offic. deleg. in vj. nam dignitas aggrauat
delictum. glo. in c. hi qui. 15. q. 8. crimen au-
getur per dignitatem. glo. in c. nulli 25. q. 1.
31 Nota, quod quilibet prohibetur ferre ar-
ma prohibita publicè, vel occultè. Io. Ant.
de Nig. in c. regni vt inter subiectos, num. 6.
Et quod dicitur de hominibus, idem de mu-
lieribus. Arno. in 70. comm. & procedit tam
in laicis, quam in clericis, nisi ex iusta cau-
sa, vel esset paruus culter ad incidēdum pa-
nem. Abb. in c. 2. in princ. nu. 7. & post nu. 8.
de vita, & honest. cler. paruum etiam cum
ornatu non liceret tenere. clem. 1. §. nullus,
de sta. mon. Monachis autem non licet etiā
tenere intra secta. d. clem. 1. §. quia verò, vbi
Zab. §. præfatæ, nu. 1. 2. & 3. adeo quod qui-
libet præsumitur contineri sub regula, nisi
probetur contrarium. Bal. in l. mutus, §. 1. in
fi. ff. de procu. quāuis iniquum sit non fallere
regulam vbi æquitas suadet. Abb. in c. intel-
32 leximus, nu. 15. in fi. de iudic. nec est regula,
quæ non patitur exceptionē. Abb. in c. quo-
niam frequenter, nu. 1. cir. med. vt lite non
cōtest. c. de cætero, nu. 3. in fi. de test. c. licet,
7. not. de regul. & exceptiones sunt de prædi
catis regulæ. Bald. in l. iura non in singulas.
& l. in his ff. de legi. & firmant præterquam
in exceptuatis. Alex. in cōs. 28. nu. 11. 1. vol.
vnde regula inclusis fallentijs de quibus su-
pra fallit viginti modis, vt Affl. hic num. 3.
ante, & post, vsque ad num. 11. & dicitur de
officiali, intellige quādo est in curia, vel mo-
ratur in domo Regis, secus si in publica cō-
cione, vel vocata vniuersitate. Gra. hic nu.
2. 20. & 21. posset etiam ex priuilegio, & pri-
uilegium portandi arma prohibita pro se,
& nepotibus, extenditur etiam ad filios fra-
tris. Arno. in 28. problemate. Posset etiam
potestas propter partialitates, vel bellū im-
minens, euntibus ad rus arma ligata permit
tere. idem Arno. in 34. epitomate. ita & offi-
cialis ciuilis, & Baro, cum eorum familia,
quando vadūt ad venandum apros, & vrsos.
Io. Ant. de Nig. in prag. Ferdinandi Illustri
Viceregi, nu. 61. Quid in officiali dum paret
syndicatui in c. regni vt inter subiectos, nu.
39. & seq. Posset Papa dare licentiam probo
religioso vt vtatur armis, non tamen quod
effundat sanguinē, sed pro statu Fidei Eccle-
siæ, pro iustitia verò exequenda posset laicis
committere non manu propria hominem
occidere. Bal. in cons. 432. nu. 9. vol. 5. Vltra
quod si prædicti priuilegiati portant arma
ad delinquendum, possent puniri. Affl. hic in
33 8. not. post num. 35. Vnde clericus, qui olim
pro omni maleficio conueniebatur coram
iudice ecclesiastico. c. cum nō ab homine, de
iud. per c. reg. item statuimus, sub rub. quod
vassalli eccl. sunt de foro seculari. Arnon. in
73. differentia vtriusque iuris. & ante moni-
tionem possent auferri arma absque iniuria
personę. Si ter monitus defert arma, amittit
priuilegium, & punitur per iudicem secula-
rē ciuiliter. Gra. hic nu. 11. & 12. & constito
esse clericum, remittitur ad Episcopum cū
armis. Io. de Platea §. item lege Iulia, inst. de
publ. iud. alias si incedit in habitu, & tonsu-
ra, non posset trahi ciuiliter, nec criminali-
ter in curia seculari, in c. reg. non exigit, nu.
1. & 2. Aliæ immunitates concessæ clericis
occidentalibus, non extenduntur ad orien-
tales, & sic ad Græcos, qui ducunt vxores.
Arno. in 33. epitom. Possent tamen pro iniu-
ria propulsanda assumere arma ad sui defen
sionem. Abb. in cap. perpendimus. 1. not. de
sent. excomm. & pro 13. limit. Afflict. vltra
Abb. in c. significasti, num. 10. de offic. deleg.

facit quod dicit idem Abb. in cap. cum non
ab homine, num. 8. de iudicijs. & in omni-
bus semper causa excipiendi consideratur,
qua mente, & cuius contemplatione sit fa-
cta. glo. fin. & ibi Bald. in l. sub conditione,
de vsufr. & quemadmo. quis vta. Adeo quod
hec constitutio non habet locũ in eo, qui nõ
per contemptũ, vel ignorantiã contrauenit,
quia notat dolum, & temeritatem. Arno. in
55. comm. nam mens, & propositum atten-
ditur in distinguendo maleficia. Abb. in c.
cum voluntate, 1. not. dè sent. excom. Vltra
quod quædam modificationes apponuntur
ratione dubij, quæ alias non apponerentur,
Bal. in l. qui vias §. 1. de dam. infecto.
34 Secundo nota, quod quodcunque remo-
uetur productũ inesse, id potest à principio
prohiberi ne producatur. Bald. in l. 1. circa
princ. de oper. noui nunc. Vnde Ecclesia im-
petit laicum de peccato nedum post pecca-
tum perpetratum, sed etiam ante, vt pecca-
tum euitetur, Abb. in c. ex literis. lo 2. nu. 9.
de sponsal. quod facit contra officiales, qui
vident rixas, & non impediunt. Bald. in l. 2.
cir. med. de sum. Trin. nam possent ab officio
remoueri. idem Bal. in l. 1. 2. repet. §. quies,
de off. præfe. vrb. & debent reducere partes
ad concordiam ante factum, sed post delictũ
commissum debent magis studere ad vindi-
ctam. Bal. in l. si vsusfructus §. æquissimum.
1. & 2. rep. de vsufr. & quemadmo. quis vta.
Quia melius est conseruare, quam suscitare.
l. cum quis §. si quis, in ver. iam reuerso. de
solut. Vtilius est non soluere, quam solutum
repetere. l. si stipulatus, vbi Bal. in fi. prin. de
fideiussor. & in l. si cui legetur, §. si Titio, de
leg. 1. & in l. 3. ff. de compens.
35 Tertio nota, quod pœna fisco applicanda
concernit rem publicam, & iudex vel eius
minister, quando possit, vel non possit mu-
tare. Bal. in l. 1. 2. rep. post num. 5. de postul.
& illam solui ex maleficio magna ratio sua-
det. l. si a reo. §. fin. de fideiusso. quomodo pe
tatur, & cõcipiatur libellus. Bal. in l. Celsus.
2. rep. in princ. ff. de arbitris. & exceptio tua
nõ interest an impediat executionem. idem
Bal. in l. cum pœna. eo. tit. de arbit. Et si ap-
plicatur fisco, an habeat tacitam hypothe-
cã, & res fiscalis dicatur. Bal. in rub. nu. 13.
& 14. de rer. diuis. An autem Comiti, vel al-
teri vtili domino applicetur pœna deferen
tis arma. Aluar. in §. si quis rusticus, de pa-
ce ten. Gra. hic nu. 17. Quantitas verò expri
mitur hic in textu, adeo quod si statutum
dicit, quod potestas posit punire vsque ad
centũ libras, licet non posit excedere, pos-
set minuere. Bal. in l. 2. cir. med. 1. de vulg. &
pupill. ordinariam tamen pœnam nõ posset
minuere. Spec. in tit. de accus. §. 2. nu. 1. cir.
med. si condẽnat in plus, valet, non expresso
errore. in fini. Bal. in d. l. quid ergo §. pœna
grauior. 1. rep. post nu. 3. de his qui not. infa.
alias in criminalibus, & ciuilibus pœnis,
quæ sumunt originẽ ex maleficio, iudex ha-
bet potestatem mirabilem. Bal. in d. §. pœna
grauior. nu. 3. Et qui non soluit debito tem-
36 pore, non dicitur soluere integraliter, nisi
soluat interesse. Bal. in l. solidum de solutio.
& ita vidi practicatum in R. C. licet in pœ-
nis, & vsuris nunquam debeamus supplere
aliquid per quod odiosa stipulatio sumat
effectum. Bal. in l. vbi §. pen. de verb. oblig.
& multa quæ fisco applicantur, non deside-
rant interesse, sed arbitrio iudicis modera-
tur, & anno sopitur. Bal. in l. vni. 2. rep. §. hoc
iudicium, cit. princ. si quis ius dicen. non ob-
37 temp. Quid si vnus ex pluribus portans en-
sem, inuentus a curia, illam deiecit, & non
cõstat per quem, an debeant omnes puniri,
Affl. hic 2. quęst. post nu. 10. sicut qui vitandi
causa magistratum ne eum inueniat cum
armis, se in tabernam proximam immisit.
l. 2. vbi Bal. si quatru. paup. fec. dic. & si por-
tauit arma diuersis locis, & temporibus, an
teneatur pro qualibet vice ad pœnã in ista
const. contentam, Affl. hic 8. q. nu. 16. & Gra.
nu. 3. & 14. si est actus continuatus, tenetur
pro vna, nisi sit interruptus, Bald. in l. si duo
§. semel, nu. 2. & l. lege Iulia, 2. rep. ff. de arbi
38 tris. & vltra penã de qua hic amittit arma.
§. 1. auth. de armis. Affl. hic 7. quęst. nu. 15. &
Gra. nu. 7. Mars. in pract. crim. §. pro compli
mento, col. 2. 3. 4. & 5. Io. Ant. de Nig. in c.
reg. vt inter subiectos, nu. 36. & 37. vbi etiã
quid si inueniat in porticu domus, & si præ-
dictam pœnam pecuniariam inquisitus non
posset soluere, loco pecuniariæ posset iudex
imponere corporalem. Bal. in d. l. quid ergo,
§. pœna grauior, 1. repet. nu. 2. quia quando
pœna venit applicanda fisco, & non potest
solui, debet fieri condemnatio in pœnã cor-
poralẽ. Abb. in c. ex parte, nu. 3. in fi. de ver.
sign. & puniri alia pœna non tantum puni-
tionem delinquẽtis, quam vt cæteri metum
habeant, & a similibus arceantur. Abb. in c.
ad deliberandam, 2. & 3. not. de iud. tunc iu-
dex pro pœna pecuniaria potest transire ad
corporalem, & pœna corporalis loco alte-
rius imponitur pro motu, & arbitrio iudican-
tis, Bald. in d. l. quid ergo, §. pœna grauior,
1. rep. col. fin. cir. princ. & 2. nu. 9. licet quæ-
39 libet pęna corporalis sit maior qualibet pe
cuniaria. Bal. in d. §. pœna grauior, 2. repet.
nu. 1. in fi. Vnde valet sententia, si condem-
netur in centum, & si non soluit, ad talem
pœnam corporalem. Bal. in l. 1. 2. rep. col. 5.
in fi. ff. de postul. & secundum Cassiodorum,
reddit debitum pœna. Quid si vnus debitor
potius

potius detineri in carcere, vel dare fideiuſ-
ſorem, quam fuſtigari, vel ſi eſt diues, non
vult ſoluere, ſed potius verberari, cum pro
debito ex delicto non admittatur ad ceſsio-
nem bonorum. Gra. in ritu Mag. Curiæ 32.
Et ſi adeſt ſtatutũ, quod pro maleficio ſol-
uantur 100. & ſi non poteſt, decapitetur, an
poſsit iudex ſtatuere terminũ ad ſoluẽdum,
ſim. Bal. in l. ſuus quoque, in fi. princ. & §. fin.
40 ff. de hæred. inſt. & iſta cõditio ſubintellecta
a iure, non eſt propriè conditio. Bal. in l. qui
filio §. ſi quis, in fi. eo. tit. de hæred. inſt. l. ſti-
pulatio §. habet, de noui oper. nunciat. nam
poſſibilitas ſemper ſubauditur, c. 2. in gl. fin.
de voto, & voti redemp. Contractus poſſunt
habere conditionem tacitam, & expreſſam.
Bal. in l. metam §. ex hoc, 2. repe. circa med.
quod met. cau. tacita, ſi eſt capax, ſi eſt di-
gnus. Bal. in l. barbarius 1. repet. col. 3. poſt
med. de off. præto. glo. in l. fin. qui ſatiſd. cog.
aliæ ponuntur in l. 4. ff. de pact. Bal. in l. Pom
ponius §. 1. ff. de procurat. & ſic contractus
recipit conditiones. Abb. in c. ſicut, circa fi.
de ſponſal. in c. fin. poſt nu. 1. de coniugio le-
pro. addit. ad Spec. in tit. de legato §. nunc.
lo 2. ibi, vt quidã, ſicut in matrimonio, ſi res
in eodem ſtatu permanſerit. Abb. in c. com-
miſſum, poſt nu. 4. d. tit. de ſponſal. in dote,
l. plerunque, l. ſtipulationem, l. tali, in glo. &
l. dotis promiſsio, ff. de iure dot. Acceptila-
tio, & liberatio ſemper intelligitur vſque ad
præſentem diem. Bal. in l. ſicut acceptilatio,
de ſolut. tacita conditio in ſocietate, & pa-
cto de non petendo diuiſionẽ. Bal. in l. ſi con
uenerit ff. pro ſocio. in tutela. l. ſi hæreditas
§. 1. ff. de teſta. tute. in legato. Bal. in l. 1. cir.
princ. & l. multum intereſt. l. cõditiones ex-
trinſecus, de cond. & demonſt. in ſtipulatio-
ne euictionis. Bal. in l. 1. cir. prin. ff. de euict.
in compromiſſo. Spec. in tit. de arbitro, & ar
bitratore. §. 1. poſt num. 4. & in terminis l. ſi
antequam, de donat. inter vir. & vxor. Con-
ditio generalis multiplex, Abb. in c. ſcriptu-
ræ, poſt nu. 3. & 4. c. non eſt, nu. 6. & c. licet,
nu. 12. d. tit. de voto, & voti redempt. quot
modis fit tacita conditio. Bal. in l. 1. de cõd.
& demonſt. & omnis promiſsio intelligitur
rebus ſic ſtantibus. l. cum quis, in princ. vbi
Bald. de ſolut. in l. fin. §. 1. rem rat. hab. ſicut
generale eſt, vt hic, quod qui non poteſt ſol-
uere, luat in corpore, Spec. in tit. de dolo, &
41 contum. §. 2. num. 14. Multa poteſt remitti,
vel minui propter inopiam, quandoque nõ.
Bal. in l. illicitas, 2. rep. §. pen. & fin. de offic.
præſid. & pœna pecuniaria ſi eſt, ex poſt fa-
cto, ſubrogatur in corporalem, & econtra, &
tunc an ſit capitalis, idem Bal. in l. ſi quãdo
§. hæres, cir. fi. de leg. 1. & quãdo corporalis
reducitur in pecuniariã an admittatur pro-
curator, Bal. in l. ſeruũ §. publice, poſt nu. 6.
ff. de procu. Quis ſit pauper, Bal. in l. in fun-
42 do, 2. rep. de rei vend. Quid ſit mendicare, &
vnde, & quomodo probetur, idem Bal. in l. 1.
2. rep. nu. 1. & 2. qui ſatiſd. cog. Inopia proba
tur per teſtes vicinos, etiam aſtruentes ne-
gatiuã. Bald. in l. fin. §. 1. circa fin. ſi cer. pet.
& licet paupertas quandoque proſit, glo. in
l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes, in verb.
inopia, vbi Bald. circa med. ff. mandati. non
liberatur cedendo bonis, quia debetur ex
delicto, ſecus ſi ex contractu. Afflict. hic in
11. not. Abb. in cap. 2. nu. 2. de maledicis.
ita ſi propter inopiam debitoris actio red-
ditur inefficax, differtur effectus, quando-
que etiam proſecutio, donec debitor pote-
rit ſe defendere, vel ſoluere, & hoc quando
agitur ciuiliter ad commodum priuatum,
ſecus ſi criminaliter ad vindictam, nam
tunc ſi reus non eſt ſoluendo, fit commuta-
tio in pœnam corporalem. c. olim, lo ſecon-
do, vbi Abb. de reſtit. ſpoliat. ſicut doloſus
ſi non poteſt ſoluere, incarceratur. Bald. in
l. in hæredem, de dolo malo. etiam quod ex
parte vtriuſque ſit pœna. Abb. in c. finem li-
tibus, vltimo not. de dolo, & contumacia,
c. reprehenſibilis, nu. 15. de appell. c. Odoar-
dus, num. 5. de ſolut. Et poteſt etiam mona-
43 ſterium exigere condemnationem pecunia-
riam pro exceſsibus ſubditorum. cap. dile-
ctus, vbi Abb. 1. not. de offic. ord. Verum
44 Prælatus in impoſitione pœnæ debet caue-
re a queſtu pecuniario, ſi vidit illam magis
timeri, quam ſpiritualem, debet illam im-
ponere, & conuertere ad pios vſus, vel ad
opera publica, ſi euidenter neceſſe eſt, cap.
irrefragabili, §. cæterum. vbi Abb. num. 1.
d. tit. de offic. ord. Aduerte tamen, quod pro
pœna non ſufficit probare fuiſſe viſum, niſi
actualiter deprehendatur cum armis. Bart.
in l. ſi barſatorem ff. de fideiuſſor. Gram. hic
num. 1. & 10. tamen ad ſolam relationem
capientium poſſet condemnari, niſi probe-
tur contrarium. Gra. hic num. 22. & 25. &
in conſt. ſeq. Ioan. Ant. de Nig. in c. regni vt
inter ſubiectos, nu. 51. & 52. poſſent etiam,
vt ibi, relaxari ſub fideiuſſoribus. Arnon. in
70. comment. & an birruarij probent reſi-
ſtentiam, & produci poſsint familiares cu-
riæ in teſtes contra inquiſitos. Gra. in conſt.
Iuſtitiarij per prouincias, num. 7. & 8. Et
ſi percuſſerunt cum armis an poſsint puniri
de percuſsione, & delatione armorum, Bal.
in l. 4. nu. 7. C. de furtis.

De intrantibus regnum vt arma in regno deponant.

SVMMARIVM.

1 *Viatores debent sequi consuetudinem loci ad quem veniunt.*
2 *Viatores si ignorant statuta locorum, debent se informare.*
3 *Ire de nocte cum armis est de consuetudine generali prohibitum.*
4 *Prohibita nulli, permissa vnicuique facere licet.*



PROHIBITIONEM asportationis armorum, de qua supra extẽdit Imperator, hęc ad extraneos, vt postquam regnũ intrauerint, arma prohibita dcponãt,
1 quia viatores debẽt sequi consuetudinem loci ad quem veniunt. glo. in
2 e. illa, in ver. veniens 12. dist. & si ignorant statuta terrarum debent se informare. Affl.
3 in eonst. præced. q. 15. nu. 13. etiam quia ire de nocte, vel cum armis est quasi per generalem consuetudinem terrarum prohibitũ. Bal. in l. 1. num 22. circa med. de sum. Trin.
4 & nullus debet facere prohibita, sed permissa vnusquisque. Bal. in l. legis, la vltima, 2. not. C. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio territorij ampliatur ratione delicti.*
2 *Homo vnde, ex quibus constat, & quibus modis corsideratur.*
3 *Extra est aduerbium de foris, & designat interuallum.*
4 *Statutum ligat exteros, si non directè, saltem indirectè.*
5 *Culpa est in asportatione armorum, & victualium non quærere loci consuetudinem.*
6 *Ignorãs dicitur per notitia defectum, & sciens, qui notitiam habet.*
7 *Statim, mox, quamprimum, vel in principio, & quando statim fieri dicitur.*
8 *Officialis nomen est generale.*
9 *Per, et, de, perfectionem, & plenitudinem denotant.*
10 *Negatiua si præcedit verbum potest, denotat necessitatem.*
11 *Ignorantia si excusat à crimine, excusat à pœna.*
12 *Exterus si fuit monitus, incurrit pœnam statuti.*
13 *Mora in loco inducit quasi domicilium, vt possit ibi conueniri.*
14 *Hominum est reprimenda audacia.*
15 *Homo inquantum homo est aliquid bonum, & quid diligendum, vel vituperandum in homine.*
16 *Virtute separantur, vt quis nobilis, alter ignobilis.*
17 *Pœna vbi negatiua imponitur, non incurritur nisi præcedat monitio.*
18 *Forenses non ligantur legibus loci nisi ibi moram traxerint.*
19 *Informari qui nolunt, vel informari debent, habentur pro monitis.*
20 *Iudex si vidit deferentem arma, potest illum puniri pœna delationis armorum absque alia relatione.*
21 *Licentiam portandi arma dat Rex, & quidam alij de consuetudine.*
22 *Dispensationes sunt stricti iuris, nec augmentum recipiunt.*
23 *Ciuitatis appellatione in priuilegijs non venit nisi quod ambitu murorum continetur, & datum ciuitati, quando veniunt castrum, & villæ.*



HOMINES] arma, scutũ, lancea, & lorica non debet portari ad placitum intra patriam, & si portans faidosus fuerit, discutiatur. l. 2. de faidosis, & armis infra patriã non port. & l. 1. & 2. de armis infra patriam non port.
1 vel ad placitum in Longob. nam iurisdictio territorij ampliatur ratione delicti, adeo quod delinquens, auctoritate iuris ibi cogitur satisfacere reipublicæ, quam læsit delinquendo. Abb. in c. nuper cir. fi. de sent. excõ. & tenetur exterus si fecit contra consuetudinem loci ad quem declinat. Spec. in tit. de consuetudine, nu. 3. & hic punitur si intrans regnum cum armis prohibitis, ea non depo fuerit, vt in tex. qui sumitur vt per Afflict.
2 & dicit [HOMINES] qui maxime sunt secundum

dum mentem, licet parui corpore, magnitudine tamen, potentia, & honore sunt super omnia. Arist. 10. Ethic. 9. vbi Auerr. tribus modis considerantur. Bald. in l. etiam, post nu. 11. de execu. rei iud. Non sunt animæ solum, sed compositi ex anima, & corpore. D.Th. 1. par. q. 75. art. 4. sicut ex duabus rebus quidam tertia constituitur. idẽ in tract. de ente, & essentia, c. 3. ibi ex hoc, vbi Caie. & dicuntur ab humanitate. D. Aug. in Catelogia col. 4. in princ. est nomen naturæ, & Dei opus. idem 2. de nuptijs, & concup. c. 6. cir. fin. 7. cir. med. & 15. de ciu. Dei c. 23. col. pen. in princ. est nomen speciale commune omnibus hominibus. idem 7. de Trin. col. 10. in fi. & 14. post med. & sub orationis cõpendio singulos homines continet, l. Meuius, §. duorum, de leg. 2. tã masculos, quam fœminas. Bal. in l. Gallus, in princ. col. 3. cir. fi. de lib. & posth. & qui veniant appellatione personę. idem Bal. in l. eos §. super, cum add.
3 ad eũ, in ver. homines, C. de vsuris. [Extra] est aduerbium de foris, & designat interuallum. Io. And. in c. statutum, post nu. 6. de rescript. in vj. [Regnvm] dum de loco ad locũ iter faciunt, c. 1. de raptor. [Postqvan] vbi glo. a contrario in l. Pomponius, la prima, in ver. vbi, ff. de neg. gest. [Regnvm Intraverint] accesserint, ingressi fuerint. Nizolus in ver. intro. [Arma Prohibita] de quibus in const. præced. [Nvllatenvs] nullo modo. c. pen. de his, quæ vi metusve cau. cap. vxoratus, de conuer. coniug. c. cum olim, de censi. c. 2. de reliq. & ven. Sanct. c. 2. de obser. ieiu. c. 1. de secun. nup. & c. ex parte de accusat. [Deferre Permittimvs] nec cum exteris dispensamus, licet alias dispensatiuè permittamus. Abb. in c. quia diligentia, post nu. 7. de elect. [Qvi Scienter] & voluntariè, l. 1. ff. de tribut. [Detvlerit Poenae, Qvam Contra Delatores Armorvm Edidimvs] eis [Qvi In Regno Morantvr] vt in const. præced. [Svbiacebvnt] & sic pœna const. præced. extenditur ad exteros veniẽtes ad ciuitatem. Gra. in const. pręced. nu. 26. nam peregrini, & ad-
4 nenæ si non ligantur directè statutis ciuitatis in qua sunt, saltem indirectè, vnde apud Italos puniuntur vbi prohibita est delatio armorum, & victualium. Spec. in tit. de constit. nu. 6. cũ add. vlt. nu. 11. vbi Bal. per tot.
5 nam sicut in victualibus culpa est nõ explorare cõsuetudinem loci, ita in eo qui portat arma, etiam quod sit forensis. Bal. in l. cum proponas, post nu. 5. cũ add. in ver. tenetur, de nau. fœno. [Et Ignorantiam] nescientiam, & errorem, quæ, quid sint, & an excusent. Abb. in c. pen. nu. 4. de cler. excom. mi-
6 nistr. Inde ignorans dicitur per notitiæ defectum, & sciens, notitiam habens. D.Tho. 3. par. de Saluat. q. 15. art. 3. [Simvlare] quod differt a dissimulare, nam simulamus vera, dissimulamus falsa. Zab. in clem. vni. in ver. dudum, nu. 5. de iureiur. [Non Possint] si volunt, nam eorum potestati, non necessitati subijcitur. l. non quidquid, ff. de
7 iudic. l. 1. quomo. & quan. iudex. [Statim] mox, sine tempore aliquo, & strepitu iudicij. Bal. in l. 3. in fi. de bonis vac. quamprimũ potest. idem Bal. in l. suus quoque §. 1. circa princ. ff. de hered. inst. vel in principio. in l. si stipuler, in princ. post med. de verb. obligat. siue eodem instanti temporis, licet non ordinis. idem Bald. in l. si Stichum, §. si quis de nouat. & statim dicitur fieri, quod fit breui tempore interposito. D.Th. 3. par. de Saluat. q. 53. art. 2. vnde illico, incontinenti, intra decem dies. Bal. in l. 3. nu. 16. quom. & quan. iudex. [Per Officiales Nostros] in ge-
8 nere, cum officialis nomen sit genus. Bal. in cons. 378. nu. 9. cir. med. 5. vol. [Cvm] quando. Bal. in l. vni. cir. princ. C. de suffrag. [Regnvm] exteri [Intraverint] aduenerint. Nizolus in ver. introeo. [Ipsis Volvmvs] quod nouũ ius inducit. Abb. in c. Sedes Apostolica, nu. 9. in fi. de rescrip. [Hic Exponi] exprimi, diuulgari. Nizolus in ver. expono. [Vt] puta. l. in causæ, la 2. ĩ prin. ff. de mino. [Panseras, Et Loricas] infra in const. magistros mechanicarum galeas, gladios, tela, arma, & omnis generis loricas. 2. Machab. 5. gl. & Abb. in c. ita quorundam, nu. 2. circa fin. de Iudæis. [Indvtas Non Deferant] vestitas non portent. Nizolus in ver. induo. [Et] copulat. Abb. in c. querelam, nu. 4. de simonia. [Vt Postqvam] postea quam, quam primum. §. sed ex ijs. in gl. inst. de actilia. tut. [Ad Loca Destinata] in animo scilicet. Bal. in l. is qui destinauit, de rei vend. [Pervenerint] deuenerint, cum
9 non plus operetur dictio de, quam per, nam dictio per, perfectionem, & plenitudinem denotat. Bald. in l. Centurio, cir. fin. de vulg. & pup. [Omnia Arma Deponant] reponant, abijciant. Nizolus in ver. depono. [Dvm Tamen] quæ dictio facit modum. Pau. de Cast. in cõs. 168. in fi. 1. vol. [Intra] vt infra in constit. lenas, vbi dixi, de lenoni. [Civitates, Et Villas] idest loca cum iurisdictione. Abb. in c. 3. 1. not. de sta. mon. [Manserint] remanserint, cõmorauerint. Nizolus in ver. maneo. [Cvltellos] alibi cutellos. c. lator. c. ad audientiam de homic. vel cultros. c. tua nos §. fin. eo. tit. de homic. [Et Enses] mucronem, vel gladiũ. D. Aug. 20. cõtra Faustum, col. 12. cir. med. siue frameam, quam vulgo spatam bis acutam appellant. idem Aug. psal. 149. col. 9. vel trompheam.

pheam. Arno. in 18. epitomate. [Etiam
10 Portare Non Possint] nullo modo posſint, nam negatiua, quæ præcedit verbum
poteſt, denotat neceſsitatem. Abb. in c. 1.
vlt. not. de cau. poſs. & propr. licet verbum
poteſt, de per ſe non ſemper importet neceſſitatem. Abb. in c. quanto, cir. princ. de præſumpt. & ſic aliud eſt prohibere ſimpliciter,
aliud cum modo, quia cum ſimpliciter prohibetur, nullo modo permittitur. Bald. in l.
videamus, §. ſi hoc, ff. locati.
11 Sed contra, ſtatutum non ligat aduenas,
vel nouos ciues, qui dicũtur tyrones, & propter iuſtam ignorantiam excuſantur, quæ ſi
excuſat à crimine, excuſat à pœna. Bal. in l.
data opera, poſt nu. 17. de his, qui accuſ. non
poſs. etiã quia aduenæ, & peregrini poſſunt
ignorare conſuetudines locorum. Bald. in l.
item mela §. 1. ad leg. Aquil. ignorantia excludit conſenſum. Ant. de But. in c. veniens,
nu. 3. in fi. de filijs presb. nec poteſt inobediens, qui mandatum ignorauit ſuperioris. Gra. ſupra in conſtit. poſt mundi machinam, nu. 5. vnde perpetuò habitantes, ſolum
ligantur legi ciuitatis. c. quæ contra, in ver.
aut, 8. diſt.
Dic, quod ad euitandam prædicta, mandauit Imperator, quod exteris regnum in-
12 trantibus, hæc ab officialibus publicentur,
iſto modo aduena incurrit pœnam ſtatuti.
Bal. in l. 1. nu. 4. ff. de legi. & ligatur non ſubditus ſi delinquit in loco ſtatuentis, data
ſcientia ſtatuti: extra verò territorium non
extendit vires ſuas, etiam contra ſubditos.
Abb. in c. a nobis, in gl. 2. poſt nu. 4. de ſent.
excom. Bal. in l. 1. nu. 22. & 23. de ſum. Trin.
13 nam ex ſolo commorari in loco quis contrahit quaſi domicilium, vt poſsit ibi conueniri, non tamen pro alibi geſtis, ſed dumtaxat ſi ibi contraxit, vel deliquit. Abb. in c.
quod clericis, nu. 4. & 5. de foro compet. An
autem ſtatutum liget forenſes in contractibus, delictis, & vltimis voluntatibus. Bal. in
§. ius autem ciuile, nu. 25. vſque in fi. inſt. de
iure nat. gent. & ciuili.
Nota, quod licet homo teneat arma per
innatam prudẽtiam, atque virtutem, quibus
plurimum valet in contractum vti. Ariſt.
1. Polit. 2. armati incedebant Græci, 2. eiuſ-
14 dem. 6. tamen reprimenda eſt hominum audacia. Bal. in l. 1. 2. repe. §. ex hoc nu. 1. in fi.
nau. caupo. ſtabu. eorum dico, qui ſecundum
hominem viuunt. D. Aug. 14. de ciu. Dei, c. 4.
in fi. Vltra quod cum dicimus homines, intelligimus pronos ad malum. Spec. in ſimi.
in tit. de petit. ſent. & eius caut. nu. 3. circa
15 med. etiam quod homo, inquantum homo
eſt aliquid bonum, quia rectè viuere ſi vult,
poteſt. D. Aug. 1. retract. c. 9. eſt opus Dei,
opus hominis vitium, nos verò decernimus
quid Deus, & quid homo fecerit, nec propter
errorem odio habemus hominem, nec propter hominem diligimus errorem. Lucas in
l. vnica, col. 5. cir. princ. publ. læt. vel conſu.
vnde differunt in incidenti, licet eadem ſit
ſubſtantia. Bal. in l. item ſi fundi. 2. repe. col.
fin. circa med. de vſufr. & quemad. quis vta.
16 quia omnes ſumus filij Euæ, ſed virtute ſeparati ſumus, vt vnus nobilis, alter ſit ignobilis. Afflict. Quis dicatur Dux, poſt nu. 10.
Lucas in l. mulieres, col. 4. cir. prin. de dign.
17 Secundo nota, quod vbi negatiuè imponitur pœna, non committitur niſi præcedat
monitio, ſecus ſi affirmatiuè. Abb. in c. extirpandę, §. qui verò, 1. & 2. rep. nu. 10. & 16.
de præb. Bal. in l. & ſi poſt tres, 2. rep. nu. 26.
ſi quis cautio. in l. ſi mora. & l. cum mulier,
col. 13. cir. med. ſol. mat. Et præceptum negatiuum obligat ad omne tempus. Abb. in
rub. nu. 2. de decimis. Quo autem delicto ligentur ignorantes, & quo non. Bald. in l. 3.
§. aperire, ad Sylla. & extraneus ſi delinquit
in ciuitate, punitur ſecundum ſtatuta ciuitatis, & iudex ſi aliter punit, ipſe puniendus
eſt. Spec. in tit. de conſtit. nu. 9. & 10. quia
delinquendo amat pœnam. §. quia verò, lo
ſecondo, vbi Bart. auth. de non alien.
18 Vltimo nota, quod forenſes non ligantur
legibus loci, niſi ibi moram traxerint, vel
aliquid fecerint contra ius commune, vel
conſuetudinem generalem, & quod de ignorante dicitur, idem ſi dubitet. Bal. in l. leges.
19 la vltima. C. de legi. & ſi noluit informari,
habetur pro informato. Abb. in c. fin. in fi. de
præſcript. vel debuit informari, c. 1. de loca.
& condu. alias forenſis ignorans ſtatutum,
non obligatur ad eius pœnam. Bal. l. 3. in 2.
rep. de off. pręſi. & diſpoſitio negatiua debet
omni tempore eſſe vera. idem Bal. in l. metũ
§. volenti, poſt med. ff. quod met. cau. Vnde
ſtatutum de conuicijs non faciendis, de non
eundo de nocte, & ſimilia, non ligant nouitios aduenas, quia non ſunt de genere delictorum. Bal. in l. ius ciuile, cir. fin. de iuſt. &
20 iure. Verum ſi iudex vidit aliquem deferre
arma, poteſt illum punire pœna delationis
armorum ſine alia relatione. Bal. in l. ſi irruptione, 2. repe. in fi. finium reg. ſed melius
eſt, quod præcedat informatio. Affl. conſtit.
præced. q. 8. nu. 16. & 17. & ſi portat arma
ſub pallio, poteſt familia poteſtatis perſcrutare, & ſi reſiſtit punitur. Gra. in ea. q. nu. 8.
& reducta relatione in actis familiæ poteſtatis, poteſt fieri præceptum, quod ſoluat
pœnam, nec alius ordo requiritur. Bal. in l.
ictus fuſtium, col. 2. in princ. de his, qui not.
infa. ſecus in eo qui portat roncham, nam
non punitur pœna portationis armorum.
Gra.

Gra. in c. reg. plectantur. vel alia arma cum
21 licentia, quam solus Rex concedit, licet de cōsuetudine Magister Iustitiarius, Iustitiarius, & Capitanei locorū, qui ex iusta causa de cōsuetudine dari possunt. Io. Ant. de Nig. in c. regni vt inter subiectos, nu. 49. An possit concedere præses prouinciæ, & quando liceat sine licentia. Gra. in const. præced. nu. 15. & hic nu. 16. & quamuis permittimus, importet quandoque dispensationem. Abb.
22 in c. fane, 1. not. de regul. in fi. tamen dispensationes sunt stricti iuris, nec tacitum augmentum recipiunt. Bal. in l. mulieri, in fi. de cond. & demonst. sed certus certiorari non debet. l. 1. in fi. ff. de act. empt.

Vltimo, quod hic de ciuitate dicitur, an
23 idem sit in suburbijs, in priuilegio non venit nisi quod ambitu murorum continetur, & differt a diœcesi. Abb. in c. Rodulphus, 1. not. & post nu. 4. de rescriptis. tamen si priuilegium ciuitati datur, datur & castro, ac villæ cohærenti. Bald. in l. vt inter diuinum, nu. 4. de sacrosan. eccl.

De pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

SVMMARIVM.

1 *Homo pessimus pessimorum habet arma ad nocendum.*
2 *Offenditur quis ex sola extractione gladij.*

1 

Rma ad nocendum acta habet homo pessimus in genere pessimorum. Bal. ex intentione Arist. in l. stipulationum, la terza, in fi. de verb. oblig. & ista non solum qui portat punitur, tam si sit ciuis, quam exterus, vt supra, verum etiam qui portando extrahit pu
2 nitur, vt hic, quia ex sola extractione gladij quis offenditur, vt infra in textu, vbi glo. & Gra. post num. 15. quandoque vulnerat, vel occidit, vt in duobus tit. sequent.

SVMMARIVM.

1 *Ius positiuum vnde, & quod potest variare ex tempore.*
2 *Effectus variatur ratione diuersitatis temporum.*
3 *Ius antiquum in puniendo animum delinquentis, erat asperum.*
4 *Hominum nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus qui in eo est, & Deus.*
5 *Animus voce exprimitur, vel per indicia declaratur.*
6 *Interpretatio est verbum æquiuocum, & cuius est.*
7 *Mansuetudo quid, & exerceatur circa subditos.*
8 *In perpetuum nunc, & semper, vel generaliter dicitur.*
9 *Prouocans punitur, quia magis delinquit.*
10 *Ex facto, & multis alijs datur voluntas intelligi.*
11 *Insultus personaliter aliquando in personam fieri dicitur.*
12 *Actus extrinsecus probat animi intrinsecum ex qualitate facti, & aliorum demonstratur, post nu. 14.*
13 *Effectus operi nomen imponit.*
14 *Factum ex qualitate facti modo faciendi, & qualitate facientis cognoscitur.*
15 *Animus cognoscitur ab effectu, ex qualitate instrumenti, atrocitas delicti, & vulnus mortale. nu. 16.*
17 *Animi motus distinguitur ex actuum qualitate, ex quibus præsumitur causa motus.*
18 *Dolus, & malus animus in dubio præsumitur in delictis.*
19 *Certum est aut ex se, aut per relationem ad aliud.*
20 *Præsumptio tollitur probando esse æquiuocum illud vnde oritur.*
21 *Animi motum vultus detigit, & in facie legitur cordis secretum.*
22 *Pœnis hominum delectari insania est, mansuetudo, & clementia quid.*
23 *Lex communi saluti contraria non est obseruanda.*
24 *Declaratio quotuplex, & an fiat in statutis.*
25 *Lex posterior derogat præcedenti, & vna ex alia fit.*

Aspi-

1 
A SPERITATEM] ius positiuum dicitur ad differentiã naturalis, quasi manu positum, ex quo potest variari ex tempore. Abb. in c. fin. post nu. 2. de consue. Verum remanet ratione abolita donec tollatur per nouam constitutionem. Bal. in l. vni. in princ. nu. 3. cir. med. de cadu. toll. De iure communi extrahens gladium sine occasione alterius, tenebatur pœna legis Corneliæ de sicarijs. l. 1. §. diuus ff. ad leg. Corn. de sicar. ex sola admenatione tenebatur actione iniuriatum. l. itẽ apud Labeonem §. si quis pulsatus, vbi Batt. ff. de iniurijs. Arno. in 73. epitom. Tamen ratione
2 diuersitatis temporũ variatur effectus. Bal. in l. Centurio. 2. not. de vulg. & pupill. sicut etiam vnius animæ volũtas pro temporum diuersitate variatur, siquidem alio tempore diues esse cupit, alio tempore cõtemptis diuitijs, sapiens esse desiderat, & ipso temporalium appetitu vno tempore negociatio, alio tempore militia placet. D. Aug. in lib. octuagintatrium quæstio. col. 19. in princ. Prout variando constituit. ista correxit ius commune. Iser. supra in const. intentionis, circa med. glo. & Gra. hic in princ. nam remouẽdo illius asperitatem, voluit quod extrahentes arma contra aliquem puniantur duplicata pœna asportationis armorum, Arnon. in 3. differentia vtriusque iuris, per istum textũ. qui diuiditur, & sumitur vt per Affl. & dicit [ASPERITATEM] verbum asperum. psalm. 96. Qui habitat in adiutorio durum. l. prospexit, qui, & a quib. [VETERVM LEGVM] iuris antiqui. Abb. in c. capitulum sanctæ Crucis, 4. not. de rescript.
3 Et verè ius antiquum erat asperum, nam puniebat ambulantem cũ telo causa necandi hominem, inspecta voluntate, ac si dolo malo occidisset, nec inspiciebat exitum. l. is qui cum telo, in gl. 1. C. ad leg. Corn. de sicarijs. Et qui hominem occidebat, non occidendi animo, absoluebatur, si vulnerabat vt occideret, pro homicida damnabatur. d. l. 1. §. diuus ad leg. Corn. de sicar. aptitudine potius inspecta, quam actu. Bal. in l. Gallus, in princ. col. 3. circa med. de liber. & posthum. [QVAE CONSTRINGENTES GLADIOS, ET EXTRAHENTES] euellentes. Nizolius in ver. extraho. [ET PERCVTIENTES CVM EIS, OCCIDENDI ANIMVM HABVISSE PRAESVMVNT] cum nemo hominum sciat quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in
4 ipso est, vel Deus qui fecit eum. D. August. confess. 10. c. 3. & 5. [INDVBITANTER] indubitatè, vt hic in glo. vel indubitata fide. c. pen. de paroch. [OCCIDENDI ANIMVM]

5 qui cũ sit res insensibilis, voce exprimitur, vel per indicia declaratur, & tũc bene probatur, sicut animus iudicis. Bald. in l. 2. cum add. ad eum. C. de his, qui a non dom. manu. nam secundum Cassia. nullũ est maius mentis testimonium, quam qualitas conspecta verborum. Bald. in l. ad recognoscendos, de inge. & man. [HABVISSE] tenuisse. glo. in l. militis, la seconda, ff. de milit. testa. [PRAESVMVNT] iuris præsumptione, quæ ex verisimili probatione nascebatur. Arch. in cap. oues, post princ. & circa fin. 6. q. 1. [INTER-
6 PRETATIONE] quod est verbũ æquiuocum, & pluribus modis ponitur, Bal. in d. l. Gallus §. quid si is, col. 2. in princ. de lib. & posthu. hic pro correctione, seu suppletione, cum aliud sit mutare, & aliud declarare, idem Bal. in l. hæres palam §. sed & si notam ff. de testa. alibi plures interpretantur, & interpretatum eundem habet effectum cum principale. Bald. in d. l. Gallus §. videndum, post princ. l. 1. vbi gl. 2. & 3. C. de leg. cum interpretari leges auctoritatiuè spectet ad Principem, doctrinaliter ad legisperitos. Caiet. ad D. Tho. 2. 2. q. 120. art. 1. col. 2. in princ.
7 [IMPERIALIS MANSVETVDINIS] l. 2. C. de off. comi. sacri pala. quæ nulla passione turbatur, ira, & furore non rumpitur, est pars temperantiæ, & propriè lenitas animi superioris ad inferiorem. Lucas in l. 2. de præpo. sacri cubiculi. [LENIENTES] non vt olim, vt infra in const. legum asperitate, de adult. & lenoci. [PRAESENTI LEGE IN PERPE-
8 TVVM] nunc, & semper. Bal. in l. si stipulet, in prin. de verb. oblig. vel generaliter. l. edita in ver. perpetui. C. de edendo. [DEO PROPITIO] fauente. Nizolus in ver. propitius. [VALITVRA, SANCIMVS] cũ fine vlla abrogatione improba lex erit. Arist. 2. Politic. 5. quod ius nouũ denotat. Abb. in c. sæpe, post nu. 9. de restit. spoliat. [VT SI QVIS ARMA PROHIBITA] de quibus in const. præcedẽti. [CONTRA] aduersus. psal. 2. Quare fremuerunt gentes. [ALIQVEM EXTRAXERIT] à vagina exemerit. Matth. 26. [NEC IPSVM OFFENDERIT] percusserit, vt in const. seq. & const. vt dignitatum gradus, de iniu. nob. petso. [DVPLICATAM POENAM] de impositione duplicis pœnæ, & temporis duplicatione. Bal. in l. si ad magistratum. 2. & 3. not. de decur. [QVAM SECVNDVM PERSONARVM CONDITIONEM] iuxta personarum qualitatem, vt in const. obseruent. de iniuria cur. perso. illa. [SVPER] quæ dictio quid importet. Bal. in l. 1. nu. 5. in fi. cum addit. ad eum. commu. deleg. [PORTATIONE ARMORVM EDIDIMVS] supra in constit. intencionis, [NOSTRAE CVRIAE SE COMPOSITVRVM] condemnaturum. d. constitut. intentionis.

[AGNO-

[AGNOSCAT] nam condemnatio pecuniaria expressa in constitutione, quæ fit per iudicem, compositio vocatur. Affl. hic 5. not. [NEC ETIAM] respondet tacitæ obiectioni, §. hæc quippe, in ver. nullus, auth. de hære. & falci. [INDIGNE] Marcus 14. alibi indignissime. l. si quis libere ff. de probat. [DVPLICATAM POENAM IN CASV PRAESENTI] quãdo extraxit arma contra aliquẽ, vt sup. [DELATOR ARMORVM SVSTINERE DEBEBIT] rationẽ ponit inf. [VTPOTE] inf. in cõst. prosequentes, & in const. summo periculo, & exponitur tanquã. Bal. in l. fin. cir. prin. C. de reb. cred. & iureiur. vel ea ratione. Bal. in l. pen. col. 1. cir. med. C. de donat. vel vtputa, vt in constit. Iustitiarij non per Calendas. [QVI ARMIS A NEMINE PROVOCATVS] alias prouocans puniretur, quia grauius de-
9 linquit. Luc. in l. 3. col. 3. circa med. de castr. pecul. mil. [EXTRAHENDO IPSA IN OFFENSIONE ALTERIVS] quia ex sola extractione offenditur, vt sup. in rub. sicut si fecisset insultum cum armis non extractis. Arnon. in 76. epitomate. [MALIVOLVM SVAE INTENTIONIS PROPOSITVM PVBLICAVIT] nam
10 ex facto datur voluntas intelligi. l. reprehendenda, vbi not. Bal. C. de inst. & subst. l. Paulus rem ratam hab. iudicium animi est qualitas facti. Bal. in l. vnica, nu. 21. post princ. C. de confessis. alibi voluntas talis esse præsumitur qualem verba demonstrant. l. recusari, in glo. 1. ff. de acq. hæred. [QVOD ANTE PER SOLAM DELATIONEM EARVM] sine extractione, vt in d. const. intẽtionis. [NECESSARIAE DEFENSIONIS OBIECTV] propter obiectum. Io. And. in c. 1. post nu. 2. de restit. spol. in vj. [DVM] postquam. Arch. in c. quoties, in pri. 2. q. 6. [ALICVIVS INSVLTVM] in eius saltum. Bar. in l. respiciendum §. delinquunt in princ. ff. de pœnis. tam masculi, quã fœminæ. l. pen. vbi Bal. C. ad leg. Cornel. de
11 sicar. quæ aliquando dicuntur fieri personaliter, quandoque in personam. Dec. in cons. 406. post princ. nu. 1. & 2. [TIMERE SE DICERET] & probaret. Bald. in l. quod autem §. si maritus 2. rep. de don. inter vir. & vxor. [FORSITAN] Io. 4. c. pen. de sta. mon. & c. fin. de presb. non bapt. [POTERAT COLORARE]
12 per actum extrinsecũ, qui probat animi intrinsecum. Bal. in l. si ex plagijs 2. rep. circa med. ad leg. Aquil. & voluntatem ostendit. Bal. in fini. in l. cũ emptor de rescind. vend. vltra quod ex qualitate facti, & personarum præsumitur qualitas animi. Bal. l. 1. in 1. rep. col. 2. post princ. C. vnde vi, sicut ex qualitate instrumenti præsumitur an fecerit animo corrigendi, vel occidendi. Bal. in l. vnica, de emend. seruo. nam accidentia, secundũ Arist. magnam partem conferunt ad cognoscendam veritatẽ. Bal. in l. 3. vbi exempla ponit nu. 8. C. de testi. & in l. fin. nu. 2. C. de execut.
13 rei iud. effectus enim operi nomen imponit. gl. in l. sed si vir, in ver. donandi ff. de donat. inter vir. & vxor.

Sed contra, non factum, sed magis animus, & propositum attenditur, quam factũ. Bal. in l. si quis extraneus §. 1. de acq. hęred. facit constit. amatoria pocula, vnde principale propositum consideratur. Bal. in l. quis sit fugitiuus, §. idem Iulianus. de ædil. edi. ab effectu animi cuiusque iudicandum est.
14 ead. l. quis sit fugitiuus. ex qualitate facti, modo faciendi, & qualitate facientis cognoscitur factum. Ant. de But. in c. vel non est, 1. not. de temp. ordin. animus colligitur ex qualitate personarum, & negociorum. glo. in l. si margaritam ff. pro socio. qualitas præcedentis iniuriæ arguit qualis sit animus in sequentibus, sicut ex præfatione, & tractatu declaratur animus. Alex. in cons. 128. nu. 4. 129. num. 8. circa med. 4. volum. & 119. post num. 10. vol. 7. ita delinquendo declaratur volũtas. Bal. in l. si quis extraneus in princ. de acquir. hæred. & secundum naturam causæ præcedentis præsumitur de postea sequuto. Ant. de But. in c. veniens num. 7. cir. med. de filijs presbyt. l. dolum, C. de dolo, c. 2. de renunciat. in vj. nam attribuitur principio. Abb. in c. mulieres post nu. 9. de sent. excom. factum declarat animum, & causa facti declarat factum. Bal. in l. 2. §. 1. in fi. & ex qualitate facti colligitur causa. 2. repet. num. 1. de his, qui not. infam. causa facti restringit factum. idem Bal. in l. cancellauerat, de his, quæ in testa. dele. & ex facto datur voluntas intelligi. Bal. in l. 3. §. 1. post princ. ff. de iure-
15 iuran. ex actibus cognoscitur qualitas mentis, & sensus corporis. Bal. in l. 1. §. fin. d. tit. de edil. edicto, animus præsumitur ab effectu. Bald. in 1. constit. ff. in ver. hæc autem, lo primo, in fi. post num. 10. & dicitur probatio a posteriori, nam effectus dat cognoscere causam. idem Bald. in l. 1. 2. repet. de iustitia, & iure. & per factum probatur voluntas. glo. 3. in l. pro hærede, vbi Bald. de acquiren. hæred. & intrinseca intelliguntur per extrinseca etiam in brutis. glo. in l. fin. in ver. vxorem ff. de diuortijs. si processit ad actum verbi, non facti. Bal. in l. militis §. ve-
16 teranus ff. de testam. milit. ita ex qualitate instrumenti, effectus ostenditur animi, & defectus periculi. Bald. in l. vt vim, nu. 9. circa fin. de iustitia, & iure. ex eo præsumitur animus atrocitas delicti vulnus atrox, & mortale. Bal. in l. sed & si, §. magister, ad legem Aquil. dolus ex qualitate armorum perpenditur. Alex. in cons. 75. post nu. 3. vol. 3. & ex ea animus occidendi, vel non. Bald. in c. 2.

17 post nu.7.de vita,& honest.cler.distinguitur
animi motus ex actuum qualitate, & ictus
contemplandi sunt, ex quibus præsumitur
causa motus.Bald.in l.fin.nu.17.circa med.
C.de ędil.act.puta si habet ensem,& percussit cum pomo, habet roncham, & percussit
cum hasta. Ang.in tract.malef.in ver.scienter dolosè, ibi, quidam habet, vel percussit
cum paruo gladio destinato ad moderandũ
calamos,vel incidẽdum panem, seu vngues.
Marsil. in pract.crim. §.pro complemento,
18 ante nu.18. in dubio in delictis præsumitur
dolus. Bald.in l.actionibus, §.plane, col.2.
post princ.de in litem iuran. item ex facto.
Bal.in l.si quis in 2.rep. cir.princ.de iurisd.
om.iud. ita in maleficijs præsumitur malus
animus. Abb.in c.ad hæc nu.3. de appellat.
c.fin.nu.8. in fi.de immun.eccl. animus per
exteriora conuinci potest. Bal.l.2. in 2.rep.
19 col.pen.in fi.de iureiur. quia omne quod est
certum,aut est certum ex se,aut per relationẽ ad aliud.Bal.ad Spec.in fi.in tit.de fruct.
20 & interesse,col.2.cir.fin.verum præsumptio
quæ oritur ex signo, tollitur,si probatur illud signum esse æquiuocum ad plura. Abb.
in c.illud quoque nu.3.de præsumpt. & probat non animo occidendi percussisse, quia
calce percussit, tunc non punitur pœna homicidij.l.1.& l.eũ qui,ad leg. Corn.de sicar.
ita hic in actibus indifferẽtibus,vt in exemplis,de quibus sup. quidquid homines agũt,
intentio iudicat. Abb. in c. cum ab omni,
1.not.de vita,& hon.cler. & tolle voluntatẽ
de medio, & omnis actus erit indifferens.
Bal. ex intentione Placent. in l.pro hærede,
21 in princ.de acqui.hæred.animi motum vultus detegit. Spec.in tit.de disput.& allegat.
aduoc.§.6.cir.princ.& dixi infra in constit.
si damna clandestina.& in facie legitur cordis secretum. voluntas, & vultus talis erit,
qualia mens gerit argumenta. Spec. in tit.
de peti.sent. nu.2. & quod malo animo non
fit, pœnam non meretur. glo.in l.si seruum,
in ver.non, de acquir.hæred. bona intentione factum,præsumitur bene actum. Bal.l.2.
in 2.rep.col.fin.post princ.ff.de iureiur.

22 Nota, quod insania est quem delectari in
pœnis hominum, nam est priuatus affectu
humano quem sequitur dementia: vnde in
diminutione pœnarum duo sunt, vnum est,
quod fiat secundum intentionem legislatoris, licet non secundum verba,& hoc pertinet ad epicheiam, idest iustitiam. Aliud,
quod homo vtatur sua potestate,& pertinet
ad clementiam. D.Th.2.2.quæst.157.art.3.
quæ differt,& concurrit cum mansuetudine,
concurrit inquantum refrænat impetũ iræ,
differt inquantum clementia est moderatiua exterioris punitionis, mansuetudo verò
diminuit passionem iræ non solum superioris ad inferiorem,sed cuiuslibet ad quemlibet. D.Th.præd.vbi sup.ead.parte,& quæst.
23 art.1. intantum quod si emergit casus,quod
obseruatio legis sit damnosa communi saluti, non est obseruanda: exemplum ponit
add.ad D.Tho. 3.par. q.39.art.5. ibi not.1.
vnde an lex rectè se habeat,oportet ad longum tempus,& diuturnas consuetudines inspicere. Arist.2.Politic.3.nam pleraque vetusta rudiora sunt nouis, c.8.

24 Secundo nota, quod declaratio duplex,
intrinseca, & extrinseca. Bald.in l.Gallus,
§.etiam,3.not.de liber.& posthu.alia legis,
& ista est probabilis, & necessaria, alia hominis,& procedit de mẽte legislatoris. Bal.
in l.omnes populi nu.21. de iustitia,& iure.
interpretatio extensiua non fit in statutis.
Bal.in l.athletas 1.rep.§.Pomponius, cir.fi.
de his, qui not.infam. nisi eam quæ denotat
apertam vocabuli significationem. glo.2.in
l.1.de orig.iuris. alias nulla declaratio immutat esse rei,& veritatis substantiam.Bal.
in l.barbarius 3.repe.circa fin.de off.præto.
nec debemus requirere plusquam requirunt
verba legis, vel statuti. Bald.in d.l.Gallus,
§.videndum 5.not.

25 Tertio nota, quòd lex posterior derogat
præcedentibus.not.Bal.in l.vni.nu.18. C.de
rap.virg. immo principium legis sæpe à fine
corrigitur.gl.in l.in ciuile ff.de legi.Alfa.in
l.1.nu.28.ff.si cer.pet. & vna fit de alia,sicut
ex legibus,& consuetudinibus Græcorum
fuerunt factæ leges Romanorum. Bald.in l.
ius ciuile in fi. de iust. & iure. Vel quando
lex vniuersaliter loquitur, & accidit, quod
preter vniuersale rectum est,quod omisit legislator, & defecit; simpliciter loquendo,
emendatur omissum, quod legislator ipse si
adesset vtique diceret. Arist.5.Ethic.15.vbi
Auerr. habet enim dubitationem,& melius
videtur vt mutationem recipiant. idem
Politic.6. Quid in muliere,& videtur absurdum, vt mulier libera, aut ancilla quasi
vir cum armis aliquid facere possit. l.pen.
de homine in aliena curti noctis tempore
inuento in Longobar.

De percussione illicita cũ armis.

SVMMARIVM.

1 *Percussio licita, & alia illicita, licita, & modica quibus permittitur.*

2 *Disciplinæ fines, qui excedunt sunt in culpa.*

3 *Punitur qui castigando excedit, & est in dolo ex qualitate armorum.*

Con-



ONTINVATIO patet ex
ea quæ sit in tit. præce-
dēti, hic tamen dicitur
[DE PERCVSSIONE
1 ILLICITA] ad differen
tiam licitæ, nam pater
potest castigare filiū,
vel iudex de ordine pa
tris. l. 3. & seq. C. de patria potest. non solum
pater carnalis, sed etiam spiritualis. glo. in
extrauag. Io. 1. in ver. debitum de verb. sign.
etiam in minoribus constitutum, glo. 1. in c.
cū beatus 45. dist. vir vxorem, gl. 1. in c. sicut
alterius, 7. q. 1. Luc. in l. quicūque col. 2. cir.
fi. & 3. in princ. de re mil. modicè tamen. gl.
in c. vnum, in ver. seruum 25. dist. fructua-
rio, & docenti licita est modica castigatio.
l. itemque, in gl. fin. ff. de vsufr. l. item quæri-
tur §. 1. ff. locati, l. & si §. fi. in fi. ff. ad Syllan.
l. nō solum §. leuis ff. de iniurijs, l. respicien-
dum §. 2. de pœnis, l. sed & si, la prima, in fi.
cum l. seq. ad leg. Aquil. Dominus potest fi-
delem suum, vel agricolam modicè verbe-
rare. Luc. in l. 1. col. 2. cir. fin. de priuil. schol.
2 verum si fines disciplinæ excedunt, sunt in
culpa. not. in c. presbyterorum de homicid.
vnde si magister leuiter percussit scholarē,
& inde mortuus est, an teneatur. Arch. in c.
circumcelliones circa med. vbi dist. 23. q. 5.
3 Et dominus si castigando ancillam excedit,
punitur pro eo quod excessit, ex qualitate
armorum. Alex. in cons. 75. in princ. 3. vol.
ideo hic punitur [PERCVSSIO ILLICITA
CVM ARMIS] & illicitum dicitur omne
quod non probatur licitum. glo. fin. in l. 1.
ff. de off. præfe. vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna debet pœna recompensari, & delicto graui grauior debet pœna imponi.*

2 *Pœna capitis sicut quis punitur pro delicto graui, ita pro minore pœna manus.*

3 *Si quis, est infinitum & singulis generum, & omnes comprehendit.*

4 *Actus motori attribuitur, non causa instrumentali.*

5 *Ita quod, importat conditionem, & restringit præcedentia.*

6 *Manus quid, quot modis capitur, & est instrumentum ad percutiendum.*

7 *Pœna vnius membri est satisfactoria pro alio.*

8 *Membrum viuere, & mori quando dicatur.*

9 *Puniri quis debet in eo in quo deliquit.*

10 *Oculum fodere, & digitum lapide præcidere impium est.*

11 *Natura distribuit officium membrorum, adeo quod vnum alteri non inuidet.*

12 *Pœna capitalis est manum amputare sicut vltimum supplicium.*

13 *Pedem amputare maior est pœna, quam oculum effodere.*

14 *Pœna quæ sit abscindentis alterius membrum, lacerauit vestes, & non carnem.*

15 *Mutilatio quid sit, & quid vulnus, & an impediat promotionem, & quando dicatur mortale, & ex eo mortuum. nu. 18.*

16 *Insultando qui vulnerauit, & occidit, si pœnæ sunt diuersæ, an omnes, vel vna imponatur.*

17 *Statutum si imponit pœnam pro quolibet vulnere, si vno ictu fecit plura, an pro vno, vel pluribus puniatur.*

19 *Vulneris pœna non imponitur pro modica scissura, quia vulnusculum, non vulnus appellatur.*

20 *Arma portans causa occidendi, an pro armis teneatur, & delicto.*



1 I QVIS] pœna per pœnam
recōpensari debet. add. ad
D. Th. 3. par. de Sacram. q.
102. alias 71. art. 9. ibi pri.
maior. & vbi delictum gra
uius cōmittitur, grauior
pœna imponi debet. Abb.
in c. 2. in 2. not. de sortileg. si maior est cul-
pa, grauior exercetur vindicta. c. excōmuni-
camus, §. credentes de hæret. nam pœna est
commensuranda delicto. Abb. in c. at si cle-
rici, vlt. not. post nu. 8. & 39. cir. med. de iud.
c. pen. nu. 6. de simon. & pro modo delicti pœ
na irrogatur. l. pen. ff. de calumnia. De iure
communi percussor tenebatur pœna legis
Corneliæ de sicarijs, cuius pœna erat de-
portatio, vel vltimum supplicium. l. 1. §. di-
uus, & l. 3. in fi. ad leg. Cornel. de sicar. sed
quia per publicam potestatem sicut quis li-
2 citè priuatur vita propter maiores culpas,
ita propter minores culpas priuat membro.

 D. Th.

D.Th.2.2.q.65.art.1. Ideo hic pro vulnere, si percussus non moritur, manum enim qua percusit amittit. Arnon. in 4.differentia vtriusque iuris, per istum textũ, qui diuiditur, & sumit vt per Affl. & dicit [Si Qvis] quod est infinitum. glo.in l.si ita relatum,in ver.hæredes in fi.de leg.2.est de singulis generum,non de generibus singulorum. glo.in l.1.ff.de fideiuss.Bal.in l.si quis in fundi vocabulo,cir.fin.princ.de leg.1.in l.1.2.repet. circa princ. de leg.2. masculinum concipit, & fœmininum. Abb.in c.nobis,nu.3.de iure patr. Affl.hic nu.19.post med.quia absolutè prolatum comprehendit omne genus personarum, & omnem sexum. Bald.in l.si quis, 1.repe.de iurisd.omn.iud. [Aliqvem] tam masculum,quam fœminam. Pau.de Cast.in consi.276. in princ.2.volum. [Cvm Armis Prohibitis Svpradictis] in const.inten
4 tionis [Percvsserit] & sic actus motori attribuitur,non causæ instrumentali. Bal.in l.per procuratorẽ 2.rep.in fi.C.de acq.poss. personæ,nõ instrumento. in l.vni.post nu.4. ...si seruus exte. primæ causæ,non secundę, nam percusio si fit cũ baculo, qui percusit est prima causa,baculus est secũda,ista causa secunda nihil agit in absentia primæ, vt in mandatario. idẽ Bal.in l.non ideo minus post nu.3.16.in fi.& post nu.17. C.de accus. & quod dicit per verba præsentis temporis percussit,idẽ si per verba præteriti perfecti, imperfecti, vel futuri. Bald.in d. l. si quis, 1.rep.2.not.post nu.1.de iurisd.om.iud.tam si cum tumore, vel cum apparitione vulneris,vt hic in add.ad gl. Quid si cum lapide, seu lapillo. Gra.hic nu.2.10. & 11. vel cum ferro cuius proprium est ferire. Bal.in l.data opera nu.9.post med.de his,qui accu.non
5 poss. [Ita Qvod] importat conditionem. l.Iulianus noster, in gl.2.& l.eas de cond.& demonstr. & restringit præcedentia sicut ita tamen. l.Lucius §.quæ habebat,ad Trebell. [Percvssvs Ex Percvssione Ipsa] idest propter percusionẽ ipsam,sicut ex eo,idest propter id. Io.And.in c.3.nu.5.in fi.de app. in vj. tamen,ex,& propter, differunt. Bal.in d.l.vni. 5.not. nu.4.& 22. si ser.exte. [Minime] nullo modo. Calap.in ver.minime. [Moriatvr] fit in actu moriendi.Bal.in l. fin. post princ.de cond.inst. quia qui minus delinquit, minus debet puniri, quam magis delinquens. Bal.in l.1.in ver.vt in otio ff.de postul. [Percvssor]quod nomen est deductum a verbo,& actũ percutiendi significat. Alfa.in rub.post nu.33.si cer.pet. [Manvm]
6 quæ fuit instrumentum ad percutiendum, cum instrumentum sit duplex. Bald.in l.per procuratorem 1.rep. C.de acq.poss. Manus verò est instrumentum instrumentorũ, sicut

intellectus forma formarum, & sensus forma sensibilium. Arist.3.de anima, textu 38. vel est organum organorum. D.Tho.1.par. q.76.art.5.in fine, & 91.art.3. quam natura dedit homini loco armorum, & tegumenti, quæ alijs animalibus tribuit,vt per manum hæc,& alia omnia necessaria conquirat, idẽ D.Th.2.2.q.187.art.8.& in iure capitur pluribus modis. Luc.in l.2.quo quis ord.cõue. Bal.in l.manumissiones, post nu.3.de iust.& iure.quandoque pro potestate,l.fin.vbi Bal. C.de emancip.libero. D.Aug.2.quæst.super Exodum col. 51. post princ. aliquando pro opere. Archid.in c.Ephesijs 43.dist. & brachium appellat homo alterum hominem per quem solet quid agere. D.August. super Ioan.tract.53.col.2.circa med. [Cvm Qva Percvssit] tam si sit bona, quam arida. Affl.hic 3.not.& Gra.nu.6. etiam quod habeat aliam validiorem, nu.21. & in c.regni qui cum roncha,& maior sit pœna amputationis vnius, quam alterius. Bal.in l.vnica, nu.67.de sent.quę pro eo quod inte. [Amittat] quod futurum concernit, sicut cadat, & intelligitur ipso iure,vel facto,non expectata sententia. Bal.in l.fin.2.rep. C.locati, l.2.in 2.rep.nu.6.cir.fin.& 7. de iure emph. in l.vni. ante num.1. si secun.nup.mul. & in auth.in donatione in rep.anti.de secun.nup. fit, & fiat, est canon latæ sententiæ, in l.4.in princ. C. ad Tertull. vel amittat est futuri temporis,& requirit sententiam. Abb.in c.
7 pen.nu.7.de pœnis. & sic per subtractionem manus, vel pedis, vel alicuius huiusmodi homo punitur. D.Th.1.par.quæst.64. art.1. & pęna vnius membri potest esse satisfactoria pro peccato alterius membri: inde latroni truncantur aures, vel nares pro peccato quod manibus fecit.idem D.Th.3.par. de Sacram.quæst.9.alias 68.art.5.cum add. ibi pri. de maiori. secus hic, quia omnia opera attribuuntur manibus.q.24.alias 83. art.5.quas solas pro rostris,calcis,venenis, vnguibus, & cæteris animalibus concessis, homo accepit. Caiet.3.tomo, tract.1. oratione 4. col.pen. circa fin. [Aeqvvm Est Enim] idest æquitate suadente præcipitur. Bal.in l.bonam fidem,in princ. C.de act. & oblig. vel certe æquum est, & sic Imperator seruat æquitatem, sicut prætor.glo.1.in l.1. ff.de instito. enim, pro certe. glo. in l.si verò,in ver.enim, ff.de his,qui deiece.vel effu. [In Ea Parte Corporis Plecti] illam cum qua deliquit, separando a corpore. Affict. hic 4. not. Quæ autem sint partes corporis, & quod sanguis non est pars, sed alimentum eius. Caiet.ad D.Thom. 3.par. de Saluatore, quæst.5. art.2. & sic per quæ peccauit, per hæc & torquetur. Sapient.11. & in

& in eo corporis membro punitur, cum quo
principaliter deliquit: vnde ſi curſor eſt di-
gnus mutilatione membri, ſibi amputabi-
tur pes; teſti lingua, & ſcriptori manus.
Sed hodie, excepta manu, nullum membrum
amputatur: & quid ſi non habet niſi vnam,
Bal. in l. 3. nu. 1. & 2. & auth. ſed nouo iure.
nu. 12. de ſer. fug. tunc mors eſt quoad illud
membrũ. Bal. in l. tranſigere. nu. 3. in fi. C. de
8 tranſa. nam qui amittit membrum, amittit
vitam illius membri, illud enim vitã viuit,
quod ſuſcipit alimentum. Bal. in l. 3. num. 4.
circa med. C. de accuſ. & illud dicitur mor-
tuum, quod non habet officium naturale.
idem Bald. in l. edicto, num. 30. in fine. C. de
edicto diui Adriani tollen. [MALEFICIVM
QVAE LEGIS, ET IMPERII VENERATIONE
CONTEMPTA] infra in conſtit. defenſas, in fi.
[MALEFICIVM] maleractum. Nizol. in ver.
maleficium. [PERPETRAVIT] & ſic punitur
9 in eo in quo deliquit. c. ad deliberandum, de
Iudæis, c. poſtulaſtis, de cler. excom. miniſt.
c. inter dilectos, de exceſſ. prælat. glo. 2. in l. is
qui, de rei vendi. & in quo quis peccat, in eo
punitur. D. Th. 3. par. de Sacram. q. 89. alias
58. art. 4. & hoc ſuadet æquitas. add. ad Spec.
in tit. de reſtit. ſpoliat. in ver. creditore, §. 11.
Abb. in c. 3. poſt num. 8. de tranſlat. Epiſc.
Ant. de But. in c. literas 7. not. de temp. ord.
c. cum olim, lo ſecondo, de off. deleg. c. an ſit
deferendum, de appell. c. paſtoralis, in fi. de
iure patr. c. fin. vbi Abb. cir. princ. & num. 8.
cir. med. de immun. eccl. punitur in eo quod
fecit contra legem, l. ex facto §. fin. de vulg.
& pup. eo tempore quo deliquit, non alio.
Bal. in l. 3. in princ. C. ad Tertull. nam non
facimus mala, vt veniant bona. D. Aug. in
epiſt. 46. col. pen. in fi. & in lib. de ſpiritu, &
lite, col. 15. poſt med. nec debemus facere
mala, vt nos non apprehendent. Eccleſiaſti-
cus 6. in fi. ſed per quæ peccamus, per hæc
& torquemur, ita ex ore debet proferri me-
dicina vnde facta ſunt vulnera. D. Auguſt.
in c. 3. ſuæ regulæ, col. pen. in fine 1. tomi, vt
conuenientius iniuſtus doleat in ſupplicio,
quam lætus fuit in delicto. idem Auguſt. in
eius ſentent. 161.
10 Sed videtur, quod lapidis ictu digitum
præcidere, oculumve conuellere, leges ſa-
piendo non poſſint, quod hæretici ſæuiendo
potuerunt. D. Aug. in epiſt. 159. col. 2. circa
med. quaſi voluerit D. Aug. quod leges non
potuerint præcidere digitum, & ſucceſſiuè
manũ, nam illud intelligitur ſine cauſa, nec
dicitur poſſe, quod honeſtè nõ poteſt. l. filius
de cõd. inſt. l. nepos Proculo, in fi. de ver. ſig.
11 Nota, quod natura diſtribuit officiũ mem
brorum, & vnum non inuidet alteri. Bal. in l.
teſtium nu. 9. cir. med. C. de teſt. Inde manus
dicitur membrum, & a metior metiris, quod
eſt partiri, & diuidi dicitur membrũ. idem
Bal. in auth. ſed nouo iure, 2. not. de ſer. fug.
quæ ſint mẽbra, in l. data opera, poſt nu. 49.
& 50. de his, qui accuſ. non poſſ. in l. 3. nu. 5.
& 6. C. de accuſ. propriè dicuntur, & ſunt ex
quibus integritas totius corporis cõſurgit.
Caie. ad D. Th. 2. 2. q. 65. art. 1. In dubio, quã-
do fit mentio amputationis membri, intelli
gitur de manu, ſi aliud non exprimitur. Bal.
in d. l. data opera, quæ amputatio eſt magna
pœna. in auth. ſed nouo iure in fi. de ſer. fug.
quia debilitat hominem, impediendo offi-
cium illius membri. Bal. in l. 3. in fi. eo. tit. de
12 ſer. fug. Dicitur pœna capitalis, ſicut vltimũ
ſupplicium, & imponitur officiali publico,
qui recepit ſolutiones publicas, & non ſcri-
pſit in libro. Bal. in d. l. data opera, & ei qui
percuſſit aliquem cũ armis, enſe, vel roncha
ferrea, accepta, vel manaria. Gra. & Io. Ant.
de Nig. in c. reg. qui cum roncha, tã alium,
quam ſeipſum. Arno. in 29. epito. nec refert
ſi ferro, vel ligno vulnus inferatur. Caiet. ad
D. Th. 2. 2. q. 65. art. 2. Intellige tamẽ in vul-
nere, ſecus in vulnuſculo, quia pro eo poſſet
cõponi. Affl. in §. porro poſt nu. 2. quę ſit pri.
cau. bene. amit. habita partis concordia: &
ſi percuſſor eſſet bonę famæ, & percuſſus ma
læ famæ. Affl. hic nu. 20. vel alia leuiori pœ-
na puniretur. Gra. hic nu. 20. Cum puero, vel
ſene percutiente diſpenſaretur. Arno. in 11.
comm. Poſſet iudex loco manus, vt ſatisface
ret ſtatuto, amputare pictori pollicẽ, cuius
amputatione manus redderet inutilis. Arno.
pręd. in epit. 53. adeo non debet imponi pœ-
na, quæ redderet hominem inutilem, vtputa
ſi ambæ manus abſcinderentur. Foll. ſup. in
conſt. poſt mundi machinam, nu. 79. vnde ſi
debuit amputari dextera, & per errorẽ fuit
amputata ſiniſtra, non debet poſtea ampu-
tari dextera, quia ſiniſtra nõ poteſt reſtitui.
Bal. in l. eleganter §. qui reprobos ff. de pig.
act. adeo quod pœna truncationis manus,
quia non eſt de iure cõmuni, non extenditur
ad mandantẽ inferri vulnus. Io. Ant. de Nig.
in prælu. cap. reg. nu. 38. In quibus tamen ca
ſibus imponitur dicta pœna. Bar. in d. auth.
ſed nouo iure, & quinque requiruntur. Affl.
13 hic 2. not. Sed maior eſt pœna amputare pe-
dem, quam effodere oculum. Bal. in l. binas,
2. rep. in prin. de ſerui. vrb. pręd. Quid ſi per-
cuſſit cũ haſta ronchę, pugno, vel libro. Gra.
hic nu. 3. 7. & 13. tunc, quia inſtrumentũ cum
quo percuſſit non eſt actũ ad inferendũ mor
tem ſiue per ſe, ſiue per alium faciat, non eſt
pœna mortis. Bal. in l. cum mandati, C. man
dati. nam ex facto datur voluntas intelligi.
Bal. in l. 1. circa princ. C. ad legem Cornel.
de ſicarijs. dixi multa in conſt. præcedenti.

14 Quid si abscindit alicui membrum, quomodo punitur. Bald. in §. iniuria nu. 13. de pace iuram. firm. vel percutiendo lacerauit pannos, & non carnem, non incidit in pœnam statuti. Bal. in l. 3. §. si quis ad Syllan. tenetur tamen actione iniuriarum, & punitur pœna pecuniaria, sicut qui expilauit barbã. Affl. hic nu. 24. & 25. & Gra. nu. 3. & 7. Quid sit
15 mutilatio, & an impediat promotioñe. Luc. in l. 2. cir. princ. de aquæductu. potest tamen testari, etiã quod sit ei amputata manus ex maleficio. l. qui manus. vbi Bald. ff. de testa.
16 Quid si statutũ imponit pœnam pro insultu, vnam pro vulnere, & aliam pro homicidio, si quis insultando vulnerauit, & occidit, punitur pro homicidio. Io. An. ad Spec. in rub. de homic. Gra. in constit. intentionis nu. 27. quia sicut insultus cõfunditur per percussionem, ita percussio per homicidium. Affl. hic nu. 26. Ang. in tract. malef. in ver. fecit insultum contra dictum Titium. ibi, & aduertas, licet contra per l. 2. de priua. deli. & l. inficiando §. infans ff. de furtis. Dic, quod sunt cõsideranda verba statuti vtrum sint distincta loco, & tempore, & an lex voluerit punire quodlibet de per se. Bal. in cons. 79. nu. 8. vol. 2. alias posset dici vnum delictum propter continuationem, quandoque vnum factũ, & plura delicta. gl. fin. in l. illud, vbi Bal.
17 ad leg. Aquil. 1. & 2. rep. cir. fin. Et statutum si punit in tantum pro qualibet percussione, si vno ictu remansit facies vulnerata in tribus locis, an puniatur vna, vel triplici pena, Baldus dicit fuisse iudicatum pro, & contra, sed debere attendi verba statuti, in cõs. 351. 2. vol. Si insultauit Seium, & postea vulnerauit, si incontinenti vnum confunditur per aliud, si ex interuallo non. Bal. in l. quoties §. si quis ita, de hæred. instit. si vno ictu percussit duos, pro quibus imponitur diuersa pœna, an vna, vel plures imponantur, Lucas in l. nemo 4. & 5. q. de cur. publ. Bal. in l. si familia 2. rep. ibi sexto. & nu. 3. de iurisd. om. iud. & dixi in §. iniuria de pace iuram. firm. Et inter accusantes an sit locus præuẽtioni,
18 Gra. hic nu. 13. Quid sit vulnus, & quando dicatur mortale, & ex eo mortuum. Io. Ant. de Nig. in c. regni ad peruersorum, num. 55. cum seq.

Secundo nota, quod commissa non debent esse impunita, l. Stichum §. tametsi de solut. vnde qui ambulat cũ telo causa occidendi, si non occidit, non punitur pœna mortis, sed
19 amputatur ei manus, & faciens modicam scissuram cutis, nõ punitur pœna vulneris, quia modica scissura nõ appellatur vulnus, sed vulnusculum. Bald. in l. 1. §. id autem, de ædil. edi. Quid si tentauit alio modo occidere. Gra. in const. præced. nu. 9. Si repertus
20 fuit cum armis causa occidendi, an teneatur pro armis, & delicto, idem Gra. in c. reg. ab illo inchoandum, nu. 13. Pœnam portationis armorum cum percussione ponit Arno. in 47. dialogo, & pro vulnere manus amputatur. Bal. de pace ten. in princ. nu. 7. in fi.

De homicidijs puniendis.

SVMMARIVM.

1 *Mors etiam quod sequatur ex actibus leuibus debet puniri.*
2 *Homicidium sonat in delictum.*
3 *Delicta debent legaliter vindicari.*

DICTVM fuit de percussione illicita cum armis, & quia percussi, ex percussione quandoque moriuntur, vt in const. præced. & etiam
1 quod ex actibus leuibus sequatur mors, debet pupuniri. Bal. in l. qua actione, §. sed & si quis,
2 ad leg. Aquil. quia homicidium secundum communem vsum loquendi sonat in delictũ.
3 Abb. c. 3. in 2. not. de homi. volunt. & delicta debent legaliter vindicari. Affl. in §. iniuria 4. not. de pace iur. firm. ideo [DE HOMICIDIIS PVNIENDIS] ponitur hic, & de eorum pœna videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 ***Homo quid sit, ex quibus constet, & quomodo corpus, & anima se habeant ad inuicem.***
2 ***Hominis vita incerta, & Deo reseruata.***
3 ***Homicidij pœna mortis, aliter iure antiquo.***
4 ***Vita ista est vmbra futuræ, & à viuendo dicitur.***
5 ***Homines ab humo dicuntur, reipublicæ nascuntur, & per mortem subtrahuntur.***
6 ***Prouidentia est causalis omnium ab intellectu procedentium.***
7 ***Iesus Christus verus Deus, & verus homo fecit, & redemit nos, & quomodo.***
8 ***Creatura non habet quid respondeat Creatori, nec filius patri.***
9 ***Iesus Christus iustitia vicit dæmonem, & quomodo.***

Iusti

10 *Iusti indignantur peccatori.*
11 *Homicidium pluribus modis est delictum contra dilectionem proximi.*
12 *Protectio Regia quid importet, & offensus sub eius protectione.*
13 *Magnates qui, & qui sint digniores certa doctrina dari non potest.*
14 *Homicidij pœna, est pœna mortis.*
15 *Inferiores, priuati, non in dignitate, sine nomine, nullius momenti.*
16 *Furca est pœna capitis mors infamis, secundum consuetudinem regionis, alibi non.*
17 *Pœna nobilibus non ita ignominiosa sicut vilibus pro eodem delicto.*
18 *Pœna maior, vel minor æstimatur secundum qualitatem personarum.*
19 *Pœnarum gradus insinuat delictorum qualitatem.*
20 *Proditor etiã nobilis furca suspẽditur.*
21 *Fur, & latro differunt specie, & quis dicatur manifestus.*
22 *Iudicium perfectum de aliqua re dari non potest antequam consumetur, & tunc totum pro vno actu computatur.*
23 *Iudex vbi non est delictum debet absoluere, alias facit calumniam.*
24 *Furiosis quare delictum, nec peccatum imputatur. & nu. 25.*
26 *Ignorantia si procedit à natura non est peccatum, secus si à culpa.*
27 *Infans propter ætatem non est capax criminis.*
28 *Puniri non debent vno modo minores, & alio maiores.*
29 *Plebeius dicitur, qui non habet dignitatem, & ita præsumitur.*
30 *Aequalitas seruatur data æqualitate personarum, at vbi non est, eam seruare esset inæqualitas.*
31 *Iniuriam facere indiscretus non potest, pati sic.*
32 *Mortis pœna multis, & in multis casibus imponitur.*
33 *Homicidium pluribus modis committitur, sed non semper punitur, & refert quo animo fiat. nu. 34.*
35 *Homicida pœna iussu domini occidentis est mors ciuilis.*
36 *Infans dormienti æquiparatur, quia quod loquitur non intelligit.*
37 *Ebrius an peccet, in quo consistit ebrietas, & quid operetur.*
38 *Furiosus, rabiosus, & dæmoniacus æquiparantur.*
39 *Homicidium commissum in persona affinis, vel amici præsumitur casuale.*
40 *Nocendi potestatem quis non habet, voluntatem sic habere potest.*
41 *Voluntas potest esse homini praua, potestas non nisi à Deo.*
42 *Anima quare punitur pro gestis à corpore, & econtra.*
43 *Pœnæ capitales tres, & pœnarum quatuor genera.*
44 *Vulnus ex quibus præsumatur mortale, & ex quibus non.*
45 *Appetitus vitæ, & viuere est omnibus delectabile.*
46 *Mors vnde, & quotuplex.*
47 *Vita hominis charior est qualibet re mundi.*
48 *Homicidium committere est crimen lesæ Maiestatis diuinæ.*
49 *Deus est Pater, Dominus, benefactor, & Iudex, quando mandata transgredimur.*
50 *Homicida pœna, & quare ipse, & fur punitur.*
51 *Hominis essentia est ab anima, & spiritu.*
52 *Pœnam mortis non omnes iudices, sed habentes merum imperium imponunt.*
53 *Vulnus non mortale si fit mortale per medici imperitiam, an reus puniatur pœna mortis.*
54 *Actus attribuitur agenti cum voluntate, secus si sine voluntate.*
55 *Furor, & ignorantia æquiparantur, & furoris excusatio.*
56 *Homicidium committens sanæ mentis, tempore furoris, non condemnatur.*
57 *Occidere volens Titium, si occidit Sempronium an teneatur.*
58 *Confessus factum, & negans qualitatem, an habeatur pro confesso.*

Homi-

59 *Homicida, secundum statutum, est contra quem apparet processus, & condemnatio.*
60 *Iudex, & miles non dicuntur homicidæ, sed licentia accepta occidunt.*
61 *Occidere seipsum est graue peccatum.*
62 *Excedens modum in defendendo, quomodo punitur.*
63 *Occidere cui licitum est pro conseruandis bonis.*

1 
ERMINVM VITAE] homo, secundum Apuleium, ratione plaudet, oratione pollet, immortalis animi, moribūdis membris, leui, & anxia mente, tarda sapiētia, citā morte. D. Aug. 9. de ciu. Dei c. 8. Est cōmuniūe masculo, & fœminæ, 15. eiusdem c. 17. col. 2. Constat ex anima, & corpore. c. in quadā de celeb. Miss. c. eum Christus, de hæret. ex ista vnione naturali, secundum D. Tho. causatur dilectio, naturaliter enim anima tenet diligere corpus, cum sit eius vas, & cum ea vnitum tanquā forma in materia. Bal. in l. quę fortuitis nu. 5. C. de pign. act. Vnde non totus homo, sed melior pars hominis est anima, nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars. D. Aug. vbi sup. 13. de ciu. Dei c. fin. col. 2. & 19. eiusdē c. 3. Corpus verò consistit ex officialibus membris, officialia ex cōsimilibus, cōsimilia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elementis, & in istis tanquam in organis agit anima, & per ista corpori consulit. idē Aug. in lib. de spir. & anima, col. 16. post med. & sic in corpore est quædā moles carnis, & formæ ordo, distinctioq; membrorum, & temperātia valetudinis, hoc corpus anima rationalis inspirata regit. D. August. 3. de Trin. col. 5. cir. princ. & præest corpori effectiuè, quia perficit corporeos motus formaliter, nā est eius forma: & finaliter, quia corpus est propter animam. Caie. ad D. Th. 2. 2. q. 60. art. 6. ab ea perficitur, quia viuificat ab anima, sicut aer illuminatur a Sole. D. Th. ea. par. q. 81. art. 7. est in corpore sicut Deus in mundo. idē 1. 2. q. 17. art. 8. per eam corpus regitur, quod ad nutum ei obedire debet, nam regit corpus dispoticę principatu, sicut dominus seruū, adeo quod si quis corpore bene vtatur, totum refertur ad animam. D. Th. vbi sup. 1. 2. q. 56. art. 4. & q. 58. art. 2. quę est accommodata ad corporis gubernationem. D. Th. præd. 1. par. q. 94. art. 2. adeo quod est subiectum animæ, & anima Deo. idem D. Th. 3. par. de Sacra. q. 113. alias 82. art. 1. vnde à subiectione corporis ad animā pendet vera perfectio corporis, à subiectione animę ad Deum perfectio totius hominis. idem ea. par. q. 114. alias 83. art. 1. ibi

2 not. & licet huius hominis vitā sit incerta, Bal. in l. si seruus communis, §. fin. de stipul. seruo. nam Deus eum formauit in tempore. D. August. 1. confess. c. 6. & non scimus quid cogitauerit de illo Deus, & quare minuerit eum Dominus. Sap. 4. Huius vitę terminum Imperator, qui est dominus personarum, infra in const. quia frequēter, de hom. non ten. voluit Deo, à quo cuncta accepit, supra in const. post mundi machinam §. nos itaque, quātum possibile est eius iudicio reseruare, vt inf. puniendo homicidas, qui de iure com

3 muni puniebantur pœna mortis, interdum deportationis, l. 3. §. pen. ff. ad leg. Cornel. de sicar. iure isto indistinctè dānantur ad mortem. Arno. in 5. differentia vtriusque iuris. per istū tex. qui diuiditur, & sumitur vt per

4 Affl. & dicit [TERMINVM VITAE] huius, quę est vmbra futuræ. D. August. in lib. annot. in Iob, col. 2. in fi. & à viuendo dicitur. idem 11. de ciu. Dei c. 11. cuius terminus est mors. §. hæc quidē, auth. de hære. & falci. [HOMI-

5 NVM] qui reipublicæ nascuntur, & per mortē subtrahuntur. l. 1. §. si ea quæ ff. de ventre in poss. mitt. l. 3. §. si filius ff. de mun. & hon. add. ad Spec. in tit. de accusatore, in ver. sed pone, post med. Et ab humo dicuntur homines, propter humum vnde pater omnium originem habuit. D. Aug. in lib. quæstionum ex vtroque mixtim, col. 38. In fi. tamen quæ- lescunque sunt, Dei creaturæ sunt. D. Aug. 3. contra Crescent. col. 7. cir. princ. [QVAE

6 A DIVINA NOBIS PROVIDENTIA] qui cum agat per intellectum, & voluntatem suam, in ipsa est ordo causalis omniū ab ipso procedentium, iste ordo dicitur prouidentia. Lucas in l. 3. col. 2. post princ. de naufragijs, dixi supra in const. post mundi machinam. [COMMISSORVM] præter spem hominum, vt in constit. præd. [QVANTVM POSSIBILE SIT] cum malitijs prouidere difficile sit. Io. And. in c. statutum nu. 1. de pœnit. & remiss. in vj. [ILLIVS TANTVMMODO] quę est dictio negatiua. Luc. in l. 2. cir. fin. de vesti. olobe. [IVDICIO RESERVANTES] nam Deus est Dominus vitæ, & mortis, & quomodo sibi placet, potest à nobis repetere. addit. ad D. Tho. 3. par. de Sacram. q. 127. alias 96. art. 6. ibi not. Deus, alibi, Ante faciem eius ibit mors. Abac. 3. [QVI HOMINEM CONDI-

7 DIT, ET REDEMIT] Dominus enim Iesus Christus verus Deus, & verus homo, d. c. cū Christus, de hæreticis, vti Deus nos fecit, tanquā homo nos quæsiuit. D. Aug. in hom. ad Ioan. 7. nam si purus homo fuisset, non sufficeret

ſuffeciſſet ad humani generis redemptioné.
D.Tho.d.3.par.de Sacram. q.121. alias 90.
art.1.ſed Deus nõ mole,ſed virtute magnus,
nullas iu anguſto ſentit anguſtias.idẽ 3.par.
de Saluat.q.1.art.1.& 2. per myſterium In-
carnationis oſtẽdit bonitatem, ſapientiam,
iuſtitiam,& potentiam,vt ibi,factus eſt ho-
mõ,manẽs Deus. & quomodo fuerit lector,
diaconus,ſubdiaconus,presbyter, & Epiſco
pus. D.Hieron.in vitas Patrum,par.2.in fi.
car.132.col.1. Sapientia condidit, iuſtitia
damnauit, & gratia liberauit. D.Aug.1.de
prædeſt.& gratia,c.5. Redemit per humili-
tatem, deſcendendo ad ſuperbiam noſtram.
D.Aug.1.confeſs. c.11. alia multa in lib.de
ſpiri.& anima,col.17.in fi. & ſeq.36.cũ ſeq.
per ſe, & non per alium nos redemit. idem
in lib.quæſt.ex vtroque mixtim, col.69.cir.
med. mortem ſuſtinuit, & moriendo vicit.
idẽ D.Aug.ſerm.2.col.1. feriæ 3. poſt Dom.
4. in Quadrag. & 2. ſerm. Sabbati Paſchæ.
8 Et propterea creatura non habet quid pro
meritis reſpondeat Creatori,c.cum a crea-
tura,de celeb.Miſs. Duo namque ſunt,quo-
rum beneficijs ſufficienter nullus recompen
ſare poteſt,Deus ſcilicet,& pater.D. Thom.
1.2.q.100.art.7.non poſſumus Deo ſufficien
ter recompenſare quod debemus,quin ſem-
per amplius debeamus. ea.par.q.114.art.1.
Caiet.ad eundem 2.2.q.61.art.4. q.80.art.
9 vni.& 106.art.6.ibi pri.& vicit iuſtitia mo-
riendo,& potentia reſurgẽdo. D.Aug.13.de
Trin.col.18.& ſeq. iuſtitia fuit, nam diabo-
lus cum in Chriſto nihil morte dignum in-
ueniſſet, occidit eum,& iuſtum fuit,vt quos
tenebat credentes in eum,quem ſine illo de-
bito occidit,liberi dimitterentur. D.Thom.
3.par.de Saluat.q.46.art.2.& 6.& 49.art.2.
vel quia malo more hominem ſubuertit, vt
in morte nõ remaneret, inuentum eſt reme-
dium,quo quos male tenebat, amitteret, vt
quem putauit velut hominem occidiſſe, re-
perit illum apud inferos Deum, quo facto
reus inuentus, omnes amiſit, & de cætero
aperta eſt via ad cœlũ. D.Aug.in lib.quæſt.
ex nouo teſta. col.30.circa fin.& 2.eiuſdem
col.12.in princ. & ſic regnũ abſtulit ratio-
ne, non poteſtate. ibidem col.42. in princ.
Verum habet hoc ordo diuinæ iuſtitiæ, vt
cuius ſugeſtioni conſentit in culpa,eius po-
teſtati ſubdatur in pœna. D.Th.1.par.q.63.
art.8. & 3.par.de Sacram. q.120. alias 89.
art.4. & 3.par.de Saluat. q.48. art.3. & 49.
art.2. ibi pri. maior. [IMPERIALIS INDI-
10 GNATIONIS]quia iuſti indignari debẽt pec-
catori. Luc.in l.ſeuerã de dign. [ACVLEIS]
pœnis. Affl.hic nu.8.in fi. alibi noſtræ indi-
gnationis aculeis. ſup.in conſt.incõſutilem
in fi. [PROSEQVI] perſequi. Nizolus in ver.
proſequor. [PRO FIRMO]pro certo.d.conſt.
inconſutilem. [DISPONIMVS]reformando.
Zab.in clem.vni.in prin.nu.2.de ſuppl.negl.
præl.cum ſalus hominis tanquam res publi-
ca tuenda ſit. Bal.in l.cum precum circa fi.
11 de liberali cau. [HOMICIDAS]qui pluribus
modis dicuntur. Bal.in conſ.52.nu.1.vol.1.
& omni conatu puniendi ſunt, & ſine dila-
tione, ſi aliter tumultus ſedari non poſſet.
idem Bal.in l.1.nu.13.in fi.& 14.cir.fi. C.de
his,qui accuſ.non poſs. tollit enim animam
qui occidit. D.Th.3.par.de Saluatore,q.47.
art.1. eſt delictum contra dilectionem pro-
ximi,ſicut adulterium, & ſimilia. idem 1.2.
q.88.art.2. & motus iræ ſat vehemẽtior eſt
ſi occidit poſt duos menſes, quam ſi ſtatim,
& minus excuſatur, quia ex maturo cõſilio
occidiſſe preſumitur. D.Th.præd.2.2.q.158.
art.4.vbi Caie.col.fin.cir.prin. [SANCTIO-
NIS] c.inter alia de immu.eccl. [PRAESEN-
TIS EDICTO] ſtatuto. Abb.in c.Maſſana,
1.not.de elect. [INVIOLABILITER] obſer-
uando. c.pen.de ſtatu mon. [STATVENTES]
quod eſt verbũ noui ſtatuti. Io.And.in c.1.
in prin.de off.deleg.in vj. [VT QVICVNQVE]
quod eſt ſignum vniuerſale diſtributiuum.
Luc.in l.quicũque in princ.de apochis publ.
& neminem excipit. Io.And.in c.ſi tibi poſt
nu.3.de preb.in vj. [ALIVM PROTECTIONIS
AVGVSTAE DEFENSIONE SECVRVM]per in-
uocationem Imperialis nominis, vt infra in
conſt.iuriſgentium.vel quia ad eius patroci
12 nium tranſiuit. in ſimi.in conſt.cum vniuer-
ſis de hom.dema.affi. inde inoleuit practica
quod in capitulis dicitur offendiſſe ſub pro-
tectione Regia ſecurum. Gra.hic in princ.&
nu.7.cir.fin. & dicitur ad differentiam ban-
niti,& forindicati, qui cum non ſit ſub pro-
tectione Regia,poteſt occidi. infra in conſt.
pœnam eorum. Affl.hic 6.not.nu.9.circa fi.
Quid importet fida,& facere ſecurum in ali
qua re, Abb.in c.2.in fi.de pact. dicitur au-
tem ſecurus, quaſi ſine cura, inde ſecuritas
importat quietem quandam a perturbatio-
ne timoris, & pertinet ad magnanimitatẽ.
D.Th.2.2.q.129.art.17. Quid importet ſe-
curitas Regia, per quem, & quibus datur.
Io.Ant.de Nig.in c.reg.12. miſericordiam,
nu.7.& c.multorum ad aures noſtras. [FVE-
RIT] inſtigãte diaboli.c.in literis, vbi Abb.
1.not. de rapt. vel furore diabolico. c.2. &
ibi Abb.de his, qui filios occid. inimico hu-
mani generis inſtigante. l.ſi quis liber. de
adulterio. l.hæc autem de homic.libe.hom.
in Longobar. [AGGRESSVS]ad iniuriam fa-
ciendam.Nizolus in ver.aggredior. [ET IN
IPSO AGGRESSV]per motum de loco ad lo-
cum. Bar.in l.3.§.cum arietes ſi quadr.pau.
feciſſe dicatur. [EVNDEM PROBABITVR]
plenè,

plenè, quia in criminalibus requirûtur probationes luce meridiana clariores. l.fin. vbi Bal. C.de probat. & dolo. Arno.in 51.probl. [OCCIDISSE] gladio, fustæ, vel alio telo. l.qua actione §.1.ad leg. Aquil. pugno, manu vacua, vel pede. Gra.hic nu.4.& 5.per se, vel aliû. Arno.in 159.comm. [MILES, VEL IN SVPERIORI GRADV POSITVS] nobiles, & magnates. c.ex multa §.secundo quæsiui. & fi.de voto, & voti redempt. magnates, vel milites. c.pen.de sta.mon. regni magnates. c.cum in iuuentute de purg.can.quacunque fulgentes dignitate.c.te referente de celeb.
13 Mis. Qui sint digniores certa doctrina dari non potest, iudex tamen examinabit ex circûstantijs personarû. Spec.in tit.de rescrip. præsent.§.fin.nu.1. & qui dicit esse de nobilibus, debet ꝓbare. Bal.in l.si ille in si.prin. de decur. magnates verò in multis locis vocantur nobiles, & idem quod proceres, summates, & optimates significant nobiles tantum, intellige qui Baroniam, vel aliqua regalia possidet. Pelli.in consue.magnatum in ver.magnates in princ. [VLTORE GLADIO POENAM SVSTINEAT CAPITALEM] & sic
14 pœna homicidij est pœna mortis. Bald.in l. Gracchus circa fi.C.de adulterijs, ita quod caput separetur a spatulis. Affl.hic in princ. & post num.8.quo separato, amittitur vita, cum alibi libertas, & ciuitas etiam caput dicantur. Bal.in l.3.col.1.cir.fi. C.de accus. vnde dicitur sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum. D.Ang.2.de Baptis. contra Donat. col.8. in fi. nec moram qua occiditur, quę breuis est. eius supplicium leges existimant, sed in sempiternum eum auferunt de societate viuentium. idem Aug. 21.de ciu.Dei c.11. & sic sublimes, idest nobiles, quasi super alios eleuati super limen positi. Abb.in c.de multa nu.5.de præb.si superiori etiam præsidali refulgent dignitate. c.licet ex quadam de testi.capite plectûtur, quia pœna capitalis simpliciter prolata refertur ad pœnam decapitationis. Bald.in l. cum aut m §.1.de ædil.edi. [INFERIORES] inferioris loci. D.August.in epist.54.col.13.
15 cir.med. Inferioris gradus homines, l.obseruandum ff.de ritu nup. priuati, non existentes in dignitate. Abb.in c.si diligenti.4.not. de fo.comp. vel populares, l.mulier de verb. oblig. siue ignobiles, qui sic dicuntur, quia sine nomine, vel nemini noti. Foll. supra in constit. inconsutilem nu.6.in fi.& sic præsumuntur, nisi probentur magnates. Bald.in l. non ignorat nu.3. de his, qui accus.nô poss.
16 [FVRCA SVSPENDI] quę est pœna capitalis, non capitis. Io.Ant.de Nig.in c.reg.27.placuit, nu.9. mors infamis. Luc.in l.quamuis, col.2. circa med.de decur. & hoc in Italia, secus in Gallia. Affl. hic post num.46. & sic vnus suspenditur secundum approbatâ consuetudinem vnius ciuitatis, & secûdum approbatam alterius ciuitatis côsuetudinem decollabitur. add.ad D.Tho.1.2.q.95.art.2. ibi correlia. ita idem officium in vno loco reputatur honor, alibi nô. Ang.in l.vni.post nu.6. de mul. & in quo loco, & pro fortuna singulorum sententia profertur. Bal.in l.eos §.super his, C.de app. ita incendiarij si sunt infames comburuntur, vel bestijs lacerandi traduntur, siue suspenduntur, nobiles decapitantur. Bald.in l.data opera, post nu.1.de his, qui accus.non poss. [VLTIMO SVPPLICIO] quod mortem interpretamur. l.2. in glo.fin.uc sanctum Baptis.reiter.& tunc bis moritur, verbo iudicis sic pronûciantis, iuxta illud, Perentiet gladio oris eius, & per separationem animæ a corpore. Bald.in l.si is qui, col.fin.post princ.c.si pend.appell.mors interue. alibi perpetuum carcerem dicimus mortem. Bal.in l.progamma nu.2.circa fin. commi.vel epist. [SVBIVGENTVR] & sic est differentia inter alterum, & alterum. Bal.in l.si ex toto §.1.post med. de leg.1. nam pro
17 eodê delicto non imponitur pœna, ita ignominiosa nobilibus militibus, sicut alijs vilibus, qui furca suspenduntur. Abb. vbi etiam ponit, qui dicuntur ignobiles, in c.cum quidâ, post nu.5.de iureiur. serui cruci subleuebantur, militibus ceruices abscindebantur. Cesar in eius com. de bello ciuili lib.6. car. 175.a tergo. quis autem sit vilis relinquitur arbitrio iudicis. Bal.in l.Gracchus in princ. ad leg.Iul.de adult. vnde in pœnis fit dis[illegible]ctio personarum. Bal.in l.athletas §.calumniator, cir.fi.de his qui not.infa. nam pœna personali plus puniûtur viles, quam nobiles. not. Bal.in l.fin.C.quæ res vendi non possit, magis singularis priuatus, quam totum aliquod corpus. in l.omnes nu.2. de decur. & licet condemnatus per delictum desinat esse nobilis, remanet nobilis quoad minoritatem pœnarû. Ang.in l.vni.de infamibus. Inde Summus Pontifex defert nobilitati in pœnis inferendis. Abb.in c.fin.nu.4.de pœn.
18 Et pœna reputatur maior, vel minor secundum qualitatem personarum. idem Abb. in c.1.in fi. de cler.venat. vnde pro certo ludo Episcopus non ligatur, & qui cum eo ludit sic. Abb.in c.vniuersitates nu.13.de senten. excomm. vel vterque quod fecit passus est. l.sed & partus §.1.quod met.cau.quod fecit expectat. Bal.in l.si ex plagijs 2.repet. post princ.ad leg.Aquil.& vitam perdit, qui alienam extinxit. Io.And.ad Spec.in tit.de accusat.in princ.§.fin.in ver.vt intra col.7.circa med. & nulla maior æquitas in natura, quam exterminare hominem, qui nô est homo,

homo, sed bellua, quæ se armat contra na-
19 turam. Arno. in 12.2.comm. & gradus pœnarum dat intelligere gradus delictorum. Bal. in l.1. in ver. vt in initio, ff. de postula. genus pœnarum ostendit qualitatem causarum, quia in causis videmus effectum, & in effectu videmus causam. idem Bal. in l. quæ fortuitis, nu.3. circa fin. C. de pign. act. & ex qualitate pœnæ præsumitur causa. Bal. præd. l.2. in 2. repe. in princ. ff. de his, qui not. infa. alias si per legem ignoretur quid vindictæ debetur, non sciretur quid venia relaxatur. D. Aug. 2. quæst. super Exodū col.36. cir. fin. & 4. contra Iul. c.8. col.4. postquam plebei. l.3. ff. de testib. humiliores minus potentes. Bal. in l. illicitas §. ne potentiores 1. rep. de off. præsid. inferioris ordinis, l. spadonem de excus. tut. furca suspenduntur, vt sup. milites autem, quod actum significat, decapitatur. Bal. in l. filiusfamilias §. veterani ff. de proc.
20 Sed non habet locū si nobilis esset proditor, quia furca suspenderetur. Arno. in 71. probl. & punitur etiam qui præbet impedimentum ne instituetur. Bald. in l. quicunque cir. med. de malef. & mat. [Qui Tamen Aggressorem] firmum, vel affinis. Arno. in 39. dialogo. & sic tex. ponit fallentias in quibus occidēs non punitur. Affl. hic in princ. [Vel Latronem] diaboli membrum, iniquitatis filium, c.2. & c. significasti, lo secondo, de homicid. [In Dubio Vitae Discrimine Constitutum] puta, quia aduersarius animo occidendi, vel vulnerādi in eum irruebat, vitam suam defendendo, occidit. Bald. in l. multis, cir. fin. de liberali cau. [Vel Nocturnum Furem] occidit, quia salutis propriæ est defensor, in nullo tenetur. l. is qui, la prima, cū duabus seq. C. ad leg. Cornel. de sicar. primo enim insultatus dicitur facere ad defensionem, & delictum de nocte maius est, quam de die. d. l.2. & l. si vt allegas, eod. tit. ad leg.
21 Cornel. de sicar. & fur, ac latro ponuntur vt species differentes. infra in constit. iustitiarij non per Calendas. fit etiam differentia qualitatis. l. fin. C. de Paganis, dū dicitur furem nocturnum, c.3. de homic. l.4. & seq. ad leg. Aquil. & dicitur nocturnus, quia male facit per noctē, ne agnoscatur per diem. D. Aug. in lib. annotationū in Iob col.33. post prin. manifestus verò dicitur, qui interpellatus per clamorem, obstinato animo fugit cum furto improbitatis suæ manifesta signa demonstrans. Bal. in l. falsus nu.10. C. de furtis. [Cum Clamore] valido. ad Heb.5. Affl. hic in 16. fall. post nu.20. & 49. [Quem Aliter Comprehendere Non Valebat, Occidit] l. si ita vulneratus ad leg. Aquil. & dicitur occidisse, quando vulnerauit, ita quod mori necesse est. Bal. in l. damni infecti §. Sa-
22 bini, de dam. infec. licet verum iudicium de aliqua re mutabili dari non possit perfectè antequā consumetur. D. Th. 3. par. de Saluat. q.59. art.5. post consumationem totum pro vnico actu computatur. Caie. in sim. 2. tom. tract.3. q.1. qui veniant appellatione occisorum, l.1. §. occisorum ad Syllan. [Iuxta Divorum] deificatorum. add. ad gl. sup. in const. quanto in ver. in præeminēti, de deci. [Parentum Nostrorum] Rogerij, & Gulielmi. [Statuta] quæ non habemus, sed hic referuntur, & sic legis quam non habemus ponit tenorem. Inn. in c. super quæstionum in princ. de off. deleg. [Propterea] propter hanc causam, ob eam rem. Nizolius in ver. propterea. [Nullam Calumniam] vercatur. inf. in const. pœnā eorum. [Sustinere Debebit] non patiatur. l. quicunque de debitis, & guadimonijs amplius non calumnietur. l.2. de iniurijs mulie. cum. l.4. & l. si liber, aut seruus, de furtis, l.4. qualiter quis se defendere debeat. amplius calumnia præsumptori non generetur. l.1. de his, qui sine voluntate mundualdi non requiratur. l. si qui Sancti Petris. d. tit. de furtis. nec pro ea causa calumnietur. l.3. de sponsalibus in
23 Longobar. quia cum non sit delictum, debet iudex absoluere delinquentem, alias faceret illi calumniam. Affl. hic in 11. not. & ob calumniam submoueretur. l. quibus diebus in princ. de cond. & demonst. & sic nocturnum agrorum depopulatorem, & aggressorem itinerum licet occidere. l.1. & 2. quando liceat vnicuique, & c. [Infans] de quo in l. mulier, de verb. obligat. qui quidquid vidit ignorat. l.1. C. de falsa mon. [Etiam] implicat, & includit. Bal. in l. pen. post nu.7. & 10. C. de transa. excusatur. c.1. de sent. excomm. quia [Sine Malitonitate Animi] nam vt puniatur de homicidio requiritur dolus. Alex. in consi. 109. nu.5.1. vol. [Et Furio-
24 sus] qui propter stuporem nō mouetur per ignominiam, nō commouetur ad dolorem, nec mouetur iniuria. D. Tho. 2.2. q.46. art.1. habetur loco ignorantis. l.4. ff. de diuortijs. non est loco præsentis, nec absentis, sed mortui. Bal. in l.2. ff. de proc. voluntas eius nulla est. l. qui seruum, vbi Bal. de acq. hered. & ei, quod bonū est suadere maximi laboris est. D. Aug. in lib. quæst. ex veteri testamento, col.45. in prin. differunt autem mentecapti, & furiosi. Bal. in l. si furiosi nu.2. C. de nupt. & in l.2. de cura. furio. vel prodi. verum omnia concessa pupillis, cēsentur concessa furiosis, & prodigis. Bal. in l. qui neque de reb. eorum. tam si furor sit à natiuitate, siue per accidens, adeo quod sicut nō potest puniri, ita nec exhæredari. Bald. in l. human i tati s num.30. circa med. 31. & 48. C. de impub & si

& si fornicationẽ committit venialiter, nec
mortaliter peccat. D.Th. 1.2.q.88.art.6.&
2.2.q.46.art.2.nam alienatis non imputan-
tur peccata. ea.par.q.142.art.3. adeo quod
si per vehementem iram, vel cõcupiſcen-
tiam,ægritudinem,vel alia huiuſmodi cau-
ſa incidit in talem paſſionem, quod vſum
rationis non habet,actus redditur inuolun-
tarius,& per conſequens totaliter à pecca-
to excuſatur. D.Th.vbi ſup. 1.2.q.10.art.3.
& q.77.art.7. [Si Hominem Occideret,
25 Non Tenetvr] nam delictum commiſſum
tempore furoris non imputatur ad pœnam.
Abb. in c. 1. 2.not. de his, qui filios occid.
non eſt capax delicti. Bal.in l.ſed & ſi §.in-
iuriam ad leg.Aquil. & pupillus, vel furio-
ſus capitalem fraudem admiſiſſe non vide-
tur. l.cum autem §.1.de ædilit.edi. [Qvia
Alterum Innocentia Consilii, Alte-
rum Infelicitas Statvs Excvsat] l.in-
fans,ad leg.Corn.de ſicar.ideo quod infans,
vel furioſus poſſeſſor perdit,vel corrumpit,
impunitum eſt. l.quod infans, de rei vend.
quia quidquid vident ignorant, nec poſſunt
delinquere. Bald.in l.ſi quis in ſuo, §.legis,
C.de inoff.teſtam.habentur pro abſentibus.
l.2.§.furioſus ff.de iure cod.& dicuntur ma
gis ignorare,quàm alij. Spec.in tit.de noui
26 oper.nunc.§.1.nu.8. nec eſt peccatum,cum
talis ignorantia procedat à natura, non à
culpa.Bal.in auth.ad hæc poſt nu.12.de vſu-
ris.& condemnari non debent,quia non vo-
luntate, ſed impulſu naturæ hoc faciunt, &
de huiuſmodi eadem eſt ratio, ſicut de ani-
malibus,brutis.D.Th.vbi ſup.1.2.quæſt.10.
art. 3. & ſic voluntarium vtile eſt legumla-
toribus ad præmia, pœnaſq; conſtituendas,
Ariſt.3.Ethic.1.inuolũtaria,& quę per igno
rantiam fiunt, ignoſcenda ſunt. 5. eiuſdem
c.14.Aliquos enim ſcimus ſubitò dementes
factos, fuſtæ,ferro,lapidibus,morſibus mul-
tis nocuiſſe,quoſdam enim occidiſſe captos,
& iudici oblatos, minimè reos factos, eo
quod non voluntate, ſed vi impellente hæc
neſcientes fecerunt. D.Aug.in lib.quæſt. ex
veteri teſta.col.6.cir.princ.& ſat ſuo furore
puniuntur.l.diuus de off.præſid.cuius termi
nus eſt mors,nam poſt mortem nemo eſt fu-
rioſus,nec ſane mentis. Bal.in l.ambiguita-
27 tem,C.de vſufr. Infans etiam propter ætatẽ
non eſt capax criminis.d.l.2.de ſanct.Bapt.
iter. quia eſt ſine malignitate animi, & di-
ſcretionis.gl.1.in l.2.ff.de procur.ex quibus
excuſetur minor a delicto. Bal.in l.1.nu.3.
C.ſi aduerſ. deli. & ſic furioſus, & pupillus
æquiparantũ. Bal.in l.2.poſt nu.13.de reſcin.
vend. infans,pupillus,& abſens æquiparan-
tur.not.Bal.in l.ſancimus, C.ad Treb. licet
infantia non ſit vitium, furor ſic. Bal.in l.3.
poſt princ. qui admi. & deſinentia in oſus
plenitudinem ſignificant. gl.1.in l.creditor,
de ſolut. quid in deſinentibus intus,vt inte-
ſtatus,ſiue inteſtabilis.Porc.inſt.de leg.agn.
tute. col.2.in fi. & ſic homicidium commiſ-
ſum a minore, vel ſene a fratre occiſi in ri-
xa a longo tempore per imprudentiam abſ-
que animo occidendi,non punitur pœna ca-
pitis. Io.Ant.de Nig.in c.reg. ad peruerſo-
rum nu.31.vſque ad 40.
28 Sed contra, non debent vno modo puniri
minores, & alio modo maiores, ſed vna lex
ſit omnibus,eadem voce omnibus loqui de-
bet, eodemque imperio omnibus præeſſe.
Foller.ſup.in 1.conſt.nu.106.poſt med. cum
nonnulla in minoribus, ſicut in maioribus
punienda videntur.c.1.de deli.puero. immo
quanto quis ſublimior,tãto magis leue pec-
catum eius graue eſt crimen, nam ſicut hu-
militas in potẽte eſt ſublimis, & magnifica,
ita culpa eius pro crimine habenda eſt. D.
Aug.in lib.quæſt.ex vtroque mixtim,lo pri-
29 mo,col.11.in fi. tanto magis, quia quilibet
dicitur plebeius,qui non habet dignitatem.
Bal.in l.fœminæ 1.rep.circa fin.de Senat. &
ita præſumitur ſicut & laicus, adeo quod
qui ſe allegat magnatem, vel clericum, te-
netur probare. Bal.in l.in actionibus §.pla-
ne col.1.cir.fin.de in litem iur.cum inferio-
res homines, populares dicantur. l.2. C.de
off.præfe.vrb.Rurſus,minor ætas non excu-
ſat,ſed alleuiat,ſi eſt doli capax.Abb.c.1.in
1.not.nu.5.de ſent.excom. quia poteſt con-
demnari de crimine. Bald.in l.clarum nu.3.
poteſt deportari,& ſubire pœnam capitalẽ.
C.de auct.præſt. Item ſtulti, propter ſtulti-
tiam non debent excuſari a pœna,quia non
debent eſſe melioris cõditionis ſtulti, quàm
periti. Bal.in l.1.in fi. C.de ſtatua. & imag.
Abb.in c.poſtulaſti nu.4.cir.fi. de fo.comp.
in c.3,nu.11.in fi. de eo qui mit.in poſſ.cau.
rei ſerua. Vltimo furioſi puniuntur. l.ſi quis
in tantam, vbi Bal. vnde vi.
30 Dic,quod ſeruatur æqualitas data æqua-
litate perſonarum vbi eſt differentia ſerua-
re æqualitatem eſt potius inęqualitas. Abb.
in c.per tuas nu.8.de ſimonia.ſic aliter agi-
tur cum maioribus, & aliter cũ minoribus.
Speculat.in tit.de citatione §.2. poſt princ.
Aliter vindicatur homicidium patratum in
curia Regis,aliter ſi in via publica, vel ſi in
villa egreſſi cõmittatur. D.Ang. 2.de viſit.
infir. col.7. Aliter punitur ſeruus, & aliter
liber, vnde ex varietate ſtatus variæ pœnæ
imponuntur. l.3.vbi Bald. nu.1.in fi.de ord.
cogn. Non obſtat ſecundum, nam in pueris
relinqui ſolet in vultum, quod in alijs pro-
uectioris ætatis humanæ leges dicunt ſeue-
rius corrigendum. c.2.d.tit.de delict.puer.

& ſit

& fit impunè in vno, quod punitur in alio. Bal.in l.1.num.14. circa med. C.de fet.fug. quia ætas ea est vt ignosci debeat. l.electio. §.neque de noxal. vltra quod quãdoque deportatur pupillus propter delictum. Bal.in l.si arrogati ff.de tutelis. Non obstat aliud,
31 nam indiscretus nõ potest facere iniuriam, pati sic. glo.pen.in c.cum illorum, de sent. excom.Bal.in l.impubes ad Syllan.nihil coram furioso fieri intelligitur.l.sed interpellatur ff.de arbitris. Neque calor iracundiæ excusat à peccato, ex quo non tollitur sensus hominis, secus si induceret furorẽ, quia delictum commissum tempore furoris non imputatur ad culpam, vel pœnam. Abb.c.1. 2.not.de his, qui filios occid. Nec obstat, quod furiosi puniuntur, nam ibi capitur furor pro temeritate. Bal.in d.l.si quis in tan-
32 tam nu.2.vnde vi.nota multos casus, in quibus lex imponit pœnam mortis, quos enunciat Bal.in l.data opera nu.9.de his qui accus.non poss. ita hic quid occidit, occiditur, quod extenditur etiam ad eum, qui occidit illum, qui de iure venit occidendus. Arnon. in 24.proble. & non solum in mandatario, sed in mandante quid etiam dicitur homicida. Bal.in l.Gallus §.quid si is col.2. circa med.de lib.& posth. licet aliter videatur, vt per Gra. hic nu.3. adeo quod statutum puniens homicidas, verificatur etiam in præcipientibus fieri homicidium. Abb.in c.sicut dignum nu.11.de homic.vol. Intantũ, quod nuncius, qui scienter portauit literas mandati de occidendo, & per illas mandauit Titio, & Titius Seio, omnes tenentur. Bal.in l. vni.§.ne autem nu.18.de cad.toll. nam non refert si suis manibus, vel eo mandante, fecerit alter. Bal.in l.qua actione §.fi.in prin. ad leg. Aquil. Immo maius peccatum est delinquere in se. & alium, quàm in se solũ. Bal. in l.qui sepulchra nu.3. C.de sepulc.viol. & tenetur non solum qui interfecit, sed qui ligauit. Abb.in c.suscipimus 4.not.de homic. idem si tenuit manus ne se defendet. l.item mela §.1.vbi Bald.ad leg.Aquil. impugnat, vel viatori malam viam ostendit. Gra.hic nu.8.9.& 13.tam si occidit sanum, quàm infirmum. l.fluminum §.vitium in fi.de dam. infe. tam si formosum, quàm monstruosum. Bal.in l.quod dicitur de lib.& posth.& sufficit, quod moriatur frigore, vt teneatur vt homicida. l.qui seruandarum §.sed & si, vbi Bal.ff.de præscrip. verb.& non solum si occidit volentem, sed petentem, quia qui occidit hominem, facit iniuriam non solum occiso, sed Deo, & reipublicæ, sicut qui occidit seipsum. D.Th.3.par.de Saluat.q.47.art.6.in fi. Insuper omnis particeps delicti, siue particeps consilio, facto, opere, siue in accommodatione ensis, nisi bona fide fecerit. Bal. in l.quicunque nu.22. C.de ser. fug. præstet auxilium, vel fauorem in ipso actu, vel postea, nam verbum pro homicidio, non solum significat paritatem, & veritatem, sed dictio pro, causam immediatam significare consueuit. Bald.in add.2.col.5.cir.princ.ad Speculat. in tit. de appell. Et quod dicitur de homicidio voluntario, idem in casuali, quia imputatur si dabat operam rei illicitæ. Abb.in c.continebatur. nu.3. de homic. volunt. ita & qui castrat aliquem, nam vt homicida punitur. l.1.vbi Bal.de eunuchis. Maledictioni enim est obnoxius, qui membrum abscindit, & homicidæ sunt, qui talia præsumunt. D.Thom.2.2.quæst.65.art.1. Et qui voluit se occidere, & concursu amicorum non fuit sequuta mors, pœna extraordinaria punitur. Foll.sup.in const.inecessitilem nu.30.& paria sunt aliquem occidere, vel compellere ad delinquendũ, si ex delicto sequit mors. Bal.in l.quid ergo §.fi.de leg.1. Vltimo eadem pœna imponitur pro mutilatione, quæ pro homicidio quãdo exprimitur, vel tractatur de incurrenda irregularitate. Abb.in c.pen.2.not.de pœn. quia qua-
33 tuor modis cõmittitur homicidium.c.2.vbi Abb.de cler.pug.in duello.vnde predicta intellige in delicto volũtario, secus in casuali, vel licito. Bal.in l.non dubiũ post nu.9.C.de leg.vel si occiderit ordine, vel cõsilio Regis. l.1.de cõsilio mortis in Longob.alias nullis iubentibus legibus, aut potestatibus non licet hominem occidere, etiam volentem, petentem, & viuere nolentem, vel non valentẽ. D.Aug.in epist.61.col.3.cir.med.exemplum 2.Reg.1. vel diuinitus acceperit potestatẽ, vt de Abraam, Iepte, & Sansone. D.August. 1.de ciu.Dei c.21.& 26.D.Th.2.2.quæst.64. art.6. vel humana societate ordinatum, tũc
34 si minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, si sponte fecit homicida est, etiam si occidit eum quem iussit, homicida est.idem Aug.2.quæst. super Exodum col.2. circa princ.14.cir.med.& 36.post princ.& etiã quod homo ab homine occidatur, multũ distat an fiat nocendi cupiditate, vel causa iniustè aliquid auferendi, vt fit à latrone, an vlciscendi, vel obediendi causa, vt à iudice, vel carnifice, seu euadendi necessitate, vt viator à latrone, & hostis à milite, idẽ Aug. in epist.54.col.9.post med. & adolescens ne turpiter ab illo aliquid pateretur. Caiet.ad D.Thom.2.2.quæst.64.art.7. in fine. Potest etiam occidere furem nocturnum cum clamore, vt hic, vel quoquo modo diurnum, si telo se defendit. l.4.ad leg.Aquil. D.Aug. 2.quæstio. super Exodum, col.38. in princ.
35 Verum pœna de qua hic, nõ procedit in eo

N qui

qui mandato domini aliquē interfecit, nam
damnatur in metallum, & morte ciuili con-
demnatur, licet alias sine mandato damna-
retur morte naturali. Arno. in epito. 8. nam
vbi apparet quod fuit alius dolus, quàm qui
communiter interuenire solet, iudex debet
minorare pœnam, exemplum ponit Alex. in
cons. 144. nu. 7. vol. 2. etiam quod subditi nō
teneātur in omnibus suis superioribus obe-
dire. D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. Quid si mina-
tur, & is contra quem directæ sunt minæ po
stea reperitur mortuus. Bal. in l. vnica, c. si
36 quis imp. maled. & quod de infante dicitur
idem in dormiente. c. 1. de homic. in vj. Gra.
hic nu. 18. circa med. nam sicut mentecapti
carēt voce, quia sunt sicut animalia bruta,
nec loquuntur ex intellectu, ita & vox dor-
mientis nulla est, quia quod loquitur, nō in-
telligit. Bal. in l. sancimus in princ. C. ad Tre
bell. inde nocturna pollutio non ascribitur.
D. Th. vbi sup. 2. 2. q. 154. art. 5. de dormiēte,
& ebrio. Bal. in l. 1. 2. rep. nu. 38. & 40. de his
37 qui accus. non poss. malum ebrietatis, & ni-
miæ potationis consistit in defectu ordinis
rationis. D. Th. 1. 2. q. 55. art. 3. & q. 67. art. 3.
habet ebrius vsum rationis ligatum, vel im-
plicitum, & non irascitur nisi parum. idem
D. Th. ea. par. q. 33. art. 3. & 46. art. 4. & si est
magna ebrietas extinuat, nō excusat, parua
non minuit delictum. Bald. in l. data opera,
nu. 6. d. tit. de his qui accus. nō poss. vel ebrij
tenentur duplici maledictione, propter duo
peccata, quæ committunt, ebrietatem scili-
cet, & aliud quod propter eam sequitur, du-
plici pœna constituta. Arist. 3. Ethic. 8. vnde
Pittacus legislator statuit ebrios si percus-
serint amplius puniendos, non ad veniam
respiciens, quam ebrij magis debēt habere,
sed ad vtilitatem, quia plures iniuriantur
ebrij, quàm sobrij. Arist. 2. Politic. 10. D. Th.
vbi supra 1. 2. q. 76. art. 4. in fi. & 2. 2. q. 150.
4. art. vbi Caiet. & appendix art. 4. & 3. par.
de Sacram. quæst. 129. alias 98. art. 6. vinum
in ipsis facit præcordia honesta secundū eo-
rum reputationē, quia videtur eis quod sint
magni, & honorandi. idem D. Th. 2. 2. q. 145.
art. 4. quando est peccatū mortale, & quan-
do veniale. 1. 2. q. 88. art. 5. & dictum in fu-
38 rioso, idem in rabioso, vel demoniaco, qui si
damnū intulit homini, vel cuilibet peculio,
seu ipse interfectus fuerit, nō requiritur ab
hæredibus eius. l. si quis peccatis, de damno
in via dato, & de incendio in Longobar. ita
39 si homicidium sit commissum in persona
affinis, vel amici, præsumeretur casuale, &
non dolosum, & successiuè non haberet lo-
cum pœna de qua hic. Arno. in 65. epitom.
eodem modo si nō fuit deuentum ad actum,
quia tunc etiam assassinus puniretur pecu-
niariter. Gra. hic nu. 4. & seq. vel non sequu-
to homicidio punitur extraordinariè. Ioan.
Ant. de Nig. in c. reg. ad peruersorum nu. 44.
similiter si non habuerit animum occiden-
di, sed causa defendendi se fecit, vel proiecit
lapidem non animo occidendi. Arno. in epi-
40 tomate 51. 55. & 64. etiam quod vnusquisq;
habeat voluntatem nocendi, non tamen po-
testatem habet vt nocere possit. D. August.
psal. 29. Exaltabo te Domine. col. 6. & 32.
conci. 2. col. 7. in fine. nisi Deus tradiderit in
manus eius, & hoc quando occiditur à no-
lente, quando autem à volente ipse occidit,
& Deus tradit in manus eius, & differt in
hoc, quia illic Deus tantum facit, hic Deus,
& homo, Deus non nisi iustè, homo autem
est pœna dignus, non quia illum occidit quē
Deus vult occidi, sed quia per iniquitatem,
in vno igitur, eodemq; facto Deus de occul-
ta æquitate laudatur, & homo de propria
iniquitate punitur. D. Aug. 2. quæstionum su
per Exodum col. 35. in fi. & seq. & sic volun-
41 tas potest esse homini praua, potestas non
nisi à Deo. idem D. Aug. 11. de Gen. ad lite.
col. 3. in fi. qui melius iudicat de malis bene
agere, quàm mala esse non sinere. idem 22.
de ciu. Dei c. 1. col. 1. in fi. vnde si homo non
occidit ne occidatur, nō implet præceptum
iustitiæ, sed si non occidit, quia iniustum est,
etiam si posset impunè non solum apud ho-
mines, sed apud Deum. D. Aug. in lib. expo-
sitionis epist. ad Galat. col. 38. in princ. cum
alias puniretur etiam si ingrederetur re-
ligionem. Arno. in 58. problem. & licet quæ-
42 dam sint actiones corporis, & aliæ actiones
animæ, officium animæ est alere, & mouere.
Arist. lib. de parti. anima. 2. c. 7. tamen ani-
ma punitur pro actionibus corporis, cum
illius vitia, & virtutes possunt esse animæ,
cum ad hoc sit data, vt illicitos carnis mo-
tus corrigat. D. August. in lib. de spiritu, &
anima col. 2. circa fin. & 51. cir. med. ita cor-
pus pro peccato animæ, quia est instrumen-
tum animæ operantis peccatum. D. Thom.
quolib. 7. art. 11. & nulla est actio animæ, in
qua corpus non communicet, quolibet. 9.
art. 11. quo destructo, remanet anima cum
potentijs, de quibus quolib. 10. art. 6. & 8.
quæ igne corporeo torquetur, quolibet. 3.
art. 23. Quando corpus est bene dispositum,
anima in corpus habet dominicum impe-
rium, alias corpus imperat animæ, Aristo-
teles 1. Politicorum 3. Insuper, quod de in-
fante est dictum, non procedit in proximo
pubertati, & pupillo doli capace. Gra. hic
num. 12. & 18. post medium. Vel si occidat
lapide, vt mos est inter pueros in quibusdā
regionibus. Arno. in soliloquio 90. Vltimo,
nec resistentē curiæ licet occidere. Gra. hic
nu. 10.

nn.10. cum à morte corporali non sit quis
eripiendus côtra ordinem iuris ciuilis, puta
si condemnetur a suo iudice ad morté, nul-
lus debet eum violenter eripere. D.Thom.
3.par.de Sacram.q.9.alias 68.art.10.
43 Secundo noto, quod tres sunt pœnæ capi-
tales. Bald.in l.quid ergo §.pœna grauior,
1.rep.cir.fin.de his, qui not.infa.in l.seruum
§.publice post prin.ff.de procur. & quatuor
genera pœnarû corporalium, mortis, abscis-
sionis membri, morti proximæ, vt religio, &
verberû, vt ibi col.fin.cir.med.& cum capi-
talis fit mentio, intelligitur de maiori pęna
quæ est inter illos modos. Bal.in l.fin.C.quę
res vendi non poss. prout hic intelligitur de
morte naturali, vt sup.in textualibus. An au
tem valeat statutum si pro homicidio impo
nit pœnam pecuniariam. Abb.in c.fin.nu.3.
post med.de consuet. vel si pœnam imponit
contemptibilé. Bal.in §.iniuria nu.19.cir.fi.
44 de pace iur.firma. Ex quibus autem vulnus
præsumatur mortale. Iser.hic, & probatio fit
per chirugicos: & an sufficiat vnus cû iudi-
ce. Gra.in const.præced.nu.26.& hic nu.15.
& mortuum decessisse ex vulnere. idé Gra.
hic nu.16. 17. & 18. nisi post vulnus triduo
visus fuerit ire cum baculo, quia si vulnus
fuisset mortale, non tam cito, & in tam mo-
dico tempore potuisset surgere. Arno.in so-
liloquio 39. licet possit diei mortale etiam
quod mors nô sit subsequuta. Bal.in l.1.§.fi.
ad Syllan. Et si plures vulnerant, an omnes
teneantur. Iser.& Gra.hic nu.12. & vno, an
diuersis libellis possint accusari. Bald.in l.
item Mela §.si plures 2.repet.ad leg.Aquil.
Verum punitio innocentis non liberat no-
centem. Bald.in l.qui seruum 1.& 2.repet.
in princ.de interrog.actio.
45 Tertio nota, quod naturaliter, secundum
Arist.insitus est nobis appetitus vitæ. Bal.in
auth. ingressi nu.14. in fi.de sacrosan.eccl.
& viuere est omnibus delectabile, quia esse
desiderant. D.Tho.3.par.de Sacram.q.117.
alias 86. art.2. vita tamen est vapori simil-
lima, tantillû apparens, & illico euanescens.
D.Aug.in epist.3.est incerta. Bal.in l.si ser-
uus communis §.fin.de stipul.seruo. nec in-
terest si finis eius sit breuis, vel longior. D.
Aug.1.de ciu.Dei c.11.nam cû quatuor sint
humores in corpore.c.pen.de côsang.& affi.
& humores similes sint elementis.c.in qua-
dam, vbi Abb.cir.fin.de celeb.Miss. Spec.in
procę.post.nu.30.ex elementorum, & humo-
rum discordia veniunt infirmitates, turbata
caro affligitur, & tandem dissoluitur. Cassa.
in consuet.Burg.in proœ. ibi mala die, post
46 med. Et venit mors, quæ per esum pomi à
morsu primi hominis venit, & est triplex,
immatura iuuenum, acerba infantum, ma-
tura, & naturalis senum. Cassa.vbi supra in
proœm.in ver.que par mort.nu.6.& 7. Affl.
hic 3.not. Et quamuis omnes morimur, &
sicut aqua dilabimur super terram, Abb.in
rub.in princ.de sepult. tamé aliud est homi-
nem naturalem ætaté non transgredi, aliud
si gladio perit. Bal.in 1.const.ff. in ver.hæc
autem, lo primo, nu.5.cir.fi. verum Deus est
qui occidit, & viuere facit, percutit, & sa-
nat, & non est qui de manu sua possit eripe-
re. Deuter.32.quantum possibile, quod quid
sit ponit Bal.in l.filius à patre §.fin.de libe.
& posth. voluit Imperator illam Deo reser-
uare, nam non est in carne, sed super carné,
quod carnem facit viuere, sic non est ab ho-
mine, sed super hominem, qui hominem fa-
cit beate viuere. D.Aug.19.de ciu.Dei c.25.
47 Vltra quod vita hominis charior est quali-
bet re mundi. Bald.in l.sancimus, post nu.2.
de sacrosan.eccl. Inde homicida dicitur gra
uius peccare. Ant.de But.in c.fin.post nu.6.
de temp.ord. & homicidium grauius, quàm
adulterium. D.Th.2.2.q.64.art.7.& q.154.
art.3. canonibus detestabile. Abb.in c.que-
rela nu.3.de iureiur. & homicida horribilis
sicut simoniacus. idem Abb.in c.sicut simo-
48 niaca num.4.de simon.& committit crimen
læsæ Maiestatis diuinæ, dum quod Dei est
vsurpat. Afflict.hic post nu.2.& 3. Horribile
itaque est effundere humanum sanguinem.
Archid.in c.1.circa fin.51.dist. & tantus est
horror, & Deo displicet, præcipuè in cleri-
cis, quod noluit quod Dauid, quâuis bonus,
ędificaret sibi templum, eo quod sanguinem
effuderat. add.ad D.Thom.2.2.q.64. art.4.
ibi not. ideo vbi magis exceditur, seuerius
vindicatur. c.fin.de excess.prælat. & pœna
mortis imponitur, quæ an prosit pro ijs,
quæ passurus est in purgatorio. Afflict. hic
3.not.nu.6.circa med. nec pro absolutione
tenetur ire ad Papam, sed simplex Sacerdos
potest absoluere. c.perpendimus, vbi Abb.
3.not.de sent.excom.
49 Quinto nota, quod Dominus Deus est iu-
stus, ipse noster Creator, & omnium, quæ
sunt ad nostra alimenta, ipse dominus, &
pater noster est, quando eius mandata adim
plemus, noster iudex quando eius manda-
ta transgredimur, & benefactor, quia iter
dedit ad vitam æternam. Affl.sup. in const.
quanto, nu.3.cir.med.de decimis. & humi-
litate vicit diabolum, non potestate, non
vti Deus, sed vt homo. D.Thom.3. parte
de Saluatore, quæst.41. artic.4. cui homo
non potest respondere vnum pro mille.
Iob 9. nam quid dicit, aut respondebit cum
ipse fecerit. Esa.38. dum plagâ summa Dei
sapientia, mirabili, ac ineffabili sacramen-
to dignatus est assumere, cum hominem

ſine peccato, non ſine peccatoris conditio-
ne ſuſcepit, nam natus humanitus, pati, &
mori voluit, nihil eorum merito, ſed excel-
lentiſſima bonitate. D. Auguſt. 6. de Muſica,
col. 6. circa fin. quod magis intellectu, quam
eloquutione exprimi poteſt. l. ratum, ff. de
ſolutio.

50 Quinto nota, quod pœna homicidij eſt
pœna mortis, nam quod facit expectat. l. 3.
vbi Bal. nu. 3. cir. fi. de Epiſc. aud. punitur in
multis. Affl. infra in conſt. ſi damna clande-
ſtina nu. 15. facit quod dicit Boer. in deciſ.
166. poſt nu. 1. & lege humana furta, homi-
cidia, quæ ita dicũtur quaſi mala ſint. Ariſt.
2. Ethic. 6. & huiuſmodi prohibentur, quia
ſine eorum prohibitione ſocietas humana
conſeruari non poſſet. D. Th. 1. 2. q. 96. art. 2.
Intellige tamen ſi interuenit dolus ex pro-
poſito. Arno. in ſoliloq. 38. & grauior pœna
imponitur ſi eſt qualificatum. Abb. c. 1. nu. 3.
circa med. & fin. de his, qui filios occid. adeo
quod lex quæ loquitur de homicidio, nõ ha-
bet locũ in homicidio qualificato. Gra. hic
nu. 2. nec punitur de occiſo donec non ſepa-
retur anima à corpore. Bal. in d. l. item Mela
§. fin. 1. repet. ad leg. Aquil. Gra. hic nu. 10.
51 quia eſſentia hominis eſt ab anima, & ſpiri-
tu. Bal. in l. quod dicitur de lib. & poſth. vnde
ſtatutum quod loquitur de homicidio, intel-
ligitur de perfecto, non de attentato. Bal. in
l. ſi certus §. fin. ad Sylla. & imponitur pœna
capitis, ſi adeſt dolus, ſi exceſsit in ſe defen-
dendo, pœna relegationis, exilij, vel pecu-
niaria. Alex. in cõſ. 119. nu. 1. 13. & in fi. poſt
num. 16. vol. 7. nec procedit in eo qui dedit
cauſam mortis, etiam quod habuerit animũ
occidendi. idem Alex. in conſ. 140. nu. 4. & 5.
52 vol. 2. nec pœna iſta imponitur per omnem
iudicem, nam merũ imperium conſiſtit cir-
ca humanum corpus gladio materiali, vel
ciuili conterendũ, quia homo ſumma res eſt,
ideo ſumma iuriſdictio requiritur ad homi-
nem morti tradendum. Bal. in add. ad Spec.
in tit. de iuriſd. om. ind. col. 1. in fi. 2. in prin.
& fi. nec habet locum ſi vulneratus interijt
propter ſuperuenientem febrem, niſi vulnus
fuerit cauſa febris, de quo ſtatur medicis.
Zab. in clem. vni. nu. 14. de homic. Spec. vbi
etiam quid præſumatur, eod. tit. de homic.
53 nu. 4. vbi Bal. in add. in princ. Quid ſi vulnus
non mortale fit mortale per medici impe-
ritiam. Bal. in l. quod ſi nolit §. ſi venditori
2. repet. de ædil. edi. multa Iſer. hic, & habet
locum ſi dolo malo hoc facit, ſecus ſi caſu.
Bal. in l. omnes populi num. 22. poſt med. de
54 iuſt. & iure. nam actus attribuitur agenti cũ
voluntate, ſecus agenti ſine voluntate. Bal.
in l. qua actione §. fin. ad legem Aquil. adeo
quod remoue conſenſum ab actu, non erit
actus, remoue principium actus, & deſtruis
omnem conſequentiam ab actu. idem Bald.
in l. continuus, §. 1. & §. cum quis, in fi. de
verb. oblig. quia quod per ignorantiam fit,
non omnino voluntarium eſt, ſed inuolunta
rium, cuius poſtea dolorem, pœnitudinemq;
ſuſcepimus, nam qui nolet, volẽs fecit quod
neſciuit, nec dicitur inuitus, ſi non dolet.
Ariſt. 3. Ethicorum 3. & 4. Ideo à pœna hu-
ius conſtitutionis excipiuntur infantes, &
furioſi, nam horum infirmum eſt conſilium.
l. 1. ff. de minor. etiam poſt ſeptennium non
intelligunt verba ciuilia. Bald. in l. ſeruum,
rem pup. ſal. fore. intantum quod etiam ex
facto ſuo non incidunt in pœnam contra-
ctus. Bald. in l. cum filiusfamilias §. in hac,
55 de verb. obligat. Furor, & ignorantia æqui-
parantur. Bald. in l. ſi à furioſo, circa princ.
ſi certum petat. vbi eſt furor, ibi intellectus
abeſt. Bal. c. 2. num. 7. circa med. de vita, &
honeſt. clericorum. furore detentus, ſenſum
non habet. l. ſi cum dotem §. ſi maritus, ſol.
matr. & propter mentis exilium ſtat habi-
tus, ſed non actus. Bald. in l. ſi non ſortem
§. qui filio circa fin. de cond. indeb. Quæ in-
ducunt exilium mentis, in l. 2. in princ. ff. de
teſtam. tunc naturale infortunium eſt tole-
randum. Bald. in l. 1. §. apud de aqua pluuia
56 arcen. Quid ſi tempore ſanæ mentis com-
miſit homicidium, & poſtea factus eſt furio-
ſus: non poteſt tempore furoris condemnari
ad mortem. Bald. in l. furioſum, in fi. C. qui
teſta. face. poſs. Quid ſi ſimulat. l. obſeruare,
vbi Bal. de cura. furio. Si concurrit minor
ætas, & dementia, ætati magis eſt deferen-
dum. l. 3. in fi. princ. ff. de tutelis. licet infans,
& furioſus æquiparentur. l. pupillus, de acq.
hæred. Beneficia, & priuilegia collata mino-
ri, videntur conceſſa furioſo. Abb. in c. cum
non liceat, num. 10. in princ. de præſcript.
& ſicut pœna capitalis non poteſt imponi
impuberibus. Bald. in l. cum autem §. cum
redibetur, de ædilit. edi. ita & ijs, qui con-
ſenſu carent, ad quorum verbum non acce-
dit conſenſus. Bal. l. 2. in 2. rep. col. 46. circa
57 med. de iureiur. Quid ſi volens occidere
Titium, occidit Sempronium. Gra. hic nu.
11. ſi condemnatur pro homicidio in per-
ſona Titij, qui apparet viuus, non tenet,
quia non conuenit naturalibus. Paulus de
Caſt. in conſ. 22. circa fin. 1. volum. & ſi con-
feſſus fuit occidiſſe, quid probabit in de-
fenſionibus reus. Paris de ſynd. in ver. tortus
c. 7. nu. 11. & 12. Iudex tamen non debet ad-
mittere friuolas probationes, nec morari in
ambagibus. Bald. de pace teu. in princ. poſt
nu. 5. vel reuocare in dubium quod eſt certũ,
niſi probationes eſſent apertiſſimè. Aluar.
in §. publici latrones, poſt nu. 5. de pace ten.

Si

58 Si confitetur factum, & negat qualitatem,
an habeatur pro negãte. Bal. in §. porro, nu.
13. quæ sit pri. cau. benef. amitt. Si facta pu-
blicatione vidit homicidium probatum, an
possit fateri cum qualitate, & ad illam pro-
bandam admittatur. Affl. in §. item si vassal-
lus nu. 7. & post nu. 11. de contro. inuest. & si
negat fecisse, conuictus postea, an possit alle
gare fecisse ad suam defensionem. Lucas in
l. professio. col. 2. post princ. de mune. patri.
& quis probabit. Aluar. in §. si quis alium,
nu. 5. d. tit. de pace ten. & si ab initio fatetur
occidisse ad suam defensionem, ei incumbit
onus probandi. Ang. in tract. malefic. in ver.
nec non ad denunciam. & debet probare
qualitatem, quia intentio accusatoris est
fundata, cum sit de genere prohibitorum.
Pau. de Cast. in cõs. 10. col. 2. in princ. 2. vol.
vnde practica est, quod dicat non occidisse,
& si apparet, dico ad meam defensionem
occidisse. Gra. hic nu. 9. & taliter confessus
an teneatur probare, vel possit torqueri, &
pœna mortis naturalis puniri, nu. 27. vsque
in fi. Arnon. in 85. epitomate. & si processus
est nullus, & confitetur occidisse, sufficit cõ-
fessio ad condemnationem, si fuit facta par-
te præsente, & acceptante. idem Arno. in 6.
& 7. comm. & si illam qualitatem probauit
per vnum testem condemnatus in causa ap-
pellationis, an possit probare per alium te-
stem. Bal. in add. 3. col. 5. circa fin. ad Spec. in
tit. de appell. nec potest aduersarius acce-
ptare partem confessionis quatenus pro se
facit, & aliam repellere, si est sub eadem
structura verborum. Abb. in c. 1. num. 7. & c.
bonæ, lo secondo, post nu. 29. & 31. de postu.
præla. nam debet in totum acceptari, vel in
totum respui. Pau. de Cast. in cõs. 297. col. 4.
in fi. 1. vol. & si respondet conditionaliter,
non debet diuidi. Io. And. in c. 1. num. 3. de
confessis, in vj. verum, qui dicit fecisse ad
suam defensionem, probabit, alias punitur
59 de homicidio. Iser. hic cir. fin. Et si statutum
repellit homicidam a beneficijs, intelligitur
de eo contra quem factus est processus, &
sequuta est condemnatio. Bald. in l. quis sit
fugitiuus §. aiunt de ædil. edi. & si promittis
mecum venire ad occidendum inimicum,
an detur actio. Bald. in l. generaliter, cum l.
seq. in princ. de verb. obligat. & si percussit
cum armis alterius mutuatis, vel per eum
captis, non est in culpa is cuius sunt arma,
sed is qui cum eis malum fecit. l. 1. & 2. de
eo qui cum armis alienis damnum fecit in
Longobar. quid si occidit cum lapide, homi-
cidiũ non attribuitur lapidi, sed proijcienti.
60 D. Thom. 1. par. q. 125. art. 4. Quid in iudice
si occidit latronem, vel miles hostem reipu-
blicæ, non dicuntur homicidæ, sed pro alijs
faciunt, accepta legitima potestate. D. Th.
1. 2. quæst. 88. art. 6. in fine, & 2. 2. quæst. 64.
art. 7. grauius autem est occidere, quàm
oculum effodere. Bal. in l. sed & si §. si magi-
61 ster ad leg. Aquil. Quantum scelus sit seip-
sum occidere insontem, cum omnino non
debeat nocentem. D. Aug. in epist. 52. col. 2.
in princ. Olim vindicando eos, qui eorum
cædibus extinxerunt, alij per varia præci-
pitia, alij per aquas, alij per ignes se in mor
tes voluntarias vsquequaque mittebant.
idem in epist. 50. col. 10. circa med. Teter-
rimus est qui ad seipsum, & ad amicum vti-
tur prauitate, optimus qui non ad seipsum,
sed qui ad alium vtitur virtute. Aristoteles
5. Ethicorum 4. est iniuria aduersus eum
qui seipsum necauit, & ciuitati, quia facit
contra legem, propterea qui hoc facit oc-
cultat se à ciuibus, ibidem c. 16. vbi Auer.
Qui seipsum occidit, punitur secundum le-
gem diuinam, & humanam, nam licet sibi
iniuriam non faciat, facit ciuitati, & Deo,
ideo priuabatur antiquitus honore sepul-
turæ. D. Tho. 2. 2. quæst. 59. art. 3. & 64. art. 5.
posset tamen diuino instinctu, ad fortitudi-
nem ostendendam, idem 3. parte de Sacram.
quæst. 127. alias 96. art. 6. Quid si excedit
modum in defendendo, puta potuisset eua-
dere vulnerando, occidit, non punitur de
occiso, sed vt culpabilis arbitrio iudicis.
Arnon. in soliloquio 89. habentem verò en-
sem in manu, & minantem velle occidere,
possum præueniendo offendere. idem Arno.
in 87. & 88. problemate. venientem contra
me euaginato ense, possum occidere, & si
vulnerantem insequor, & occido, dicor po-
tius esse in culpa, quam in dolo. Arno. præd.
in dialogo 33. & 34. Quid si pro defensione
rerum, & licet expediat potius rerum susti-
nere iacturam, quam pro eis conseruandis
acriter in alios exardescere. c. suscepimus,
de homic. illud procedit in clerico cui tan-
tum licet pro defensione personæ, & non re-
rum. glo. in c. 1. in ver. fugiens, 23. quæst. 3.
Abb. c. 2. in princ. & 2. quæst. de vita, & ho-
nestate clericorum. hic in laico, cui etiam
pro defensione rerum est licitum. l. 1. C. vn-
de vi. Afflict. in §. si quis hominem, num. 4.
de pace tenen. & infra in constit. iurisgen-
tium, vbi dixi. Vltimo, quia ignorantia no-
cet, quandoque non. D. Thom. 1. 2. quæst. 6.
art. 8. si ignoranter quis occidit patrem,
committit parricidium secundum effectum,
sed non secundum affectum, vt de peccato.
idem D. Th. 2. 2. q. 162. art. 2.

Quando liceat castellanis, & seruientibus arma deferre.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio confirmat regulam in non exceptuatis.*

2 *Quando, quo tempore, & sic, temporaliter ponitur.*



ISVM est supra de ijs, quę sequuntur ex asportatione armorũ, & eius prohibitione, nunc confirmando prohibitionem prædictã, vltra exceptiones de quibus in const. intentio-
1 nis, ponit alias duas, vt sic confirmetur in nõ exceptuatis. Alex. in conf. 126. nu. 4. 130. nu. 5. 4. vol. & 47. nu. 2. vol. 5. & successiuè di-
2 cit [QVANDO] quo tempore, vnde temporaliter ponit Bald. in conf. 111. 4. volum. [LICEAT] licitum sit. Io. And. c. 2. nu. 3. cir. med. de decimis in vj. [CASTELLANIS, ET SERVIENTIBVS CASTRORVM] de quibus infra in constit. culpam. [ARMA DEFERRE] portarent, vt supra in const. homines.

SVMMARIVM.

1 *Respublica, & fiscus regno idem sunt.*

2 *Peccatum nullum paruum, quod neglectum non crescat.*

3 *Castellani sunt præpositi castrorum.*

4 *Castra differunt à ciuitate sicut ciuitas parua à magna.*

5 *Mandatum, & præceptum differunt.*

6 *Imperialis excellentia super omnes dignitates est.*

7 *Extra, est aduerbium de foris, & signat interuallum.*

8 *Edicti, verbum esse generale demonstrat.*

9 *Speciale, idest expressum.*

10 *Licentia censetur data secundum consuetudinem dantis, & naturam actus.*

11 *Fidelis dicitur, quia subditus.*

12 *Disciplina à domesticis incohoari debet, vt reliquos pudeat errare.*

13 *Officialium, & apparitorum venalis est perfidia, & omnes mali.*

14 *Officiales extra castra non habent iurisdictionẽ, nec possunt ferre arma.*


15 *Animus malus præsumitur ex delatione armorum, nisi sint ligata.*

16 *Licentiam portandi nõ dat nisi Rex, & alij eius nomine.*

17 *Offendi timens, potest iudex aduersarium compellere ad cautionem, ita si suspicatur offendi à forense qui illuc venit, nu. 18.*

19 *Iudex est facilis ad petitionem partis compellere ad cautionem dandam de non offendendo.*

20 *Iudex potest adiri pro violentia futura ne inferatur.*

1 

ASTELLANIS] Respublica, & Regius Fiscus in hoc regno idẽ sunt, vnde causa fiscalis dicit publica, fiscus est pars reipublicę, respublica vniuersitatem significat, fiscus verò rem ipsius vniuersitatis. Affl. in const. beneficium. 1. not. inf. de rest. respub. inde fiscus, & respublica idem sunt. Iser. in §. nec dominus feudi, nu. 51. in fi. de prohib. feu. alie. per Fred. ideo Iustitiarij, Camerarij, Castellani, & Baiuli debẽt esse solliciti, & requisiti pro seruitio curiæ debent cõsilium, & auxilium impartire, ut in const. Iustitiarios, de offic. magist. Came. alias puniuntur, vt ibi, quia
2 nullum peccatum est adeò paruum, quod nõ crescat neglectum. D. Aug. in lib. de veri. & falsa pœnit. col. 10. cir. fin. propterea prædictis pro eis, quę sibi incumbunt, permittitur extra castrum ferre arma, vt in textu, qui sunt, vt per Affl. & dicit [CASTELLANIS] de quibus in c. ad audientiam de præscript.
3 & sunt præpositi castrorum. l. 1. vbi Luc. de diuer. off. & appar. iud. [ET SERVIENTIBVS] fidelibus, cum quidam infideles reperiatur. glo. fin. in c. Christus, 1. q. 1. [CASTRORVM NOSTRORVM] vt infra in const. castra de nouis ædificijs, locorum, oppidorum, vel munitionum, vt per Lucam vbi supra, quæ à ci-
4 uitate non differunt, nisi sicut ciuitas parua à magna. Bal. in l. vt inter diuinum nu. 4. in fi. de sacrosan. eccl. [CVM] quando. l. 1. C. si ser. export. vene. [A MAGISTRIS IVSTITIARIIS] qui pro tempore erunt nostræ magnæ Curiæ, vt infra in const. statuimus vt magnæ Curiæ. [ET] aut, nã posita inter æque principalia est coniunctiua, & ponitur pro alternatiua. Abb. c. 2. post nu. 10. de vita, & hon. cler. [IVSTITIARIO] prouinciæ. Affl. hic in princ. [AVT] regulariter ponitur disiunctiuè,

ne, & vtrumque continet. glo. in l. 1. in ver. aut, de his, qui insidiando, & subito surgēdo in Longobar. [ALIIS OFFICIALIBVS NOSTRAE CVRIAE] dohanæ, secretis, quæstorum magistris, vel alijs. [EXTITERINT REQVISITI] pro consilio, vel auxilio, vt in d. const. Iustitiarios. [PRO] idest propter. Luc. in l. fin. col. 3. circa med. de bonis vac. [NEGOCIIS ALIQVIBVS] aliquo negocio, vel causa. Io. And. in c. 1. post nu. 2. de rest. spol.
5 in 6. [QVAE EX MANDATO] quod differt à præcepto. Abb. in c. eam te. 3. not. de rescrip. [CVLMINIS NOSTRI] Regalis culminis. l. fin. C. de assess. & domest. [AVT AVCTORITATE IMPERIALI] cuius excellētia supra
6 omnes dignitates est. Aut. de Butr. in c. fin. nu. 3. circa med. de off. Arch. [VEL] etiam. §. quod autem in ver. vel, auth. de fideiuss. auctoritate Magistrorū Iustitiariorum, siue Iustitiariorum prædictorum. [OFFICIALIBVS NOSTRIS INCVMBENT] cum [SINT IVRISDICTIONIS EORVM] nam officia sunt discreta, vt in constit. non fine, in §. infra de
7 obseruat. iust. [EXTRA] quod est aduerbium de foris, & signat interuallum. Io. And. in c. statutum, post nu. 6. de rescript. in 6. [CASTRA] extra castra, ad Heb. vlt. [PERMITTIMVS] relaxando ius commune, & ius speciale inducendo. in fin. Bal. in l. 1. cir. princ. C. de legi. [ARMA DEFERRE] ita & per c. reg. Castellani, & seruientes. [ALIAS] si non esset casus prædictus, vel aliquis ex notatis in dicta constitut. intentionis, glo. 1. in l. alias, ff. de iureiuran. & in Italias, ff. de in litem iuran. siue non iussu Regis, vel eius officialium exiuerint a castris. in fini. Bal. in l. cum lex, circa fin. ibi alias ff. de fideius. [TAM IPSOS] Castellanos, & seruientes castrorum. d. constit. culpam. [QVAM ALIOS SVBTRAHERE VOLVMVS NOSTRAE PROHIBI-
8 TIONIS EDICTO] vel generale, quod edicti verbum denotat. Bal. in d. l. 3. in princ. C. de leg. [VT] causatiuè, nō consequutiuè. Arch.
9 in c. 2. 23. q. 6. [ABSQVE SPECIALI] expresso. Abb. c. in nostra nu. 4. de rescript. Bal. l. 1. 4. not. si quis in ius voc. non ierit. [MANDATO CELSITVDINIS NOSTRAE] Imperialis celsitudinis. §. filiusfamilias, inst. quib. mod. ius patriæ potest. solui. cum alias vltra quatuor non possint a castro exire. d. const. cul-
10 pam. [VEL LICENTIA] portandi arma, quę censetur data secundum consuetudinē concedentis, & naturam actus. Affl. in dec. 307. nu. 21. [NVLLVS FIDELIVM NOSTRORVM]
11 subditorum, nam fidelis dicitur, quia subditus. Pau. de Cast. in cōs. 161. col. fi. cir. princ. 2. vol. [ARMA PROHIBITA] de quibus in d. const. intentionis. & cōst. hominibus [DEFERRE PRAESVMAT] c. 2. & 3. de postulando.

12 Sed videtur, quod a domesticis debebat inchoare disciplinā, vt reliquos pudeat errare, quando suis constat excedendi licentiam non præbere. Luc. in l. vni. col. fin. circa med. de condu. & procu. nec permittere offi-
13 cialibus, & apparitoribus delationē armorum, quorum venalis est perfidia, & omnes mali præsumūtur, l. ne diu. C. de pœnis. Luc. in l. 1. de numerarijs. & testatur Apost. 2. ad Tim. 4. Alexander Erarius multa mihi mala ostendit.

Dic, quod isti nec milites admittuntur pro seruitijs aliorum. l. famosi ff. ad leg. Iul. Maiest. Verum si pro seruitio Regio, vt hic, vel pro executione officij vadunt, permittitur asportatio armorū ne offendantur, quia non ipsis tantum, sed etiam ad Regię dignitatis spectat offensam, secus si priuata negocia pertractarent, vt inf. in const. obseruent, & seq. de iniurijs curia. perso.

14 Nota, quod castellani non possunt deferre arma extra castra, nisi pro seruitio Regio, quia extra castra nullam habent iurisdictionem, vt in c. regni castellanos. Affl. hic 1. not. post med. Officiales cōmunes possunt, & debent portare arma, idem in familia Episcopi, & stipendiarijs, quando demādatur custodia. Bal. l. 3. §. pen. & fin. de off. præf. vigi. alij secum ducere seruos armatos non possunt. Bal. in l. fin. C. ad leg. Iul. de vi, cum
15 ex delatione armorum malus animus præsumatur, nisi ligata deferātur. Bal. in §. si quis rusticus, nu. 1. & 2. de pace tenen.
16 Secundo nota, quod licentiam portandi arma nō solum potest dari Rex, sed ex communi interpretatione, ex causa potest dare Præses prouinciæ. Gra. in d. const. intentionis nu. 15. Magister Iustitiarius, Iustitiarius, & ordinarij locorum, & tunc videtur Rex concedere. Iser. Affl. 4. not. & Gra. hic nu. 1. Causa iusta est, quando timet offendi, nam tunc nō solum conuiuentibus oculis potest dare licentiam portationis armorum, sed etiam posset sine licentia. Gra. hic nu. 2. & posset iudex cogere inimicum ad prestādum cautionem ne offendat, vel ei accommodare familiam. Affl. in d. const. intentionis, post nu. 5. & 10. cir. med. & hic nu. 4. & 5. sicut vbi
17 quis timet verisimiliter offendi ab aduersario, potest implorare iudicis officium, vt illum compellat ad præstandum cautionem de non offendendo. Abb. in rub. post nu. 2. de tregua, & pace, c. 1. nu. 8. vt lite non contest. Bal. in l. illicitas §. ne potentiores 1. rep. cir.
18 med. de off. præsid. ita qui suspicatur offendi a forense qui conuersatur, hic tenetur cauere de non offendendo. Bal. in l. sed & si, 1. & 2. rep. cir. fin. ff. de iudic. Gra. in d. const. inten-
19 tionis, num. 6. & iudex in hoc est facilis, & potest

potest præcipere sub pœna ne offendat. Spec. cum add. ad eum in tit. de iniur. caut. nu. 9.
20 & sic iudex potest adiri pro violētia futura ne inferatur. Bal. in l. fin. 2. rep. in princ. quod metus cau. & is ad quem spectat periculum potest petere vt sibi caueatur. Bal. in l. d. m. ni infecti, in princ. de dam. infe.

SVMMARIVM.

1 *Natura communis non mutatur eius effectus.*
2 *Ius gentium, quod intellectu, & ratione gentium procedit, & omnes gentes vtuntur.*
3 *Naturalis ratio optimus legis clypeus, cum quo, & quando cœpit.*
4 *Tutela, siue sui tuitio cuilibet permittitur à natura.*
5 *Assaltre, aggredi, insultum, & impetum facere, differunt.*
6 *Defendere, & quando sit licitum in foro conscientiæ.*
7 *Licentia facultatis est, nō necessitatis.*
8 *Securitas vbi Princeps ibi est, non sic de alijs. post nu. 9.*
9 *Appellatio, accessus ad superiorem, peregrinatio, important securitatem.*
10 *Vis quoad corpus, metus quoad animum, coactio quid, & metus.*
11 *Defensa tuetur possessorem, & imponitur pro vi ablatiua, & expulsiua. num. 42.*
12 *Negationes duæ affirmant, tres æquipollent vni.*
13 *Parentum, maiorum, & filiorum appellatione qui veniant iure commune, & statutario.*
14 *Defensio sui, & cuiuslibet de sanguine est permissa.*
15 *Filiorum, & nepotum appellatione qui veniant, & cur patres plus illos, quam se diligant, & quid appellatione suorum, nu. 19.*
16 *Familiæ appellatione qui veniant.*
17 *Eadem, & huiusmod. signant in pluribus causis eandem esse censuram.*
18 *Vassalli loco liberorum habere debēt.*
20 *Consuetudo illicita facit licita, habet vim tituli, & obligationis.*
21 *Vassallus vassalli subest Regi maiori domino.*
22 *Prohibitioni quæ simul veniunt, in prohibitione simul prohibita censentur.*
23 *Etiam, est extensiua, & implicat rationem.*
24 *Vassallus non potest sine venia dominum in ius vocare.*
25 *Magna curia dicitur curia Regis, quam Reges de Aragonia possundarunt.*
26 *Appellationi deferre, est iudici superiori locum cedere.*
27 *Exempla aperiunt viam veritati, quæ sæpe practica subministrat.*
28 *Pater est caput, & princeps familiæ, filius membrum.*
29 *Soror dicitur, quia sola cum fratre in sorte cognationis habetur.*
30 *Homo si nolit irascitur, si nolit contristatur, viuere vult, & mori cogitur.*
31 *Lex aduersus vim opem fert, vt ab innocentibus molestia separetur.*
32 *Insultatus potest capere aggressorem, ligare, & ad iudicem ducere.*
33 *Fecisse ad defensionem, quando, & ex quibus præsumitur ipse, & frater.*
34 *Clericus potest assumere arma pro resistendo prædonibus.*
35 *Iudex in multis casibus aditur vt resistat violentiæ futuræ.*
36 *Inuasorem an liceat occidere, qui non potest rem in iudicio recuperare.*
37 *Ius naturale gentium appellatur, & natura ratio naturalis dicitur.*
38 *Homo obediens naturæ homini nocere non potest.*
39 *Liberorum, parentum, antecessorum, & posterorum nomine qui veniāt.*
40 *Pater dicitur viuere, quia filius eius pars viuit, in eo saluatur nomen patris.*
41 *Se, vel sua nō debet quis inimico cōmittere, quid si domino, vel tyranno.*
43 *Defensa an possit imponi sub conditione pro, & contra.*
44 *Defensa potest imponi vendenti, & ementi, quomodo, & quid fiet.*
45 *Vassalli si grauantur à domino, vel iudice quid fiet.*

1 
VRISGENTIVM] natura
cõmunis eſt. Bal.in l.fin.
poſt princ. C.de natu.lib.
& non eſt aliud niſi quidã
actus diuinus,qui non po
teſt mutari,nam nexu di-
uino copnlatus eſt.Bal.in
l.in adoptionem cir.princ.C.de adopt.adeo
quod ſecundum hoc naturaliter omnia di-
ſponuntur ad exceſſum alicuius paſſionis,vt
leo ad audaciam,canis ad iram,lepus ad ti-
morem, homo ad iraſcendum, quia habet
cholericam complexionem,& cholera inter
alios humores citius mouetur,nam aſsimi-
latur igni. D.Tho.1.2.q.46.art.5. omnibus
tamen animantibus à principio generatio-
nis eſt a natura tributum, vt ſe viram cor-
puſq; tueatur,declinetq; ea quæ nocitura ei
videntur, ſecundum Tullium 1. de officijs,
de quo Abb.in rub. in fi.de except. Homini
particulariter eſt indictum vt propriam vi-
tam amet, & ea quæ ad ipſam ordinantur.
D.Th.2.2.q.126.art.1. Iſta ſunt immutabi-
lia.l.origine,& ſeq.de munici.& orig. & res
à natura profectas,& à conſuetudine appro
batas legum virtus, & religio ſancit. idem
D.Th.3.par.de Sacram.q.96.alias 65.art.1.
vnde vim vi repellere omnes leges, & iura
permittunt. c.ſignificaſti, lo ſecondo,de ho-
mic. c.3.de ſent.excom. l.ſciendum §.fin.ad
leg.Aquil.. nam naturale eſt, & permiſſum,
quod vnumquodque ſtudeat conſeruationi
ſui eſſe. Bal.in l.omnes populi,poſt nu.2.de
iuſt.& iure. & licet duo mala ſint,quæ inui-
cem ſibi nocent, melior eſt qui ſe defendit,
quia ſi noluit,nolens nocuit.D.Aug.in ſimi.
in lib.de natura boni,col.16. cir.med. ideo
in diſcrimine vitæ conſtituto vel bonorum
datur per iſtam conſt.facultas ſe defendendi
per Imperialis nominis inuocationem,vt in
textu,qui diuiditur, & ſum.vt per Affl.& di-
2 cit [IVRISGENTIVM] quod ratione,& intel-
lectu gentium procedit; quo omnes gentes
per ęque vtũtur,eſt ſemper bonum,& æquũ,
& ſine eo homines non poſſunt viuere. Bal.
in l.1.§.iuſgentium in princ.d.tit.de iuſt.&
iure.[INDVXIT AVCTORITAS]pondus,mo-
mentũ,teſtimonium,æſtimario,vis, & fides.
Nizolus in ver.auctoritas. [ET NATVRA-
LIS RATIO HAEC NON ABHORRET] eſt ſe-
cundum naturam. D.Th.3.par.de Saluatore
3 q.2. art. 12. cum optimus legis clypeus ſit
ratio naturalis. Bald.in l.vni.§.in primo,de
cad.toll. quæ non circumſcribitur loco, ſed
cum humano genere à principio nata eſt.
idem Bal.in l.nemo cir.princ.de ſent. & in-
terloc.om.iud.& inſita à natura. Bal.præd.
in l.lex naturæ 1.rep.de ſta.hom.vel à prin-
cipijs naturæ cauſata.D.Th.3.par.de Sacra.
q.37.alias 6.art.2. naturali ingenio, ſeu in-
duſtria introducta. glo.1.in l.1.ff.de pactis.
ſiue nõ eſt quod opinio genuit, ſed quod lex
quædã innata inſeruit. D.Th.vbi.ſup.3.par.
de Sacram.q.96.alias 65.art.1.nam iuregen
tium, & naturali omnium animantium eſt
introducta.Bal.in l.vt vim in princ.d.tit.de
iuſt.& iu. vbique eandem vim habet. Ariſt.
5.Ethic.11.quaſi dicat,& ſi ius deficit,ęqui-
tas mandat,vel ſuadet. l.2.§.item Varus,de
aq.plu.arc. Io.And.ad Spec.in tit.de locaro
§.fin.in ver.habita cir.med.non ſolum legi-
bus,ſed naturali quoque iure conuenit.l.iu-
bemus §.fin.de Epiſc.& cler. [VT TVTELA]
4 tuitio. gl.in l.diuortio §.fin.in ver.in tutelã
ſol.matr. & inf,in conſt.ſi quando de pœna
foriu. [CVILIBET SVI CORPORIS PERMIT-
TATVR]nam vltra quod nemo vnquam car-
nem ſuam odio habuit. gl.1.cir.fin.in l.2. in
ius vocati vt eant. naturalis viuendi dulce-
do ſic inſita eſt, vt quis ſe defendat per fas,
& nefas. Bal.in l.1.nu.14.cir.fin. de his,qui
accuſ.nõ poſs. quia naturæ inclinatio eſt ad
reſiſtendũ corruptionibus non ſolum in ho-
minibus, & animalibns, ſed etiam in rebus
inſenſibilibus.D.Th.2.2.q.69.ar.4. [QVIA]
notat rationẽ. l.1.in ver.quia de aqua quo-
tid.& æſti. [TAMEN SAEPE] frequenter. gl.
in l.ſæpe de leg.3. [CONTINGIT] quod fecit
paſſus eſt. l.ſed & partus §.1.ff.quod metus
cau. [AGGRESSORES] qui aggrediuntur,
5 etiam ſi homo non ſit,& eſt differentia inter
aggredi,& aſſalire,inſultum,& impetum fa-
cere.Iſer.hic in princ. [IN TANTAM SVPER
EMINERE POTENTIAM] naturalem.D.Aug.
in cathegorica col. 22. [VT ETSI] ideſt,
quamuis.glo.fin.in l.atqui natura ff.de neg.
geſt. l.quod ſi, in ver. ſi is, de petit. hæred.
[OPPRESSO] obſeſſo,& impugnato. Nizol.
in ver.oppreſſus. [DE IVRE] iuris permiſ-
ſione.Bal.in l.ſi quis inſtituatur cir.fi.princ.
de hæred. inſt. vel ex certa iuris diſpoſitio-
ne. Bald. in l.in ijs §.apud in fi. ff.de ſolut.
[SE DTFENDERE LICEAT] quia vitio natu-
rali parcitur. gl.in l.fluminum §.vitium in
ver.quia vbi Bal.in fi.de dam.infe.Et an te-
6 neatur ſe defendens in foro conſcientiæ.idẽ
Bal.in l.1.2.rep.nu.137.C.vnde vi. videtur
quod ſe defendendo ſit licitum occidere, ſi
non poteſt aliter euadere. D.Tho.2.2.q.64.
art.7. [TAMEN DE FACTO] non cum pleno
effectu.Bal.in d.l.ſi quis inſtituatur,de hęre.
inſt.[SE DEFENDERE NON POSSIT]propter
potentiam aduerſarij,quæ debili impreſſio-
nem infert. Affl.hic 1.uot.in fi.dixi latè inf.
in conſtit. ſummo periculo, de dolo,& frau.
campio. [PRAESENTIS LEGIS AVCTORI-
TATE]vel Principis auctoritate per pręſen-
tem legem, quia Principis auctoritas plus
operatur,

operatur,quàm pactum.Luc.in l.ius emphy
teotici,cir.princ.de fun.patri. [CVILIBET]
cui placet,& sunt duæ partes.glo.in l.si hæ-
redi.de cond.inst. [LICENTIAM]quæ facul-
7 tatis est, nõ necessitatis. add.ad Spec.in tit.
de instr.edi. §.13. in ver.placet, post princ.
[IMPARTIMVR] indulgemus. c.quanto,de
censi. [VT ADVERSVS] contra. Nizolus in
ver.aduersum. [AGGRESSOREM SVVM] de
quo supra, & Affl.hic 3.not.in princ. [PER
INVOCATIONEM NOSTRI NOMINIS]& non
alterius, Comitis videlicet, vel Baronis.
Gra.hic 2.rep.in princ. & inf.in cõst.si quis
8 in posterum, nu.2. quia vbi Princeps,ibi se-
curitas. l.1.C.de his,qui per metum iud.nõ
appell. & imposita ex parte Comitis,Baro-
nis,vel alterius non tenet.Gra.in c.reg.ter-
rerij. [SE DEFENDAT] exemplũ ponit Affl.
hic cir.prin.& 3.not. [EIDEMQVE EX PAR-
TE IMPERIALI PROHIBEAT VT IPSVM OF-
FENDERE] in re,vel persona.Affl.hic 3.not.
in princ. [DE CAETERO] c.grauis de censi.
c.2.de solutio. [NON PRAESVMAT] c.cum
liberum de sepult. vel similia de cætero at-
tentare nõ præsumat.c.fin.de concess.preb.
& ista forma est de substantia;qua deficien-
te,deficit ipsum totum.Io.And.in c.si is cui
post nu.1.de elect.in vj. & sic inferiores cum
timẽt molestari, præcipiunt ex parte Regis
ne fiat eis iniuria, quia habent potestatẽ ab
9 hac lege, sicut per arreptionem itineris ad
superiorem videtur positus sub protectione
illius, adeo quod inferens iniuriam videtur
non solum contemnere ius, sed etiam illum
sub cuius protectione se posuit. Abb.in c.in
causis nu.3.cir.fi.de elect.isto modo oppressi
ad præsidium Sedis Apostolicæ recurrunt.
c.sugestum de appell. & quicũque ad Sedem
Apostolicam vadit ex iusta causa, sub pro-
tectione Papæ est,sicut nuncij venientes pro
alijs gaudent immunitate, vt contra eos
procedi non possit.Inn.in c.vt debitus nu.2.
de appell.vel si accedit causa peregrinatio-
nis, not.in c.vni. de cler.pereg. Appellatio
verò extraiudicialis non suspendit quod ge
stum est,sed in futurum ponit se protectioni
superioris ne indebitè molestetur.Abb.in c.
dilecti nu.4. in princ.de maio.& obed.c.di-
lecti 5.not.d.tit.de appell.Ita Apostolus dũ
ad Cæsarẽ appellauit,Act.Apost.25. & sicut
de eo aliquid decerni non debet, qui ad sinũ
sanctæ Ecclesiæ confugit, & eius implorat
auxilium.c.decreto.2.q.6. ita & locus præ-
bet omnibus securitatem, propter assisten-
tiam Principis, vnde delinquens in palatio
Principis,acrius punit. Fre.de subfeu.lib.1.
de off.magistri Senescalli nu.6.[QVOD NON
TANTVM IN PRAESCRIPTO]idest dicto.l.le-
ges, la vltima, in ver.præscripto. C.de legi.

[CASV LOCVM HABERE DECERNIMVS]
quod ius nouum inducit. not.in clem.1.de
sepulturis.prout ius nouum est istud. gl.hic,
& Gra.1.rep.nu.2.in fi. [CVM] idest.Luc.in
l.3.de re milit. [IS QVI PRAEDICTAM DE-
FENSAM IMPONIT] per Imperialis nominis
inuocationem,vt supra. [LAEDI] iniuriam
pati. Nizolus in ver.offendo. [FORSITAN]
forsan,forte, quæ non semper dubitatiuè po
nunt.Abb.in c.ex parte nu.3.de celeb.Miss.
10 [METVIT] in animo, quia vis quoad cor-
pus,metus quoad animum.l.3.in glo.1.ff.de
his,quę vi,metusve cau.vnde metus dicitur
coactio mẽtis per quam vsus liberi arbitrij
arcetur. Bal.l.2.cir.princ. C.de his, qui per
met.iud.coactio idẽ est quod metus,est enim
metus, secundum Iurisperitos, instantis,vel
futuri periculi causa mentis trepidatio. D.
Th.3.par.de Sacram.q.78.alias 47.art.1.in
fi.& 2. [IN PERSONA] per vim,nam vis est
delictum circa personam,furtum circa rem.
Bal.in l.1.2.rep.circa med. nau.caup.stabu.
[VERVM] quæ est aduersatiua. Bal.in l.non
ignorat nu.2.de fruct.& lit.expen.[ETIAM]
quod est aduerbium affirmantis. Nizolus in
ver.etiam cir.fi. [CVM REBVS QVAS]habet
ciuiliter, & [POSSIDET] naturaliter. gl.in
l.si in emptione §.1.in ver.habere,& seq.vbi
Bal.ff.de contrah.empt. [MOBILIBVS, ET
IMMOBILIBVS, AVT SESE MOVENTIBVS]
11 & sic defensa tuetur possessorem. Affl.hic 4.
& 5.not. Iser.in princ.& col.3.in fi. vbi etiã
quod habet locum quando fit iniuria perso-
næ, vel violentia expulsiua in re immobili,
vel ablatiua in re mobili. Gra.hic 2.repet.
nu.6.Quæ autem sit differentia inter tuitio-
nem rei, & personæ,& quando conueniant.
Bal.in l.prohibitum, post nu.7.de iure fisci,
12 lib.10. [NEC NON] etiam, nam duæ nega-
tiones affirmant. glo.2.in l.1. ex quib.cau.
maio. & tunc oratio negatiua dicitur affir-
matiua.Bal.in l.in eadẽ,eo.tit.ex quib.cau.
maio. quid si sunt tres. Bal.dist.in pri.insti.
cir.fi.princ.vel æquipollẽt vni,& duæ æqui-
parantur affirmatiuæ. idem Bald.in l.1.§.1.
ff.de hæred.instit. [IN CORPORALIBVS IN-
FERRI SIBI QVISQVAM] sicut vnusquisque
est vniuersalis distributiuus, quilibet est in
actu particulari, vniuersalis in potentia, &
aptitudine excommunicatus. [AB ALIQVO
VIOLENTIAM] vel cõtrouersiam.l.2.§.item
Varus in ver.vis de aqua plu.arcen. [PER-
TIMESCIT]perhorrescit.inf.in const.statui-
mus,de off.Mag.Iustit. nam si non peruenit,
potuit peruenire. Bal.in l.si super possessio-
ne,cir.princ.C.de transact. [NE] vt,gl.2.in
l.alias de iureiur. [VEL RES MOBILES PER
VIM] de facto. Bal.in l.libertas 3.rep.cir.fi.
de sta.hom. [AVFERANTVR] eripiantur,tol-
lantur.

lantur, Nizol. in ver. aufero. [Ab Eo, Vel] pro et, glo. 1. in l. clemens ff. de hæred. instit. [In Aliis] in mobilibus [Destitutionis Iniuriam] damni iniuriam. l. quemadmodum, §. si nauis, ad leg. Aquil. damnum culpa datum. l. sed & si eo. tit. ad leg. Aquil. [Patiatur] & licet posset appellare. l. ait prætor §. permittitur ff. de mino. tamen. [Praesentis Nostrae Constitutionis] quam nos constituimus. Io. And. in c. vni. in princ. de postu. præl. in vj. [Licentiam Etiam Ad Eos Prorogamus] extendimus, in const. clerici quoque, infra vt clerici, vel iud. non sint baiuli. [Qui In
13 Personis, Aut Rebus Parentum] quorum appellatione qui veniāt, Spec. in tit. de teste §. 1. post nu. 2. & 3. [Quos Nostri Veteres Dixere Maiores] qui dicuntur maiores. Io. And. ad Spec. in rub. circa fin. de sepult. l. pen. vbi Bal. 2. rep. cir. princ. de iust. & iure. dicuntur genitores, vel nostri progenitores. Bal. in l. fin. post med. de secun. nup. alibi maiores scientia, & ætate reuerenter appellātur. idem Bal. in l. ex diui, ibi sufficit, nu. 3. C. locati. [Filiorum] l. si quis ita in gl. 1. ff. de testa. tute. Latinè liberi dicuntur, & pluraliter dicuntur etiam si non sint vno amplius. D. Aug. 16. de ciu. Dei c. 40. cir. fin. eorum appellatione an veniant naturales. Bal. in l. libertinū in rep. antiq. C. de interd. matr. in l. quisquis, vbi etiam quod veniant nepotes, & quādo non. C. ad leg. Iul. Maiest. licet alij sint filij, & alij nepotes. l. quod si. d. tit. de test. tut. nam filius est immediata persona à viro, & vxore descendens, non sic in nepote. Bal. in l. filium 1. rep. nu. 1. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. maxime si est ex fratre. in fim. in l. cum vir de cond. & demonst. statutum tamen in filio extenditur ad nepotem, vbi est æqualitas rationis, vel est statutum à iure communi. Bald. in l. si arrogator, 1. rep. vlt. not. de adopt. in statuto secus. l. si filius tuus, vbi Bal. C. ad Senatusc. Maced. & in l. maximū vitium. nu. 2. cir. fin. vsq; ad 11. de lib. præt. & in odiosis, Bal. in l. fi. in princ. C. de natu. lib. adeo quod lex quando derogat iuri alterius, nomine filij non continetur nepos, & nomine matris non continetur auia. Bal. l. 2. cir. fin. de bonis mat. & in priuilegijs vbi fit mentio filij, non extenditur ad nepotes. l. iubemus §. illud, vbi Bal. C. ad
14 Treb. In ista materia licet defendere quemlibet de sanguine suo. idem Bald. in l. vt vim nu. 4. de iust. & iure. nam paria sunt aliquid committere in aliquem, vel illos de sanguine suo, quia nemo carnem suā odio habet: par enim metus est in se, & suis, & vno offenso, offenditur alius. Bal. l. 1. nu. 2. circa fin. de indi. vid. toll. & charitatem quam debemus filijs, debemus nepotibus, & pronepotibus. Bal. in l. hac edictali nu. 12. de secund. nupt. [Nepotum Ex Eis, Qui Dulci Filiorum
15 Vocabulo Nuncupantur] & sic filius filij propriè est nepos, non filius fratris. Bald. in l. si auiæ de succ. edi. isti appellatione filiorum continentur. Bald. in l. filium habeo in fi. ff. ad Maced. in l. Senatusconsulti, & fi. de ritu nupt. ipsos solemus dulciori vocabulo filios appellare. Gra. in const. quam plurium nu. 21. post med. pater, & filius sunt nomina naturalia. Bald. in proœ. ff. post nu. 13. & naturalissimum est producere sibi simile, vt sic conseruetur tota species in natura. in l. 1. §. ius naturale nu. 2. circa med. de iust. & iure. ideo pater est sollicitus de salute filij. idē Bal. in l. cum pater §. mandato de leg. 2. & plus diligit filium, quàm seipsum, quia est naturale, quod res plus perseueraturas quis diligat. glo. fin. in l. isti quidem ff. de eo quod met. cau. verum sunt argumenta inconstantiæ paternæ ambulātia super terram. Abb. in c. tua nobis cir. fin. de cohab. cler. & mul. [Et In Eis, Aut Rebus Eorum Denique] ad extremum post omnia. Nizolus in ver.
16 denique. [Qui In Eadem Familia] idest potestate. glo. in l. ventre in ver. in familia, & in l. cū bonis in ver. familiæ de acq. hære. Bal. in l. pen. col. 2. in princ. C. de adopt. vel habitāt sub eadem claue. idem Bal. in l. quis sit fugitiuus §. apud Celsum, de ædilit. edi. [Et Cohabitatione Tenentur] vnde secus in filio, qui est in potestate, & tenet familiam de per se. in fim. Abb. in c. mulieres post nu. 5. de sent. excom. [Vim] iniustè illatam. gl. 1. in d. l. vt vim de iust. & iure. compulsiuam glo. 1. in l. metum §. 1. quod metus cau. in propria persona. [Vel Iniuriam] non in propria, sed cōmuni. Bal. in l. isti quidem 2. rep. eo. tit. quod met. cau. [Pati Meruerint, Qui Defensam] patrocinium, propugnationem. Nizolus in ver. defensio. [Imponunt] supponendo se protectioni superioris. Io. And. c. 1. nu. 4. in prin. de appell. in vj. & sic non differt, vtrum hęc pertineant ad personam propriam vxoris, vel filiorum, aliorumve huiusmodi. D. Th. 3. par. de Sacr.
17 q. 78. alias 47. art. 2. [Eadem] & huiusmodi, signant eandem in pluribus causis esse censuram. Luc. in l. 1. circa fin. vt nemo ad suum patr. [Licentia Praedictis Casibus Tribuenda Vassallis] quia ipsos loco
18 liberorū habere debent. l. 4. C. de defen. ciui. & interest dominorum, ne auxilium contra sæuitiam, famem, vel intolerabilem iniuriā denegetur. l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. [Qui A Dominis Suis] de quibus inf. in const. domini à vassallis. [In Personis, Aut Rebus Suis, Vel Suorum Offendi Veren-

Verentvr] dubitant. Bal.in l.Menius cir.
19 princ.de leg.2. Suorum autem appellatione non continentur transuersales,nisi vsque ad quartum gradum. Bal.in l.petitionem C.de aduoc. diuers.iud. Quid in vxore, marito, procuratore,iudice,& colono. Bal.in l.prohibitum nu.8.de iure fisci. [Inivste] contra ius litigatoris. Spec. in tit. de execut. sent.§.2.post nu.5. [Verum] sed. Arch.in c.fin.cir.princ. 28.dist. [Si Occasione] quæ causam etiam remotam significat.Pau. de Cast.in cons.333.col.2. post princ.2.vol. [Adivtoriorvm Nostrorvm] de quibus in const.quam plurimm. [In Articvlis] seu capitulis. Abb. in c.cæterum 2.not. de iuram.calum.sicut in multis iuris articulis. l.in multis de sta.hom.l.2.§.quintus de vet. iure enucl. [Nostris, Et Praedecessorvm Constitvtionibvs Comprehensis] & enumeratis. in d.const.quamplurimi, & Comitibus. [Avt Antiqvis Consve-
20 tvdinibvs] quæ illicita faciunt licita. Cassa.in consuet.Burgun.rub.4.§.23. ibi, & quinesón. num.6. habent vim tituli,& sufficiunt ad inducendam obligationem.Abb.in c.fin.nu.7.& 8.de cau.poss.& propr. [Vel] idest. Bald.in l.vbi pactum nu.2.circa med. C.de transact. [Ex Aliis Cavsis] similibus,quia alius facit positionem eiusdē qualitatis. Abb.in c.Sedes Apostolica nu.13.de rescrip. [Ex Qvibvs Vassalli Dominis Svis] ratione iuris quod habent. Abb.c.3. in 3.not.de prob. [Aliqvid] quod moderationem quandam denotat. idem Abb. in c.relatū,lo secondo,nu.8.post med. de testa. [Dare] idest soluere.gl.in l.si alieni.in ver. dedisset de solutio.alibi dupliciter capitur. Bal.in l.manumissiones nu.4. de iust.& iure in l.scire debemus §.si à iure de verb.oblig. [Vel] et, glo.fin. in l.cum pater §.pen. de leg.2. [Facere Tenentvr De Ivre] ex iuris necessitate. Bald.in fim.in l.1. §.idem Labeo. de aqua plu.arcen. [Vel De Consvetvdinibvs Praedictis] antiquis, vt
27 Vnde Lombardi appellant Vicecomitem, cui dominus tempotalis committit executionẽ iurisdictionis suę in aliquibus castris. Spec. in tit. de Vicecomite. & dicitur tunc illius iurisdictioni reuerentiã repręsentare. l.1.in fi.C.de off.vic. & dicitur vicarius vicem eius gerens. Aut.de But.c.1.in princ.de off.Archid.simpliciter autem committendo vices suas,totam causam cõmisisse videtur, & postquam cœpit non potest amplius reuocari, secus in legato. Spec. in tit.de iudice deleg.§.sequitur,lo secũdo,nu.13.in fi.& 14. ita vicepræses prouinciam administrat.l.1. C.de off.eius,qui vicem alte.gerit. quamuis aliud sit esse propriè,& aliud loco eius. Bal.

28 l.iusiurandum ff.de iureiur. Vnde Imperator non potest dici simpliciter vicarius Papæ, cum vicarius possit reuocari ad libitum. Abb.c.licet post nu.2.de foro comp.

29 Vltimo nota, quòd existens in vno loco, alibi personaliter interesse non potest. Bal. l.seruum §. publice nu.2. in fi. ff.de procur. nam non entia non sunt in loco. Bal.l.si mora cir.fin.sol.mat.vt cum vni iudicio adfuerit,alteri subtrahi necesse est.l.fi.C.de assess. & domest.Incorporalia sunt in loco,substantijs spiritualibus cõueniente, & locus cedit eis in pœnam,vel in præmium.D.Th.3.par. de Sacram.q.100.alias 69.art.1.& 3.de Saluatore q.52.art.2.vbi Caiet. Possunt autem duo corpora gloriosa, vel vnum gloriosum, & aliud non simul esse miraculosè in eodem loco,& potest ad nutum diuina virtute contingere, quod sit in alio corpore, & in alio loco. D.Th.3.par.de Sacra.q.114.alias 83.

30 art.2.& 3.4.& 6.Ita animæ possunt exire ad tempus à Paradiso,vel Inferno. D.Th.præd. ea.par.q.100.alias 69.art.3.cum ibi not. & vbicunque sunt, pœnis cruciantur Inferni, nec gloria electorum minuitur, idẽ vbi sup. q.101.alias 70.art.3.in fi. Verum frequenter dæmones simulant se esse animas mortuorum,ad confirmandum errorem Gentilium, qui hoc credebant.idem D.Th.1.par.q.117. art.4.in fi. Alias non potest quis esse in pluribus collegijs, nec plures militias, & plus quàm vnius nomen ordinis affectare,nec dignitatem coniungere dignitati. Spec.in tit. de dispensatione §.10.nu.6.post med. Item verba statutorum intelligi debẽt prout vulgo exponuntur, etiam quod sæpe imperitorum vulgus vti nesciat competenti sermone. Bal.in l.omnes populi nu.25.circa med. de iust.& iure.

De defensis impositis, & contemptis,& de pœna contendentium.

SVMMARIVM.

1 *Contendere à contemptu dicitur, quia sine causa fit.*

2 *Pœnis coercetur, qui præmijs induci non potest.*



DIxit Imperator quis possit imponere defensas, nũc dicit quis possit impositas,& contemptas punire. Iser.hic in princ.& dicitur

1 contendere à contemptu, quia sine causa fit contra leges. Arch.in c.si quis 2.quæst.7. & pœnis coer-

coercetur, qui per præmia non poteſt induci ad iuris obſeruantiam. Zab. in clem.fin. in princ. 3.not.de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Hominis quatuor ſunt, vita, libertas, ciuitas, & fama.*
2 *Iuriſdictio pro tuitione iuris eſt introducta.*
3 *Si quis, comprehendit fœmininum, quia lex non excludit ſexum, nec ætatem.*
4 *Violentia expulſiua in immobilibus, & ablatiua in mobilibus.*
5 *Teſtes plus, quàm duo in multis caſibus requiruntur, & duo non ſufficiunt.*
6 *Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.*
7 *Suſpicio, præſumptio, opinio, ſignum, & coniectura quæ ſint.*
8 *Species probationum imperfectè faciunt vnam perfectam.*
9 *Qualitas cum qua aliquid profertur, debet cum illo probari.*
10 *Simpliciter, dicitur, & multis modis capitur.*
11 *Si verò, eſt aduerſatiua, non ponit caſum diuerſum, ſed continuat.*
12 *Repulſa reſpicit defenſionem, & quando petitur. num. 15. & 16.*
13 *Teſtium depoſitiones atteſtationes vocantur. num. 18.*
14 *Stari, dicitur pluribus modis.*
17 *Pactum quodlibet eſt contractus.*
19 *Teſtis ſi dicat aliter dixiſſe, quàm reperiatur ſcriptum, cui magis, ſibi, an notario credatur.*
20 *Ius, facultas, dominium, & pro iuris effectu capitur.*
21 *Mandatum Imperatoris lex eſt, & eius contemptor punitur.*
22 *Lex quando nouatur receditur à iure communi, & remanet quandoque, ſublato iure communi.*
23 *Pœna corporales triplices ſunt.*
24 *Beatitudo, & beatus quis, & à quo appellatur.*
25 *Iudæos ſolent priuilegiare, propter lucrum, ſed non contra Fidem.*
26 *Dolus eſt ſimulatio quædam, vel diſſimulatio in præiudiciū alterius.*
27 *Pœnā pecuniariā nullus pertimeſcit.*
28 *Pœnam legis inferior remittere non poteſt, ſuperior ſic.*
29 *Pœna legalis, & alia conuentionalis, & quomodo conſiderentur.*
30 *Pœnæ diuerſæ ſi imponuntur à diuerſis legibus, vna non tollit aliam.*
31 *Iudæi quæ poſſunt, & quæ non inter Chriſtianos.*
32 *Delicta maiorum non debent celari, & quando pro ſeruitijs aliorum.*



1 SI QVIS] quatuor conſiderantur in homine, vita, libertas, ciuitas, & fama. Bal. in l.ingenuum 1.rep. nu.2.& 6.in ff.de ſta.hom.
2 pro tuitione iuris iuriſdictio eſt introducta. Bald. l.imperium nu.13.2.rep.de iuriſd.omn.iud. quæ ſine aliqua coercione parum, aut nihil valet. Abb.c.paſtoralis nu.3.in fi. c.literis 2.not. de offic. deleg. & licet cum potentes opprimunt minus potẽtes, poſſit iudex procedere ex officio. Affl.hic nu.15.circa med. & per officium iudicis poſſi: peti, vim tolli. Bal. in l.quibus diebus in fi.princ. de cond. & demonſt. tamen quia vexatio præbet intellectum, inf.in conſt.humanitate cir.fin.& facit ſapientem, quem culpa oſtendit inſipientem. Luc.l.1.col.2.in princ.de numerarijs. cum interſit hominis hominem beneficio affici. l.ſeruus ea lege ff.de ſer.exporta. Imperator per hanc conſt. imponit pœnam defenſarum contrauenientibus, qui licet prima facie videatur iniuſta, propter commodū quod ex ea percepit, ſi attendimus principale propoſitum, quod attendi debet Imperatoris propoſitum fuit arcere potentes, vt per impoſitionem pœnarum vim non faciant impotentibus. Affl.hic nu.51.& mandauit quod iudex pœnas à lege ſtatutas exigere non differat. Luc.l.1.col.8. cir.med.de deſtori. vt latè in tex.qui diuiditur. & ſum.
3 vt per Affl. & dicit [SI QVIS] quod eſt generis maſculini, & comprehendit fœmininum. Abb.c.1.nu.3.in princ.& fi.de Bapt.& eius effe. non econtra.l.ſi ita ſcriptum, vbi Bal.de leg.2. tamen quia lex diuina non excludit ſexum, nec ætatem. Abb. c.maiores in princ.num.3.cir.med. d.tit.de Baptiſmo. ideo ſi quis maſculus, ſiue fœmina. Iſer.hic in princ. [IN POSTERVM] poſt hanc legem. glo.pen. in l.generali, de ſacroſanct.eccleſ. [NOSTRI NOMINIS INVOCATIONE] modo, vt

vt i.f.per Affl.1.not.in prin.[Contempta]
spreta,despecta,pro nihilo ducta. Nizolus in
ver.contendo. [Post] immediatè,non ex
interuallo. l.iurisgentiũ §.vtputa ff.de pact.
[Defensam Ei Impositam] nomine Re-
gio,& nõ aliorum,etiam Summi Pontificis,
nisi vacante regno per obitum Regis.Isern.
& Affl.hic nu.6.7.8. & 20. [Svb Qvacvn-
qve Qvantitate] nam quãtitas pœnæ de
necessitate non est exprimenda. idem Affl.
hic nu.5. [Vel Forma] dummodo fiat sub
nomine Regio. Isern.hic post princ. [Per
Personas Pvblicas, Vel Privatas] vt
in duabus const.præcedẽtibus.Quid in pro-
curatore,tutore,negociorum gestore,& cle-
rico. Iser. Affl.& Gra.hic nu.1.& 5. [In Re-
4 bvs Violentiam] expulsiuam in immobi-
libus,ablatiuam in mobilibus. Pau.de Cast.
l.1.nu.4.C.de his,quæ vi,metusve cau. vltra
quod per ingressum possessionis rei alterius
contrahitur vitium reale,quandoque perso-
nale. Bal.l.si nulla 1.rep.in princ.C.de acq.
poss.[Vel]saltem.gl.l.qui proprio §.1.ff.de
procur.alibi exponitur etiam,l.supra §.offi-
cium in ver.vel, de aqua plu.arc. [In Per-
sonis Eorvm] contra personas. Bal.l.doli
exceptio in princ. ff.de nouat. vel damnum
personarum. Abb.in fin.c.nouit nu.3.circa
med.de iudicijs. [Inivrvas] quæ non fiunt
nisi certę personæ. Arch.c.nõ potest,in prin.
23.q.4. [A Qvibvs, Vel Pro Qvibvs]
propter quos. Bal.l.1.post nu.3. C.de act.&
obligat.quorum nomine inf.in const.nullus
campio. [Prohibitio Fverit Indicta]
vt in const.præced.[Per Testes Non Pav-
ciores Tribvs] vnde cum statutus fuerit
terminus, vel certus numerus, etiam quod
vnus deficiat actus vitiatur, ita & de iure
5 canonico sunt plures casus,in quibus certus
numerus requiritur, in isto,& illis si non di-
ceretur,duo sufficerent: verum, secundum
aliquos, non haberet locum,quando delictũ
esset confessatum. Iser.in rub.nu.1.ex quib.
cau.feu.amitt. [Fide Dignos]integræ vi-
tæ,& famæ,vt inf.in const.baiulos,& omnes
iudices. [Et Omni Exceptione Maio-
6 res] in const.instrumẽtorum robur,quibus
nulla exceptio opponi possit. Affl.hic num.
22.cir.med. Abb.c.at si clerici nu.32.de iu-
dicijs.Gra.hic post nu.2.& 5. [Ac] quæ est
copulatiua. Lucas in l.contra publicam,
de re mil. & exponitur idest, glo.in l.decer-
nimus,de sacrosan.eccl. [Aliis] quæ di-
ctio repetit.gl.in l.1.in ver.simpliciter in fi.
de aleæ lusu,& aleato. [Legitimis Argv-
mentis] propositionibus, præsumptioni-
bus, vel testibus cumulatis ad vnam conclu
sionem. Bal.l.ea quidem num.9.C.de accus.
sic dictis,quasi argutè inuẽtis.Abb.rub.post
nu.1.de prob.vel eruditissimis argumentis.
c.fin.in fi.de presb.non bapt. seu alijs argu-
mentis. c.cum in diœcesi,de vsur.de quibus
latè infra in constit. si damna clandestina.
[Probabiliter Commisisse] quia eius
rei est argumentum.l.fin.de public.& quan-
doque obtinet vim,plenè probationis. Ant.
de But.c.2.in 4.not.de cler.pereg.inde dici-
mus argumentum emptionis.l.prædijs §.Ti
tio de leg.3.rei argumentum.l.hæres à debi
tore §.argumentum ff.de fideiusso.ijs argu-
mentis.l.quisquis de leg.3. & argumẽto,vel
probatione cõstat causa.c.forus de verb.sig.
7 inde habemus suspicionem, præsumptionẽ,
opinionẽ, & signũ. Suspicio nihil operatur.
glo.2.l.metũ,vbi Bal.2.rep.in princ.ff.quod
met.cau.& idem est,quod præsumptio. add.
ad Spec.in tit.de notorijs crimi.§.1.in ver.
cohortemus cir.med.præsumptio est demõ-
stratio. Bal.l.filium 1.repet.nu.8.de his,qui
sunt sui,vel alic.iuris.& hæc duplex,iuris,&
alia hominis, vna iuris simpliciter, & alia
iuris,& de iure. Abb.c.is qui de spons. Spec.
in tit.de præsumpt.§.1. Opinio verò quid.
Bal.l.scire leges 1.rep.ff.de leg. Signum au-
tem dicitur similis probatio. Abb.c.sicut si-
moniaca, de simonia. & est æquiuocum ad
multa,nec certũ quid præcisè probat. Abb.
c.fin.de despons.impub.cir.fi. Vltimo conie-
ctura est quidam mentis conceptus, iudicis
auctoritate approbatus. Bald. l.continuus
§.cum ita in fi.de verb.obligat.nihil tamen
operatur præsumptio, cũ veritas in contra-
rium probatur, nã si probatio certa haberi
non potest, recurritur ad præsumptionem.
Bal.d.l.filium 1.rep.nu.7.& 8. Attestationes
factæ ad vnum finem,faciunt præsumptionẽ
ad alium, quoad quid, non quoad totum,
etiam in causa spirituali. Abb.cap.veniens,
nu.12. cir.med.& post nu.16. & c.cũ in tua
8 nu.2.in fi.de testi. Diuersę species probatio-
num imperfectæ,faciunt vnam perfectã,pu-
ta testes, argumenta,& instrumenta, & duæ
species perfectæ faciũt vnam perfectiorem.
Bal.in add.3.ad Speculat.in fi.tit.de appell.
[Siqvidem] c.inter dilectos de fide instr.
& exponitur quia.glo.l.si me, & Titiũ si cer.
pet. [Cvm Armis Hoc Fecerit] & pro-
9 betur, nam cum aliquid cum aliqua quali-
tate profertur,debet vtrũque probari. Dec.
in cons.13.col.2.& 669.in 3.dubio, nu.13.in
fi.5.vol. Alex.cons.3.col.pen.post prin.172.
nu.5.& 224.nu.3.vol.2. & col.1.post nu.23.
& 24.82.nu.14.& 160.post num.1.volum.3.
[In Tertia Parte Omnivm Bonorvm
Svorvm] inclusis castrensibus,& bonis feu-
dalibus,propter dictionẽ omnium,quę nihil
excludit, nisi essent feuda ex pacto, & pro-
uidentia. Afflict. hic 5.not. num.24. & 25.
[Pvnia-

[PVNITATVR] cum ſit peccatum ſuperbiæ nõ
ſubdi ſuperiori in eo quod debet. D.Thom.
1.par.q.63.art.2.vbi Caiet. vt ſic cęteri me-
tum habeant. Abb.c.1.in vlt.not.de exceſs.
præl. [LICET EX PARTE NOSTRA] pro no-
ſtra parte. Nizol.in ver.pars cir.fi. [NVLLA
10 ETIAM QVANTITATE ADIECTA] ſed [SIM-
PLICITER] l.ſi pupilli §.ſed ſi quis ita ff.de
neg.geſt.l.ſi quis pecuniam ſi quis omi.cau.
teſta.ideſt generaliter.glo.l.1.in ver.ſimpli-
citer, de aleæ luſu,& aleato. vel verbis ſim-
plicibus,l.de pupillo in ver.rata habetur,de
noui operis nunc. ſeu purè.l.1.§.ſi quis ſim-
pliciter in gl.1.de ver.oblig. ſine diſtinctio-
ne, vel aliqua replicatione. Bal.l.cori ff.pro
ſocio.ſine indagine, vel compoſitione, in l.1.
circa princ.de confirm.tuto. & l.1.in princ.
C.de ædilit.act. [DEFENSA IMPONATVR]
11 modo qui ſup. [SI VERO] quæ eſt aduerſa-
tiua, non ponit caſum diuerſum, ſed conti-
nuat. Iſer.qui ſucce.tenea. lo primo, nu.10.
circa fin. [SINE ARMIS] quia vim facit qui
clauſa ianua non permittit degentẽ intra-
re quo vult. Lucas in l.1. in fi. de coarcta.
[IN QVARTA BONORVM PRAEDICTORVM
PARTE OMNINO] quæ præciſam habet ſi-
gnificationem. Abb. c.cum cauſam in add.
poſt nu.6.de elect.& excludit, ſicut nullo mo
do. idem Abb.c.qualiter,& quando,nu.4.de
iudic. c.qualiter,& quando,nu.18.de accuſ.
[CONTEMPTOREM DAMNANDVM ESSE SAN-
CIMVS] cum ſit lex Imperialis,& pœnalis in
hoc regno. Affl.hic nu.43. in fi. [DE] quæ
dictio ſignificat cauſam immediaram. Bald.
l.non dubium nu.2.cir.fin. ff.de legi. [QVI-
BVS OMNIBVS] & eorum ſingulis. infra in
conſtit. eum vniuerſis, & ſingulis. [CAME-
RARIOS, ET BAIVLOS LOCORVM] qui per
quorumlibet præſidatum regiones amodo
ſtatuentur, infra in conſtit.Magiſtri Came-
rarij. [CVM IPSI DEFENSAS INDICVNT]
denunciant, promulgant. Nizolus in ver.in
dico pro defenſa nomine Regio impoſita
& contempta, ſequuta ſententia. [IN BO
NIS TANTVM] quia certa ſumma exprimi-
tur. Paulus de Caſtro conſ. 165. poſt princ.
volum.1. [MOBILIBVS SEXAGESIMAM LV-
CRARI] etiam quod ſit cũ damno alterius.
l.iure ſuccurſum eſt, de iure dot. [CENSE-
MVS] ſtatuimus, decernimus. Nizolus in
ver. cenſeo. & ſic lucrum reportabunt ter-
tiæ, vel quartæ partis bonorum fiſcum tan-
gentium. Iſer.& Affl.hic 7.not. [RELIQVIS
PARTIBVS] debitorum retentorum. l.qui li-
bertatis §.fin. in ver. in reliquis ff.de euict.
inde reliquatio ipſa retentio reliquorum.
l.cum ſeruus in ver. reliqua de cond. & de-
monſtrat. [PRAEDICTORVM MOBILIVM,
ET IMMOBILIVM] ſpernentis defenſam, vt
ſupra. [NOSTRO AERARIO] Cameræ fiſca-
li, vel archæ Regiæ, vbi pecunia fiſcalis re-
ponitur. Affl.hic 8.not. [APPLICANDIS]
conferendis, vel adiungẽdis. Nizolus in ver.
applico. [ILLVD ETIAM APERTISSIME]
apertiſſima conſtitutione, inf.in conſt.edi-
ctorum ordinem. [DIFFINIMVS] pro regula
aſſignando. l. ſuus quoque in ver. diffiniri,
ff.de hæred.inſt. [VT] ideſt.Io.And.in c.ac-
cuſatus in princ.de hæret.in vj. [SI QVAN-
DO] opus fuerit. Nizolus in ver.ſi quando.
[TRES TESTES, AVT PLVRES] cũ pauciores
tribus eſſe nõ poſſint, vt ſup. [AD PROBAN-
DVM DEFENSAM IMPOSITAM, ET CONTEM-
PTAM, FVERINT AB IMPONENTE PRODV-
CTI] præſentati, vt inf.in conſt.in pecunia-
rijs, parte inuita, clem.2.in ver.producere,
de teſti. [CONTRA] perſonas, & [IPSORVM
12 DICTA] repulſa admittitur, quæ concernit
defenſionem. Affl.hic 10.not.nu.36.& defen
ſiones non poſſunt tolli etiam per Papam,
vel Imperatorem, niſi in reperto in fragãti.
Bal.l.vt vim nu.2.de iuſt.& iure, quam dum
petit fatetur quodammodo plenè, vel ſaltẽ
ſemiplenè eſſe probatum contra ſe, vnde il-
lius probationis petit reprobationem, re-
tractationem, ſiue irritationem. Gra.in c.
regni ab illo inchoandum, nu.11. [VIDE-
LICET] quæ declarat, quandoque reſtrin-
git, ſicut dictio ideſt. Bart.l.1.ad leg.Aquil.
[QVOD RES ALITER SE HABEAT PER
TESTES CONTRARIOS] diuerſas profeſſio-
nes proferentes. l.cum de ætate ff.de proba.
[PROBARI NON POSSIT] quia dictum teſtis
non citati reprobatur. Bal.l.Lucius 1.repe.
nu.3.de his, qui not.infa. [NAM] quia. glo.
§.ſed ex ijs in ver. nam, inſt.de actilia.tuto.
[SI TESTES PER QVOS DEFENSA IMPOSI-
TA] per eũ qui eſt ſub protectione Principis,
& eius inuocationem. Affl.hic nu.10. in fi.
[ET CONTEMPTA PROBATVR] iudici, cui eſt
facienda probatio, & fides. Abb.cap.3.poſt
princ.de prob. [ERVNT PROBATAE FIDEI,
ET OPINIONIS BONAE] electæ opinionis.
l.4.de epiſ.aud. [ET TVNC PROMPTVM EST]
in promptu eſt. Nizolus in ver.promptus,
13 [IPSORVM TESTIMONIO] depoſitioni, quæ
atteſtatio appellaẽ. Abb.in rub.in fi.de teſt.
& atteſt.& atteſtationes teſtiũ dicta, not.in
14 clem.2.de teſti. [STARI] quod verbum licet
cõiter ponaẽ ad differentiam eius qui ſedet,
hic ponitur pro fide adhibenda, quaſi non ſit
vltra quærendũ, ſed eis ſtandum. Abb.c.poſt
ceſſionem, nu.1.de prob.ſic pacto ſtari opor
tet.l.ſi pater in fi.& l.ſi mulier ff.de pact.do-
ta.& demonſtrat actũ ſucceſſiuũ, non inſtan
taneũ, vt in eo qui promiſit ſtare inſtrumen-
to.Bal.l.eleganter §.ſi quis col.fin.cir.med.
de cond. indeb. [DEBERE] quod neceſſi-

tatem importat, c. proposuit in gl. de appell.
nam propter qualitatem prædictã, in multis
receditur à regulis iuris communis. Affl. hic
nu. 23. [AVT] disiunctiue, & continet vtrun-
que. gl. l. 1, in ver. aut, de his, qui insidiãdo, &
subito surgẽdo in Longob. [PARS] accusata
15 [CONTRA IPSORVM] testium [PERSONAS
EXCIPERE POSSE CONFIDIT] nam etiã in
iudicio summario admittit reprobatio te-
stiũ quoad personas. Affl. decis. 60. in fi. Gra.
in prag. dispẽdia litium nu. 4. & in prag. Re-
ginæ Ioãnæ, sane pro parte, nu. 8. vltra quod
iudex de per se nullo excipiente debet indi-
gnos à iudicio repellere. Iuc. c. intimauit de
test. [QVO CASV] ita eo casu [PARTI OBIE-
CTIONES CONTRA PERSONAS DICTORVM
TESTIVM NON NEGAMVS] cõcedimus, sicut
non inficiatur, idest fatetur. Bal. l. 3. in princ.
quando fiscus, vel priua. nã geminata nega-
16 tio affirmat. Luc. l. 2. de his qui non impl. sti-
pen. infra quatuor dies post publicationẽ, &
ante conclusionem, vt in prag. in primis, cir.
med. de modo procedẽdi, & de process. cau.
Gra. in ritu 51. in add. & 56. cum obijci, &
probari oporteat ante sententiã, nisi steris-
set per iudicẽ. gl. c. cum I, & A, in ver. iura-
mẽta, de sent. & re iud. & si pars obijcit te-
sti, nõ potest testis parti, quid in aduersario.
Spec. in tit. de teste §. 1. nu. 26. [DEFENSIO-
NES REI IVDICATAE] videlicet, quod alias
fuit accusatus, & absolutus. Affl. hic col. 1.
ibi septimum. [PACTI CONVENTI] l. fi. ff. de
ser. export. l. pacta conuenta ff. de contrah.
emp. l. greges, & in superficiarijs, & l. fi. ff. de
pign. l. soluitur ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol.
l. in exceptionibus ff. de proba. l. cũ dos ff. de
pact. dot. & l. pen. §. mancipia sol. mat. vide-
licet; quod in instrumẽto debiti fuit factum
pactũ, quod si non solueret, liceret creditori
propria auctoritate ingredi fundum debi-
17 toris. l. creditores C. de pign. Affl. hic col. 1.
in fi. nam quodlibet pactum est contractus.
Bal. l. quid ergo §. contrarium cir. fi. de con-
tra. tutelæ act. & sic pacti conuentione: l. in
ijs §. Imperator de solu. [ET SIMILES] puta
ex capite inimicitiæ, quæ vbi alias propter
immanitatem criminis læsæ Maiestatis, vel
vitij nefandi non admitteretur, in hoc casu
sic, sicut ex contrarietate ipsorum. Arno. in
24. com. etiam si inimicus esset præsumptus
ex causa minus cognita, idem in com. 136.
[QVAS NON DIRECTO] per negatiuã coar-
ctatam loco, & tempore. Affl. hic 9. not. post
nu. 32. & probatur per visum, sicut affirma-
tiua. Bart. in l. 1. de cano. fru. vrbis Romæ.
18 [CONTRA DICTA IPSORVM TESTIVM] vel
confessiones testium. l. seruos, vbi Bal. C. ad
leg. Iuliam de vi publ. quæ attestationes di-
cuntur. Speculat. in tit. de teste §. 7. nu. 21.

19 [OPPONVNTVR] puta quod non est scriptũ,
prout dixerunt, tunc si facta publicatione, si
testis dicit aliter dixisse, quàm reperiatur
scriptum, an credatur magis sibi quã nota-
rio. Abb. c. ad audientiã 5. not. nu. 6. & 7. de
præscrip. Spec. in tit. de instr. edit. §. 8. nu. 10.
& 12. tangit Bal. l. 1. §. 1. cir. med. ff. de tute-
lis. in l. 1. in fi. quemad. test. aper. Alex. cons.
70. post nu. 2. 1. vol. & 74. nu. 4. & 120. eo. vol.
& 65. 2. volum. vide Cap. in decis. 61. Gra. in
decis. 60. & licet magis credatur notario,
quàm testibus, c. ad audiẽtiam de præscrip.
gl. 2. in l. illicitas §. 1. ff. de off. præsid. tamen
dic quod aut omnes testes contradicunt, &
notarius est suspectus, & causa est ciuilis,
magis creditur testibus, aut est causa crimi-
nalis, & tractatur de puniẽdo scriba vti fal-
sario, & neutri creditur. Capyc. in decis. 94.
verum testes etiã singulares si notarius est
suspectus, similia agere probant, si sunt inte-
græ famæ, & quia aliter probari non potest.
Bal. cons. 281. 2. vol. 380. nu. 8. 3. vol. & 385.
vol. 5. vnde in notario præsumitur error, &
non dolus, nisi ex alijs præsumptionibus ap-
pareat de falsitate. Ber. in addit. ad Ang. de
malef. in ver. falsario cir. prin. char. 112. cir.
princ. & testes an debeant torqueri. Bald. in
cons. 55. 1. vol. vel opponitur quod testes nõ
dixerunt per extensum, siue nõ redderũt cau
sam sui dicti. Spec. in d. tit. de teste nu. 22. seu
[QVOD] quia. gl. l. 4. §. Cato in ver. quod, de
verb. oblig. [FALSVM VIDELICET DEPO-
SVISSE DICATVR] quod verbum in statutis
quando respicit processum, & instãtiam ex-
ponitur, allegetur. l. cum dos ff. de pact. dot.
dum concernit cõmodi consecutionem, de-
bet subintelligi allegetur, & probetur. Bal.
l. 1. in 1. repet. num. 1. in fi. ff. de dolo malo.
[PARTI QVAS IPSAS OBIECERAT RESER-
VAMVS] & sic reseruando declarat animum,
quod auferre noluit. Pau. de Cast. in cõs. 312.
post nu. 4. 1. vol. In ista tamen materia non
admittitur defensio falsitatis contra dicta
testiũ. Affl. hic nu. 2. in fi. sed exceptio contra
personas dicitur tangere negocium princi-
pale, si nõ principaliter saltẽ per obliquum.
Abb. c. cum I, & A, nu. 18. de sent. & re iud.
licet in causa principali nõ admittantur ar-
ticuli repulsatorij, nisi renũcietur futuræ re-
pulsæ, vel sit ex causa inimicitiæ. Gra. in ritu
Mag. Curiæ 4. [VT TAMEN QVAESTIONES]
exceptiones, siue causæ. Luc. l. vni. col. 1. in fi.
& 2. in princ. de condu. & procu. [IPSARVM
PERSONARVM] supple non relaxent per offi-
ciales, vel priuatas personas qui defensas im
posuerũt. [QVARVM IMPOSITIONI SI CON-
20 TRA FACTVM FVERIT IVS] .i. facultas. add.
ad Bal. in l. cũ notissimi in princ. ibi, sed ne-
scio, de præscrip. 30. vel 40. ann. vel dominiũ,

l.ſupra §.officiũ in ver.vnius de aq.plu.arc. ſecundum vtilitatẽ, vel proprietatem. Bal. l.2.in princ.quemad.teſt.aper. per effectum iuris. l.ſtipulatio iſta habere licere,§.hi qui in ver.ſed ius de verb.oblig. vel obligatio, Bald. l.certi conditio in princ.li cert.petat. [Est Nostrae Cvriae Acqvisitvm Per Imponentes Easdem Privata Conventione Remitti Non Possvnt]quia ſicut ius ſuũ inuiolatẽ vnicuique ſeruamus,ſic defectũ in iure noſtro perpeti nõ poſſumus,inf. in conſt.ſponte in fi. ſed ſi voluerint,debent à curia impetrare.inf.in conſt.accuſatorum temeritatẽ.& ſic qui impoſuit defenſam non poteſt illã remittere. Affl.hic nu.3. & Gra. nu.6.& 7. [Immo]ampliatiuè,non correctiuè.Bal.l.fideiuſſoris 1.rep.in prin.ff.de pact. ampliat quod dixit. Bald. l.ſi poſthumus in prin.de lib.& poſth.& ponitur pro et,gl.in 1. conſt.§.quibus in ver.immo de nouo C.ſac. [Imponentibvs Ipsas Specialiter]expreſsè.glo.2.l.1.de off.eius cui mand.eſt iuriſd. [Inivngimvs, Et Expresse] planè, apertè.Nizol.in ver.expreſsè [Mandamvs]

21 cuius mandatũ lex eſt,& talis mandati contemptor tenetur,Iſer.§.prçterea ſi vaſſallus nu.15.cir.fi.quę ſit pri.cau.benef.amit.[Vt Exactionem]tam ſi fit à volente,quã inuito.Pau.de Caſt.conſ.181.poſt nu.3.182.poſt prin.vol.1. [Magistro Ivstitiario, Et Ivstitiariis Debeant] de rigore. Bald. l.3.cir.prin.C.ex quib.cau.infa.irrog.[Nvnciare] & ſic nunciare eſt neceſſariũ. Abb. in c.fin. poſt nu.2.de his quæ fiũt à præl.ſine cõſen.cap. & importat neceſſitatem ſaltem officio iudicis imponendam. Bal.l.1. 2.rep. col.5.cir.med. de leg.2. licet bonus vir non debeat coactionem iudicis expectare. idem Bal.l.ſed interpellatur 2.rep.in fi.princ.ff.de arbit. alibi debent,exponitur poſſint. gl.l.ſi quis ſeruum §.ſi inter in ver.debet de leg.2. [Praeterea] quæ eſt dictio continuatiua, Cur.in auth.prętèrea vnde vir,& vxor nu.2. [Poenas] quæ à mulcta differunt. Spec.tit. de ſentẽtia.§.2.nu.7.& 8.[Qvas Svper]de. Luc.in rub.de ſuper exact.[Aggressionibvs,Violentiis]tam rerũ,quàm perſonarũ.gl.2.poſt prin.c.1.23.q.1. [Et]pro idest. glo.vlt.l.fin.de relig.& ſum.fun. [Inivriis Per Leges Veteres] l.quã multa, & ſeq. C.ad leg.Iul.de vi publ. [Vel Constitvtiones Divorvm Parentvm Nostrorvm Indvctae Noscvntvr]& ſic ſufficit habere verborũ mentem,& ſi verba formalia nõ habentur. Ant.de But.c.cõſuluit in fi.de ſer. non ord. [Ac] pro etiam. gl.1.l.Meuius de leg.2. [Svpradicta Praecedente Defensa]modo,& forma vt ſup.[Commissa] facta.Nizol.in ver.cõmiſſum[Probantvr]

plenè per teſtes,de quibus ſupra,vltra quod appellatione probationis venit plena.Prçp. c.1.cir.prin.ſi de inueſt.inter dom.& vaſſ.lis oriat. [Per Poenas Praesenti Constitvtione Statvtas]atque decretas.Nizol. in ver.ſtatuo. [In Postervm] ſup.in conſt. pacis cultũ. [Volvmvs]quod eſt noui iuris promulgatiuum. Zab.clem.vni.nu.1.de off.

22 vic. [Esse Novatas] & ſic facta eſt legis nouatio,& receſſum à lege cõi. Bal.l.ea quæ nu.5.in fi.de cond.indeb. alias ſi eſſet diſpoſitiua,non imitatiua, ſublato iure communi remaneret iſta. in l.3.cir.med. quæ ſint lõga conſue.& in ſe transfert quaſi prioris nouatio .l.obligationũ fere in fi.de act. & oblig. vnde per pœnã impoſitam à capitulis regni an cenſeat ſublata pęna impoſita à iure cõi. Io.Ant.de Nig.in prælud.cap.reg.vbi etiam quid ſi imponant diuerſæ pęnæ,nu.47.& 48. [Vt Eis Svblatis] de medio, c.magnæ in fi.de voto,& voti redem. [Poena Tantvm] tantummodo, ſolum. Nizol. in ver.tantum. [Ex Defensa] impoſita, & contempta, vt ſupra. [Petatvr].i.repetatur.Azo.in ſum. ſol.mat.quemad.dos pet.& ſic per iſtã conſt. imponendo pœnã ſpretæ defenſæ,innouãtur omnia iura,& conſtitutiones punientes violentiam commiſſam cum armis,vel ſine armis,ſi eſt proceſſum ad percuſsionẽ, vel homicidium.Affl.hic poſt nu.3.ibi nonũ,& lex Cornelia de ſicarijs corrigitur. Gra.ſup. in conſt.ſi quis aliquem in princ. [Excepto] l.ſiue de duob.reis. & exponitur præter. l.ſi rem §.ſi duo,vbi Bal.cir.med.ff.de nouatio. nec eſt propriè exceptio, ſed alterius caſus determinatio. Bald. l.cui rectè eo.tit.de nouat. [Si Aliqvis Cvm Armis Percvsserit, Vel Occiderit, Qvas Poenas Vtpote]c.per tuas de ſent.excom.tanquã. Bal.l.fin.cir.princ.C.de reb.cred.& iureiur.

23 [Corporales] quæ triplices ſunt. Bald. l. quid ergo §.pœna grauior 1.rep. cir.princ. de his qui not.infa.l.ſeruũ §.publice col.fin. cir.med.ff.de proc.[Praemissa Beatitv-

24 dinis Nostrae]quæ ſecundũ Philoſophũ, imperfecta operatione conſiſtit,& eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, perfectum autem dicitur cui nihil deeſt. D. Th. 3.par.de Sacra.q.112. alias 81.art.4.& dicit ſe beatum Imperator. Affl.hic nu.44. nam finis boni, cum ad eum quiſque peruenit,beatum facit.D.Auguſt.19.de ciuit.Dei c. 2. inde dicitur ad beatitudinem Imperij redundare. l.humanum, C. de legib. & his verbis vtimur cum Papæ ſcribitur, in epiſt. nos reddentes, in princ. de ſumma Trinit. & ſunt in decreto libri Pontificales. Spec. in tit.de elect.§.1.nu.38. poſt med. vel beatum non imprudenter vocamus quem vidi-

mus iustè, & piè cum spe futuræ immortalitatis hanc vitam ducere. D. August. 11. de ciuit. Dei c. 12. [Constitvtione] terminum vitæ. [Sancitas] cum pœna, vt ibi. [Non Volvmvs Minorari] sed vltra pœnam spretæ defensæ puniatur pœna homicidij. Affl. hic 14. not. nu. 41. [Sed] illa remanente. [Pro] idest propter. Lucas l. fin. col. 5. circa med. de bonis vac. [Defensae Impositae In Tertia, Vel Qvarta Bonorvm, Provt] quæ dictio tempus, & qualitatem significat. glo. l. edita C. de edendo. [Svperivs Est Expressvm Avgeri] & sic si pro vno facto à diuersis legibus diuersæ pœnæ imponuntur, an omnes habeant locum, vel vna impediat aliam. gl. hic in ver. in posterum, & Affl. nu. 59. circa med. & 60. [Ivdaeis, Et Sarracenis] Iudæi autem qui sint, & qui Sarraceni, & vnde. Abb. in rub. & Spec. in tit. eod. de Iudæis, num. 6. [Etiam Et Pro Eis, Et Aliis Officialibvs Nostris, Scilicet] quæ est limitatiua orationis indefinitæ. Aret. in l. iusiurandum nu. 10. de iureiur. [In Praescriptis] l. dictis. gl. l. leges, la vltima, in ver. præscripto. C. de legibus. [Casibvs Imponendi Defensas Concedimvs Facvltatem] potestatem. Abb. c. quod clericis, nu. 42. cir. fin. de foro comp. [Qvos Non Propterea Qvod Sarraceni, Vel Ivdaei Svnt] propter ea, ideo, quia. Nizolus in ver. propterea, secus in hæreticis. Bal. in sim. in aut. res quæ nu. 24. com. deleg. [Arctari Volvmvs Innocentes] vltra quod consueuerũt Principes propter magnum lucrũ, quod consequuntur à Iudęis in eorũ terris degentibus priuilegia concedere, sed non circa ea, quæ tenderẽt in opprobrium Fidei, clem. 1. in ver. Principum de test. cum alias Iudæos Christianis subiacere oportet, & ab eis sola humanitate foueri. c. Iudæi eo. tit. de testib. [Praenominatas Etiam Tertiam, Et Qvartam Partem Per Magistros Ivstitiarios, Et Ivstitiarivm Nostrvm Sic] prout. l. cum quidam in ver. cum sic de leg. 2. [Instanter] clem. 2. de appell. & ꝙ instanter oritur per se, non recipit tẽporum diuisionem nisi in intellectu. Bal. l. Aemilius 2. rep. post prin. ff. de mino. [Volvmvs] quod importat ius nouum. Abb. c. fin. nu. 4. qui fil.
26 sint leg. [Absqve Alicvivs Dissimvlationis Vitio] nã dolus est simulatio quædã, vel dissimulatio in præiudicium alterius tendens. Bald. l. 1. §. dolum in princ. de dolo malo. [Profligari] idest perdi. Affl. hic 18. not. nu. 50. vel proferri. i. iudici produci. Bal. l. fi. cir. prin. C. si cer. pet. [Et] pro etiã. gl. l. clemẽs in ver. et, de hęre. inst. [Eisdem] Iustitiario, & magistris Iustitiarijs [Ab Imponentibvs Nvnciari] nisi ipsi idem pati velint, quod alijs dissimulãdo concesserint. l. fin. ne sanct. Bapt. iter. [Qvod Si Ipsos In Exigendis Eisdem, Avt] pro et, gl. l. pen. in ver. aut, si cer. pet. vel etiam, gl. l. si mutus ff. de testa. [Imponentes In Denvnciandis] per se, vel alios. quid sit denunciare, & denunciationis triplicem formam. Spec. in tit. de denũciatione §. 1. 2. & 3. vbi Bal. in fi. [Invenerimvs Desides] desidiæ deditos. l. cũ de indebito de prob. [Avt Remissos] demissos, & lenes in petẽdo. Nizol. in ver. remissus. [Qvidqvid] quæ dictio de iure restringit. Bal. l. 1. in 2. rep. post nu. 2. de his qui sunt sui, vel alie. iur. [Aliqvibvs Gratiose] ex quo qui dimittit pœnã donare videt. Bal. l. 3. in princ. 4. not. de leg. 3. [Dimiserit] quia nõ accipere est facti. gl. l. sed & si. in ver. actoris de cõst. pec. [De Bonis Ipsorvm Procvldvbio Exigemvs] sicut in exactore collectarũ, & tributi, quando illud remittit. l. omnes, la prima, de exact. trib. Bal. in l. 1. nu. 3. cir. med. de ann. & trib. & fit exactio summariè, & sine figura iudicij tã si per officiales, vel priuatos fuerint impositæ. Gra. in c. reg. ab olim. vt sic exactorũ illicita auaritia puniatur. l. illicitas §. fi. de off. præs. [Officiales Enim Qvi Scelera Perpetrata Non Vindicant] velamine societates occulte. inf. in cõst. Magistri Camerarij. [Tegere, Avt Conscii Criminosa Festinant] simi. in l. 1. de Paganis. & sic si rectores prouinciarum, & officiales locorũ talia nõ vindicauerint, ad illam pęnã tenentur. Io. And. ad Spec. in rub. de Iudæis, & Sarrace. Ita in pęnis imponendis, & in procedendo iudex non debet esse negligens, vel remissus, alias punitur. Bal. l. seruos in fi. C. ad leg. Iul. de vi, & c. reg. 9. vbi Io. Ant. de Nig.

27 Sed videtur, ꝙ per impositionem pęnæ pecuniarię nullã pęnam pertimescat, cum speret eam nũmis redimere. Abb. c. 3. post nu. 5. de pęnis. nã pellem pro pelle, & cuncta quæ habet dabit homo pro anima sua. Iob 2. & facilitas venię incentiuũ tribuit delinquẽti, c. est inuita, in fi. 23. q. 4. etiã quia pęnæ fiunt lucrum iudicibus, propter eorum sententiam, & commoda condemnationum, quæ ad eos pertiuent, qui illos condemnant. Bal. l. fin. nu. 6. in princ. C. de fruct. & lit. expen.

Dic, ꝙ hic pęna est definita, & quando statutum definit, receditur à iure cõi. Bal. cons.
28 433. nu. 1. 2. vol. Istam à iure impositam non potest etiam superior pro libito dimittere, immo punitur si negligit. Abb. c. quia plerique, vlt. not. de immu. eccl. intellige in inferiore, secus in supremo. D. Th. 2. 2. q. 67. ar. 4. & licet puniat pœna pecuniaria, est ratione contemptus, & vltra quod in alijs casibus

sit

sit in arbitrio iudicis quantum exigat. Luc. l.si ad magistratum col.2.cir.fi. de decurio. hic statuitur certa pena, nec debemus requi rere plura, quia lex. Bal.l.si alienum §.1.cir. princ. de hæred.inst. & applicatur domino, quia est fructus iurisdictionis. Bart.l.fin. sol.matr.

29 Nota, quòd pœna duplex, legalis, & alia conuentionalis, in legali principale factum habet iuris effectũ, in conuentionali conside ratur effectus. Bal.l.2.nu.2.cir.med.de epis. aud. Principale in ista materia est protectio sub nomine Regio, habet iuris effectum, & quidquid accedit est pœna, sed non rei persecutio.l.seruus ea lege ff.de ser.export. istã an imponit iudex ecclesiasticus, & de imposita quid fiet, quid de alio iudice, & si non est imposita, quã imponit. Abb.c.3.nu.4.de pœnis. & vbi eius fit mentio, & non declaratur ad quẽ pertinet, in dubio pertinet ad fiscum, sicut quando publicant bona, fisco applicantur, & non baroni. Affl. quæ sint rega. in ver. pœnarum in princ. hic datur sexagesima imponenti, & reliquũ ærario Regio applicatur. alibi ius potest distingui per pactũ, & per pactũ certa persona exemi à prouisione iuris. Bal.l.1.2.rep.post med.de dolo malo. In isto casu nõ possunt imponentes priuata concessione remittere, quia probauerunt, secus si non potuerunt probare, & re integra destiterunt. Bal.§.porro, post nu.10. quę sit pri.cau. benef.amit. sed officiales postquam facta est accusatio, siue denunciatio, procedunt, siue pœniteat, siue non, & quando esset aliquid obuenturum curiæ non admittitur, nisi iuret, & si iurauit, & paciscitur cum parte, punitur de periurio. in cap.reg.ad audientiam nostram, vbi Gra.

30 Secundo nota, quod diuersæ pęnæ possunt imponi à diuersis legibus, & vna non tollitur per aliam. Aluar.§.iniuria col.pen. cir. fin.de pace iuram.firma.vel dist.vt in l.quid ergo §.pœna grauior, vbi gl.& Bar.nu.3.de his, qui not.infa. Affl.hic nu.60.

31 Tertio nota, quod Iudæi, & alij infideles habent nobiscum cõmunionem, quam non habent excommunicati.Gra.hic nu.7.circa med.& possunt habere dominia inter Christianos. Abb.c.de terris. 1.not.de decimis. In Italia vtunt eorum priuilegijs, & statutis prout eis placet. Alex.cons.133.post nu.15. 6.vol.cõs.13.nu.13.& 23.& 130.nu.4. vol.7. Bal.cons.433.nu.7.vol.3.Iacob.tract.feu.in ver.dux, vlt.quæst. ideo pro eis, & cõtra eos imponi possunt defensæ, nam non licet Christianis bona eorum inuadere. l.Christianis. C.de Paganis. & cõstitutiones istæ voluerũt eos sine molestia, per quam cultus violari videretur.l.spadonẽ §.1.de excus.tut. & habent, quæ sunt ciuium Romanorum. l.Iudæi C.de Iudæis. non possunt tamen habere officiũ, & dantes efficiuntur sacrilegi. l.nemini in fi. & seq. 17. q. 4. ita & qui sunt de nouo conuersi, & qui sunt de eorum familia c.constituit. vbi gl.pri.ea.cau.& quæst.nec possũt pro alijs postulare, pro se sic.gl.1.c.nemo de pœn.dist.1.non potest esse Doctor, quia Doctoratus est præeminentia magna. Abb.c.Iudæi in fi.de testib.c.3.de magistris. Affl.hic nu.46.& est dignitas. Dec.cons.161.nu.2.& Iudæi non possunt habere dignitatem. l.fin. d tit.de Iudæis. nec possunt esse aduocati nisi veri Christiani, nec defensores ciuitatis. l.nemo, la seconda, l.iubemus cum auth.seq. & l.archigerontes de episc.aud.non possunt præfici officio publico inter Christianos. Abb.c.cum sit 1.uot. & c.pen.de Iudæis.

32 Vltimo nota, quod clauis iustitię multum errat in hoc, quando delicta maiorum celãtur. Bar.in l.ad splendidiores de diuer.off.& apparit. vnde eadẽ pœna punitur qui prohibita facit, qua punitur is ad cuius curã pertinet ne fiat, si non prohibet. Luc.l.fin.in fi. de exact.& execu.vel non denunciat, vt hic, licet nonnullos toleramus, quos corrigere non possumus. Luc.l.missi in fi.de exact.trib. & delicta maiorum tolerantur, celantur, & minuuntur pro seruitijs eorum. Gra.dec.23. Affl.vlt.quæst.sup.in prælndijs. Quidquid fit actionem domino qualitam, non potest minister eius adimere. Bal.l.qui Romæ §.Calimachus cir.fin. de verb.oblig. & pœnæ non erogatæ, indignatio solam duritiem continet. l.seruus ea lege de ser.exporta. ideo de suo resarciet, vt hic, quia qui non seruat compositionem, recidit in cõdemnationem. Bal. l.tale pactum §. qui prouocauit 2.rep. nu.1.ff.de pact.& præsumitur error in pluri, non in pauciori. idem Bald. l.Sempronius, circa med. de leg.2.

De defensa iniustè imposita.

SVMMARIVM.

1 *Fidantiæ in quibusdam non seruantur, & datæ in causis ciuilibus vltra triginta dies non valent.*



DEFENSAS imponere licet sit licitum, vt sup. non tamen omne quod licet honestum est, reg.non omne, & reg. semper in coniunctionibus, de reg.iuris. & quamuis omnia liceant, non tamen omnia expediunt. Apost. 1. ad

Cor.10. prout nõ expedit si à debitore creditori imponat defensa, vel in alijs casibus, vt infra in tex. vbi Affl.3.not. tunc imposita non debet seruari, sicut fidantiæ, quæ in quibusdam non seruantur, & datæ in causis ciuilibus vltra triginta dies non valent, §. sed neque, auth. de mand. Princ. & ex causa prædicta ponitur sequens textus.

SVMMARIVM.

1 *Vis fit insistendo, & resistendo, & insistentis, & resistentis causa.*
2 *Pœna spretæ auctoritatis magistratus, vtroque iure exigitur.*
3 *Facto refertur, quod ad ius referri non potest. num. 23.*
4 *Veluti, denotat exemplum, est nota similitudinis, & fictionẽ importat.*
5 *Exempla ponuntur non vt ita sit, sed vt ita intelligatur.*
6 *Reuerentia est honor cum pauore exhibitus.*
7 *Appellantes non debent in sua iniquitate tueri quo minus puniãtur.*
8 *Delictum cum delicto non compensatur, nec alterius delicto minuitur.*
9 *Protestationes contra publicam vtilitatem spernuntur.*
10 *Contendens iustè in pœnã non incidit.*
11 *Possessor potest se tueri contra iniustitiam inuasoris.*
12 *Sequestrum fit possessionis, ne contendentes deueniant ad arma.*
13 *Protestationi alterius, vt quis parere teneatur, quæ requirantur.*
14 *Possessionem alterius turbans, ius aduersarij obscurat.*
15 *Iudex si quilibet in possessorio dicit se reum, quid faciet. nu. 16.*
17 *Deiectus contra vim inferentem, quod habebit remedium.*
18 *Causa dominij, & delicti est diuersa.*
19 *Pactum non semper excusat à violentia.*
20 *Leges constringunt hominum vitas, & puniunt.*
21 *Criminum species duæ separatæ, possunt oriri ex eodem facto.*
22 *Ius potest quis habere, actu, & habitu.*

1 EFENSAS] vis fit insistendo, & resistendo. Bal. l. 1. in 2. rep. nu. 4. C. vnde vi. nec est iustior causa insistẽtis, quàm resistentis. Bal. l. fin. nu. 7. circa med. C. de compens. vnde proprietario licitum est insistere, possessori licitum est resistere, & neuter dicitur vim facere, quia proprietarius reuera facit iustè, & possessor se bona fide defendit, & sic vtrique lic̃itum est venire ad arma, & aduersarium viribus superare. Bal. præd. l. 2. in 1. rep. post num. 9. de iure emph. Verum defensio non omni permittitur, sed rectè possidenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, contra vim inferentem. d. l. 1. vbi Bal. 2. repet. nu. 2. in fi. & 3. vnde vi. nam cum possideat, nõ dicitur vim facere, sed vim repellere. Bald. l. si seruus, in princ. C. quod cum eo. & licitum est resistere ad tuitionẽ rei à se possessæ, si pecuniariter interest. Bal. l. prohibitum 2. & 3. not. de iure fisci. Rursus, creditor si virtute pacti ingreditur possessionẽ debitoris. hereditores, C. de pign. & emphyteota. Bal. l. 1. §. nunciatio. post princ. de noui oper. nunc. quia virtute pati, vel ex iuris dispositione possidentibus, quandoq; defensa imponebatur, effrænatas defensas moderare volens Imperator, sicut & testes. c. significauerũt, & seq. de test. mandat, quod imponẽs defensam iniustam, si ei paretur, ea puniatur pœna, qua puniretur, qui iustam spreuisset, si nõ paretur, neuter est in pœna, vt in tex. qui sum. & diuiditur vt per Affl. & dicit [DEFENSAS IMPOSITAS, ET CONTEMPTAS INSTANTER] c. post appellationem 2. quæst. 6. [CONSTITVTIONIBVS NOSTRIS] præcedentibus [PRAESCRIPSIMVS] ante scripsimus. l. præses C. de appell. [EXIGENDAS] sicut pœna
2 iudicialis, quæ committitur propter spretã auctoritatẽ magistratus, de iure canonico, & ciuili permissa, dummodo sit promissa, vel causa cognita inflicta. Bal. l. cũ allegas, post nu. 15. C. de vsuris. [SED] redigendo ad bonum, & æquũ. l. quod si minor §. 1. ff. de mino. [NE] vt non, supra in const. iurisgentium. [EFFRAENATA] sine fræno iustitiæ, sed pro arbitrio volũtatis. Affl. hic in princ. & nu. 2. [LICENTIA] quæ eoipso quod nõ prohibetur, censetur cõcessa. gl. c. pen. de secun. nup. [DEFENSARVM] imponendarum [IN IVRE SVO] quod est de re ad rem, vel extra rem. Bal. l. Meuius §. fin. cir. fi. de leg. 2. [ALICVI FIDELIVM NOSTRORVM] de quibus sup. in
3 const. fideliũ. [POSSIT] de facto, quia quod non potest referri ad ius, refertur ad factum ex qualitate personarũ. Bal. l. stipulatio ista habere licere §. hi qui in fi. de verb. obligat.

[DAM-

[DAMNVM] quod à iactura differt. Io. Aud.
in c. quia nu. 5. & 6. de elect. in vj. [AFFERRE
STATVIMVS] quod ius nouum inducit. Abb.
c. finē post prin. de dolo, & contu. [SI QVIS]
quod personā significat, quæ ex nomine spe-
ctatur, & qualitate. D. August. 1. Rhetoricæ
col. 5. post med. [INIVSTE] minus legitimè
ordinatę. l. 3. §. pupillus in ver. cum iusto de
tutelis. [DEFENSAM IMPONIT] per inuoca-
tionem regalis nominis, vt const. præced. in
princ. [VELVTI] l. filiusfamilias de his, qui
sunt sui, vel alie. iur. l. si paterfamilias §. fin.
de adoptio. l. 1. de rer. diuis. l. 1. vbi Bal. §. &
ideo, de off. eius l. 3. de off. assess. l. auxilium
de mino. l. 4. §. 1. de seruit. l. veluti de serui.
rust. præd. & l. in summa ff. com. diuid. deno-
4 tat exemplum. Bal. l. si quis instituatur §. 1.
cir. princ. de hæred. inst. importat fictionem,
idem Bal. l. pen. circa fin. C. de interd. matr.
est nota similitudinis non expressiua verita-
tis. Bald. l. tale pactum §. qui prouocauit,
2. rep. in princ. ff. de pact. l. cum miles §. fin.
5 ex quib. cau. maio. quia exempla ponuntur
non vt ita sit, sed vt ita intelligatur. Affl. hic
nu. 6. [CREDITORI SVO, QVI AVCTORITA-
TE FORTE CONVENTIONIS] puta pacti con-
uenti. l. si mancipia ff. de iure dot. & in cōst.
præced. [EXPRESSE] verbis expressis, nam
expressum dicitur quod est dictum. gl. l. pen.
ff. de euict. [IPSVM IVRE LICITO] data li-
centia [PIGNORAVIT] vt sup. in const. si do-
minus vassallum non propria auctoritate.
Affl. ibi 2. not. sed pacto logitimo. l. fi. in ver.
legitime de Episc. & cler. [VEL] pro etiam,
§. quod autem in ver. vel, ant. de fideiusso.
[SI OFFICIALI NOSTRO] ad quem perti-
net fiscalia defendere. inf. in const. cum vni-
uersis. [IVRA NOSTRA] nobis debita, vel ad
vtilitatem nostram. inf. in cōst. ad subiecto-
rum. [FORSITAN] l. quo casu ff. de arbitris.
[EXIGENTI] ab inuito. l. tahis in marg. de
fideicom. libert. [DEFENSAE HVIVSMODI
IMPONANTVR] denegando solutionē, vt inf.
[IMPONENTES HVIVSMODI DEFENSAS IN-
IVSTE] vt sup. in const. iurisgentiū cir. med.
improbe. l. cum post §. in domum ff. de iure
dot. parum probe. l. qui bona §. si quis quia
de dam. infe. probe, improbe, recte, nō recte.
l. cum seruus de cond. & demonstr. [SIQVI-
DEM] quippe si, Nizolus in ver. siquidem.
[IS CVI DEFENSA IMPOSITA EST OB]
idest propter. glo. l. naturaliter in ver. & ob,
6 de cond. indeb. [REVERENTIAM] quæ est
honor cum pauore exhibitus. Io. And. c. 2.
nu. 2. de offic. deleg. in vj. [CVLMINIS NO-
STRI] Regalis culminis. l. fin. C. de assess. &
domest. [A IVRE SVO] facti qualitate. Bal.
l. fin. in princ. de iureiur. [DISCEDENS DE-
FENSAE OBTEMPERAVIT] obediēdo parue-
rit. Nizolus in ver. obtempero, etiam quod
non perseuerauerit in obtemperatione ex
quo pœna fuit quæsita fisco. Afflict. hic post
nu. 7. [NOMINATAM POENAM] vel mulctam,
quia mulcta pro pœna capitur. l. 1. in ver.
mulctam ff. de ser. fug. [QVAM DEFENSAE
OBEDIENS] in obediens [SVBIRE DEBE-
RET] posset. gl. l. si quis seruum §. si inter in
ver. debet de leg. 2. [SI CONVENISSET]
stante pacti conuentione. l. pen. §. mancipia
sol. mat. [SVBEAT, QVI IPSAM IMPONIT]
quia non debet in sua iniquitate tueri, sicut
7 nec appellantes, quo minus eorum excessus
censura canonica puniantur. c. præterea de
appell. Et cōfugientes ad statuam Principis
alios infamandi causa puniuntur. l. vni. vbi
gl. 1. C. de his, qui ad statuas confug. [CAE-
TERVM] c. 3. de sta. mon. c. aduersus de immu.
eccl. c. 3. de cogn. spirit. c. 2. de eo qui cogn.
consang. vxo. suæ. & exponitur certe, vel sed,
glo. l. item veniunt §. cæterum in ver. sciens
de pet. hæred. [SI NIHILOMINVS] non ob-
stante defensa. Io. And. c. 3. nu. 6. circa fin. de
appell. in vj. [POST DEFENSAM IS CVI IM-
POSITA EST IVRE SVO] quod habet. in sim.
Pau. de Cast. cons. 414. post num. 1. volum. 1.
[AVCTORITATE] pondere, momento, æsti-
matione, & testimonio. Nizolus in ver. au-
ctoritas. [LEGIS, VEL CONVENTIONIS]
seu legis conuentionis, sicut lex conuentio-
nis, & pacta conuentionis. l. pacta conuenta
§. Papinianus de contrah. empt. l. Iulianus
§. Titius de act. empt. & l. ex cōducto locati.
sed prima verior singula singulis responden
do. gl. cir. med. l. 2. rem ratā hab. [VTATVR]
ad ordinatum finem. Io. And. in c. cū plures
nu. 5. de off. deleg. [IMPVNITVM VTRVMQVE
8 ESSE CENSEMVS] sed quia delictum nō mi-
nuit pœnam ob alterius delictum. l. 2. ff. de
priua. deli. nec in delictis admittitur cōpen-
satio. Bal. l. fin. num. 7. C. de compens. in l. 1.
2. repet. post nu. 6. vnde vi. & ponitur ratio
quare non punitur. [ALTERVM] quod pro-
priè est de duobus. l. quicunque in ver. alte-
rum, de hæreticis. [QVIA EX DEFENSA
ETIAM] quod est aduerbium affirmantis.
Nizolus qui sup. in ver. etiam in fi. [SIC IN-
IVSTA] quia contra legem, vel pactum.
[NVLLVM OMNINO] totaliter quoad omnē
effectum. Io. And. in c. quorundam nu. 3. post
med. d. tit. de elect. in vj. [COMMODVM RE-
PORTABIT] & succesiuè. [NEC] l. 3. ff. de
offic. procon. & lega. [ERGO] sic inferendo.
l. Gallus §. forsitan in ver. ergo de liber. &
posth. [POENAM SVBIRE DEBEBIT] quia
spretor defensę vt puniatur tria requirūtur,
primo, vt is cui est imposita paruerit, secun-
do, vt is qui paruit, ex tali obedientia sen-
serit damnum, tertio, quod is qui imposuit

ex

ex ea reportet aliquod commodum. Affl. hic post nu. 2. [ALTERVM, QVIA CONTRA DE-
9 FENSAM VENIENS IVRE LICITO] quia cum non valeret, poterat spernere, sicut spernuntur protestationes contra publicam vtilitatem. Bal. l. de pupillo §. si quis riuos de noui oper. nunc. [IVRE SVO VTITVR] suum negociũ fecit, & nihil dolo gessit. l. si donaturus §. 1. ff. de cond. cau. data. protestatione præmissa, quod non intendit expellere, sed iure suo vti. Bal. l. 1. 2. repet. nu. 27. vnde vi. vltra quod in dubio præsumitur facere pro iure suo. in l. in possessionem circa med. d. tit. ad leg. Iul. de vi. & fine mandato alterius. Bal. l. serui electione post princ. de leg. 1. vsus legum beneficio, non vindictæ gratia. l. Iulianus ff. de in integ. rest. & ita debet præsumi. Abb. c. bonæ, lo secondo, nu. 19. cir. fi. de postul. præl. & dum vtitur iure suo, quod cohæret dominio. l. si liber homo de stipul. seruo. protestatiuo, vel permissiuo modo non dicitur grauare aliquem. Bald. l. si arrogator 1. rep. col. 2. cir. princ. de adopt. [POTIVS] amplius. glo. l. item ait in ver. eo potius ex quib. cau. maio. [QVAM CONTENDAT] sup. in const. si quis aliquem in fi. inde cõtẽtio, quæ à litigio differt in tribus. D. Thom. 2. 2.
10 q. 116. art. 1. vbi Caie. Verum qui iustè contendit, in pœnam non incidit. Bald. l. fin. in princ. C. de arbit. & etiam vi, aut clam licitũ est se in statu, & dominio suo defendere. Bal. in l. vis eius, post princ. C. de prob. nam dicitur potius suã possessionem defendere, quam violentiam inferre. Abb. c. de cætero nu. 13. in fi. de sent. & re iud. vnde iudex debet prius inquirere de substantia possessionis, secundo de crimine turbationis, & si ordo peruertitur, appellatur. Bal. l. 1. col. 2. cir. med. C. de appell. & possessori nõ debet inhiberi, ne vtatur possessione, sed tumultuoso, & ignominioso aggressori fit inhibitio, non ei qui iure suo vtitur. Bald. l. si vsusfructus, §. æquissimum 2. repet. post nu. 2. de vsufr. &
11 quemad. quis vta. vltra quod iustus possessor potest se tueri auctoritate propria contra iniustitiã inuasoris. Bal. d. l. 1. 2. rep. in prin. vnde vi. adeo quod ad terrorem aduersarij, qui illicitè resistit, & ad iustitiam possessionis licitum est vti armis in l. 1. post nu. 18. com. de leg. nam quilibet debet suæ possessioni incumbere, & inuigilare. in l. 2. C. de præto. pign. vnde bonum consilium est, quod sit velox in acquirenda possessione, & ne per hoc cadat à iure suo. idem Bal. l. vni. cir. fin. C. quorum leg. & cum possit expellere suum expulsorem incontinenti, non ex interuallo. in l. si quis ad se num. 12. 16. & 17. C. ad leg. Iul. de vi. & in criminibus sępe consideratur facere socium audaciorem, & timidiorem, aduersarium. Minad. conf. 11. num. 21. & 42.
12 vel si cõtenditur de possessione, ne deueniatur ad arma, fit sequestrum absque libello, & si vnus incumbit possessioni, alter non, debet mandari non incumbenti ne accedat, & non fit sequestrum. Bald. l. pen. ff. vbi pup. educ. debeat. nam in re pari potior est causa possessoris. l. militis codicillis ff. de testa. mil. & longa possessio generat prerogatiuã, adeo quod agit de iure suo, propter quod possit in possessione reponi, secus si constaret de non iure suo. Bal. l. 3. nu. 16. & 17. si à non comp. iud. posterior autẽ possessio præsumitẽ clandestina. l. 1. col. 3. post princ. C. de appell. si est colorata, & improbata possessio non est melioris conditionis ea quæ habet titulum, dicitur tamẽ in fraudem possidere qui non potest iustam causam suæ possessionis ostendere. Bal. l. 1. §. nõ quærimus si quis
13 omn. cau. testa. vnde si alicui fit protestatio ne aliquid faciat ex causa vera, & iusta, ille cui fit protestatio, vt teneatur parere, oportet quod veritas illius causæ sibi ostẽdatur, alias secus, nisi fiat cum commissione, & auctoritate iudicis, quia tũc præsumitur quod legitimè commiserit. Alex. conf. 78. num. 9. vsque ad 11. 26. & 27. vol. 5. alias qui dicit se dominum, patitur controuersiam resistẽdo. Bald. l. inter quos §. 1. de dam. infe. nam qui
14 turbat possessionem aduersarij, ius aduersarij obscurat. Bal. l. 3. nu. 15. cir. med. si à non comp. iud. & partes de facili veniunt ad rixam, & arma. Bal. l. vni. nu. 3. in fi. si de moment. poss. fue. appell. & si sequitur homicidium ex parte insistentis, vel resistentis, punitur pœna mortis. l. quoniam ad leg. Iul. de vi. sed si ambo cõtendunt se possidere, vterque est actor, & reus. Bal. l. vni. post nu. 6. vti
15 poss. & si nemo vult se actorem constituere, sed armis dimicare, iudex etiam sine libello inquiret de possessione, & constituit eum actorem, qui non possidet. Bal. in l. vis eius, cir. princ. C. de prob. l. 3. nu. 4. circa med. si à non comp. iud. l. quis nu. 3. quorum appell. non recip. si probationes sunt pares, iudex neutrum condemnat, sed mandat vtrique ne accedat, & sequestrat. Bal. d. l. vni. nu. 10. in fi. vti possi. nam iudex quod securius est facere debet. Bald. l. data opera nu. 14. in fi. de his, qui accus. non poss. alias iussus iudicis non excusat, vbi quis præbet operam vt sibi illicitum iubeat. Bal. l. fin. in fi. de nauicula-
16 rijs. fit autem sequestrum in possessorio retinendæ, secus in possessorio recuperandæ. Bal. l. 1. §. super peculio nu. 2. C. de asse. toll. verum cessat si datur fideiussor, & finis litis imponit finẽ sequestro. idem Bal. l. fi. nu. 2. 3. & post nu. 6. de ord. cogn. nec debet violenta, vel furtiua possessio patrocinari, immo si in

si in hoc articulo sunt viles personæ, debent torqueri. Bal.l.ea quæ de liber.cau. semper tamen reus præsumitur esse in possessione, nisi tenor libelli dicat contrarium, vt per Bal. ibi. etiam quod qui aliquem conuenit non dicatur eius fidem sequi. Bald.l.2.nu.1.
17 de bonis auct.iud.possi. Deiectus verò contra vim inferentem habet remedium tam ciuile, quã criminale.not.Bal.l.si quis ad se. C.ad leg.Iul.de vi. & secunda violentia absorbet primam, quando successiuè, & ex interuallo sunt adhibitę à diuersis.Bal.ibi nu. 7. & 13. Pęna verò violentiæ expulsiuæ est deportatio,& bonorum publicatio. Bal.ea. l.si quis ad se, nu.11. Vltimo, denegans annuam pensionem, dicitur spoliare illo iure exigendi: quid si non soluit propter impossibilitatem, vel violentiam,agitur remedia, c.finis præcepti charitas,vt Gra.hic. & datur etiam laico contra clericum, & clerico cõtra clericum,vt in c.seq.omnis prædatio. vnde si creditor accipit rem debitoris sui pro sua satisfactione, non tenetur pęna vi bonorum raptorum. Arno.in soliloquio 45. nec spoliare dicitur,qui confugit ad iustam defensionem. Bal.l.2.nu.44.circa med.C.de seruit. & aqua. adeo quod potest spoliatus post quinque, vel plures dies possessionem recuperare. Bal.l.1.2.repet.nu.28. vnde vi. vel sine interuallo. l.si quis post nu.7. C.ad leg.Iul.de vi.

18 Sed videtur,quòd separata sit causa delicti à dominio. Bal.l.vis eius nu.1.post prin. C.de prob. petitorij à possessorio. l.naturaliter §.nihil commune de acquir.poss.adeo quod qui impetrauit iudicem in petitorio, non potest transire ad possessorium retinendæ. Bal.l.3.nu.4.si à non comp.iud. nec pactum debet ei prodesse,nam si quis acquisitor extiterit,non ante res alienas occasione chartulæ ab eo factæ inuadere præsumat, antequã auctor chartulæ legali, & iudiciali diffinitione eas vendicet,& tunc cui vult liberam tradendi habeat facultatem,& si res ipsas sine lege inuaserit,non solum res ipsas amittat, sed bannum componat. l.fin.de inuaso.in Longob. Ita inuadens possessionem violenter, restituere tenetur, & si est dominus,amittit dominium.l.si quis in tantam vnde vi. etiam,quia defensa etiã iniustè imposita tenet, sicut excommunicatio, quãuis iniusta ligat quoad nos. Abb.c.postulatio, nu.12. de cler.excom. & tenet licet iniusta. Inn.c.ex parte cir. fin. de off.ord. intantum quod debet absolui, not.in c.sacro de sent. excom. vltra quod quando quid potest referri ad bonum,& malum,certius est tenendum. glo.1.c.ex publico.de conuer.coniug.
19 Dic, quòd pactum non semper excusat, nam si accipit animo rapiendi punitur. l.in possessionem, vbi Bald. C.ad leg.Iul. de vi. vltra quod non obstante pacto de capiendo propria auctoritate,vrbanius facit si ingreditur iudicis auctoritate.d.l.creditores,vbi Bar.de pign. Luc.in l.fin.col.2. de agrico.& censi. quia omnia intelligi debent cũ quodam temperamẽto.l.quod dicimus,vbi Bal. de solut. Rursus, excommunicatio licet iniusta teneat quoad hominis,nõ quoad Deũ, si non subest causa. Abb. c.ab excommunicato nu.11.de rescriptis. hic in actu nullo, quod pro non facto habetur, sicut falsus tutor non est tutor, & falsus denarius non est denarius. Affl.c.2.in 4.not.nu.3. quo temp. miles.

20 Nota,quod leges constringunt hominum vitas.l.leges,la vltima, C.de leg.& puniunt pœna 30.librarum auri, si fuit neglecta auctoritas principalis. l.fin.C.de defens.ciuit. adeo quod credens præceptum Proconsulis esse præceptum Imperatoris, contendendo præceptum Proconsulis,contenderet pręceptum Imperatoris.D.Thom.1.2.q.19.art.5. Ad quid verò obliget trãsgressio statuti, vel præcepti superioris.Abb.in rub.in fi.de obserua.ieiun.Qui autem iniquum statutum transgreditur, non vituperatur. Bal.l.vnica C.de monopolijs, sed peccat, qui exhortationem superioris contendit. Abb.c.1.nu.7. de vita, & hon.cler. Bal.l.legis virtus,nu.1. ff.de leg. tunc ipse de se quæri debet. l.item mela circa fin. 1.ad leg.Aquil. tenet tamen actus gestus contra mandatum Principis, sed contraueniens est puniendus. Abb.c.dilectus 3.not.de præb. Vnde si Papa præcipit alicui,quod abstineat à tali bello, vel restituat talem statum, licet ille non obediendo grauiter peccet, non tamen propter hoc est schismaticus, sæpe namque contingit nolle exequi præcepta superioris,retenta recognitione ipsius in superiorem. Caiet.ad D.Th. 2.2.quæst.39.art.1.col.4.circa fin.

21 Secundo noto, quòd ex eodem facto possunt oriri duæ species criminum separatæ. Abb.c.pen. 3.not. & nu.2. de purg.can. vna conditionaliter, altera permissinè. Bald.in fimi.in l.quia in fi.pri.si quis omi.can.testa. Quid exigat cognitio salnæguardiæ fractæ, ad quem spectat,quantum durat saluaguardia generalis, & dominus an teneatur ponere vassallum in salnamguardiam existente informatione. Boer.dec.297.nu.6. vsque ad 10.& 304.cir.fin. & spretæ defensæ cõuentus potest allegare absentiã à loco, & quomodo probabit. in c.reg.proposito,de spreta defensa. Ita appellatio extraiudicialis propriè fit pro futuro, vel instãte grauamine, cuius formã ponit Spec.in tit.de appell. §.2.

§.2. moderatoresq; prouinciarum curã gerunt, ne quid potentum procuratores perperam iniusteq; committant. l.moderatores, C.de off.rect.prouinc.nec effrænate,vel non legitime potest fieri resistentia.Paris de syndic.in ver.resistentia c.2.nu.3.& tertius etiã appellat, quando actus est irretractabilis. Arno.in 29.commen.

22 Tertio nota, quod ius quis habet actu, & habitu.Bal.l.extat 3.rep.col.1.circa fi.quod
23 met.cau. adeo quod verba,quæ non possunt intelligi de iure de facto intelliguntur. Bal. l.si Titius in fi.de cond.instit.& quæ possunt intelligi de iure, & de facto, si non possunt proportionari ad intellectum iuris, intelliguntur de facto,& prout sonãt in iure. Ant. de But.c.super 1.not.post nu.2.& c.si.3.not. de bigamis.& sufficit fieri de facto,si de iure non tenet. glo.l.mulier in ver.manumisisse, vbi Bal.in §.si quis de cond.instit.& sufficit fieri de facto,si non potest de iure,ad euitandam pœnam.Bal.l.quidã eum filium de ver. oblig.nec videtur vim fecisse,sed suam possessionem defendisse.add.vlt.in fi.ad Spec.in tit.de petit. & poss. §.1. & non contendere, sicut in eo qui moratur in camera communi cum excommunicato. Abb. c.si vere nu. 10.in princ.de sent.excom.& factũ ad offensam,vel defensam qualiter probetur,& quid in dubio. Bal.d.l.1.2.repet.num.25.vnde vi. & turbare aliquem in finibus, vel possessione est maleficium, quandoque non. idem Bal.l.fin.nu.4. C.fin.regund.

De raptu, & violentia monialibus illata.

SVMMARIVM.

1 *Moniales quæ dicãtur, & quæ sorores.*



DICTVM fuit de violentijs circa personas,& res, nũc de ijs, quæ pro nefanda libidine cõtrahuntur, c.ex literis, de eo qui cognouit consang.vxor.suæ, violentiã monialibus inferendo.
1 Mendicantibus autem Fratribus subiectæ, sorores dicũtur,aliæ autem moniales. Abb. c.causam quę 1.not.de elect. de quibus inf.

SVMMARIVM.

1 *Luxuria peccatum quotuplex, & in quo consistit.*
2 *Nuptias sacrarum virginum petere nulli est licitum,& petens punitur.*
3 *Raptor,& rapta corruptus,& corrupta dicuntur, quia ad luxuriam rapiuntur.*
4 *Virgines quæ dicantur, & tria ad virginitatem requiruntur.*
5 *Velum duplex, conuersionis, & consecrationis,& quibus dentur.nu.32.*
6 *Matrimonium vnde dicatur.*
7 *Sacrilegium est si vnus eorum, qui fornicatur Deo, est dicatus.*
8 *Matrimonium est fauorabile, honestũ,& cælibatus olim reÿciebatur.*
9 *Nubere sapienti nõ expedit,& quare.*
10 *Virginitatis laudes,& fructus,nu.12*
11 *Virginitas carnis, & alia mentis.*
13 *Aureola quid, quibus, & quare debetur.*
14 *Fructus centesimus, sexagesimus, & trigesimus in hac vita degentium.*
15 *Castitas nõ procul à virginitate eam seruãtes dicuntur cælibes, et vnde.*
16 *Castitatis certamina duriora inter Christianorum certamina.*
17 *Virgines an corruptæ facilius seruent castitatem.*
18 *Delectatio morosa, sicut & osculum, est peccatum mortale, non visus.*
19 *Virginitas præfertur matrimonio.*
20 *Nupta felicior est, quàm virgo nuptura.*
21 *Oppressa vi, an censeatur virgo.*
22 *Peccata non essent, si voluntas non esset libera.*
23 *Mulier si cum voluntate viri pro eo liberando alÿ se supponit,non committit adulterium.*
24 *Lucretia Romana reprehenditur ex quo vi oppressa se interemit.*
25 *Pœna in maturas virgines cognoscentes mariti,& patris.*
26 *Notarius si dicat aliquem cognouisse monialem,cum sit,non statur.*
27 *Raptus ordinatur ad stuprum, & si tenet vnde rapuit, non dicitur rapere.*
28 *Puella dum pergit ad ecclesiam, rapitur, & raptor præsentibus testibus capit in vxorem,illi testes non probant consensum.*

Pedisse-

29 *Pedissequam alienam ab alio cognitam cognoscens, qua pœna tenetur.*
30 *Virginem cognoscens, si dicat esse vxorem, creditur cum indicijs.*
31 *Virginitatis signa, & quibus pro ea stetur.*
33 *Pœna raptorum de iure canonico, & ciuili.*
34 *Mulier si rapit hominem, qua pœna punitur.*
35 *Circunstantiæ aggrauant si delictum transit in aliam speciem.*



1 SI QVIS.] peccatum luxuriæ
consistit in eo quod nõ se-
cundum rectam rationem
vtitur quis delectatione
venerea. Eius species sunt
sex, fornicatio simplex,
adulterium, incestus, stu-
prum, raptus, & vitium contra naturam,
adulterium, stuprum, & raptus diuersifican-
tur ex parte feminæ. D.Th.2.2.q.154.art.1.
Ideo alienam spõsam si quis rapuerit, patri
eius cum lege sua, & quidquid secum attule-
rit reddet, & ei placuit reddi cui antea de-
sponsata fuit. l. de desponsatis, & seq. de rap.
Et si secularis secularem sponsat, & suam fa-
cis eum solo anulo, si postea aliam ducit,
culpabilis inuenitur, quanto magis causa
Dei amplior esse debet contra eos qui eas
ducunt, quæ habitũ religionis assumpserunt,
etiam quod consecratæ non sint. l. 1. de san-
ctimonialibus in Longob. Quod etiam Ro-
manorũ legibus est prouisum, latè Affl. hic
in princ. tamen quia prior dissensus potest
postea transire in consensum, & quod ante
displicuit, tandem incipiat cõplacere. c. fin.
de rapto. & poterat dubitari si rapiens Deo
sacratas virgines, quæ hac tempestate nau-
fragia patiuntur. D. August. 4. contra Pelag.
2 col. pen. circa fi. Occasione matrimonij cum
sacrarum virginum nuptias petere nulli li-
citum sit. D.Th.1.2.q.92.art.2. petentes, &
occasione prædicta rapientes, debẽt puniri,
propterea innouãdo iura prædicta forsitan
abolita, vt infra in const. pœnam calumniæ
statuit Rex Rogerius, quod rapiens monia-
lem etiam causa matrimonij capitali pœna
puniatur, vt in tex. qui diuiditur, & sum. vt
per Affl. & dicit [SI QVIS] desipiens. Lucas
§. quoties col. 7. cir. med. de dign. [RAPERE]
violenter capere. Iser. §. si duo nu. 15. & §. si
tres post nu. 17. de pace ten. inde habemus
fornicationẽ, & alia de quibus sup. & c. lex
illa 36. q. 1. raptus de quo hic, est vbi puella
de cuius nuptijs antea nihil actum fuit, vi
est abducta, & est illicitus coitus à corrum-
pendo dictus. c. raptus, & seq. 27. quæst. 2.
3 nam sicut rapitur quid ad possidendum, ita
rapitur mulier ad delectandum, vnde raptor
dicitur corruptor, & rapta dicit corrupta.
D.Tho.2.2.q.66. art.4. & raptus est species
luxuriæ distinctus à stupro, ead. par. q. 154.
art. 7. [SACRATAS DEO] per benedictionẽ,
cum moniales non habeant aliquem ordi-
nem, sed velum consecrationis, quod non
datur ante 25. annum. Affl. hic 2. not. nu. 5.
4 [VIRGINES] quæ viros non habuerunt. Io.
And. ad Spec. in rub. col. pen. cir. med. de sta.
mon. & vt dicantur virgines tria requirunt,
intentio, priuatio venereorum, & integritas
corporis, & nõ potest esse miraculosè virgo,
& pater, sicut fuit mater. D.Tho. quolib. 6.
art. 18. [AVT.] etiam, quæ est dictio multi-
plicatiua. Loffr. de natura success. feu. col. 3.
post princ. l. si mutus in glo. 1. ff. de testam.
[NONDVM] nec dum. Nizol. in ver. nondum.
[VELATAS] velo professionis, cum velum
consecrationis non habeant. Affl. hic nu. 5.
5 in princ. & sic duplex est velum cõuersionis,
& aliud consecrationis. gl. c. 1. in ver. velum
de his, quæ vi metusve cau. aliud datur vir-
ginibus, & aliud viduis. Arch. c. viduas, 27.
quæst. 1. [OCCASIONE] velamento. Bal. l. si
quis non dicam, 1. not. de Episco. & cleri.
[ETIAM] quasi dicat, non solum punitur si
rapuit simpliciter. l. vnica de raptu virg. sed
6 etiam si causa [MATRIMONII] quod dicitur
quasi matris munium, matrem muniens, vel
monens, seu vnius materia, quia in ea fit cõ-
iunctio ad vnam materialiter prolem indu-
cendam, nam dicitur à monos, & materia,
vel à matre, & nato, quia per matrimonium
efficitur mater nati. D.Tho. 3. par. de Sacra.
q. 75. alias 44. art. 2. vel à matre, & munio,
idest officio. Host. in sum. de matrimonijs,
§. & vnde dicatur. [INIVNGENDI] coniun-
gendi. l. 1. ff. de ritu nup. [PRAESVMPSERIT]
quod sonat in malam partem, sup. in const.
intentionis, & in auth. de raptis mulie. circa
med. [CAPITALI POENA FERIATVR] capi-
7 tis subijciat supplicio. d. auth. de raptis mul.
nam si Deo dicata fornicetur, sacrilegiũ est.
D.Th.2.2.q.99.art.3. in fi. & 154. art. 1. & 10.
etiam si vnus ipsorum sit Deo dedicatus,
3. par. de Sacra. q. 99. alias 68. art. 1. in add.
ly de adulterio, nec per matrimonium ex-
cluditur crimen. Bal. l. eam quã nu. 24. cir. fi.
de fideicom. & licet raptum in sponsam suã
quis non cõmittat. gl. 1. c. 3. 36. q. 1. sed eam
vt vxorem possit de lupanari rapere. Bal. d.
l. in ambigua 1. rep. ff. de leg. tamẽ rapientes
cũ violẽtia moniales, vel alias mulieres, pu-
niunt pœna capitis. Gra. hic in prin. & amis-
sionis omniũ bonorum. l. vni. de raptu virg.

Sed

8 Sed videtur, quòd posfit rapi causa matrimonij, nam matrimonium est res fauorabilis, c.diuinæ de appell. adeo quod magis studendum est generationi, quàm ingressus religionis. Bal.l.si pater 3.rep.in ver.in arrogationibus de adopt. etiam, quia nubere nō est turpe, sed honestū, & melius est nubere, quàm vri, 1.ad Cor.7. & olim conditio cælibatus reijciebatur. Bald. conf. 336. post num.3. 1.volum.

Dic, quòd hodie melius est familiā beare nuptijs carendo, quàm multiplicare patiendo, & in carne imitari vitam Angelorum, quàm ex carne adhuc augere numerū mortalium, hæc est vberior, fœcundiorq; felicitas non ventre grauescere, sed mente grandescere, non pectore lactescere, sed corde candescere, non visceribus terram, sed cælū orationibus parturire. D. Aug.in epist.178. col.pen.cir.fin. Vnde Theophrastus probat,
9 quod sapienti non expedit nubere. D. Tho. 3.par.de Sacramen.q.72.alias 41.art.2.non quod sit malū, sed vt se ad altitudinē contēplationis actū redderet, oportet se abstinere à corporalibus delectationibus. D.Th. 2.2. q.142.art.1.nam secundum D. Aug.nihil est quod magis ex arce deijciat animū virilem, quàm blandimenta fœminę, corporūq; contactus, sine quo vxor haberi nō potest, castitas enim reddit hominem actum ad contēplationem, delectationis venereæ maxime deprimunt sensibilia, ead.par.q.151. art.3. 153.art.2.& 180.art.2.in fi. Et Blasius Dux Aegypti, qui puniebat virgines, graues sustinuit pœnas, vt in appendice ad 3. part. D.Th.de Sacram.quæst.127.alias 96. art.5.
10 quæ virginitas est in carne, & præter carnē viuere non terrena vita, sed cœlesti. idem D.Th.3.par.de Saluatore, q.30.art.2. & virgines non sunt simpliciter religiosi, sed participant in aliquo eorum, quæ ad statū religionis pertinent. idem D.Th.vbi supra 2.2. q.186.art.4.huius virginitatis nomen honorabile est.D.August.in lib.octuaginta trium quæst.col.39.cir.fin.secundum Cyprianum, est flos ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ spiritalis, læta indolis, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago, respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi gaudet per ipsam, & in illa largiter floret sanctæ matris Ecclesiæ gloriosa fœcunditas, & quanto plus gloriosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris auget, vt sicut portauimus imaginē eius qui de limo est, sic portemus imaginē eius qui de cœlo est hanc imaginem virginitas portat. D. Aug.4.de doctrina Christ.col.27. post med:& seq. & de ecclesiast.dogm.c.63. 64. & 65. est magnum donū propter multa. D.Th.ad Cor.7. ibi de virginibus col.2.cir. princ.& fin. nam Angeli sine carne viuunt, virgines autem in carne triumphant, vnde dicuntur sorores Angelorum, & sola virginitas habet Paradisum. c.nuptiæ in gl.1.32. q.1. glo.pen.& fin.c.omnes, ea.cau.quæst.7.
11 & est duplex, alia carnis, & alia mentis. glo. c.qui scit in ver.finis 33.quæst.5. Virginitas mentis reparari potest, non carnis. D.Tho. 3.par.de Sacramen.q.127.alias 96.art.5. & quolib.5.art.3. Vel virginitas capitur pro integritate corporis, castitas pro integritate mentis.idem D.Th.2.ad Cor.11.in princ. col.2.cir.med. seu differt à pudicitia, nā pudicitia est res animi, virginitas corporis, illa integrè in animo, ista de corpore violenter auferri, & cum ista integra manet in corpore, potest illa in animo lasciuiæ voluntate corrumpi. D.Aug. 4. contra Iulianum
12 c.8.col.5.cir.fin. Huius virginitatis laudes ponit gl.c.nuptiarū in ver.Ecclesia, 27.q.1. & priuilegia, Abb.c.pen.in vlt.not.de prob. speciali præmio habet aureolam. D.Thom. 3.par.de Sacram.q.72. alias 41.art.2. circa med. sicut Doctores, & Martyres, 2.ad Timoth.vltimo, ibi enim, col.2.cir.med.& appendix ad eundem 2.2.q.124.art.3. debetur Prædicatori, Virgini, & Martyri, propter tres victorias, contra diabolum, carnem, & mundum: & vnus alio excellentiorē habet,
13 & est gaudium de operibus illis pro quibus debetur. D.Th.præd. 3.par.de Sacra.q.127. alias 96.art.6. vsque ad 13. vel gaudium de operibus à se factis. Iser.hic cir.fin.splendor præcipuus. Abb.d.c.pen.nu.2.circa med.de prob. vbi gl.fin.& c.1.32.quæst.5.Luc.l.mulieres, col.12. in princ. de incolis. Affl.hic quæst.11. & in const.statuimus 8.q.num.29. vel priuilegium, siue præmium priuilegiatæ victoriæ.D.Th.vbi sup.d.quæst.127.alias 96.
14 art.6. vsque ad 13. Huius virginitatis munus est centesimus fructus. Archid.c.puellæ 20. q.1. cum alius sit sexagesimus, & alius trigesimus. D.Thom.1.2.q.70.art.3.& 2.2. q.152.art.5. vnde virginitas est rara auis, 3.par.de Sacra.q.96.alias 65. art.2.in add. ibi not. lo secondo, in fi.& q.127. alias 96. art.2.& 4. habet aliquid supra castitatem communem. idem 2.2.q.152.art.3. in fi. & est vita felicior, quàm continentium. auth. cui relictum in glo.fin. de iudi. vidui. tolle. debet tamen ita viuere, vt non possit criminari. gl.clem.2.in ver.festa de sta.mon. & si abstinet ab omni delectabili venereo, tenet extremū, & est perfectissima castitas. D.Th. 1.2.q.64.art.1. verum necessitas non habet meritum, sed voluntas. Bal.l.3.post num.6.
15 C.de rer.permu. Non tamen procul à virginitate

nitate ponimus, quæ ſemel ad virum vene-
runt, & ſeruant inuiolatum morientium
torum, §. cum igitur, circa med. authent. de
non elig. ſecun. nube. inde continentes, quo-
rum principales ſunt virgines, ſecundariò
viduæ. D. Thom. 2. 2. quæſt. 155. art. 1. & con-
tinentia vnde. add. ad eundem 3. par. de Sa-
cram. quæſt. 127. alias 96. art. 3. & dupliciter
capitur: & an melior ſit tēperantia. d. q. 155.
art. 4. incontinentia eſt peccatum, & intem-
peratus peior eſt incōtinente. ea. par. q. 156.
art. 2. & 3. prædicti dicuntur cælibes, ideſt
carentes viro, vel vxore. Bal. l. 1. C. de infir.
pœnis cælib. vel cæleſtem vitam ducentes,
& caſtam, nec vxorem ducere volentes. l. 1.
impoſi. caſus, d. tit. de infirm. pœnis cæliba.
16 Licet inter omnia Chriſtianorum certami-
na duriora ſunt prœlia caſtitatis, vbi eſt
quotidiana pugna, & rara victoria. D. Tho.
vbi ſupra 2. 2. quæſt. 154. art. 3. Continens
patitur peruerſas concupiſcentias, & perſe-
uerans graues triſtitias. ea. par. q. 53. art. 5.
17 Sed facilius inuenio quod ſeruet virginita-
tem virgo, quàm qui poſt corruptionem
carnis ſeruet continentiam. glo. c. reperiun-
tur in ver. facilius cir. med. de pœnit. diſt. 3.
quia concupiſcentia auget voluntarium.
D. Th. 1. 2. q. 6. art. 7. licet ſecundum B. Hie-
ronymum, libidinis maiorem patitur famē,
dum dulcius virgines eſſe putant, quod ne-
ſcierunt. gl. in d. c. viduas in ver. vrc. 27. q. 1.
& refert idem B. Hieron. in lib. contra for-
nicationem, col. 5. de quodam educato in
monaſterio, qui cum mulieres non nouiſſet,
eas nocte dæmones oſtenderunt: vnde ſecun
dum quid maiorem ſuſtinent pugnam virgi-
nes in continendo, & ſecundum quid cæte-
ris paribus maior eſt viduæ. D. Th. d. 3. par.
18 q. 127. alias 96. art. 5. Inde delectatio moro-
ſa eſt peccatum mortale, ſicut & oſculum,
ſecus in viſu. Caiet. tract. 14. de delect. mo-
roſa 3. dubio. D. Thom. quolib. 12. art. 33. &
virginitas ſuaderi poteſt, nō imperari. idem
D. Tho. 1. ad Cor. 7. ibi de virginibus col. 1.
poſt med. & mulier nō nubens dicitur in ſua
pudicitia morari. not. Bal. d. l. vni. nu. 15. de
rap. virg. & beatior eſt vita virginis, quàm
viduæ continentis. idem Bal. auth. cui reli-
ctum nu. 3. de indi. vidui. toll. & etiam ſecun
19 dum Ariſt. præfertur matrimonio. add. ad
D. Th. 1. par. q. 92. art. 1. ibi not. & 2. 2. q. 152.
art. 2. in appendice, & art. 4. vbi etiam de
pœna prohibentis: & deridentur qui fœcun
ditatem præponere volunt volentibus caſtè
viuere. idem 1. par. q. 98. art. 2. ibi item de
maiori. & dubitantes generationem ceſſa-
turam, ſi virginitas commendaretur. add.
ad D. Thō. par. 3. de Sacram. q. 127. alias 96.
20 art. 11. Verum felicior eſt mulier nupta,
quàm virgo nuptura. D. Auguſt. in lib. de
ſancta virg. col. 6. circa princ. etiam quod
virginitas irreparabiliter amittatur, nec
redit amiſſa. idem Auguſt. eod. lib. de ſancta
virg. col. 18. & 32. circa fin. Ant. de Butrio
c. 2. poſt num. 6. de bigamis. D. Thom. 2. 2.
21 quæſt. 152. art. 3. Quid ſi opprimatur, an
cenſeatur virgo, & videtur, quòd ſic, nam
continentia non eſt corporis, ſed animi vir-
tus. D. Aug. in libro de bono coniug. col. 20.
cir. princ. corpus etiam quod ſit corruptum,
animus eſt incorruptus. glo. fin. in c. muta-
tiones 7. q. 1. c. 1. cum tribus ſeq. & cap. ille
§. cum ergo, vbi Arch. 32. q. 5. nec perdit au-
reolam, dummodo propoſitum ſeruādæ vir-
ginitatis inuiolabiliter ſeruet, etiam quod
taliter oppreſſa concipiat. D. Tho. d. q. 127.
alias 96. art. 5. in fi. & quodlib. 5. art. 24. non
enim peccat qui ſine voluntate peccat, vn-
22 de ſi voluntas libera non eſſet, in nobis pec-
cata non eſſent. D. Auguſt. in libro diſputa-
tionis contra Fortu. col. 11. circa med. nam
peccatum non eſt niſi in voluntate. D. Aug.
prædict. in lib. de duabus animabus, col. 12.
cir. med. & inuoluntarium excuſat à culpa,
D. Thom. 1. 2. quæſt. 7. art. 2. & ſic cum eius
animus nulla conſenſus turpitudine macu-
letur, etiam carnem ſuam defendit à crimi-
ne, & quidquid in ea non permiſit libido pa
tientis, ſolius culpa erit facientis. D. Aug.
in epiſt. 122. circa fi. nec violentia violatur
pudicitia, ſi mente ſeruatur. idem in epiſt.
179. col. 4. circa med. nam vim paſſa potius
quàm violata eſſe videtur, l. pen. de raptu in
Longob. potius vim paſſa, quàm adultera.
gl. fin. l. 1. de adulterio in Longob. tolle enim
voluntatem de medio, & omnis actus erit
indifferens. Bal. l. 1. in ver. remouet, & 2. rep.
nu. 2. ff. de poſtul. vltra quod id quod facit
inuita, potius pati, quàm facere videtur, &
non culpam, ſed pœnam iudicat. D. Auguſt.
7. confeſſio. cap. 3. & ſic quia violentia
non poteſt inferri animo, in quo eſt conſen-
ſus, ſed corpori mulier violenter oppreſſa,
ſi non conſentit, non perdit caſtitatem,
ſed cum duplici corona perſeuerat. Caiet.
ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 151. art. 1. Inde ſpon-
ſa per vim cognita poteſt ingredi monaſte-
rium. Bald. l. 1. 2. repet. num. 2. de poſtula.
Virgo ſi mandat alteri vt faciat ſe adulte-
rari, non amittit virginitatem, ſed poteſt
inter virgines connumerari. Bal. præd. l. non
23 ideo minus, num. 21. C. de accuſ. Et mulier
ſi ob liberandum virum, cum eius voluntate
alij ſe ſuppoſuit, propter pecuniam ad quā
ſub pœna capitis tenebatur, non dicitur
adultera. D. Auguſt. 1. de ſermone Domini
in monte, col. 30. poſt princ. & ſequent. &
22. contra Fauſtum, col. 28. circa medium.

Puella inuita si detinetur, & defloretur, me-
ritum virginitatis non amittit. Host. in sum.
de matrimonijs §. fin. col. 2. post princ. adeo
quod vi stuprata non potest vt adultera re-
pudiari. Bal. d. l. 1. 2. rep. nu. 1. in fi. ff. de po-
stul. nã si mulier corrumpitur inuita quoad
carnem, ex quo mens remanet incorrupta,
quoad Deum non infamatur. Abb. c. super
24 specula, nu. 4. de priuil. Vnde reprehenditur
Lucretia Romana, quæ vi oppressa se inte-
remit. D. August. 1. de ciuit. Dei c. 16. 18. 19.
& 25. & 2. eiusdem c. 17. tanto magis, quia
custodia aduersus vim parum facit. Bal. l. ad
eos in fi. ff. commo. licet in illa intulit vere-
cundiæ dolorem, si non abstulit pudicitiæ
firmitatẽ. D. Aug. vbi sup. 2. de ciu. Dei c. 2.
Contrarium tamen videtur, nam oppressam
per violentiam potest sponsus dimittere.
Abb. c. quemadmodum §. illud nu. 2. de iure-
iur. & sic non prodest quod sit vim passa.
glo. 1. c. fin. 55. dist. vnde multæ contempse-
runt vitam suam, vt integritatem corpora-
lem conseruarent. D. Tho. 2. 2. q. 124. art. 4.
nam minus voluntarium est, quod ex timo-
re agitur. idem ea. par. q. 125. art. 4. vel mix-
tum ex voluntario, & inuoluntario, vt ibi,
& q. 142. art. 3. & quolib. 5. art. 10. alias si
corpus est sanctum vsu sanctæ voluntatis nõ
metuitur vt aliena polluat libido, nam non
polluit si aliena est, si autem polluit aliena
non erit, nec est culpa in corpore non con-
sentientis, sicut culpa nõ est in corpore dor-
mientis. D. Aug. vbi sup. 1. de ciu. Dei c. 25.
in fi. repudiatur autem vi oppressa, vt sup.
quia fuit prius à viro monita ad fugam, &
noluit, ideo repudiari potuit. gl. fin. C. de pu-
25 dicitia 32. q. 5. Qua autem pœna puniatur
qui immaturas virgines corrumpit, l. si quis
aliquid, la seconda, ff. de pœnis l. si seruus ser
num §. si oliuam in glo. 1. ad leg. Aquil. Affl.
hic 7. q. nu. 16. & quæ sint rega. in ver. con-
demnatorum nu. 6. Io. Ant. de Nig. in c. reg.
vt fine mortalis peccati, nu. 58. & 62. Quid
in marito, Iser. hic cir. med. & Affl. num. 17.
vbi etiam quod vidit patrem comburi, qui
cognouit filiam, & secundum d. l. si quis ali-
quid, refert fuisse iudicatum. Gra. decis. 21.
Ang. in tract. malef. in ver. che hai adultera-
ta la mia donna, ibi, quæro quæ sit plena:
26 char. 387. col. 1. circa med. Quid si notarius
scripsit, quod talis ex certa scientia, & non
per errorem cognouit talem monialem, quę
rei veritate non erat monialis, nõ punitur,
sed saluatur, vt per Bal. l. vni. nu. 19. de conf.
& si monialis promisit alteri nubere, non va
let stipulatio. Bal. l. si stipuler de verb. oblig.
nam virginitatem vouentibus, non solum
nubere, sed velle nubere damnabile est.
D. Tho. 3. par. de Sacram. quæst. 79. alias 48.
art. 1. & 3. par. de Saluatore, quæst. 28. art. 4.
vnde incestum committit, qui monialem co
gnoscit. Arch. c. tantis, circa princ. 81. dist.
& vidua, vel puella quam pœnam incurrat
ob stuprum. Io. Ant. de Nig. in c. reg. vt fine
num. 59. & in clericis vna est pœna, alia in
laicis. Abb. c. monasteria, num. 6. de vita, &
27 honest. cler. Non tamen dicitur rapere, qui
eam in loco in quo est tenet: & quis dicatur
rapere. Bal. l. sed ex in fi. princ. ne quis eum
qui in ius voca. est vi eximat, licet raptus
ordinetur ad stuprum. idem Bal. l. 1. 2. repe.
post med. si ex noxa. cau. agatur. Quid si
28 dum iret puella ad ecclesiam, fuit rapta, &
in domo inclusa, & demum rapiens vocatis
testibus eam desponsauit, illi non admittun
tur ad probandum consensum. Abb. & Ant.
de But. c. super hoc, ibi, per hæc de renunc.
Et si fuit rapta in territorio vnius, & cogni-
ta in territorio alterius, quis cognoscet,
Bal. d. l. si quis non dicam rapere, nu. 7. & 8.
confessio tamen matrimonij accusationem
stupri excusat, sed nõ accusationem raptus.
Bald. addit. vltima ad Speculat. col. 2. in fi.
de confess. & pœna capitis punitur, vt hic,
& condemnatus non appellat. Spec. prædict.
in tit. de appellat. §. 2. num. 2. not. Bald. d. l.
29 vnica, nu. 9. de raptu virg. Cognoscens alie-
nam pedissequam ab alio cognitam, qua pœ
na puniatur, Gra. decis. 107. nec furti tene-
tur qui ancillam subtraxit causa libidinis,
non vt furetur, l. verum, & l. fullo, la prima,
ff. de furtis l. si stuprum ff. de iniurijs. Alex.
30 cons. 1. post num. 29. 3. volum. Cognoscens
virginem, si dicat matrimonium contraxis-
se, concurrentibus alijs præsumptionibus,
excusatur à delicto. idem Alexand. vbi su-
pra num. 15. & 16. & in cons. 24. post nu. 15.
2. volum. Afflict. hic post num. 13. & quæ sint
regalia, in verbo condemnatorum, num. 5.
31 Signa virginitatis ponuntur Deutero. c. 22.
statur autem assertioni mulieris contra de-
linquentem, quatenus dubitetur si fuit vir-
go, vel non. Alex. cons. 229. num. 2. 6. volum.
quomodo probatur, Pelli. in consue. Auersæ,
cap. 2. num. 193. & sequen. vel dic vt not. in
reg. inspiciemus, de reg. iuris, in vj. & si mu-
lier habet lac in mammillis est corrupta.
Bal. in rub. post nu. 6. C. de probat. Corrum-
pens viduam, vel mortuam, si coitu polluit,
qua pœna punitur, Boer. decis. 316. num. 8.
& 10. & pro sola copula sine raptu, & solo
raptu sine copula est pœna capitis. Affl. hic
num. 16. circa fin. quia adulterium, & raptus
sunt separata. Bal. cons. 171. 4. vol. & in cri-
mine raptus, frater, filius agnati, & tutores
possunt raptores in ipso crimine occidere.
Bal. l. raptores 2. not. de Episc. & cler. & d. l.
vni. 5. not. de raptu virg. secus in adulterijs
simpli-

ſimplicibus. Aug. in add. ad Ang. de maleficijs, d. ver. che mi hai adulterato la mia donna, char. 369. col. 1. circa med. & ſi rapitur mulier antiqua non cauſa libidinis, vel rapta non eſt violata, ſed bene cuſtodita, nõ habet locum. l. 1. de raptori. Dec. conſ. 234. nu. 8. 2. vol. Gra. hic poſt princ. ſed inſpicitur qualitas exiſtens tempore delicti. idem Gra. ſup. in conſt. in quæſtionibus, poſt nu. 2.

32 Nota, quod velum duplex, vt ſupra nu. 5. conuerſionis, & profeſſionis: conuerſionis velum mulier ſibiipſi imponit, profeſſionis non. glo. c. vidua de regular. verum opera perfectionis magis laudabilia ſunt ſi ex culto proficiſcuntur. D. Thom. cum appendice 3. par. de Saluat. q. 28. art. 4. vltra quod virgo velata repræſentat Eccleſiam. glo. 1. in d. c. vidua 27. quæſt. 1.

33 Secundo nota pœnam qua raptores monialium puniuntur, complices, & fautores; §. fin. auth. de ſanct. Epiſc. raptores virginũ, vel viduarum. d. l. vni. de raptu virg. qui etiã quod committant adulterium in figura matrimonij, priuantur matrimonio. Abb. c. conſtitutus 1. not. de conuer. coniug. ſicut machinator in necem coniugis ſequuto homicidio, priuatur ſpe coniugij. idem Abb. c. 1. 2. not. de diuortijs, add. ad D. Tho. 3. par. de Sacra. q. 91. alias 60. art. 2. ibi not. lo primo; & in appendice. alias ſecundum Cano. inter raptorem, & raptam poteſt eſſe matrimonium, c. pen. & fin. de raptor. ſecus de iure ciuili. d. l. vni. de raptu virg. verũ pœna iuris ciuilis hodie eſt ſublata per ius canonicum, ſequuto matrimonio. Gra. hic nu. 2. Quid ſi

34 mulier rapuit hominem. Bal. d. l. vni. nu. 23. de raptu virg. ſeruum, vel ſeruus vxorem. l. proſpexit, qui, & à quibus, l. & cum ad leg. Iul. de vi pub. l. ſi ſeruus C. de noxal. Iſer. hic cir. princ. contrahentes verò cũ monialibus excommunicantur, c. ſi quis ſacro, 27. q. 1. Quid in patre ſpirituali, D. Tho. 2. 2. q. 154.

35 art. 10. iſtæ circunſtantiæ quia faciant quod tranſeant in aliã ſpeciem, aggrauant. D. Th. 2. 2. q. 110. art. 4. in fi. & 1. 2. q. 7. art. 1. vbi etiam vt per Caiet. fit differentia circunſtantiarum, & accidentalium, quot, & quæ ſint circunſtantiæ, & quod eas Theologus conſiderat, ea. quæſt. art. 2. 3. & 4. & q. 18. art. 3. & 11. q. 72. art. 9. & 73. art. 7. 88. art. 5. de iſtis circunſtantijs, & quod confiteri debeant, idem 3. par. de Sacram. q. 37. alias 6. art. 3. ibi not. 1. & ſic peccata diſtinguntur ſecundum obiecta, carnalia à ſpiritualibus. D. Th. præd. 1. 2. q. 72. art. 1. & 2. Vltimo inſtigare, hortari, & mandare differunt. Bald. l. ob hæc num. 2. de his, qui not. infam.

De violentia meretricibus illata.

S V M M A R I V M.

1 *Meretrices ſunt criminoſæ, & pro eis requiritur ſpecialis prouiſio.*

2 *Meretrices quæ dicantur.*



1 Qvia dictum fuit de violentia monialibus illata, & poterat dubitari ſi extendatur ad meretrices, cum ſint criminoſæ, & repellantur ab actis ciuilibus, ideo fuit neceſſaria ſpecialis prouiſio. c. tanta, vbi Abb. nu. 3. de ſimon. & ſic vt æqualiter omnibus prouideat. Bart. l. 1. num. 6. de apochis publ. ponit [De Violentia] quæ non ſolum committitur dum homo hominem vulnerat, verumetiam quando infertur vis contra voluntatem.

2 Affl. inf. in tex. poſt nu. 4. [Meretricibus Illata] dicuntur autem meretrices, quæ multorum libidini patent, vel quarum turpitudo publicè venalis eſt. Alex. conſ. 157. nu. 3. vol. 5. Iſtas etiam inuitas noluit Guilielmus aliorum ſatisfacere voluntati, vt in textu.

S V M M A R I V M.

1 *Concupiſcentiæ vitium, & pœna ſecundum diuerſa iura.*

2 *Omnis, eſt vniuerſalis, prædicatur de multis, & quos comprehendit.*

3 *Principis duplex maieſtas, vna vniuerſalis, & alia in terris ſuis.*

4 *Subditi propriè qui dicantur, & quorum legibus ſubiacent.*

5 *Gloria quæ ſit, & de quibus multi gloriantur, num. 8.*

6 *Ciuitas ſine pauperibus non eſt perfecta.*

7 *Maiores pluribus modis dicuntur.*

9 *Miſerabiles qui dicantur, & eorum ſpecies.*

10 *Quæſtus quid, & vnde, & meretricum quæſtus venalis turpitudo.*

11 *Iniuria non fit volentibus, & quæ dicatur inuita.*

12 *Metus Regis, vel tyranni excuſat à vi, non patitur pœnam, & partus ſuccedit.*

13 *Satagere, ex satis, & ago, componitur.*
14 *Delictum factum in ciuitate grauius est, quàm si fiat in rure, plus si in domo, quàm in agro.*
15 *Planctus, & risus ex quibus proueniunt, & eorum effectus.*
16 *Verbo nō videtur, respondetur de iure.*
17 *Violentiam passa si non inde tristatur, talis passio non est simpliciter violenta, nec simpliciter inuoluntaria.*
18 *Vis non potest allegari si is cui fuit illata tacet, quia si ille non curat, iudex curare non debet.*
19 *Dolus purgatur per approbationem, & metus si potuit, & non reclamauit.*
20 *Meretrices non erant, sed pro temporum varietate tolerantur. nu. 21*
22 *Miserabiles sunt sub protectione Ecclesiæ, & meretrices Imperatoris.*
23 *Vis, capitur pluribus modis, & differt à metu. num. 30.*
24 *Vir magis punitur, quàm meretrix, propter infamiam.*
25 *Vir frangens ostium meretricis an puniatur.*
26 *Puella semper præsumitur extorta, & decepta.*
27 *Sponte factum est improbabile, quia dependet ab archano mentis.*
28 *Luxuriosa, & luxuriosus quis, & quomodo in omnibus est reprehensibilis.*
29 *Peccatum an sit maius si fit cum turpi, vel pulchra, palàm, vel occultè.*
31 *Meretrix ex circunstātijs probatur.*
32 *Meretrici an sit licitum dare, & illa accipere, & de accepto disponere.*
33 *Officiales, & stipendiarij an cogant incolas ad vendendum necessaria.*



1 [OMNES] concupiscentię appetitus, secundum Philosophum, insatiabilis est, & per operationē augetur. D.Tho. 3.par.de Sacram. q.73. alias 42. art.3. ideò D. Aug. 7.confessionum dicebat, dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, fit necessitas. D.Th.2.2.q.142.art.2.tanquā natura consuetudo est. Arist.de memoria, & reminiscentia, c.3. hoc modo fit nobis connaturalis, & diabolo maximè amica, non quod sit alijs grauior, sed quia est apud homines frequentior.d.par.q.150.art.3.multa eius vitia, & incōmoda, & quod non est quis ita senex, & edoctus, quod non amet fœtus etiam vilissimæ mulieris. Io.Ant.de Nig.in c.reg. vt fine mortalis peccati, nu.25.26. & post nu.76. corpus distrahit, & nonnullos in furorem adigit. Arist.7.Ethic.5. fit habitus, & dispositio, secundum quam bene, vel male disponitur.5.Metaph. Ideo damnatus de libidine commissa cum ancilla, propter eius vtilitatem laqueis legum non innodebatur, sed eius opinio aggrauabatur, secus si cum domina caupone. l. & si libidine, & l. quæ adulterium C.de adult. Iure Longobardorū si quis aldie liberæ, vel ancillæ alienæ violentiam faciebat componebatur. l.si quis aldie cum duabus seq.de raptu in Longobar.Iure cōmuni violentia meretricibus illata, erat impunis.l.verum in fi.l.apud Labeonem §.si quis virgines ff.de iniurijs glo.1. & Iser.hic in princ. vbi Affl.3.not. & Boer. decis.317. nu.8.Iure isto violentiam inferentes vltimo supplicio condemnantur. Arno.in 6.differentia vtriusque iuris.propterea consl.ista corrigendo legem antiquam, vel illa firma remanente, imponendo aliam pęnam, vt in gl. hic, nam lex noua quando statuit certam pœnam, nec expressè corrigit legem antiquam, aliam pœnam imponentem, remanet nihilominus pęna legis antiquę. Gra.in rub. tit.præced.nu.2. ne meretrices dicant, quod si liberę essent noluissent, coactę tamē voluerunt. l.si mulier §.pen.quod metus cau.ideo tex.iste qui diuiditur, & sum.vt per Affl.generalem sententiam proferendo. D.Aug.in lib.contra mendacium, col.2.cir.prin.dicit
2 [OMNES] tam supremi, vt optimates, quàm infimi, vt vilis populus, seu medij vt populus honorabilis, D.Thom.1.par.quæst.108. art.2. cum ista dictio prædicetur de pluribus. Bald.l.cohæredi §.qui patrem de vulg. & pup. est vniuersalis. Abb.c.omnes, 1.not. de maior.& obedien.c.ad eminentiam, post nu.3.de sent.excom.& sicut quilibet, omnes includit. Bald.in rub.nu.10.post med. C.de his, qui accusa. non poss. vel restringitur. Bald. l.3. post num.1. fine censu, vel reliq. & distribuitur in singularitates. idem Bald. l.paterfamilias de hæred. instit. [NOSTRE
3 REGIMINIS] nam in Principe duæ reperiuntur Maiestates Imperiales, vna quæ vbique est, & exercitium iurisdictionis temporalis, quæ non est nisi in terris suis. Bald. l.omnes §.verum circa fin. de Episc.& cler. ideo non imponit legem nisi subditis. idem Bald.

Bald.l.3.n.8.not.&.num.4.c.de summa Trinit.
nec iustè punit , nisi sit suæ iurisdictioni
subiectus. D.Thom. 2.2. quæst.65. art.2.
[Signaculo] in quo erat imago Iouis, nunc
Crucis, & alia de quibus Afflict. hic 1.noto
[Subiectis] ratione originis, vel domi-
cilij , cum ratione contractus, vel delicti
non sint propriè subditi. Abb. cap.pen. in
1.not.de foro compet. etiam, quia qui sunt
4 de vna ciuitate, vel regno non subduntur le-
gibus Principis alterius ciuitatis, vel regni.
D.Thom.1.2.quæst.96.art.5. [Decet] l.2.
ff.de legi. conuenit Bal.l.liber captus,nu.1.
circa fin. C.de postlim. reuers. & importat
honestatem,non necessitatem. Paulus de Ca
stro cons.66.post num.5.2.volum. [Maie-
stati Nostrae] Regalis, alibi Imperia-
lis.l.fin.C.de legi.quæ per bonum,& æquum
conseruatur. Bald.l.1. post num.1. repet.1.
5 ff. de constit. Princip. [Gloria] quæ est
clara cum laude notitia. D.Thom.ad He-
bræos ibi, qui cum sit splendor, col.1.in fi.
& 2.2.quæst.103.art.1. in fi. est effectus ho-
noris, nam ex eo quod laudatur , vel hono-
ratur, redditur clarus in oculis aliorum. .
eadem parte 145. art.2. vel est frequens de
aliquo fama cum gloria , seu laude . & quæ
sit falsa gloria . L. Aug.super Io. tract.100.
& 105. col.2. [Gubernari] cum rempu-
blicam in singulis gubernari oporteat, & in
nullo defici, ne dum Princeps vnam partem
tuetur , aliam deserat . Lucas in l. fin. post
princ. de re milit. sicut lex debet omnibus
æqualiter subuenire inopibus , & diuitibus.
Bart.l.1.num.6.de apochis publ. [Et Al-
6 terum Ab Altero] cum sine pauperibus
ciuitas non sit perfecta. Bart.l.1.nu.3.in fi.
vt nemi.liceat in empt.specie. [Tam Ma-
res , Quam Foeminas] nam non vnam
in maribus , & aliam in fœminis ponimus
legem , §.neque illo, circa fin. auth.quibus
modis natu.effic. sui . & denotant sexum ,
non corruptionem more Hebræorum . D.
Thom.3.parte de Saluatore,quæst.28.art.1.
cum addit. ibi tertium , de minori. [Nec
7 A Maioribus] potentia, vel diuitijs sunt
in primo gradu, seu quocunque genere no-
bilitatis. Innoc.cap.Sedes Apostolica,nu.2.
de rescriptis. [Vel Aequalibus] compa-
ribus , infra in constit. cum noua de iudic.
per imperi.celsi.promoue. [Vel] pro et ,
Ant.de Butr. cap.extra post num. 3. de filijs
presbyt. [Minimis Defendendo] cum
nullis sit deneganda defensio . Ioan.And. in
c. vt inquisitionis, post num.1. de hæreticis
in vj. & homines qui circa cæteros beneuo-
8 li sunt, laudibus efferamus. Arist.8.Ethico-
rum 1. [Pacis Gloriam] nam licet qui-
dam glorientur de Regum , vel Principum
amicitia , alij de scientia, quidam de liber-
tate adepta , nonnulli de assumptione ad
magnum collegium, quidam de triumphali
signo victoriæ , vltimo vnusquisque gloria-
tur de eo in quo reputat se magnum. D.Th.
ad Galatas 6. ibi , Mihi autem absit, col.1.
ita hic magnum se existimat in pacis gloria.
[Confovente] simul fouente , con enim
est simul . glo. l.3. in ver. coerrare , de offic.
præfe.vigi. & fouere, tegere, alere, tueri, &
retinere. Nizolus in ver. foueo. & sic vt sub-
diti seruentur illæsi, authent.de quæstore,in
princ. [Nec Pati Aliquo Modo] quo-
quo modo, quod est valde vniuersale . Abb.
c. quia clerici , post num. 5. de iurepatron.
[Vim] quæ est in persona. Bald. l. isti qui-
dem 2.repet.quod metus cau. & est maioris
rei impetus, qui repelli non potest. D.Tho.
3.par. de Sacram. quæst.78. alias 47. art.1.
[Inferri] inferenti . l.non idcirco §.cum
postea ff.de iudicijs . [Miserabiles Ita-
9 que Mulieres] quæ dicantur miserabiles,
& ipsarum tres species. Abb.c.significanti-
bus num.6.de offic.deleg.c.a.post num.2.de
postul. & etiam defunctus.idem Abb.c.a no
bis,num.5.circa fin.de sent.excom. [Quae
Turpi Quaestu] turpitudinem continen-
te. glo. l.generaliter de verb. oblig. vel in-
honesto,l.si possessor de petit.hæred. dicitur
10 autem quæstus , qui ex opera cuiusque de-
scendit,l.coire,& seq. l.seri nec cum sequen.
ff. pro socio . appellatur commoditas, quæ
ex negociatione prouenit , nec auget obli-
gationem. Bald.l.fin. §.præterea nu.2. post
med.de iure dot.vel venalis turpitudo,quod
est proprium meretricum . D. Thom. 2.2.
quæst.154.art.2. [Prostitutae Cernun-
tur] vulgo se prostitutas præbent, infra in
const.quæ passim. [Nostro Gaudeant]
exultent , & lætentur. Nizolus in ver. gau-
deo . [Beneficio] quod vt fit sponte præ-
statur.Lucas l.si quis,la seconda,circa med.
de murilegulis. [Gratulantes] gratula-
tionem facientes . Nizolus in ver.gratulor.
[Vt Nullus] non primus, nec secundus ,
sed nullus . glo.c.cum Vintoniensis , in ver.
concurrebat circa fin. de elect. [Eas Cov-
11 pellat Invitas] nam volentibus non fit
iniuria . Bald.l.3. §.sed & si quis nu.4.circa
med.com.deleg. dicitur autem inuita , quæ
ostendit voluntatem animi alio signo quàm
voce. Abb.c.veniens nu.4.veniẽs, lo primo,
de sponsa. [Suae Satisfacere Volunta-
ti] per blandimenta,quę eis cõferunt §.no-
uimus auth.quib.mod.nat.effi.leg.vel metũ,
12 vnde si virgo concipit ex tyranno,vel Rege,
quia præsumitur vim passa,terribilis metus
excusat,non potest accusari,& partus succe-
dit matri . Bald. l.eam quam, post num.25.

C.de fideicom.& l.si qua illustris,post nu.1. ad Orficia. & stuprata per vim non patitur pœnam, quia tolle voluntatem, & omnis actus erit indifferes. l.fœdissimam,vbi Bal. C.de adulterijs. [Contra] idest præter. l.verum §.ex facto, in ver. contra de mino. vel aduersus,psal.2.Quare fremuerũt gẽtes. [Hoc Generale Edictum] cuius ignorantia vt prætendi non possit, non solum in publico, sed in actu populoso factum est. Paris de synd.in ver.officialis c.5.post nu.2.
13 [Satagentibus]quod ex satis,& ago,componitur,& importat actus perfectionẽ. Affl. hic nu.10. Inde D.Petrus 2. eius canonica, c.1. Satagite, vt per vestra bona opera vestram vocationem certam faciatis. [Confessis, Atque Convictis] de quibus inf. in constit.si damna clandestina. [Vltimo Supplicio Inferendis] feriendis, alibi vltimi supplicij animaduersione plectendis. l.fin.de his, qui ad eccl.confug. & sic vt puniatur quis vltimo supplicio pro raptu meretricis,requiritur quod sit confessus,& cõuictus. Affl.hic 6.not. [Habito Tamen] quæ interpositio est modificans quod prædixerat. Lucas l.1.in princ. de fug.colo.patr. [Considerationis] circumspectionis. Nizolus in ver.considero. [Ordine]in decisorijs,cum aliter sit in præparatorijs.add. ad glo.in l.si mancipium in ver.actum ff.de euict. [Quod Si Vis] .i. violentia. Ant.de But.in c.super hoc 3.not.de renunciat.vnde deriuat,& quomodo capitur.Bal.§.est autẽ, inst.de tutelis [In Locis Habitabilibus] deiectis, additis, posititijs, vel refugijs. l.si vsusfructus §.sed si ædium.& ibi gl.de vsufr. & quemad. quis vta. vel conclane. l.pen.de
14 dam.infe. [Fuerit Illata] quia delictum factũ in ciuitate est grauius, quàm si fiat in rure. Bal.l.3.nu.3.C.de incest.nupt.& peius est si offenditur in domo sua, quã si in agro, in l.data opera,post nu.26.de his,qui accus. non poss. [Clamor Oppressi] quia de consuetudine est inuentum vt oppressi exclament,succurrite, adeo quod videtur omnes venientes conuocare. Ang.in l.prohibitum,cir.fin.de iure fisci.& taliter vociferantes videntur vim crudeliter pati.Afflict.hic 8.not. inde turculenti barbari, & eorũ mentes turculẽtissimę. D.Aug.1.de ciu.Dei c.1. & 7.torculenta rabies,in noct.B.Petri Alex. turculenter,extrauag.com.1.circa princ.de sepult. & turculentia, astutia, vel malitia, in extrauag. Io, sancta Romana,in ver.tur-
15 culentia,de relig.dom.& planctus habet naturalem significatum doloris,sicut & gemitus autẽ alacritatem. D.Th.1.2.q.38.art.2. malum est causa tristitiæ,& luctus bonum causa lætitiæ, 2.2.q.9.art.4. risus procedit ex gaudio, lachrymæ & gemitus sunt signa tristitiæ,quandoque solent homines lachrymare ex pietatis affectu,ea.par.q.82.art.4. & ex fletu corporali fit quædã resolutio lachrymarum. idem D.Tho.quolib.7.art.13. sed voces sunt notæ earum,quæ sunt in animo passionum. Bal.l.nõ ignorat,col.4.in fi. & seq.in princ. de his,qui accus.nõ possint. [Quam Citius]cum temporis moderamine,adeo quod tacitũ tempus continet infra quod possit fieri,sicut cito. Affl.c.1.17.not. nu.15.de noua forma fidel. [Poterit Elucescat] appareat. Nizolus in ver. eluceo. si locus in quo habet domicilium, Affl. hic 7.not.in princ. erat habitatus, secus si sola erat in agro, clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. Deuteron.cap.22. circa fin. [Alioquin] alias, Salyc.l.mutuum nu.5. si cer.pet.est cõditio aduersatiua. Bal.l.vni. nu.1. circa med. C.ex deli.defunct. inquan. hæred.ten. [Non Videbitur] .i.præsumetur. glo.2.l.qui iurasse,de iureiuran. Affl.hic
16 post princ. & per ista verba respondetur de iure,& perinde est ac si diceret nõ est. Abb. c.de cętero de homic. c.1. vlt.not.nu.12.de iudic. vel non video. l.idem Pomponius. de arbit. [Vis] præcisa,cum alia sit conditionalis, expulsiua, turbatiua, & inquietatiua. Abb. c.ad audientiã nu.2. c.sacris 2.not. & c.fin.post nu.6.de his, quæ vi, metusve cau. c.maiores §.fin.nu.3.de Baptismo[Illata, Si Mora Fuerit Octo Dierum Spatio
17 Subsequuta] ex quo licet patiatur violentiam, quia non inde tristatur, sed concurrit sua voluntas,talis passio sicut nõ est simpliciter violenta, ita non est simpliciter inuoluntaria. add.ad D.Thom.1.2.q.6.art.5. ibi secundum, de maiori. & sicut nullus potest facere iniustum nisi volens, ita nec pati nisi nolens.idem 2.2.q.59.art.3. vltra quod geminatio tollit cõiecturam metus.Minadois cons.13.num.16. & sic si in ciuitate fuit per octo dies à die quo turculentos clamores emisit,quia potuisset sibi consulere. Affl.hic 9.not.nocet,secus si in agro. Bal.l.3.cir.fin. de incest.nupt.& [Nisi] si non. Bal.l.fideicõmissa §.sic in fi.de leg.3. gl.l.si res in ver. vel,de leg.1.est dictio aduersatiua.Bal.l.ambiguitatem, post nu.4. de vsufr. in auth.nisi rogati,nu.3.ad Trebell. [Forsitan] l.quo casu ff.de arbitris. [His Diebus Invita Probabitur Fuisse Detenta] quia coacta mente non fecit sua, sed aliena, alias si faceret mente propria,& aliena, valeret tãquam sponte factum,quid si metu,vel stringendo gulam.Bald.l.2.post princ.de his,qui
18 per met.iudic.& sic non potest allegari vis, si ille cui fuit illata tacet,quia si ille non curat, iudex curare non debet. Abb. in fini,

c.in

eius Genesi, post nu. 1 c. de elect. ista tamen præsumptio non excludit quin probare possit per testes. Affl. hic 9. not. post nu. 13. & distinguitur inter inuitam, & inuitam, coactã, & coactam, & plus est expressè contradicere, quàm minimè consentire. Abb. d. c. maio

19 res §. fin. de baptismo. alias purgatur dolus per approbationem. Bal. l. in causæ, la secon da, in princ. post nu. 3. ff. de mino. sicut qui promisit ex turpi causa, si postea liberaliter soluit, non repetit. l. pen. vbi Bal. de cond. ob turp. cau. l. 2. nu. 8. 9. & 10. C. quod met. cau. vel cum potuit minimè reclamauit. c. insuper, qui matr. accus. poss.

20 Sed contra, meretrices aut non debent esse, iuxta illud Deuter. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, aut si sunt debent praxim venalem formam exhibere. d. const. quæ passim, alias denegando faceret iniuriam, sicut in eo qui tenet merces venales, & mihi non vult vendere, tenetur actione iniuriarum, disputat ad partes, & distinguit Affl. hic nu. 7. & 8. & Iser. etiam, quia tolle meretrices ex Ecclesia, & eam reples cõcubinis, & adulterijs. Caie. ad D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 2. Vltra quod stuprum punibile non committitur cum meretrice. l. si ea quæ, & l. pen. vbi Bal. in fi. C. de adulterijs, nec acclamatio, vel rumor eius, qui dicit se metum pati, probat metum. l. metum in princ. vbi Bald. C. quod met. cau. & est vis maior cui resisti non potest. Bal. l. sicut in fi. C. de pign.

21 Dic, quòd pro necessitate temporum oportuit illa commutari. c. postea quam 25. quæst. 2. & inuitæ prohibentur, volentes tamen impunè satisfaciunt, nisi sint coniugatæ, vel carceratæ in posse curiæ. Arnon. epito. 19. & 84. & licet violentia causet inuoluntarium, possunt dici voluntaria, & inuoluntaria secundum quid. D. Tho. 1. 2. q. 6. art. 5. & 6. & tenentur audientes opem ferre si possint, ve latè infra in const. quicunque.

22 Nota, quod sicut miserabiles sunt sub protectione Ecclesiæ. Abb. c. cæterum, post nu. 16. de iudic. ita Imperator voluit meretrices vti miserabiles cum alijs subditis simul beneficio pacis fouere, quæ est violentiæ contraria. Affl. hic 3. not. in fi.

23 Secundo nota, quod vis est inferentis metus in passo. Bal. l. continet 3. rep. quod met. cau. detenta, & oppressa dicitur potius pati, quàm agere. Abb. cap. consultationi in fi. de sponsal. c. insuper, qui matr. accus. poss. adeo quod quæ est in prostibulo per vim non dicitur perdere pudicitiam, nec honestatem. Bal. l. fœdissime, C. de postlim. reuer. & non debet se occidere ne alter peccet in corpus suum. Abb c. ex parte 2. not. de sepult. quia licet meretricium sit peccatum mortale, add. ad D. Th. 3. par. de Sacram. q. 127. alias, 96. art. 11. ibi not. hinc, tamen in facto inseparabili vnus peccat, & alter non, propter diuersitatem personarum. Abb. c. extirpãdæ, §. qui verò 2. rep. nu. 57. de præb. & in eodẽ genere grauius est peccare agendo, quàm patiendo. add. ad D. Tho. 3. par. de Sacram.

24 q. 37. alias 6. art. 2. ibi ratio est, & plus punitur vir, quàm meretrix, propter infamiam quam contraxit ex libidine. Affl. hic num. 3. circa med. vltra quod qui induxit mulierem ad fornicandum, facit peccatum mortale, & quantum est in se priuat illam vita gratiæ. D. Thom. 1. 2. q. 73. art. 8. Caiet. ad eundem

25 2. 2. q. 53. art. 2. Vnde frangens ostium meretricis non punitur, quia satis est punitus propter ignominiam. glo. 1. in fi. c. sæpe contingit 50. dist. vel punitur pro fractura ostij quod fregit ratione adulterij, & nõ de adulterio si ipsum pœnituit. Bal. l. si quis non dicam rapere, nu. 9. cir. med. de Episc. & cler.

26 Puella verò semper præsumitur extorta, & decepta. Abb. c. pen. post num. 4. de raptori. sed metus non excludit consensum. l. si mulier d. tit. quod metus cau. c. merito 15. q. 1. quando metum præcedentem purget cõsensus superueniens, Abb. c. de muliere in fi. de sponsal. nam per subsequẽtem consensum tollitur vitium præcedẽs, c. fin. vbi Abb. 1. not. d. tit. de rapto. adeo quod dicitur nouus cõsensus. glo. 2. d. l. si mulier, & carnis copula sequens purgat metum præcedentem. Abb. c. veniens, lo primo, num. 6. d. tit. de sponsal. facit quod dicit Bald. l. 1. 3. repet. d. tit. quod met. cau. per cohabitationem coactio transit in consensum: & quid cõsiderabit iudex, c. ad id quod, vbi Abb. de sponsal. alias quod

27 sponte fecerit dependet à solo archano mentis, & est improbabile, quia solus Deus nouit animũ, potest tamen cognosci per signa extrinseca, ex quo ita declarauit Ant. de But. c. super hoc, ibi tertio obuiat, de renũc. semper tamen inspicitur præcedens causa, scilicet libido. l. 4. in ver. sed noua de cond.

28 ob turp. cau. Quæ luxuria dicitur, & est libidinosæ volũtatis appetitus, inde luxuriosus, solutus in voluptates. D. Th. 2. 2. q. 153. ar. 1. & est magis detestabilis in senectute, quàm in iuuentute, quia in senectute præsumitur magis diminui, sed in omni ætate est turpis, senibus maxime fœditissima, nam sectator luxuriæ dicit abijcere iugum Domini. Abb. c. pen. post med. de præsumpt. sed hodie sine fornicatione pauci inueniunt. Host. in sum. de accus. §. quis sit effectus, col. 2. circa fin. & hoc peccatum consistit, quia homo accedit ad non suam, & si accedit ad illam, quæ est alterius vxor, propter iniustitiam, quia vsurpat rem alterius, transfertur in aliud genus

genus peccati. D. Th. 1.2.q.73.art.7. si corā
alijs aggrauatur ratione scandali, sed non
constituit aliam speciem peccati. idem 2.2.
quæst.43.art.3. peius publicè, quàm occultè.
3.par.de Sacram.q.25.alias 84.art.6.& cæ-
teris paribus plus peccat religiosus, quàm
29 secularis. 2.2.q.186.art.10.& an magis pec-
cet cum muliere difformi, quàm cum pul-
chra; magis publicè, quàm occultè. Abb.
c.cum quidam nu.2.& 3.de iureiur.
30 Tertio nota, quod est differentia inter
vim, & metum. Abb.c.2.nu.9.de ordine cog.
Rursus vis est duplex, vna infertur personæ,
alia rei. Bal.d.l.1.2.repet.quod met.cau. &
qui promisit non facere vim, intelligitur
propria auctoritate, posset tamen auctori-
tate iudicis. Bald.l.fin.in fi. C.de act.empt.
alibi vis, virtus, siue potentia dicitur. Abb.
c.tanta 1.not.qui filij sint leg. metus autem,
& coactio differunt. Abb.c.cum locum nu.6.
de sponsal.
31 Vltimo nota, quod ex circunstantijs pro-
batur meretrix. Bal.l.neque natales, num. 1.
cir.med.C.de probat. & quæ dicatur palam
quæstum facere. l.stuprum, & l.palam, vbi
Bal.in princ. ff.de ritu nupt. non tamen co-
gitur inuita, vt hic, sicut nec inuitus cresce-
re quis cogitur. c.gesta, 74.dist. & etiā quod
lucrum sit piè agere. gl.l.locum in ver. locū
de vsufru.& quemad.quis vta. nemo tamen
inuitus benefacit, etiam si bonum est quod
facit. D. August.1.confess.c.12.cum satis lu-
cretur, qui suæ satisfacit voluntati. l.fin.de
vsu,& habit. Abb.c.cum inter num.27.post
32 med. de except. An autem licitum sit dare
meretrici. Bal.l.1.nu.4. C.de cond.ob turp.
cau. & ipsa masculo. idem Bal.l.affectionis
ff.de donat. & potest, remunerādo delictum,
quādo datur vt abstineat. Bal.l.generaliter
de verb.oblig. secus si honorat vitium, quia
aliter non donaret, nisi esset meretrix, sicut
si donaret venatori, cui aliter non donaret
nisi esset venator, quia tūc honorat vitium,
non naturam, non valet. D. Aug.psal.102.
col.15. vel illa licitè accipit, sed ille illicitè
dat, latè cum Iser. in ver. turpiter luserit,
post nu.11.quib.mod.feu.amitt. vel turpiter
agit dum exercet meretricium, sed pro eo
quod accipit, non iniustè agit, nec contra le
gem, & qui dat pro actu venereo, antequam
fiat, malum est, post factum non est malum,
sed est actus iustitiæ, nullo vitio imperatus.
D. Thom. & cum eo Caiet.2.2.q.32.art.7.&
potest retinere meretrix quod ei datum est,
sed superfluum per dolum, vel fraudem ex-
tortū tenetur restituere. ea.par.q.62.art.5.
& de eo an possit oblationem facere, q.86.
art.3. testari, & disponere. & quid de alia mu
liere, Abb.c.quia plerique 3.q.de imm.eccl.

33 Non omitto, sumpta occasione ex Ioan. &
Afflic. in præceden. quod si Iustitiarij, stipen-
diarij, & alij officiales in locis in quibus ho
spitantur, ignauia incolarum, nō inueniunt
pretio congruenti pro se, & eorum anima-
libus pabula, & alia vtensilia, excusantur si
extendunt manus ad bona incolarum pro
vita necessarijs, non tamen excusantur ab
emendatione damni. Luc.l.2.cir.fin.de pasc.
publ.& per vniuersitatem coguntur ad ven-
dendum vtensilia iusto pretio, nisi sint do-
mino necessaria. Lucas in l.nominationum,
circa fin.de decurio.

De raptoribus virginum, vel viduarum.

SVMMARIVM.

1 *Raptus committitur causa exercendæ libidinis.*
2 *Vel, disiunctiuè.*
3 *Vidua à viro diuisa dicitur.*

DICTVM fuit de violētia me-
retricibus illata, & quia
ratione libidinis exercen-
1 dæ committitur raptus,
Abb. cap.pen. in 1.not. de
raptor. ideo ponitur [DE
RAPTORIBVS VIRGINVM]
quæ sint, & vnde dicantur. Arch.in c.virgi-
2 nis 27.q.1. [VEL] disiunctiuè. glo.fin.in l.
3 bonæfidei ff.de noxal. [VIDVARVM] à viris
diuisarum, nam vidua dicitur idua à viro
diuisa. Arch.in c.vidua 34.dist. quarum ra-
ptores puniuntur, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Carnis luxuria magis genus humanū subditur diabolo, quàm per aliud.*
2 *Matrimonium an possit esse inter raptam, & raptorem. nu.17.*
3 *Caput hominis, & pœna capitalis triplex, & quæ capitalia crimina.*
4 *Nupta à nubo, & est participium verbi.*
5 *Præcipimus, obligat ex præcepto, & est durum verbum.*
6 *Ablatiui absoluti prolati ab eo qui potest disponere, inducunt dispositionem.*
7 *Omnino, totaliter, ad omnē effectum.*

Romani

8 *Romani spectaculi fraude, non natu-*
ra Sabinas rapuerunt.
9 *Vir in vxorem nondum cognitam, vt*
cognoscat habet manus iniectionē.
10 *Natura est imitatrix vitiorum, ma-*
xime circa carnalia.
11 *Amor habet bellum, pacem, & indu-*
cias, & eius impulsu pro conserua-
tione speciei.
12 *Cognoscens aliquam, si praecessit tra-*
ctatus matrimonij, praesumitur illa
occasione cognouisse.
13 *Matrimonium subsequens non pur-*
gat delictum praecedens.
14 *Stuprum cum quibus committitur,*
& eius poena. & nu. 15.
16 *Facere quis praesumitur, quod commu*
niter fit.
18 *Iudex non condemnat, sed declarat*
reum esse culpabilem.
19 *Vxor agit contra detentorem mariti.*



APITALEM] homines,
secūdum Philosophum
2.Polit.7.proni sunt ad
venerea, illisq; obnoxij.
1 Per carnis luxuriam
magis humanū genus
subditur diabolo, secun
dum Isid. in lib. de sum-
mo bono, quàm per aliquod aliud, quia dif-
ficilius est vincere vehementiam huiusmo-
di passionis. D.Th.2.2.q.154.art.3. ideo ne-
mo potest esse castus, nisi Deus dederit. Io.
Ant.de Nig. in c.reg. vt fine mortalis pecca
ti num.24. propterea iure Longobardorum
si vir mulieri violentiam intulerit, & inuitā
tulerit in vxorem, culpabilis est, & in 90.
solidis componitur, pro medietate Regi, &
pro alia parentibus mulieris applicandis,
L.1.de raptu. si rapuit alterius sponsam, etiā
quod eam corruperit, abstrahatur ab eo, &
proprio sponso, si vidua, eius parentibus red
2 datur, & cui vult nubat, & ei à quo rapta
est vllatenus vxor esse potest. l. pen. & fin.
d.tit. de raptu in Longob. ita & de iure ciui-
li inter raptam, & raptorem prohibetur ma
trimonium. l. vni. de rap. virg. iure canonico
permittitur si prior dissensus transit in con-
sensum, c. accedēs de raptor. iure isto secus,
vt eximatur raptor à poena capitali. Arno.
in 7. differentia vtriusque iuris, per istū tex-
tum, qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit
3 [CAPITALEM POENAM] poenā capitis. gl.1.
l. Senatusconsulto ad Syllan. quae in tribus
consistit, in amissione vitę, priuatione liber-
tatis, & amissione libertatis: inde quilibet
dicitur habere triplex caput, naturale vnū,
aliud libertas, tertium ciuitas. Bal.l.3.col.1.
cir.fi.nu.2.3.& 4.C.de accus. inde capitalia
crimina, quae capite plectūtur, & vitium ca-
pitale à quo alia oriuntur. D.Th.1.2.q.84.
art.3. & 2.2. q.153. art.4. An autem poena
perpetui carceris, & abscissionis membri sit
capitalis. Bal.d.l.3. [QVAM CONTRA RA-
PTORES] qui per vim rapiunt. Cassa. in con-
suet. Burg. rub.1. ibi, & droicts deicelles, post
nu.4. [VIRGINVM] de quibus sup. in rub. &
in const. si quis, etiā sub colort matrimonij,
in c.reg. fine. [VEL VIDVARVM] quę aliquā-
do fuerunt nuptae, licet quandoque dicatur
etiam quae virum non habuerunt, l. malum
§. viduā de verb. sign. & d.l. vni. de rap. virg.
[SPONSARVM] cum quibus fuit contractum
matrimonium per verba de praesenti non
sequuta adhuc copula carnali. Abb. c. tertio
loco, 1. not. de praesump. [VEL ETIAM] quae
dictio repetit, perfectumq; designat. Luc.l. si
quis in sacris cir. princ. de prox. sacro. scrin.
gl.2. l. Aurelius §. testamento de liber. lega.
[IAM NVPTARVM] carnaliter cognitarum.
4 Arch. c. rennit 27.q.2. & est participiū ver-
bi nubo, à quo dicitur nupta. Pau. de Cast.
cons.154.nu.1.cir.fin.1.vol. & sic species lu-
xuriae accipiuntur secundum diuersas mulie
rū conditiones. D.Th.2.2.q.154.art.1.& 8.
[ET EORVM COMPLICES, ET FAVTORES]
de quibus sup. in const. Pateranos, & sic par-
ticipat cum raptoribus punitur, c. si quis de
purg. can. [DIVORVM] Leonis primi, & Iu-
stiniani. Affl. hic in princ. alibi diuorum fra-
trum. l. de qua re, ff. de inoff. testam. & diui.
l. quod vt de adopt. [AVGVSTORVM] opti-
morum Principum. l. & ideo ff. de leg. retro
Principum, l. quicunque de haeret. l. omnia
de Episc. & cler. [STATVTA] prout tēporis
conditio exigerat, l. pen. §.1. de vsu, & habi.
[SANXERVNT] cum poena capitis. l. raptores
de Episc. & cler. d.l. vni. de raptu virg. [IN-
VIOLABILITER] c. sacro de sent. excomm.
5 [PRAECIPIMVS] quod obligat ex praecepto,
& est durū verbum contra negligentes. Zab.
clem.2.15. not. de magistris. [OBSERVARI]
& sic complices, & fautores raptorū puniun
tur eadem poena in c. regni vt fine mortalis
peccati, & lex superueniens addit priori, &
non tollit. l. item art, in ver. inquietari ex
quib. cau. maio. Immo multis temporibus
obseruata pręsumitur iustior. Luc.l.2.col.4.
circa med. de quib. mune. vel praesta. nemini
liceat se excusa. & statuendo super futuris
praeterita pristinae dispositioni reliquisse vi-
detur. gl. extrauag. Io.3. in ver. in posterum
de verb. sign. & mandat obseruari .1. pareri.
Nizolus

Nizolus in ver. obseruo circa med. [Illis
6 Consvetvdinibvs] ablatiui absoluti prolati ab eo qui potest disponere, inducunt dispositionem. Bar.l.2.§.videndum nu.2.ff.ad Tertull. [Qvae in Aliqvibvs Partibvs] regni nostri, sicut in constit. in aliquibus. [Regni Nostri] vtriusque Siciliæ. Affl. hic. [Hactenvs] §.hactenus inst.de gradi. [Obtinebant] quia quælibet ciuitas habet suas leges, §.sed ius instit.de iure natu. gent. & ciui. sicut quælibet dohana habet suos ritus in Ritu R. C. de fundico flagelli. [Per Qvas Raptores Raptam Sibi In Matrimonio Collocando, Vel Alii Eam Nvptvi Tradendo] Exodus 22.c.1. de adulterijs.Affl.hic 3.not. [Se Capitali Sententia] reum capitis. l.quamuis §.1. de solut. [Eximebant] liberabant.Nizolus
7 in ver.eximo. [Omnino] totaliter, ad omnem effectum. Io.And.c.quorundam, nu.3. post med.de elect.in vj. [Svblatis] calcatis,quia lex calcata dicitur, quæ non seruatur.Bar.l.fin.circa med.de vesti.olobe.
8 Sed contra, non legibus,sed natura Sabinæ fuerunt raptæ à Romanis, fraude spectaculi inductæ.D.August.2.de ciuitate Dei c.17. si natura contra naturale feudus nihil lex fœni criminis æstimari permittit. l.eum qui,de Episc.& cler. tanto magis,quia motus cordis,& membri pudendi ex pœna peccati non obediunt rationi. D.Th.1.2.q.17. art.9. vltra quod multi propter abundantiã amoris,& iræ sunt in insaniam conuersi. ead. par. q.77. art.7. & successiuè non debet raptoribus imputari, tanto magis si præcedit tractatus matrimonij,& sequitur raptus,nõ punit. c.pen.vbi Abb.1.not.cir.fi.de rapto. quia factum sub titulo matrimonij,non cadit in delictum ex quo non intendit delinquere,sed dare operam rei licitæ.Bal.l.eum
9 nu.2.in fi.C.de adulterijs. Rursus, in vxorem etiam nondum cognitam habet vir manus iniectionẽ vt cognoscat.Bal.l.1.2.repe. cir.fin.de rei vend.& d.l.vni.nu.24.de raptu virg. ita qui stuprauit, si abiurauit vxorem cognouisse promissam, excusatur à pœna. Caff. n. vbi sup.post nu.40. alias illius pœna conuerteretur in culpam.c.vni.de purg.post par. tanto magis,quia in matrimonijs contrahendis non statur dispositioni iuris ciuilis, sed attenditur ius canonicum, c.fin. vbi Abb.d.tit.de raptori.
10 Dic, quod immo natura facilius labimur ad delicta, imitatrix vitiorum natura labitur ad delicta.c.reg.139.maxime ad ea sine quibus pauci inueniuntur, vt est fornicatio. Lucas l.mulieres col.5.post med.de incolis. delectatio enim quæ est in venereis totam animam absorbet, & trahit ad sensibilem

11 delectationem, habetq; amor bellũ,pacem & inducias,secundum Terentium,D.Thom. 2.2.q.53.art.6. opprimit rationem, & furatur intellectum multum sapientis. ead.par. q.55.art.8. est naturalis, & difficilius ab ea abstinetur, quia difficilius est contra voluptatem pugnare, quàm contra iram, tanto magis,quia fœmina est necessaria ad conseruationem speciei, pulchritudo,& ornatus faciunt vsum magis delectabilem.ibidẽ q.141. 5.& 7.& 142. art.3. Vnde si deprehenditur quis cum aliqua, & iurat illam accepisse in vxorem,& ita vulgus loquitur, pro veritate accipitur,nec punitur si qualitas personæ,& alia indicia patiuntur,alias secus. Bald.l.si. post princ.de collu.deteg.l.pen.cir.fin. C.de
12 fideiuss.vel præcessit tractatus matrimonij, quia tũc videtur fecisse occasione præcedentis tituli. Bart.l.cum solus nu.4.cir.fin.ff.de vsucap. & habere ex præcedenti titulo. l. si extraneus ff.de don.inter virum,& vxorem. ex præcedẽti titulo datur intelligi subsequuta possessio. Bald.conf.379.post nu.5.1.vol.
13 alias matrimonium subsequens non purgat delictum præcedens, sed tenet matrimoniũ cum ea quã polluit per adulterium,nisi consenserint in morte primi viri.l.commissum, vbi Bal.C.de adulterijs.nec copula violẽter extorta firmat matrimonium. Abb.c.discretionem 2.not. de eo, qui cogn.consanguin. vxor.suæ.
14 Nota, quòd stuprum committitur cum virgine. glo.c.2.de adulter. Abb.c.ex parte 1.not.de sepult.Vnde maximum dedecus est mulieri,& magnus dolor parentibus mulierum cognosci,& stuprari. Bal.d.l.vni.nu.17. in fi. de rap. virg. adeo quod dicitur maius delictum, quàm homicidium. Bal.l.isti quidem §.quod si,d.tit.quod met.cau.committitur etiam cum meretricibus,l.stuprum de ritu nupt. nã meretricari est dolus.l.si verò §.si adolescens ff.mandati. est tamen differentia inter vim, & vim, c. de muliere, de sponsal. Raptus verò est execrabile, & violentum, in c.reg. vt sine mortalis peccati. Sed an rapiens meretricem puniatur pœna capitis.Bal.d.l.raptores post nu. 1.de Episc. & cler.& d.l.vnica nu.21.de rap.virg. distin
15 gue, si sunt plures, principalis suspenditur, socij verò condemnantur ad remigandum, & obtenta remissione componuntur. Gra. hic.Quid si per vim apprehendit virginem, & prostratam in terra cognoscit, est stuprũ, & non raptus,nec punitur pœna huius cõst. Arno.in 100.epitom.ita si rapiat mulierem solutam ab alio defloratam, non incidit in pœnam statuti, cum nõ præsumatur rapuisse per vim,ex quo alias consentijt.idem Arno. in 40.dialogo.Sed videtur,quòd etiam quod cum

cum consensu mulieris rapiat teneatur. Bal. d.l. vnica, num. 20. de rap. virg. Abb. d.c. pen. num. 4. Cassan. vbi sup. & licet non puniatur quoad pęnam priuatam mulieris, punitur quantum ad publicam, sicut in eo qui percussit volentē. Bal. l. si vnus §. pacta in princ. ff. de pactis. vltra quod velle nemo præsumitur quod sibi nocet: inde est quod requiritur voluntas efficax, & expressa. idem Bal. l. inuitum de ser. vrb. præd. nec habet locū consensus, vbi metus, vel coactio intercedit. c. cum locum, d. tit. de sponsal. nam faciens coactè potest velle, & nolle. glo. l. si mulier §. pen. in ver. hæredem, & seq. vbi Bald. qui etiam dicit ff. quod met. cau. quid secundum
16 Theologos, præsumitur tamen quemlibet facere id quod cōmuniter fit. Bal. l. 2. nu. 25. circa med. de rescind. vend. si fuit extra domum, nec apparet cuius voluntas præcesserit, præsumitur præcessisse volūtas masculi. Bal. d. l. raptores nu. 1. in fi. adeo quod si probatur raptus, nō admittuntur testes ad probandum spōtaneam voluntatem. Abb. c. fin.
17 nu. 35. de renunc. Potest tamen rapta cōtrahere cum raptore vbi datur libera facultas contrahendi. d. c. fin. vbi Abb. de rapto. quia solum adulterium damnat, sed non inhabilitat ad contrahendum, sicut machinatio vnius sine adulterio. idem Abb. c. 2. 1. 2. & 3. not. in fi. licet aliter videtur in c. significasti nu. 6. & c. fin. nu. 6. de eo qui duxit in matr. quam polluit per adulter. Concilium verò Melde prohibuit huiusmodi matrimonium, nisi facta restitutione patri, & cum eius consensu detur, nec dirimit matrimonium contractum: quid autem, secundum Conc. Trid. D. Th. cū Caie. & add. in ver. tertium minor. 2. 2. q. 154. art. 7. & tunc lex dicitur punire, non iudex. Bal. l. legis virtus nu. 3. ff. de legi.
18 nī iudex non condemnat reum, sed declarat esse culpabilem. Bal. l. si quis non dicā rapere, post nu. 5. de Episc. & cler. Quid si alienā vxorem ex itinere ad domum suam conduxit, & inde marito repudium misit, per triennium relegatur. l. diuus ff. de diuortijs. vnde statutum, quod tenens vxorem alterius de die, puniatur in tantum, aliter si de nocte, quid si tenuit de die, & nocte simul. Bal. l. si
19 tutor, la seconda, ff. de tutelis. & si maritus tenetur inclusus, potest vxor accusare detentorem. Bal. l. 1. 2. rep. cir. fin. de rei vendic.

SVMMARIVM.

1 *Facta patent, negata latent, vel non facta latēt, sed facta manifestātur.*
2 *Probari quod non potest per sensus, sufficit per actus propinquos.*
3 *Amantes mutuo conspectu lingua tacenda corda nunciant.*
4 *Positionum natura, quod vna ponatur pro alia.*
5 *Quæstionis verbum si profertur à lege, intelligitur lite contestata.*
6 *Siciliam Cato cellam pœnariam reipublicæ appellauit.*
7 *Distinctio casuum, & temporum tollit contrarietatem.*
8 *Tempora sunt mutabilium motus, & se habent in plus, & minus.*
9 *Tam, & quam, ponuntur copulatiuè, & complectuntur extrema.*
10 *Crimina à carendo nomine dicūtur.*
11 *Duellum iure cōmuni omni casu erat prohibitum, secus isto, nam non est licitum prouocare, sed prouocato est licitum se defendere. nu. 12.*
13 *Vix, nullo modo, vel cum difficultate, dicitur, & capitur pluribus modis.*
14 *Stuprum committitur in camera, & testis si reddit causam quia vicinus, non probat.*
15 *Latebræ ad subterfugiendum humana iudicia etiam in licitis quandoque procurantur.*
16 *Tollere, & elidere, cassare, & sublatum esse, differunt.*
17 *Probatio minus legitima admittitur propter defectum probationum.*
18 *Iudex cui nihil probatum est, nihil mandare potest.*
19 *Conscientia quid, vnde, & quæ sit erronea, & quando obligat.*
20 *Proximus est actui, qui in actu esse videtur.*
21 *Veritas est iuuanda, eius causa omnia iura sunt facta, & cæteris præponenda.*
22 *Signa attētationis pudicitiæ quæ sint.*
23 *Pudicitia quid, & quid impudicitia, & ex quibus attentatur.*
24 *Mulieres à mollitie animi, & corporis dicuntur.*
25 *Voces, & ploratus sunt indicia violentiæ inferendæ.*
26 *Præsumptio violenta dicitur quæ oritur ex propinqua facti circunstantia.*

Virgi-

27 *Virginitas quid sit, vnde dicatur, & in quo consistit.*
28 *Similitudo est actus inter diuersos terminos.*
29 *Manus pro opera capitur.*
30 *Motus dicitur cognitio, vel passio, quæ non committitur.*
31 *Iudicatur ex suspicione, & si Imperator ex plena relatione cognouit, non app. llatur. nu. 37.*
32 *Fideiussio catena aurea appellatur.*
33 *Testis debet reddere causam scientiæ ex quinque sensibus.*
34 *Sententia lata ex præsumptionibus, non habetur pro diffinitiua.*
35 *Præsumptio, indicium, & suspicio sunt diuersa.*
36 *Probationis species diuersæ, sed idem in substantia.*
38 *Nomine verbali posito, ponitur actus.*
39 *Puella prouidetur de loco tuto si dubitatur de violentia matrimonij.*
40 *Lex quando annullatur, remanet ratio, & quare ponitur.*
41 *Possibilia sunt multa, quæ sunt merè debita.*

1 N QVAESTIONIBVS] facta patent, negata latent. Abb. c. extirpandæ §. qui verò 1. repet. post nu. 10. & 2. post nu. 16. de præb. immo non facta latent, sed facta se manifestant, in c. 3. num. 2. circa med. de raptor. quia vbi
2 actus non potest probari per sensus, sufficit testes deponere per actus propinquos, & tunc præsumptio violenta concludit. idem Abb. c. literis, & c. tertio loco, post num. 1. & 4. de præsump. ista licet magis intellectu, quã elocutione percipi possint. Spec. in tit. de secun. decr. §. 3. nu. 2. cir. med. non potest dari inuariabilis doctrina, sed secundum casus contingentiam, & qualitatem iudicandum est. c. 1. de feu. cogn. Abb. c. quia frustra post nu. 5. de vsuris. nam amantes seinuicem
3 sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & alterutro delectantur ardore. appendix ad D. Th. 2. 2. q. 154. art. 4. & in ver. singulis. Mulieres etiã sæpe amandi materiam nutibus, & actibus dare solent, nunquã enim creditur esse adeò impudicus amator, vt amare non desinat eã quæ recusat amari. Io. Ant. de Nig. in c. reg. vt sine mortalis, num. 17. & 76. tamen iure communi si quis post trinam denunciationem inuentus fuerit attentare mulierem clamantem, traditur iudici statim puniendus. auth. si quis ei de adulterijs. Iure isto non punitur statim, sed Principi remittitur puniendus. Afflic. in 8. differentia vtriusque iuris per istum textum, qui diuiditur, & sum. vt per
4 Affl. & dicit [IN] ista dictio licet ponatur pro nam, cum natura positionum sit quod vna ponatur pro alia secundum subiectam materiam. Bal. l. filium quem habentem, nu. 18. in fi. C. fam. ercisc. & aduerbia, præpositiones, & coniunctiones, quando veniunt ad aliquid determinandum significant qualitates, & modos, secundum suscipientem naturam ipsius determinabilis. Bal. l. 3. in fi. C. de act. empt. ita dictio in, de qua hic, aut iungitur loco, aut tempore personæ, aut actui, si actui, vt hic, significat intra actum, latè Bal. in rub. post princ. fol. mat. [QVAESTIONIBVS] causis. Luc. l. vni. col. 2. in fi. de codu. & procur. lite contestata. nam quando quæ-
5 stionis verbum profertur à lege, intelligitur lite contestata. Affl. in const. cũ noua 1. not. inf. de instr. confic. [VIOLENTIARVM] cum armis, vel sine, sup. in const. si quis in posterum. [QVI QVIBVSLIBET MVLIERIBVS] tam virginibus, quàm viduis, quę in religionibus vidualiter viuunt, cum castitas non procul à virginitate ponatur. Bald. auth. ex testamento col. 3. in princ. de secund. nupt. & est triplex, in virgine, vidua, & nupta. in auth. cui relictum nu. 2. in fi. de indi. vidui. toll. vel inutiliter nupta. Arno. in soliloquio 33. & 72. tam honestis, quàm non, vt in tribus constit. præcedentibus. [INSERVNTVR] indicuntur. Nizolus in ver. infero. [PRAEDECESSORVM NOSTRORVM] felicium Regum, vt infra in const. si dubitatio. [REGNI
6 SICILIAE] quam Cato cellam pœnariam reipublicæ appellauit. Nizolus qui supra in ver. Sicilia. [SANCTIONES] sacratas genere ipso, aut obtestatione, consecratione legis, vel pœnæ, cum caput contrafacientis consecretur. Nizolus præd. in ver. sancio. [SVB
7 DISTINCTIONE QVADAM] quia distinctio casuum, & temporum tollit cõtrarietatem. Pau. de Cast. conf. 311. col. 2. cir. med. 2. vol. [VIDELICET] l. cũ de indebito ff. de probat. [SI INFRA] quæ dictio an includat, vel excludat. Castan. in consuet. Burg. rub. 19. §. 2.
8 ibi de dans in fi. [TEMPORA] quæ sunt mutabilium motus, & se habent in plus, interdum in minus. Luc. l. 2. col. 2. in fi. de delato. [EISDEM CONSTITVTIONIBVS PRAETAXATA] octo dierum, vt sup. in const. omnes. [IPSARVM PROMVLGATIO] alias proclamatio, vt in gl. [PROBARETVR] per principia, sicut causatum ostenditur per causam.

10.

Io. Ant. c. 1. num. 1. de confessis in vj. [Pv-
GNAE IVDICIVM ADMITTEBANT] & sic
virtute constitut. quas Imperator hic sub
compendio refert, si mulier infra octo dies
à die illatæ violentiæ in eius persona, pro-
clamauit, & proclamationem probauit in
iudicio, ex hoc solo iudici poterat duellum,
sicut in alijs criminibus existentibus indi-
cijs. Affl. hic in princ. [CVM] sed cum [TAM
9 IN CASV PRAESENTI, QVAM] tam, & quam
ponuntur copulatiuè, & complectuntur ex-
trema. Loffr. conf. 33. nu. 5. cir. fi. [QVAM IN
10 OMNIBVS ALIIS CRIMINIBVS] quæ à ca-
rendo nomine dicuntur, quia quod difformi-
ter, & criminosè agitur, caret forma, quæ
dat esse rei. Lucas l. qui grauatos post princ.
de censi. & censito. [TANTVM] tantummo-
do, quæ est dictio taxatiua, negatiua, seu pri
uatiua. Lucas l. fin. in princ. de fide instrum.
[CRIMINE LAESE MAIESTATIS EXCE-
PTO, ET MORTIS ABSCONSAE] per quod
reus esset habitus criminis Maiestatis, vel
homicidij absconsi. inf. in const. summo pe-
riculo, & constit. monomachiam, in quibus
11 casibus iure isto pugna permittebatur, cum
alias iure cõmuni omni casu sit prohibita.
l. negantes. C. de act. & oblig. & toto tit. de
cler. pug. & de purg. vulg. Arno. in 9. differen
tia vtriusque iuris. [PVGNAE NON TAM IV-
DICIVM] quæ ad modum iudicij in defectu
probationum permittebatur, vt inf. in cõst.
consuetudinem prauam. [QVAM DISPEN-
DIVM] vana impēdia, & vana probatio. Affl.
hic post nu. 1. vel dānum. Luc. l. vni. ne quid
oneri publico impon. [PROVISIONE SAN-
CTA] sancta cõstitutione, §. 1. inst. quib. mo.
tute. fin. [SANCIMVS AMOVERI] d. constit.
monomachiam, quia cum detur in defectu
12 aliarum probationū est legibus valde odio-
sum, nec iure isto licet alium prouocare, sed
prouocato est licitum se defendere. Bald. in
rub. cir. fin. de dedit. liber. toll. [NAM] quia.
glo. l. fin. in ver. & maritis de Episc. & cler.
[NON LEVE PERICVLVM] circa personam,
cum damnum sit circa res. Lucas l. agentes
col. 3. in princ. de agent. in rebus. [ACCV-
SANTIBVS IMMINET] quia si non probant,
calumniare præsumuntur, & simili pœna
puniuntur. Affl. hic nu. 5. [QVAE COMMV-
NIBVS PROBATIONIBVS] per visum, quia
quod oculus vidit, lingua negare nō potest.
Affl. hic col. pen. in princ. [VIX] c. quanto
de censi. cap. postulasti de homicid. & ex-
13 ponitur cum difficultate, licet quod vix fit,
tamen fit. Abb. cap. pen. post num. 5. de præ-
bend. c. cum sint in fi. de decimis, & est quod
vix est, glo. 1. l. vix certis ff. de iudicijs. ali-
bi vix, idest nullo modo. glo. l. tutor, & l. fin.
ff. ad Velleia. l. si seruus, vbi Bal. §. quemque
TVA]

de leg. 1. [AVT NVNQVAM] nullo tempore.
Archid. cap. si verò 3. quæst. 7. [PROBARE
POTVERVNT INTENTATA], cum sufficiens
testimonium in hoc reddi non possit. Abb.
cap. præterea, num. 1. circa med. de testi.
14 nam stupra committuntur in camera, adeo
quod testis interrogatus de causa scientiæ,
si dicit scire, quia vicinus, non probat, nam
vicini pro veritate talia secreta ignorant.
Bal. l. 1. in fi. de collus. deteg. [CVM] postquā,
glo. l. in hac in ver. cum, de damno infecto.
[HVIVSMODI] c. 2. de alien. iud. muta. cau.
facti. [SCELERA] coitus à corrumpendo di-
ctus. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 3. [A CONSPE-
CTIBVS HOMINVM, QVI VERITATIS IP-
SIVS POSSINT PERHIBERE TESTIMONIVM,
ABSCONDVNTVR] nam oculus adulteri ob-
seruat caliginem, Iob 24. Concupiscentia
quærit latebras, & dolosè subintrat. D.
Thom. vbi supra 2. 2. quæst. 156. art. 4. ideo
adulterij, & furti crimen difficilis est pro-
batio, nam plerunque de nocte committun-
tur. Bald. l. generali num. 4. C. de decurio.
15 Latebræ enim ad subterfugiendum huma-
na iudicia requiruntur, nam hanc etiam
ipsi turpes turpitudinem vocant, & fortius
concubitus coniugalis nonne licitus, & ho-
nestus est? & tamen remotum ab arbitris,
cubili conqueritur, & cum agitur vt filij na-
scantur, nec ipsi filij si qui nati sunt, testes
fieri permittuntur. D. August. 14. de ciu. Dei
c. 18. dixi in const. sancimus, infra de matr.
cõtrah. [ET SIC ORDINARIIS PROBATIO-
NIBVS CESSANTIBVS] non effectū sortienti-
bus, vt de verbo cessare. Bal. l. si seruus cõmu
nis, cir. med. prin. ff. de stipul. seruo. cum non
deficiat ius. i. veritas, sed ius iudiciorū cum
probari non possit, Bal. l. hac consultissima,
nu. 4. cir. prin. qui test. fac. poss. [DE FACTO]
propter probationis defectū, vt inf. in const.
probationū defectum. [ET EXTRAORDINA-
RIIS PVGNAE] perduellū [SCILICET] etiā,
§. sed si habet in fi. inst. per quas perso. nobis
acqui. [ET LEGIBVS PARIBILIBVS] legibus
permittētibus inter duos, vel plures pugnā.
Affl. hic nu. 1. & 4. cir. med. propter parilita-
tem quandā. D. Aug. in fin. 6. de Music. col.
19. post med. [DE IVRE NOSTRO SVBLATIS]
remotis, seu reprobatis. Bald. in fin. l. pacta
cōuenta §. & generaliter rep. 1. in prin. ff. de
pact. & est differētia inter tollere, & elidere.
Bal. l. pacta quæ contra, nu. 3. cir. med. C. de
16 pact. cassare, & sublatum esse, idem Bal. l. in-
ter stipulantē §. sacrā cir. med. de ver. oblig.
& quod sint sublatæ huiusmodi leges inf. in
const. leges quæ de legi. paribi. subla. [CAV-
SAE HVIVSMODI SINE REMEDIO REMANE-
BVNT] hodie tamen si violentia est illata
viduis, pupillis, pauperibus, & ecclesię, sum-

mafiæ proceditur,vt in c.reg.de violentijs.
17 & defectu probationum admittitur probatio minus legitima.Abb.c.fin.2.not.de test.
cog. & propter inopiam probationum permittitur quod alias non permitteretur.Bal.
l.tutor in princ.ff.de iureiur. [Nolentes]
ex quo possumus,cum nolle non dicitur,qui non potest velle.Cassan.in consuet.Burgun.
rub.5 1.§.2.in princ.nu.4. [Igitvr] ergo.
Nizolus in ver.igitur. [Tam Grande Scelvs] sicut grandis vtilitas. infra in const.
grãdis,alibi graue crimen. c.literas de præsumpt. inferentis violentiam mulieri. Affl.
hic 5.not.nu.9. [Dimittere Ob Defectvm Probationis Invltvm] quia iudex
cui nihil est probatum,nihil mãdare potest.
Bal.l.fin.§.fin.2.repet.in fi.quod metus cau.
& delinquentes puniri est de iure naturali, vel alias est de iure diuino, vel positiuo. D.
Th.2.2.q.85.art.1. [Decernimvs] decernendo statuimus. Arch.cap. 2. 76.dist. [Si
Qvando Aliqvi De Hvivsmodi Violentiis Accvsati] cũ accusari propriè
sit de crimine. Specul. qui matr.accus.poss.
§.2.nu.3. [Confessionibvs Svis] iudicialibus,vel extraiudicialibus,parte absente,per duos testes probatis,etiam quod non
sint conuicti.Affl.hic 6.not.nu.9.circa med.
& 3.quæst.post nu.13. [Qvas In Pvblicvm
Conscientia Laesa Prodvcit] vnde interdum quis abstinet propter conscientiã.
Bal.l.data opera,post nu.28.de his qui accu.
non poss.luxta illud D.Aug.1.confess.c.12.
Iussisti Domine,& sic est,vt pœna sit sibi omnis ordinatus animus.
19 Est autẽ conscientia sensus sanæ mentis, vnde quod mens sentit,
est conscientia, & est ad seipsum, instinctu ad alium. Bal.l.2.post nu.9.de pœna iudic. qui
male iud.vel secundum Chrysost. est lex intellectus nostri. Bal.l.3.§.sed & si quis, post
nu.26.cum add.ad eum.comm.de leg. vel est Angelus humanæ vitæ præsidens,cui nõ conuenit de iuris apicibus disputare. Bal.l.2.in
princ.C.de fideicom.seu est sensus animi cognoscẽtis bonum,& malum: cum autem debet scire,& ignorat,habet conscientiã erroneam, & cogitur ad correctionem erroris,
ideo multum est cauendum ne perniciosè erretur in via cõscientiæ. Bal.præd.auth.ad
hæc nu.6.cir.med.& 13.in fi.de vsuris. nam prout nomẽ sonat importat applicationem
scientiæ,vel notitiæ humanæ ad aliquẽ proprium actum,& ista an possit errare,& si est
erronea an obliget ad peccatũ. D.Th.quolib.3.art.26.& 27. non ligat, quando natura
nõ obligat.Bal.l.2.in fi.C.de vectig.& cõmi.
quandoque est consiliũ, & pertinet ad perfectos, quandoque est præceptum, & pertinet
ad omnem conscientiã. Bal.d.l.2.de fideic.
& dicitur conscio cordis .i. cognitio ipsius cordis,& est dictum rationis, & si recta non
est,ratio esse non potest. Bal.quæst.de schismate col.2.post med. [Avt Testibvs,Qvi
In Ipsis Venereis Actibvs]in fraganti, instãtis criminis. Bal.l.vni.in prin.de raptu
virg.vel in propinquis ad actum. Abb.c.præterea,vbi etiam ponit exempla nu.1.& 2.de
20 test,quia proximus est actui,qui in actu esse videtur.Bal.l.qui indignus 1.rep.cir,med.de
Senato.[Invenerint Accvsatos]puta in latebris,& secretis locis,nudum cum nuda,
solum cũ sola in lecto iacentes. Spec.tit.de præsum.§.2.nu.3.cir.fi.[Qvod Tamen Per
Raro Possit Contingere] & sic quod raro potest contingere curant legislatores,
nõ quod valde raro.Luc.l.fin.cir.fi.de cõsul.
& nõ sparg. [Fverint Forte]quod est philosophicum temperamentum.l.fideicõmissa
§.si rem in ver.forte,de leg.3.[Convicti]
per testes, qui dicunt vidisse per foramen.
Bal.l.1.col.1.in fi.de his, quæ in testa.delen.
vel ex deprehensione in adulterio: vnde non opus esset probari p testes. Abb.c.fin.1.not.
de adult.& dicitur deprehensus in crimine, qui est conuictus. Ang.l.1.in princ. de pet.
bon.subla. [Nobis Etiam Inconsvltis]
etiã si in alijs non posset,nisi consulto Principe,& iubente.l.pen.ff.de sicarijs,l.missi in
fi.de exact.trib. hic tamẽ voluit,quod prius vultio, quàm culpa ad eum perueniat. l. si
quos in fi.C.de off.præf.præto.orie. [Capitali Poenae Svbiaceant] præcipiendo
pœnã seruari capitalem,vt in const.præced.
[Priscis, Et Nostris Etiam Constitvtionibvs]tribus præcedentibus[Praestitvtae] præfinitæ,& præscriptæ. Nizol.
in ver.præstituo. [Qvod Si] sed.glo.l.idem Pomponius in ver.quod si ff.de arbit. [Non
21 Ipsa Rei Veritas] cuius inueniẽdi causa omnia iura prodita sunt,semper est iuuãda,
nec probationibus restringenda. Io.Ant.de Nig.in c.reg.ne per exceptionis anfractum,
est præponenda gratiæ, & potentatui. l.eos testes, vbi Bal.in princ.C.de testi. & differt
ab opinione. Abb. c.ã nobis 1.not.de sent.
excomm. quæ est temeraria præsumptio.
Spec.tit.de præsum.§.2.in princ.[Sed Hoc
Solvm]quæ est dictio taxatiua.Cassa.in cõsuet.Burgund.rub.4.§.1. ibi sulement, nu.1.
[Qvod Per Mvlierem, Avt] et, glo.pen.
l.pen.ff.de act.empt. [Pro Parte Sva] pro se, infra in const.nullus campio. [Per Aliqvos Ter Nvnciatvm Fverit Alicvi]
d.anth.si quis ei, de adulterijs. [Qvi Si-
22 gnis] de quibus D.Th.cum appendice 2.2.
q.151.art.4.& 153.art.5.quibus sæpe loquimur, c.cum apud de sponsal. Abb. cap.fin.
circa fin.de eo qui cogn.consang.vxor. suæ.

[Avt

23 [AVT MODIS ALIQVIBVS PVDICITIAM]
quæ quaſi vitans corruptelas peccati dicit.
D.Th.vbi ſup.2.2.q.45.art.6. & eſt eſſentia-
liter in anima, materialiter in carne, ſicut
virginitas. ea.par.q.152.art.1. & ſic differt
à pudore, nam pudor eſt corporis, pudicitia
mentis. Arch in c.pudor 32.q.2. [MVLIE-
24 RIS] quæ à mollitie animi, & corporis di-
citur. Caiet.3.par.de Saluatore, q.28.art.1.
col.1. circa med. [ATTENTET] attentare
præſumit, inde attentatum.i.præſumptum.
Io.And.c.2.nu.3.cir.fin.de præb.in vj. & di-
citur impudicitia, quæ pertinet ad quoſdam
actus circumſtantes actum venereum, vt
oſcula, tactus, & huiuſmodi. D.Thom.2.2.
quæſt.143.art.vnico, & 154.art.1. & contra
monitum iterantem acceſſum eſt maxima
ſuſpicio. Abb.c.monaſteria, poſt num.5. de
vita, & honeſt.cler. etiam, quia libidinis vi-
tium principaliter homini attribuitur. Bal.
l.vnica, nu.1.de Senatuſconſ.Claud. [QVOD
A REITERATIONE HVIVSMODI ILLICITAE
PRAESVMPTIONIS ABSTINEAT] cohibeat,
temperet. Nizolus in ver. abſtineo. vnde ſi
præcedit ſuſpicio, ſequitur monitio, & po-
ſtea reperitur confabulati cum vxore, poſſit
occidi. Abb. c.2.in 3.not.de cohab.cler. &
mulie. Spec. in tit. de actore, poſt num.58.
[ET POSTEA] ex interuallo. gl.1.in l.poſtea
ſi quis omi.cau.teſta. [CVM MVLIERE CLA-
MANTE, ET ALIORVM AVXILIVM CVM VO-
CIFERATIONIBVS INVOCANTE] ex quibus
25 vocibus; & ploratu inducuntur indicia ad
probandum, quod violentiam inferre volue
rit.l.1.§.potuiſſe, vbi Bal.ff.ad Syllan.ex vo-
ciferatione dico, fletu, & fuga. Spec.d.tit.de
præſum.§.1. poſt princ.& §.2.nu.4.vbi Bal.
add.vlt.in princ. [TAM IN COLLVCTATIO-
NE] quæ proprium corpus commaculat, &
à ſe in ſeipſum fit turpitudo, licet in alium
extendatur: vnde qui mandat fieri adulte-
rium, non eſt adulter verè, vel fictè, nec pu-
nitur de mandato, ſed tanquam factor adul-
terij. Bal. l.vni.§.ne autem poſt nu.3.de cad.
toll. [VEL FVGA] an autẽ ſola fuga ſufficiat.
Bal. diſtinguit d.l.vni. nu.19. de raptu virg.
Indicia verò adulterij ponit Io. Ant.de Nig.
in c.reg.vt ſine, nu. 75. [ETIAM IN DOMO]
domicilio, vel habitatione. Bal.l.2.circa fin.
princ.de orig.iuris. [VEL PROPE DOMVM]
quæ debet eſſe cuique tutiſſimum refugiũ.
l.plerique de in ius voc.Bald.d.l.1.in princ.
ad Syllan. loca vicina, vel propinqua. Bald.
l.1.cir.princ.de interdi. [MVLIERIS EIVS-
26 DEM INVENTVS FVERIT] vnde quod oritur
ex propinqua facti circumſtãtia dicitur præ-
ſumptio violenta, in conſtit. feuda. diuer.9.
num.53. & poſſet ex ea condemnari. Abb.
cap. excommunicamus, nu.6. de hæreticis,

[AVT SI DENVNCIATIONE PRAEDICTA
MINIME PRAECEDENTE MVLIEREM CLA-
MANTEM] vt in conſt.ſeq. [SVB SE TENEAT
VIOLENTER] iniurioſè, & per vim. Nizol.in
ver.violentia. [VIRGINITATIS SVAE SE-
RAM] c.pen.de frig.& malef. inde ſeræ por-
tarum, pſal.147.Lauda Ieruſalem. Quid au-
27 tẽ ſit virginitas, vnde dicatur, & in quo con
ſiſtat, 2.2.q.152.art.1.& eſt nomen virtutis.
vel naturalis ſtatus. Caiet.ad D.Th.ea.par.
q.154.art.6.col.3.in princ. [SATAGENTES
APERIRE] reſignare. l.ſi teſtamentum ff.de
teſtam.clauſtrum pudoris inuadendo.D.Th.
3.par.de Sacram.q.86. alias 55.art.4. [ET
IPSAM CORRVMPERE] deprauare, vitiare.
Nizol.qui ſup.in ver.corruptus. [AVT IAM
CORRVPTAE VIOLENTIAM INFERRE] quia
ſufficit probari principia, ex quibus aliquid
infertur, quod eſſe neceſſe eſt. Bal. in rub.nu.
22.in fi.de rer.diui. licet fuga, colloquium,
& ijs ſimilia ſint indicia, & minus, quàm ſe-
miplena probatio, indicia leuia, & magno
ſpatio rationis diſtantia à neceſſaria veri
fide. Bal.l.4.cir.fi.vnde leg. [CAVSAM EAN-
DEM PLENE] planè, perfectè, cumulatè. Ni-
zolus in ver.plenè. [DISCVSSAM] finitam.
glo.l.4.in ver.diſcuſſo, de naut.fœnore. [ET
PROBATIONIBVS PRAEDICTIS, AVT] et, gl.
l.fin.in ver. cognitione, de his, qui ad eccl.
confug. [SIMILIBVS] certis, & determinatis
28 à iure. Bal.l.3.nu.23.C.de edendo. quia ſimi-
litudo eſt actus inter diuerſos terminos non
mediocres, vt ibi nu.60.cir.med.& ſimilitu-
dinem vocat exemplum. idẽ Bal.l.ſi furioſi,
nu.2.cir.med.C.de nuptijs, quod poſſet mo-
uere animum iudicis. Bal.præd.l.fin.1.rep.
nu.1.circa fin.quod metus cau.ſed ius com-
mune trahitur ad ſimiles caſus non muni-
cipale. in l.2.poſt nu.2. C.ſi aduer.donatio.
in l.vnica, de leg.Fuſia cani.toll. & in l.fin.
C.de interdi.matr. quando habetur pro ex-
preſſo, & in quibus caſibus non, in l.3.nu.1.
& 3. C.de inſtit. & ſubſtit. ſub cond.factis.
alias non poſſumus facere legem, vbi non
eſt facta à legiſlatore, niſi dicatur, quod tra-
hatur de vno ſimili ad aliud. Bal.l.humani-
tatis, poſt num.62.de impub.& alijs ſubſtit.
[FORSITAN INSTRVCTAM] cum actis, alle-
gationibus, & munimentis cauſæ. dixi infra
in conſtit. ſtatuimus vt Magnæ Curiæ. [AD
CONSCIENTIAM NOSTRAM] ideſt nobis,
ad finem ſciendi quid nobis videtur. Abb.
cap.bonæ memoriæ, lo ſecondo, poſt nu.30.
de poſtul.prælat. [REMITTI CENSEMVS] in
conſt. contumacem, in fi. de pœna contum.
in ciuil.cau. [VT EX SENTENTIA MOTVS
NOSTRI] alibi motus animi noſtri, quem ex
cęleſti arbitrio ſumpſimus.l.1.de ſum.Trin.
29 [QVEM DE MANV] vel opera, nam manus

pro opera capit. Abb. c.irrefragabili nu.2.
cir.med.de off.ord. [Caelesti Svmpserimvs] & sic potestas, vel arbitrium Imperatoris procedit à Deo. Bald. d.l.1. 6.not. de
30 sum.Trin.& motus dicit cogitatio. D.Aug. 16.de ciu.Dei c.6. alibi passio, idest motus. Bal.in rub. de cond.& demonst.& isti animi motus, vel passiones non possunt committi. Bal.l.si quis Sempronium in fi.de hære.inst. [Cavsa Terminvm Debitvm Conseqvatvr] secundum Deum, & iustitiā terminetur, inf.in const.vt vniuersis, & sic iudicabi
31 tur ex suspicione, quia iudiciū interius pertinet ad iustitiam, secūdum quod comparatur ad iudiciū exterius, vt actus interior ad exteriorem, sicut concupiscentia ad fornicationē, & ira ad homicidium. D.Th.2.2.q.60. art. 3. & vbi Imperator ex plena relatione cognouit, non est amplius appellandū. Bal. l.nec causas in princ.& cir.fin. C.de appell. verum iudex qui expectat relationem, non debet innouare, sed debet expectare prius referri. idem Bald. in l.generaliter §.his de præsentibus in fi. C.de rebus cred.& iureiur. sicut causa relata, vel referri promissa, seu pendente appellatione non valent rescripta per alteram partem obtenta. l.ex illo, vbi Bald. d.tit.de appell. [Accvsato Tamen Interim] lite pendente. Bal.l.quæsitū §.fin.
32 in prin.de leg.1. [Fide Cvstodiae Fideivssorvm] quæ dicitur catena aurea, secundum Bart.de Capua, quē refert Affl.hic nu. 16.cir.fi. Vnde si Rex mandat officiali, quod teneat aliquem, sub tuta custodia potest relaxare sub fideiussoria cautione. Gra. hic num.4. & infra in const.humanitate. [Vel Carceris Depvtato] vt squalore carceris maeeretur.inf.in const.custodes.
33 Sed contra, testis dicere veritatē ex quinque sensibus. Spec.in tit.de teste §.1. nu.15. in fi. nec ex præsumptionibus moueri debet iudex ad imponendā pœnam corporalem, vel magnam pecuniariam. Bal.l.fin.3.rep.in princ.quod met.cau.nec ex pluribus cōcurrentibus augetur effectus.l.spadonem §.qui iura circa med.de excus.tut.etiam quia non potest dari certa doctrina circa probationē complendam. Abb.c.præterea, post princ.de testi.sicut in taxatina variabilium.Bal.l.interdum §.Iulianus, rem ratam hab.& in redemptione, vel cōmutatione voti. Abb.c.1. 2.not.de voto, & voti redem. sim.in c.de simoniacæ de simon. c.2.num.5.de apostatis.
34 adeo quod sententia lata ex præsumptionibus, non habetur pro diffinitiua. Bal.l.nam & postea ff.de iureiur. sed iudex debet illam temperare, vt modicè, vel rarò pœnam inferat. Abb.c.2.in 3.not.de cohab.cler.& mul. etiam quia vir, quando suspectā habet vxorem, ei insidiatur, vt possit eam cū testibus in adulterio deprehendere, & videtur quandoque male operans etiā se à quibus videri non arbitratur. D.Th.cum add.ad eundem 3.par.de Sacra.q.93.alias 62.art.3.ibi quartum minor.

Dic, quòd prædicta procedunt in præsumptione leui, cui non est standum. l.3. §.1. in ver.si leuior de mino.alias vbi deficit facultas probandi admittitur probatio non integra. Abb.c.cum in tua, post nu.7.de sponsal. & ex coniecturis causa deciditur. Bal.l.si seruus plurium §.fin.cir.fin.de leg.1.& ex pluribus præsumptionibus, adminiculis, & indicijs, & argumentis potest iudicari. Bal.l.fin. 1.rep.post nu.4.& 3.rep.in princ.quod met. cau.ne defectu testiū iustitia depereat.c.dilecto de testi.c.fin.de testi.cog.& licet alias deficiētibus legitimis probationibus recurratur ad iuramentum.c.& si Christus, de iureiur. c.2.de probat. & l.1.ff.de iureiur. hic ad vnam speciem probationis non se astrinxit.l.eum qui in princ.eo.tit.de iureiur.Bal. l. excipiuntur ad Syllan. verum si delictum coniecturis probetur, maleficus mitiori pœna punitur. Alpha.l.1.nu. 104. vsque ad 107.
35 ff.si cer.pet. Vnde habemus indicium, suspicionem, opinionem, & præsumptionem, ista quæ sint, Abb.c.quanto nu.2.de præsumpt. latè Spec. in rub. cum add.ad eum §.1. & 2. eo.tit.de præsum. voluit tamen hic esse euidentia, & apparentia ex coniecturis, & liquidis argumentis. Bal.l.licet de leg.1.ac manifesta, quæ ex coniecturis, & verisimilibus præsumptionibus colligant. Abb.c.1.2.not. de cler.non resid. & probatur in l.cum proponebat, vbi gl.fin.& Bal.in princ.de leg.2. quia mens ex circunstātijs colligitur. Abb. c.vni. nu.3.cir.med.de sagitt. & per indicia declaratur. Bald.l.legato generaliter in fine princ.de leg.1. vt sic ex pluribus argumentis vincat in causa. Bal.l.tale pactum §.qui prouocauit 2.rep.nu.71.cir.fin.ff.de pactis.
36 & tunc licet vna species probationis non sic alia, sunt tamen idem in substantia. Ant.de But.c.2.in fi. de cler.peregr. Insuper, quia Imperator statuit super eis, dicuntur præsumptiones iuris, & de iure, & quare à magistris sic vocentur. Spec.in d.tit.de præsum. §.2.nu.5.vbi Bal.in add.vlt.cir.med. & istæ probationes legum habentur pro liquidis probationibus. Bald. l.in actionibus col.2. circa fin. de in litem iuran. & l.duobus §.si quis in fi. ff.de iureiuran. & secundum Philosophum, non habemus in quacunque scientia speculatiua summam certitudinem, puta Mathematicam inquirere, sed contenti de certitudine correspondente scientiæ de qua tractatur, cū probationes omnino cer-

tæ in

tæ in ista materia haberi non possint. addit. ad D.Thom. vbi supra 3.par. de Sacramen. quæst.93.alias.62.art.2. ibi item de minori.

37 Vnde adulter, qui manifestam violentiam commisit, argumentis superatus, & confessus, non appellat. Speculat. in tit. de appell. §.2. nu.2. cum sola deprehensio in actu venereo inducat infamiam, & faciat indiciũ, vt supponatur torturæ. Quid si in actu proximo solus cum sola, nudus cum nuda reperiatur. Abb. cap. cum non ab homine, post num.19. de iudicijs. Gra. hic num.1. pro veritate eruenda posset torqueri familia, quæ tunc erat domi. Bald. l. in adulterij, C. de adulterijs. Quid si deprehenditur in domo pulchræ mulieris. Abb. cap. tertio loco, post num.10. de probat. c. literis de præsumptio. Et si quis aliquam secum tenet, non tamen est notorium quod eam cognoscat, quia non fit in conspectu hominnm ius adeo vehementer præsumit, quod fore notorium reputatur. Speculat. in tit. de notorijs crim. §. fin. post num.10. circa fin.

38 Nota, quod in nominibus verbalibus posito solius actns exercitio, ponitur & nomẽ. Abb. c.1. num.38. de iudicijs. & habent ista nomina duplex significatum, actiuum, & passiuum. idem Abb. in rub. in fi. num.2. de elect. Bald. l. filiusfamilias ff. de testam. hic restringitur ad passiuum, nam dicitur de his quæ mulieribus inferuntur. Abb. c. dudum, post num.37. de elect. ista violentia dicitur casus fortuitus. Abb. c. sacris 3. not. de sepulturis. vis maior dicitur voluntas domini. l. qui ratiario. iuncta glo. fin. ff. de pigu. act. Vnde si Rex, vel tyrannus stuprauit virginem, præsumitur per vim cognita. Affl. in c. naturales in glo. nu.7. in fi. si de feu. fuerit controu. inter dom. & agn. nec tunc est licitum seipsam occidere ne ab alio corrumpatur, quia non debet in se committere crimen maximum, quod est sulipsius occisio, vt vitet minus crimen alienum. D.Thom. 2.2. quæst.64. art.5. alter si cognosceret mulierem per violentiam, distinguo vt per Bald.

39 cons.381. 2.volum. Et si dubitatur de violentia puellæ, de cuius matrimonio tractatur, debet iudex prouidere de loco tuto, & honesto. c. cum locum, vbi Abb. in princ. & num.5. de sponsal. Naturale tamen fœdus inter coniunctos nihil permittit sæui criminis suspicari. l. si quis, vbi Bal. C. de adulter. maxime in viro prædito scientiarum. c. pen. de præsumpt. Abb. c. pen. 2. not. de cohabit. cler. & mul. licet etiam inter consanguineos id scelus perpetratum reperitur. idem Abb. c. monasteria, post nu.3. de vita, & hon. cler. & sumitur præsumptio à solitis. Baldus l.2. 2. repet. in princ. ff. de edendo.

40 Secundo nota, quòd lex correcta, vel cassa, habetur pro non lata. Bald. l. non est nouum 2. repet. ff. de legi. vel licet sit sublata ratio durat. Io. And. ad Speculat. in tit. de feudis, in princ. col.3. post med. vnde ex eis non arguitur, sed ex æquitate remanente ex eis. Bald. 1. const. ff. in ver. & hæc omnia. licet re sublata, absurdum est relinqui eius imaginem, siue similitudinem: vnde consuetudine in proprio casu reuocata, non videtur trahenda eius ratio ad similia. idem Bald. l. de quibus, post num.33. ff. de legi. & recitantur vetera, vt noua appareant pulchriora. Bal. §. itaque 1. const. ff. quandoque referre non est necesse. l.1. ad legem Aquil. & derogatio non retrotrahitur nisi fingat non fuisse factum. Bald. l. ius ciuile, de iust. & iure.

41 Tertio nota, quòd multa sunt possibilia, quæ sunt incredibilia. Bald. l. Meuius, post princ. de leg.2. ideo potuit, exponitur possibile fuit. glo. l.1. in ver. alio, vbi Bal. de iniusto rup. & irri. testa. & dicimus adulterium, & fornicationem directo probari non posse, quia nõ cadunt in sensum testis. Abb. c. maritis de adulte. ex quo occultè committuntur, adeo quod non probantur per famulos viri, vel mulieris ad effectum dirimendi matrimonium, vnde cautela est quod expellantur à seruitio, & postea deponant. Abb. c. in literis 2. not. & nu.6. de testi. & probationes illæ magis stringunt, quæ sunt aptiores, & verisimiliores negocio. Abb. c. preterea, post princ. eo. tit. de testi. & peius est præsumere id esse, quod possibile est id esse. Bal. l. septimo mense, 2. repet. de sta. hom. vnde sola deprehensio in adulterio non sufficit ad puniendnm deprehensum, nisi aliter conuincatur. Abb. latè c. ex literarum, nu.4. de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult. nec semper suspicio est peccatũ mortale. D.Th. quolib.12. art.34. sed quanto illud commouet ad peccandum est magis necessarium, tanto peccatum leuius est. D.Th. 2.2. q.142. art.3. Quid si propter æqualitatẽ vtriusque partis statum implicat, puta vicini adolescentuli speciosas vxores habentes, alter alterum nocte obuiam facit, accusant seinuicẽ de adulterio, quidquid altera pars dicit, hoc altera dicat necesse est, videlicet verisimile est se voluisse adulterium committere, quia adolescens es, te quoque, quia etiam adolescens verisimile est, quia vxorẽ habet, tu etiam similiter facultatem tibi vicinitas tribuit, tibi quoque eadẽ vicinitas facultatem subministrat, cur nocte in me, cur autẽ tu in me incidisti nihil est quid distinguatur: idcirco si vter eorum accusat alterum, se criminatur, si se purgat, defendit eum

quem criminare videtur. D. Aug. in principijs Rhetoricæ, col. 9. cir. fin. & 10. in princ. quæ autem sit pœna deflorantis virginem. Abb. c. 2. nu. 4. & 5. de adulterijs. Virginitas verò dicitur secunda dos. idem Abb. c. 1. nu. 4. in fi. eo. tit. de adult. Contra traducentem puellam parentibus inuitis quomodo formatur libellus. Spec. in tit. de sponsalib. §. 4. nu. 7. Quid si inuenit cum veste meretricali, c. in audientia de sent. excom. Vltimo, peccans cum muliere, quando dicatur dormire, & quando dormitare. Abb. c. 1. 2. not. d. tit. de adulterijs.

Si quis mulieri violentiam patienti, & clamanti non succurrerit.

SVMMARIVM.

1 *Probat qui non improbat.*

2 *Occidit, qui potuit hominem à morte liberare, & non defendit.*

3 *Delicti esse auctorem aliud est, & aliud pati delinquere.*



Qvia violentia probatur per clamorem, vt in const. præcedēti, nunc ponit pœnam audientis clamorem mulieris, & nō succurrentis, nam qui nō improbat,
1 probat. glo. l. si filiusfami-
2 lias ff. ad Maced. & qui potuit defendere, & hominem à morte liberare, & non defendit, occidit. Spec. in tit. de dispensatio. §. 4. post nu. 47. & punitur pœna pecuniaria quæ non
3 succurrit, nam aliud est esse auctorem delicti, aliud pati delinquere. l. 3. ff. de noxal. & impedire, & euitare non sunt idem. Bal. l. legis virtus in fi. ff. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Amoris effectus, & causa.*

2 *Dictio quicunque, vtrumque comprehendit masculum, & fœminam.*

3 *Delictum factum in ciuitate magis punitur, quàm factum in rure.*

4 *Clamoris causa, & eius effectus.*

5 *Mulieres flendo sanantur à tristitia, & sunt faciliores viris.*

6 *Testimonium de auditu alieno est minus validum, quia fundatur ex persona alterius à qua audiuit.*

7 *Clamans, & plorans præsumitur vim passa ab aliquo.*

8 *Pietatis causa factum non debet puniri.*

9 *Pœna purgat delictum.*

10 *Archa, vel camera Regis dicitur vbi eius pecunia reponitur.*

11 *Iuuare qui potest commodè, & non iuuat, dicitur peccare, & opem præstare.*

12 *Simulatio cauta, & prouida, sed non dolosa admittitur.*

13 *Vox præcipuum locum tenet inter alia signa.*

14 *Ignorantia excludit culpam, nisi scire teneatur.*

15 *Doli lex quando mentionem facit lata culpa, & non leuis.*

16 *Legis voluntas adimpleri debet si potest, alias ad impossibile nemo tenetur.*

17 *Somnus plerunque inuitos opprimit, & dormiens naturaliter non intelligit.*

18 *Periculum pro alio subire quis non debet, nec defensā ignoti assumere.*

19 *Maleficium dicitur perpetrare, qui non impedit, quando impedire spectat ad eum.*

20 *Iuuare gratis aliquem, nisi quosdam, non tenetur quilibet.*

21 *Distare dicuntur, quorum voces non audiuntur.*

22 *Ignorantia præsumitur ex absentia.*

23 *Clerici tenentur obuiare ne quis verberetur, post num. 25. & 27.*

24 *Homicidium futurū non tenetur quis reuelare, si probare non potest.*

25 *Furtū an probet acclamatio cū fuga.*

26 *Quicunque, quemlibet, etiam fœminam includit.*

28 *Malefactores vigore statuti si tenentur homines de contrata capere.*

29 *Mulier non præsumitur consentire, & virgo decepta, & subducta.*

30 *Scalam ponens ad muros mulieris, qua pœna punitur.*

31 *Consensus multiplex, negligentiæ, consilij, cooperationis, & auctoritatis.*

Qvi-

1 
VICVNQVE] creaturæ
factæ sunt in odium, &
muscipulā pedibus in-
sipientium. Sapien.14.
Amor enim puellarum
subuertit iudicium re-
ctum, Bal.l.2.in ver. &
cum placuisset, de orig.
iur. & nemo dum in illo est, mente prospi-
cere quidquam potest. Arist.7.Ethicorū 14.
Visio est principium amoris. D.Thom.2.2.
q.26. art.2. amoris ardore nihil vehemen-
tius, quem intra debitos limites carcerare
philosophicum est. Bal.l.precibus nu.21.cir.
med.de impub.& alijs substit. alias fit sicut
equus, & mulus, quibus non est intellectus.
psal.31.Beati quorū. Sæuit in se, quandoque
in alium, & qui sapit meretur. Bald.l.1.§.si
tibi ad Syllan. Non cognoscit malum, quod
in malo positus putat esse pulcherrimum.
D.August.4.contra Pelag.col.antepen.in fi.
nam corporales delectationes distrahūt ab
vsu rationis, contrariantur ei, & ligant ip-
sum, corrumpunt prudentiam, & impediunt
rationis vsum. D.Thom.1.2.q.33.art.4. ibi
probatur, & q.34.art.1. rectum iudicium in
his non habent, sed constituendo in eis finē,
peccant, & verbum bonum amittunt. idem
D.Th.2.2.q.9.art.4. auertūt enim mulieres
cor hominis. 3. Reg.11. propterea quando
sunt bonæ, noluut consentire, & clamant,
succurritur eis, ne occasione timoris dicant
sibi placere, quod odiunt. c.cum locum, de
sponsal. & licet iure ciuili non succurrens
mulieribus violentiam patientibus, & accla
mantibus, non puniatur, vt hic in glo. iure
canonico secus. c.dilecto de sent. excomm.
in vj. Iure isto tenetur pœna quatur augu-
staliū. Arno.in 10.differentia vtriusque iur.
per istum tex. qui sum. & diuiditur, vt per
2 Affl. & dicit [QVICVNQVE] masculus, vel
fœmina, nam ista dictio vtrunque compre-
hendit. Bal.l.quicunque 3.not.de seruis fug.
vicinus cum vicinorum appellatione com-
prehendatur, qui vocem clamantium exau-
dire potest. Bal.d.l.1.§.hoc autem ad Sylla.
[MVLIEREM CLAMANTEM] in ciuitate, se-
3 cus in agro. Deuteron.c.22. Inde magis pu-
nitur delictum factum in ciuitate, quàm in
rure. l.3. vbi Bal.post princ.& nu.6.C.de in-
cest.nupt. Et clamare dicitur, qui voce, vel
alio signo ostendit animi desistentiam. Abb.
c.veniens nu.4. & c.consultationi de spons.
cuius verbi declinationem ponit D.Aug. in
lib.de Grammatica col.19.& seq. Naturale
4 enim est cuilibet dolenti, homini, siue ani-
mali, quod vtatur quocunque potest auxilio
ad repellendū, quod infert dolorem, & quia
maximū auxilium est calor, & spiritus, ideo
per contractionem natura conseruat calo-
rem, & spiritum interius ad repellendum
quod nocet, tunc multiplicatis spiritibus
introrsum, & calore, necesse est quod emit-
tantur per vocem, propterea vix potest con-
tinere quin clamet. D.Tho.1.2.q.44.art.1.
inducit timorem, & emissiones superfluita-
tum. ibidem art.3. inde leuamen est, vt expe-
rientia docet, quod quando quis vehemēter
est afflictus, emittit lachrymas; & quando
non, afflictio fit intrinsecus crudelior. add.
ad eūdem 3.par.de Sacram.q.128. alias 97.
5 art.3.ibi exam. Mulieres flendo sanantur à
tristitia, & sunt faciliores ad flendum, quia
in humido abundant, quàm viri. Guliel.Pip.
fer.5.post 4.Dom.in Quadrag.col.16. vltra
quod lachrymæ, & gemitus naturaliter mi-
tigant tristitiam. D.Th.1.2.quæst.38.art.2.
Purgant, & serenant oculos ad videndum
Deum.add.ad eundem 3.par.de Sacra.q.35.
alias 4.art.2.ibi corrola. lo secondo. Quid
autē sit signum, quotuplex, & eius exempla,
D.Aug.2.de doctr.Christ. in princ. & 15.de
Trin.col.18. [AVDIERIT] auditu proprio,
non alieno. Abb.c.præterea nu.14.cir.med.
c.tam literis nu.5.c.licet ex quadam 2.not.
6 de testi. Vnde testimonium de auditu alieno
est minus validum. Abb.c tua nos. vlt.not.
de consang. & affin. quia substantiam testi-
monij fundat ex persona alterius, à qua au-
diuit. Abb.c.fin.nu.10.qui matr.accus.poss.
Spec.in tit.de teste, §.1.nu.52.& 53. Bal.l.si
arbiter col.1.circa fin.de probat.& verbum
prædictum audierit, potest habere significa-
tionem præteriti, & futuri temporis, in legi-
bus tamē intelligitur de futuro. Bal.in simi.
l.cum lex nu.2.ff.de legi. [CVI FORTE VIO-
7 LENTIA] nam quam vicini audiūt claman-
tem, & plorātem, præsumitur vim passa per
aliquem. add.ad Bal.l.fin.in ver.esse proba-
tum, C.de probat. [INGERATVR] inferatur.
Nizolus in ver.ingero. [AD CVRRENDVM]
vel occurrendum, idest obuiam faciendum.
[ET EI SVCCVRRENDVM] verbis opem fe-
rendo. Afflict.hic 1.not. clamoris subsidio.
D.Aug.in libro de moribus Manich.col.36.
cir.fin. cum voce oporteat auxilium ferre.
l.1.§.hoc ad Syllan. si clamauit, alias non
adiuuatur, si ab ea nihil agatur. D.August.
serm.13.de verbis Apost.col.8. [VOLVMVS]
quod est promulgatorium noui iuris.add.in
marg.ad Aluaro. §.Episcopos de pace iura.
firm. Gra.hic cir.princ. nam secundum glo.
Iser.& Afflict. hic ponitur nouum ius à iure
cōmuni omissum. [AVDIENTEM ESSE VE-
LOCEM] celerem ad opem ferendum. Affl.
hic in princ.cum contra clamorem opus sit
declamare. Bal.in sim.l.mandatum, post nu.
19.C.mandati. [QVOD] sed. Bal.l.nō solum
§.morte

§.morte de oper.noui nunc. [SI NON FECERIT] minus fecerit. l.si maritus sol.mat.
8 cum nec de eo quod pietatis causa fecit pœnitere debeat. Bal.l.liber captus cir.princ. C.de postlim.reuer. etiam, quia qui non repellit iniuriam à socio cum potuerit, ita est in vitio sicut qui fecit. D.Th.2.2.q.60.art.6. [QVATVOR AVGVSTALES] quid importabat,& nunc importet ista pœna,& quod augustalis est carolenorum quindecim. Affl.
9 hic 2.not. [IN POENAM] quæ purgat delictum. Bal.l.actoris 2.rep. in fi.ff.de procur. licet minus delictum sit omissionis, quàm commissionis. Bal.l.pen.nu.1.in fi.C.de interdi.matr. [TAM NOCIVAE DESIDIAE] pigritiæ. Affl.hic circa princ.inde desides, gl.fin.l.actilicinus de seruit.rust.præd.& negligentia idem est quod pigritia, & torpor, quæ pertinent ad executionem,vel pigritia importat tarditatem ad exequendū: torpor remissionem in ipsa executione. D.Th.2.2.
10 q.54.art.2. [CAMERAE NOSTRAE] archæ nostræ, camera enim, vel archa Regis dicitur vbi reponitur thesaurus, vel pecunia fiscalis. Affl.sup.in const.si quis in posterum 8.not.nu.32. de defensis impon. [COMPONAT] quod sonat in pecuniariā satisfactionem. Abb.c.inter alia nu.8.de immun.eccl,
11 nam qui non iuuat offensum, dicitur opem præstare, vltra quod peccat si potest commodè iuuare, & non iuuat. Bal.l.1.nu.11.in fi.C.de ser.fug.[NEC]non,Bal.l.si filiæ in fi. C.de don.ante nupt. etiā, gl.l.si verò §.pen. in ver.non erit, sol.mat. [AD EVITANDAM
12 POENAM ALIQVIS SIMVLARE] dolosè,alias cauta, & prouida simulatio admittitē. Abb. cap.1.num.7. de his, quæ vi, metusve cau. [POTVERIT] quod verbum quatuor habet significata. Bal.l.2.nu.3. cir.med. quib.res iud.non nocet.hic exponitur debuerit.Abb. c. pastoralis,post nu.17.de appell. [OB]quę dictio denotat causam remotam.c.inter dilectos, vbi Abb.num.4.in fi.de fide instrum. [AVDITVM] puta quia non audiuit. [QVI AVT SVB EODEM TECTO] & dicitur esse sub eodem tecto,si est in loco in quo potest clamorē domini audire, in domo,siue in agro. l.fin. vbi Bal.de his quib.vt indig. vel sit in tali loco in quo possit opem ferre. Bald.l.1. §.serui appellatione ad Syllan.[AVT]disiunctiuè, alibi ponitur pro etiam. Bal.l.2.C.de obseq.patro.præst. [LOCO] quid sit locus. D.Th.quolib.6.art.3. [FVERIT VNDE] ex quo. add.ad eundem 3.par.de Saluat. q.46.
13 art.9.ibi correla.[VOCEM]quæ præcipuum locum tenet inter alia signa. D.Th.prædict. 2.2.q.110.art.1.[AVDIRE POTVERIT]& sic, sit adeo vicinus,quod eius vox verisimiliter audiri potuerit. Affl. hic 4.not. alias igno-
14 rantia excluderet culpam,nisi scire teneretur.Bal.l.qui cum tutoribus 2.rep.in fi.ff.de transact.vel doceret de ignorantia,quia excusaretur etiam à ficta contumacia,& omni pœna.Bal.l.vni.2.rep.§.hoc indicium nu.3. si quis ius dicen. non obtemp. alias dicitur consentire cum approbet, vel permittit D.Aug.in lib.de mendac.col.31.circa med. [QVI SVRDVS] etiam quod surdus quandoque delinquendo puniatur. Bal.l.1.§.1.ff.de postul. [AVT MVTVS] qui non potest sicut debet dominū clamoribus adiuuare.Minad. cons.11.nu.20. cum vitium naturæ non debeat puniri. Bald.l.1.§.in bestijs si quatru. paup.fec.dicatur. [SINE DOLO MALO] l.1. de eo per quem factum erit. l.iurisgentium §.pactorum ff.de pactis. & dicitur ad differentiam doli boni.glo.rub.C.de dolo malo.
15 & lex quando doli mentionem facit, sufficit lata culpa,& non leuis. Bald.l.in actionibus col.2.cir.med.de in litem iur.& idem est dicere dolo,quod fraude.Bal.l.pacta conuenta §.sed si fraudati col.2.in princ.ff.de pact. quia æquum nō est dolum suum quemquam releuare.l.verū §.tempus pro socio.[CLAVDVS] pedibus impeditus,nam qui opem nō habet,non potest alij opem dare. Bal.l.quidam elogio num.16.post med.de iure delib. [AVT ALIAS IMBECILLIS] debilis, baculo indigens.Affl.hic post princ.non enim impu
16 tatur si fecit quod potest,nā si potest,adimplenda est voluntas legis, alias ad impossibile nemo tenetē.Bal.l.si ideo C.de his quib. vt indig. [AVT VOCIFERATIONIS TEMPO-
17 RE DORMIENS NON PROBETVR] quia somnus plerunque inuitos opprimit. D.Aug.in lib.de immortal.animæ,col.13.in fi. & dormiens naturaliter non intelligit. Affl. hic nu 6. cir.med. similes excusationes ponuntur.l.3.§.si cum omnes d.tit.ad Syllan.c.fin. qui matr.accus.poss. Bal.l.1.§.pen. d.tit.ad Syllania.
18 Sed videtur, quòd quis non debeat se ponere in periculo pro alio.Bal.l.1.de off.præf. vigil.vt rem alterius saluam reddat. D.Th. 2.2.q.62.art.7.nec defensam ignoti assumere, vt inf.tanto magis, quia decipi potuit in voce. Abb.cap.præterea, post nu.6.de testi. etiam quia vox est sonus statim transiens Bal. l.si vnus §.quod in specie num.21. post med.ff.de pact.nec potest quis præcisè compelli ad loquendum.Abb.c.verum post nu.3. de iureiur. tacere autem gratis non est turpe, sed pretium accipere pro tacenda veri-
19 tate non licet. Bal.l.4.§.fin.de cōd.ob turp. cau.& tunc videtur perpetrare,qui non impedit maleficium, quando spectat ad eum prohibere. Bal.l.2.ff.de noxal.
20 Dic, quòd regulariter non tenetur quis gratis

gratis iuuare aliquem, fallit in seruo, vassallo, & parricidio, & tunc si non facit, dicitur delictum congruitatis, non necessitatis. Bal. l.metum §.sed licet ff.quod met.cau. & grauius non opem ferre fratri, quàm extraneo. Arist.8.Ethic.6.quod hic extenditur in quolibet vicino, proximo, non multum remoto. Bal.l.non solum in princ.de noui oper.nun-
21 ciat. dicuntur autem multum distare si ad inuicem non se audiunt, vel clamantium voces non intelligunt. Bal.in rub.post num. 24.de rerum diuis. & tenentur assumere defensam incogniti, maximè si offensus exclamat, Accurrite, accurrite, adeo quod secundum canones tenentur se interponere honesto modo. Bal.l.1. 2.repet.nu.22.de fer.fug. etiam, quia facilius fallit tactus, quàm vox.
22 Genesis 27. præsumitur autem ignorantia ex absentia. Bal.l.tres fratres 1.repet.nu.2. ff.de pactis. vnde quod hic dicitur procedit si est possibile, & potest, nam impossibile non est præcipiendum. l.Titius §.fin.de excus.tuto. nec imputatur si non facit, quod si facere vellet non potest. glo.l.cùm quidam §.si pupillo, in ver. non potuit ff.de vsuris. adeò quòd si pœna est apposita negatiuè, si non fecerit, venit eo ipso quod habuit facultatem faciendi, & non fecit. Abb.c.extirpan de §.qui verò, 1.repet. post nu.12.de præb. c.3.nu.2.de rapto.ita per c.reg.Nuper apud Tranum quilibet tenetur capere proditorē si potest, si non potest debet vociferare, Ecce proditor. Gra.in d.c.nu.8. non tamen procedit in ciuitate, castro, vel hæreditate.
23 Arno.in 17.epitom. De iure canonico speciale est in clerico, vt teneatur obuiare ne quis verberetur, ita & in foro conscientiæ, sed non est punibile. Abb.c.1.nu.9.cir.med.
24 de rest.spol. Et Titius vult occidere Seium, an tenetur quis dicere, Bal.l.vt vim num.9. de iust.& iure, si solus scit, & probare non potest, debet silere. Abb.c.cum non ab homine, nu.2.cir.med.de sent.excomm. & proximum quantũ ad salutem animæ magis quis tenetur diligere, quàm corpus proprium, sed sponte se offerre pertinet ad perfectionem charitatis. D.Tho.2.2.quæst.26.art.5.
25 An autem acclamatio cum fuga probet furtum. Gra.hic num.2.& 3.Quid si potuit obuiare, & non obuiauit iniuriæ proximi, an præsumatur dolus, c.quantæ, vbi Abb.in fi. de sent.excomm. dolus interpretatiuus, & non verus. Bal.l.1.2.repet. §.ex hoc nautæ caupo.stabu.& lata culpa non æquiparatur dolo, fallit multis modis. Bald.l.in actionibus, col.2.circa med. & in fi.princ. de in litem iuran.

Nota, quod sub dictione ista vniuersali
26 quicunque, quilibet includitur, Abb.in sim. c.quod Dei, num.9.circa fin.de statu mona. etiam mulier, adeo quod tenetur succurrere clamoribus, & per masculos potest fieri etiam cum armis prohibitis. Affl.hic 1.not.
27 Clericus quoque licitè opem præstat oppressis, nam quilibet tenetur obuiare iniuriæ inferendæ proximo, etiam occidendo. Abb. c.3. 1.not. de cler.percut. Ex quibus
28 infertur, quòd homines de contrata possunt capere malefactores, & iudici præsentare pro causa criminali, non ciuili. Bald. l.sed & si is 2.repet.de in ius voc.& si statuto caueatur, quòd vicini sub certa pœna teneantur capere malefactorē pro maleficio commisso in vicinia, contingit quod vicini occurrerunt, & fecerunt quantum potuerunt, & propter potentiam, vel violentiam malefactorum non potuerunt capere, seu ignorauerunt, excusantur. Abb.cap.2.num.7.de eo, qui mitt.in poss.causa rei seruan.
29 Secundo nota, quòd mulier non præsumitur consentire. Abb.c.2.num.6.in fi.de præscript. & virgo semper subducta, & decepta creditur. Abb.cap.1.in 1.not.de adulterijs. maximè si fit domi, quæ est valde necessaria tempore hyemali. Bald. l. veluti de seruit. rust. præd. cuius portæ de nocte aperiendæ non sunt, nam secundum Aristotelem, nocte vagatur adulter, refert Bald.l.iter ff.comm. prædio. & si effregit ostium, vt cognoscat mulierem, quia fit cum effractura ostij, dicitur enorme delictum. Boeri. decis. 173. num. 6. & an dicatur inferre vim personalem. Alexand. consil.112. 2.volum. si fecit causa libidinis, vt opprimat scortum. l.verum ff.de furtis. alias tenetur actione iniuriarum, l. qui iniuriæ, cod. tit. de furtis.
30 Quid si ponat scalam ad muros, qua pœna puniatur, vel si ponit ad fenestram alicuius mulieris. Bal.l.fin.1.repet.num.3.de rerum diuis. Ioan. Ant.de Nigris in cap. regni vt sine mortalis peccati, num. 77. adest pragmatica 1. sub rub.scal.prohib.noctis temp. idem si ingreditur mœnia ciuitatis, vel castri. Gra.infra in const. Iustitiarij per prouincias, num.6.
31 Vltimo nota consensum negligentiæ, consilij, cooperationis, & auctoritatis. Baldus l.raptores nu.6.circa med. de Episc.& cler. hic est negligentia, iuxta illud Prouerb.24. in fine, Vsquequo piger dormis, vsquequo de somno consurges. verum si fit præsente eo, præsumitur intelligere, nisi probetur impedimentum. Bald.l.1. 2.repet.in princ. de postul.

De pœna mulierum iniustè conquerentium.

SVMMARIVM.

1 Mulieres semper clamant, & viros vexare solitæ sunt.

2 Iniustè, idest contra veritatem.



1 DICTVM fuit de pœna eius, qui non opem fert mulieris violentiam patienti, & clamanti, & quia mulieres semper clamant. l. assiduis, in ver. mulierum, qui potio. in pign. hab. & teste experientia, cum falsis lachrymusculis vexare viros sunt solitæ. Cassa. in consue. Burgun. rub. 4. §. 6. conf. 1. col. 2. post princ. ideo ponitur rub. [De Poena Mvlierum Inivste] contra veritatem. Bald. l. procurator §. si procurator rem ratam haberi. [Conqverentivm] deplorantium. Nizolus in ver. conqueror, vt latius infra.

SVMMARIVM.

1 Fœminæ calliditas in decipiendis hominibus, & se custodiendis.

2 Veritatis magna vis, nu. 29.

3 Mendax faciliùs comprehenditur, quàm claudus.

4 Hominis vita vt corrigatur plectendo, & corrigendo agitur.

5 Lucra vocantur quæstus liciti, & alij illiciti.

6 Subditorum magna iactura cum falso accusantur.

7 Violentia semper durat nisi purgetur.

8 Mendacium omne falsum testimonium appellatur.

9 Litis viri boni execrantur, & timoris sex species, & quando parit tristitiam.

10 Strepitus est sonus vocum negocia pertractantium, & aduocatorum, num. 40.

11 Interdum, notat facti varietatem, non iuris diuersitatem.

12 Voluntas est in ratione, & in bonitate animæ, prima pars est bonitas voluntatis.

13 Dei iusto iudicio prouenit, vt quod contra alios moliuntur, contra eos retorqueatur.

14 Supplicium pœna est, & vltimum supplicium pro morte capitur.

15 Semen ex superfluitate cibi componitur, quomodo inde concipitur, & ad perfectionem hominis peruenitur, num. 16.

17 Pœna ex causa emergenti in certis casibus differtur.

18 Pregnantis pœna in nonnullis casibus differtur, & post num. 40.

19 Persona ponitur pro omnibus, qui ex ea parte sunt.

20 Affines qui, vnde, & an duret, vno ex eis mortuo, & quid coniuncti, post num. 40.

21 Proximũ diligere ordo à seipso cœpit.

22 Puniri est paruulorum, ali maiorum.

23 Tunc, est aduerbium temporũ, & quid nunc, & extunc, pro tunc.

24 Aluntur maiores triennio apud patrem, minores apud matrem.

25 Negare quomodo expedit.

26 Fingere licet, negare nõ, & quomodo.

27 Causa iusta non debet mendacio defendere, sed potest rem capere.

28 Meretrix quæ sit, quomodo probatur, & quando dicitur quæstum facere.

30 Mendacium quid, quotuplex, & an sit peccatum. num. 36.

31 Inimici faciliter mentiuntur, quid in matre in causa filiæ.

32 Matrimonium licet fauorabile, non tamen pro eo statur dicto vnius.

33 Mendacium in causa matrimonij non impedit, sed punitur. post num. 34.

34 Matrimonium an impediat consensus coactus, vel conditionalis.

35 Matrimonium tenet inter raptam, & raptorem, sed raptor decapitatur.

37 Defensor mendax, & alij nonnulli propter mendacium puniuntur.

38 Doctores non debent consilium dare contra conscientiam.

41 Contractus per metum factus non est turpis, sed turpiter factus.

Pessi-



Essimam] viri, & mulie-
ris mores differunt. Arist.
de historia animalium li-
bro 9. c. 1. instituit omnis
1 dolus, secundum Senecam
in 5. tragœd. fraude fœmi
næ, refert Cassan. in con-
sue. Burg. rub. 4. §. 7. ibi sub posse post nu. 18.
ipsa enim scit plus, quã masculus de fictio-
nibus, per quam eius pudicitia non lædatur.
Ang. l. vni. cir. fin. nu. 10. de mulie. & in quo
loco multoties singit contra homines casus
qui non sunt, sicut vassalli contra dominos.
Bal. cons. 483. nu. 2. cir. med. 1. vol. Vnde in-
uẽta est via per quam mendacissimus quis-
que maiore iniuria plura, & grauiora men-
tiatur. Bal. auth. non licet, cir. princ. de libe.
2 præte. Veritatis tamen magna est vis. Affl.
sup. in const. in quæstionibus nu. 8. in fi. adeo
quod stare non potest quod caret præsidio
veritatis, ipsa enim valet, vincit, & inuale-
scit. Spec. in tit. de exordijs, & arrenghis ad-
uoca. c. 7. num. 17. Vera loqui ne Ptolemæo
præfectum videbatur, ab Vlysse verò fuit ei
persuasum mentiri. Arist. 7. Ethicorum 13.
3 sed facilius comprehenditur mendax, quàm
claudus. add. ad Spec. præd. tit. de instr. edit.
§. 9. in ver. fraternitatis in fi. verum, & bonũ
conuertuntur. D. Tho. 2. 2. quæst. 109. art. 2.
4 ideo plectendo, siue corrigendo hoc solum
bene agitur, vt vita hominum corrigatur.
Spec. in tit. de inquisitione §. fin. nu. 7. circa
med. & dixi supra in const. intentionis. Pro
cuius correctione punit mulieres, quæ falso
accusant homines de violentia, vt in textu,
qui diuiditur, & sum. vt per Afflict. & dicit
[Pessimam, Et Horrendam] pertime-
scẽdam. Nizolus in ver. horribilis. [Quae-
stus] l. duo ff. pro soc. l. si is §. 1. ff. commo.
5 l. pen. ff. de his qui not. infa. Lucra vocantur
quæstus. D. August. 17. de ciuit. Dei c. 6. in fi.
quæstus, & accessiones. gl. l. non solum §. fin.
in ver. cessat, & seq. de alien. iud. muta. cau.
facti. nec reprobat alios quæstus, nam com-
paratiuum auget, non autem improbat.
D. Aug. 3. contra Cresco. Gram. col. 54. cir.
med. & 56. circa princ. & 4. contra eundem
col. 45. cir. med. hic dum ludibrio corporis
sui quæstum faciunt. l. Mimę, de Episc. aud.
[Materiam] venalem formam habendo.
inf. in cõst. quæ passim. [Quae Hactenus]
vsque nunc per prauas cupiditates ducebã-
tur. l. omnibus, qual. quis se defendere deb.
in Longob. [In Grave Dispendium] cum
6 sit magna iactura subditorũ cum falso ac-
cusantur. Affl. hic 2. not. & graue est famæ
proximi detrahere. Zab. clem. 1. §. verũ, post
nu. 1. de hæret. [Subiectorum Nostro-
rum] de quibus in const. seq. & in constit. ad
subiectorum nostrornm. [Invaluit] sæpe
peruenit ad aures. Affl. hic in princ. [Rese-
cantes] vt non solum falsæ, sed etiam ma-
lignæ criminationi ianua præcludat. c. qua-
liter, & quando, lo secondo, de accus. [Dum]
idest postquam. Archid. c. quotiens in princ.
2. q. 6. [Mulieres] siue mulierculæ, vt dixi
inf. in const. mulieres. [Quae Raptus Iniu-
riam] in ipsarum iniuriam raptus, l. 1. de
raptu virg. [Vel] pro etiã. l. stipulatio ista
habere licere, §. inter, in ver. vel, de verb.
7 oblig. [Violentiam] quæ semper durat,
nisi purgetur. l. cũ pater ff. de vsur. [Passae
Non Erant] sed ponentes mendaciũ spem
suam, in mendacium operis sperauerunt.
Spec. d. tit. de exordijs, & arrenghibus ad-
uoca. c. 6. nu. 30. cir. med. [De Aliquibus]
contendentes [Per Mendacium] glo. 2. in
8 l. qui restituere de rei vend. per falsum testi-
monium, nam omne mendacium, falsum te-
stimonium appellatur. D. Aug. in lib. de men
dacio col. 5. cir. fin. Dicitur autem menda-
cium falsa significatio cum voluntate fallen
di, idem in libro contra mendacium col. 25.
cir. fin. Caiet. ad D. Th. 2. 2. q. 110. art. 1. in fi.
& ex eo dicitur, quod contra mentẽ dicitur,
& tria debent concurrere, vt per D. Th. ibi,
& capitur quandoque pro peccato. D. Aug.
d. lib. contra mendacium col. 24. cir. fin. inde
mẽdax, qui à veritatis rectitudine declinat.
add. ad D. Th. 3. par. de Sacram. q. 129. alias
98. art. 1. Isto modo diabolus dicit mendax,
& pater mendacij, primus enim est mẽtitus,
à quo peccatum, & ab illo cœpit esse men-
dacium. D. August. 14. de ciuit. Dei c. 3. in fi.
& mendax scriptura, quæ continet quod nõ
est verum. l. 2. vbi Bal. C. si pign. conuentio.
num secuta non sit. [Conquerebantur]
more improbato versatę. l. 1. §. 1. ff. de actio.
empt. [Et Sic] ita hoc modo. Nizolus in
ver. sic ij de quibus conquerebantur. [Ac-
cusationis Instituendae, Vel Insti-
9 tutae Timore] quia lites viri boni exe-
crãtur. l. item §. fin. ff. de alien. iud. mut. cau.
facti. cuius timoris sex sunt species, erube-
scentia, verecundia, admiratio, stupor, &
agonia, quæ quomodo contingant. D. Tho.
1. 2. q. 41. art. 4. timoris est prima facie re-
spicere cum formidine malum. q. 68. art. 6.
in appendice, & importat communiter fu-
gam, 2. 2. q. 125. art. 1. verum est cum aliqua
spe euadendi, sed quando nulla est spes, ma-
gis operatur tristitiam, quàm timorẽ. idem
D. Tho. 3. par. de Saluatore, quæst. 15. art. 7.
[Dum Iudiciorum Strepitus] c. fin. de
sta. mon. iudicialis, foralis, vel causarũ stre-
pitus. c. fin. de ferijs c. 2. de prescrip. & c. vni.
10 de synd. & proprię non est nisi sonus vocum
hominum negocia pertractãtium, aduoca-
torum

torum etiam allegantium. Afflict. hic 5. not. [VEL EVENTVS METVVNT] cum dubius sit litis euētus. l. quod debetur de peculio. Gra. hic in princ. & dubitāt quod euenire potest. Affl. hic 6. not. & potius fugiunt metum rigoris officij, quàm ex causa læsæ conscientiæ. Io. Ant. de Nig. c. reg. si temporum nu. 7. [ACCVSATI IMPARIA MATRIMONIA] non secūdum suam dignitatem [SORTIVNTVR] cū vxor debeat esse bona, & nobilis, vt bene ei deceat. l. creditor in princ. in ver. contrahere ff. mandati. vnde ratione multū distantis conditionis quantum ad nobilitatem, & fortunam, siue aliud signum euidēs apparet sponsa admittens sponsum non excusatur à peccato, si dicat illum admisisse causa matrimonij. D. Th. 3. par. de Sacram. q. 77. alias
11 46. art. 2. circa fin. [INTERDVM] quod notat facti varietatem, non iuris diuersitatem. gl. l. metū §. sed quod ff. quod met. cau. [ETIAM STIRPEM] sobolem. c. pen. de cōsang. & affi. l. 1. sol. matr. [TVRPEM] adeo quod totum genus infamatur. Bal. l. nec filiū C. de nupt. quia sæpe solet filius similis esse patri, & sequitē filia leuiter matris iter. Aff. hic 7. not. cir. fi. nec aliquid paret sibi dissimile in specie. Bal. l. 1. §. conuentionis circa med. ff. de pactis. [A REIS] quos non solum accusant, sed falsè probant, vt inf. nam reum sola accusatio non facit. l. fiu. C. de accus. [VELAMENTO] l. error, C. de iuris, & facti ignor. [PRAEDICTAE ACCVSATIONIS ACQVIRVNT] ideo inspici debet quo nomine, & qua cōtemplatione fit. Bal. l. si pater 3. rep. §. qui duos nu. 3. de adopt. & facit const. hi qui per inquisitiones circa fin. inf. de inquisi. facien. ne mendacium suum profit. Ant. de But. c. ad hæc in fi. princ. de off. Arch. [VOLVMVS] quia
12 voluntas est in ratione. D. Th. 3. par. de Saluatore q. 18. art. 2. & quolib. 9. art. 12. & præsumitur Principē velle quod iuris est. Abb. c. venissent 1. not. de iudicijs. nam in bonitate animæ prima pars est bonitas voluntatis. D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 2. & est naturalis eius potentia, sicut intellectus. idem D. Th. 3. par. de Saluatore q. 18. art. 1. [ET MANDAMVS] vt inf. in const. vt officialibus, procuratoribus. [VT QVAECVNQVE] actrix. gl. 1. l. decernimus de epi. aud. [POST HAC] l. omnes in princ. de Episc. & cle. [DE TALI FVERIT FALSA] quia factum remotum est à veritate. Bal. l. 1. num. 5. C. de cond. indeb. [DELATIONE CONVICTA TAM PER SE] ex propria confesione. c. cōstitutus de pen. sed nō propriè, quia confessus, & conuictus, ponūtur vt diuersa. Abb. c. at si clerici nu. 4. de iudic. [QVAM TESTES] vel instrumenta, per quæ etiā conuincitur. Abb. d. c. at si clerici 1. not. [MORTIS LAQVEIS IRRETITA] alibi litibus irretita. l. cū clericis de Episc. & cler. implicata. Nizolus in ver. irretitus. [IN FOVEAM INCIDISSE SENTIAT, QVAM ALTERIVS CASVI PRAEPARABAT] quia
13 iusto Dei iudicio prouenit vt quod contra alios moliuntur, contra eos retorqueatur, iuxta illud psal. 7. Incidit in foueam quam fecit. D. Thom. 2. 2. quæst. 55. art. 5. in fine. & tunc capiuntur iniqui in suis insidijs, & dentes conteruntur in ore ipsorum, quando per easdem res per quas alios decipere moliuntur, ipsi decipiuntur. appendix ad eundē 3. par. de Sacram. q. 1. alias 60. art. 4. vnde sicut punitur reus ratione mēdacij, ita actor. Bal. auth. contra qui propriam 4. not. de non num. pec. nec debet parci mentienti, quia similis est furi. Bald. l. 2. nu. 7. in fi. quomo. & quando iudex. [SI EA QVAE DETVLERAT COMPROBASSET] cum teneatur pœna talionis, cōstitutus in euidenti calumnia, quæ pœna habet locum etiam iure isto. Gra. hic in fi. nec est sublata, nisi inscriptio. Affl. hic 8. not. [QVAE] cum sit relatiuum sit relatio ad id quod datur intelligi per præcedens, alibi exponit quia, gl. 2, l. 3. vbi Bal. sol. mat.
14 [SI SVPPLICII] summi supplicij, quod mortem interpretatur. l. pen. vbi gl. de cond. cau. data. Et omnis pœna si iusta est, peccati est pœna, & supplicium appellatur. D. August. 1. retract. c. 9. col. 5. post princ. de quo inf. in const. humanitate. [TEMPORE PRAEGNANS INVENIATVR] puta, quia occultum malum, crescens vterus, latere nō passus est. D. Aug. præd. in lib. de moribus Manic. col. 37. cir. fi.
15 nam ex homine generatur semen, quod secundum Philosophū, est de superfluo alimenti, & est sanguis quousque perueniatur ad hominem. D. Th. 1. par. q. 119. art. 2. vel concepit, ex quo lac collegit, vt dicūt fœminæ. D. Aug. 2. quæstionū super Exodum col. 40. post princ. nam mulier concipit quando habet lac, aut intra se sensibilem motum cum anxietate. comment. ad Arist. 2. Posterio-
16 rum 95. Conceptio humana sic procedit, & perficitur, vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouem conuertitur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidatur, reliquis decem & octo diebus formatur vsque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, hinc reliquo tempore vsque ad tempus partus magnitudine augetur. D. August. lib. octuaginta trium quæst. col. 32. cir. med. vnde 46. dies prædicti multiplicati in seuarium faciunt 276. & sic menses nouem, & dies sex partus, vt ibi, & lib. quæstionum sexaginta quinque col. 14. post princ. & tāgit 4. de anima, & eius origine, col. 2. c. 5. [VSQVE AD QVADRAGINTA DIES POST PARTVM IPSIVS,

ſivs, Poenam Hvmanitate Svadente
17 Volvmvs Prorogari] & ſic ſunt caſus
ſpeciales,in quibus pœna differtur. Bal.l.1.
nu.15. in fi. de his, qui accuſa.non poſſunt.
& occaſione caſus emergentis differtur ad
tempus, quod alias non differreretur, ſu-
ſpenditur, ſed non in totum tollitur. Bald.
l.caſus C.de teſta. & l.1.de bonis proſcript.
18 & differtur executio lata contra prægnan-
tem ſententia vſque ad tempus partus, ita
ſi lata eſt in ſeruum, differtur donec reddi-
derit domino rationem. Speculat. in tit.de
executio.ſentent.§.4.num.2.in fi. & 3. Bal-
dus l.Imperator, la ſeconda,in 1.2.& 3.rep.
de ſtatu hom. & l.ſeruus de leg.1. licet con-
trarium videatur tenere in l.4. C.de pœnis,
& ſicut prægnans non poteſt occidi, ita nec
torqueri, Port.inſtit.de tutelis, num.5. nec
fuſtigari. Arnon. 133.commen. circa med.
vel eius manus amputari. Affli&.hic nu.12.
ſiue examinari, ſecus ſi eſt inualetudinaria
poſt partum. Gra. hic num.3, vſque in fin.
quæ recedens à partu puerpera dicitur. l.
quæritur in ver. puerpera de ædilit. edicto.
& quare expectâtur quadraginta dies. Affl.
hic nu.11. in fi. & prorogari idem eſt quod
extendi. Abb.c.ſignificaſti nu.5. circa med.
& 35. circa fin.de foro compet. [Et Par-
tvm Ex Ea Editvm] pergendo in natu-
ram,tunc enim naſci dicitur,& eſt res peni-
tus ſeparata à matre. Caie.ad D.Th.3.par.
de Saluatore, quæſt. 25. art.1. circa princ.
19 [Si Non Habet Proximos] ex perſona
ſua, quia perſona ponitur pro omnibus, qui
ſunt ex parte ſua. Bal.l.2.col.2.in princ.ſol.
matr. [Cognatos] ipſius partus ex parte
matris,vt hic in gl.fin. & ſignificat affectio-
nem. Bald.l.2.nu.5.circa med.& l.4.num.7.
in fi.C.de fideicomm. [Forsitan] c.fin.de
20 ſta.mon. [Vel Affines] quaſi iuxta fines
poſiti,& ſunt coniuncti per carnalem copu-
lam non eiuſdem radicis, ſed quaſi extrin-
ſecus adiuncti tam ad virum ex parte vxo-
ris, quàm ex parte viri ad vxorem. D.Tho.
cũ add.ad eum in princ.& appendice 3.par.
de Sacram. q.86. alias 55.art.1. & fit etiam
ex coitu illicito, ſed non contra naturam,
art.3.& dicuntur conſanguinei matris,alibi
vxoris. Abb.c.1.in 1.not. de eo qui cogno.
conſang.vxo.ſuę.& vnde dicantur in c.quod
ſuper 1.not.de conſang.& affin. glo. & Bal.
l.quod Seruius de cond.cau.data. Qui dicã-
tur coniuncti.Bal.l.1.§.fin.de poſtul. neceſ-
ſarij.l.ſed & ſi, ſol.mat.ſunt filij,& ſerui. gl.
l.Imperator ff.de pactis. affines in l.ſi man-
dato §.ille ff.mandati.l.videamus ff.de vſur.
licet diſſoluto vinculo affinitatis ab vna
parte diſſoluitur vinculum amoris,& priui-
legij decreſcit beneficium. Bal.l.fin.nu.1.in
princ.C.de verb.ſig. [Qvos Ad Nvtrien-
dvm Ipsvm Affectio Proximitatis In-
21 dvcat]nam proximũ diligere,ordo à ſeip-
ſo cœpit initium. Luc.l.vni.col.5.cir.princ.
de expenſis lud. vnde ius agnationis non po
teſt per pactum renunciari, per ſententiam
ſic. l.ius agnationis,vbi gl.& Bal.ff.de pact.
qui ſunt agnati. l.ſunt ff.de legi.tut. ſi adeſt
pater,nemo eſt magis cõiunctus,quàm ipſe.
22 Bal.l.qui hominẽ §.ſi gener de ſolu. Nutriri
verò eſt paruulorum, ali eſt maiorũ. Bal.l.ſi
iudex 3.rep.in princ.vbi glo. de his,qui ſunt
ſui,vel alie.iur. [De Bonis Nostris Per
Officiales Nostros, Qvi Tvnc Tem-
23 poris] quę dictio tunc,eſt aduerbiũ tempo-
ris,& ſignificat tẽpus punctuale,quod vocat
extremitas tẽporis:nunc,eſt aduerbium præ
ſentis tẽporis:quid ſi dicatur exnunc,prout
extunc, vel extunc,prout exnunc. Bal. auth.
contra rogatus in princ.ad Treb. [In Illis
Partibvs Praeervnt Edvcari] l.1. C.
vbi pupillus educa. deb. [Ivbemvs] penes
quẽ, & à quo pupillus educari debeat. Abb.
c.cum haberet nu.7.de eo qui duxit in mat.
quam polluit per adult.Bal.l.1.cir.fin.ff.vbi
pupill.educa.debeat. & licet alibi alimenta
ſubminiſtrentur ſecundum facultates. d. c.
cũ haberet. hic alitur pecunia publica,vt in
carceratis pauperibus,vt inf.in conſt.huma
nitate. & ſi non reperit nutrix,debet mater
cõſeruari vſque ad triennium.Port.vbi ſup.
24 inſt. de tutelis. nam maiores triennio apud
patrem,minores apud matrem aluntur. Inn.
c.2. vbi Abb.nu.4.de conuerſ.infid. Spec.in
tit. qui filij ſint leg. nu.26. hic per officiales
virtute huius conſt. abſque alio mandato.
Affl.hic vltimo not.num.13.
25 Sed contra,expedit negare.l.illud §.ſi cui
in fi.de tribut.lex,& gl.docent mentiri.Bal.
l.alias col.3.ff.de iureiur.Abb.c.cũ ceſſante
nu.20.de appell. Multi Sancti, vt legitur in
ſcriptura ſacra, ſunt mentiti. D.Thom.2.2.
q.110.art.3.etiam,quia noſtrum negare,vel
affirmare non facit naturalẽ veritatẽ, aliter
ſe habere,quia natura nõ poteſt mẽtiri. Bal.
l.ſicut nu.4.in fi.de repud. vel abſti.hæred.
26 Dic, ꝙ mentiri non licet fingere ſic. Ant.
de Butr.c.3.nu.1.de auct. & vſu pallij. quia
non omne quod fingitur mendaciũ eſt,alias
non refert an quis mentiat verbo, vel facto,
cum ſimulatio ſit falſa facti ſignificatio.
D.Thom. 2.2. quæſt.111. art. 1. vbi Caiet.
in princ. non punitur ſi alij non officit. glo.
fin.l.fundum ff.de euictio. & l.fin. quod fal-
ſo tuto. auctor. Nec alicui prodeſſe debet,
quod facit contra eos, qui per mendacium
conſequuntur bona proditorum, ſeu expul-
ſorum. Bal.l.2.num.72. in fi. C.de ſeruit. &
27 aqua. Vnde aduocatus habens iuſtam cau-

sam, non debet mendacio inniti ad obtinendum, sed in defectu probationum posset clam sibi satisfacere de rebus sibi subtractis, dummodo abstineat à mendacio. Abb. c.1.post num.7. de his, quæ vi, metusve cau. Recuperans rem suam mendosè: & per fraudem, an teneatur ad restitutionem, Bal.l.fin. 3.rep.nu.4.quod metus cau. & si licet fraudi fraude resistere, non tamen falsa probatione, alias punitur, c.olim de rescrip. quem ad hoc allegat addit.ad Bald. in rub. in ver. quæro C.de fide instr. nam illorum excessus nō præbet nobis licentiam excedendi. c.petitis de priuil.alias posset etiam cum scandalo rem suam recuperare, si aliter non posset. Abb.c.1.num.2.& 3.de præscript. Gesta verò, & mendacia Sāctorum quomodo procedant, declarat D.Th.d.quæst.110.art.3.

28 Nota, quòd mulier dicitur quæstum facere si duos admisit. Abb.c.cum decorem, cir. fin.de vita, & hon.cler.c.inter opera in fi.de sponsal. vnde dantur quædam adulterandæ pro quæstu. c.fin.de cond.appo. & meretrix probatur eoipso quod mediante pecunia cōcubuit. Bal.l.4.§.1.in fi.de cond.ob turp. cau. probatur per vicinos, quia esse publicā meretricem oculis vicinorum latere non potest. Bald.l.1.in fi.de collus.deteg. & illa præsumitur de cuius domo media nocte visus est exire scholaris. idem Bal.l.fin.cir.fin. de hæred.instit. Eius gestus, & damna vide Prou.7.& Ecclesiastes 7. Ista turpiter facit, sed non turpiter accipit. d.l.4.§.1. vbi glo. & Bald.de coud.ob turp.cau.

29 Secundo nota, quòd semper, & vbique præsens veritas loquitur. D.Aug.in lib.de octo dulcidij quæst.col.18.cir.fin. & hæc triplex, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, hic de veritate iustitiæ, nam de honestate vnus tenetur alteri ad veritatis manifestationem. D.Tho. 2.2. q.109.art.3. mendacium autē punitur.l.sed si, §.1.vbi gl.ff.quod cum eo. Quid sit mendacium, & largo modo eius appellatione

30 quid venit. Abb.c.super literis, post nu.3.de rescrip. quædam verò dicuntur per mendacium. l.qui interrogatus, ff.de petit.hæred. mendaciter asseuerantur. c.1.de matr.contra.contra interd.eccl.& mentitur.l.qui libertatis ff.de enict. Omnis enim qui mentitur, iniquitatem facit, & qui fallitur, eo qui mentitur est melior. D.Aug. 1.de doctrina Christ.col.16.cir.fi. & omne mendacium est peccatū, sed magis quod nocet, quàm quod non. idem Aug.in Enchiridion ad Laurentium col.10.& 13.cir.med.nec refert vtrum verbo, scripto, nutu, seu quocunque facto mentiatur. D.Th.quolib.6.art.17. Magis est delictum negantis probationem probatam, quàm negare incertum probandum. Mendacium nugatorium ex quo alius non læditur, est sine pœna. Bal.auth.contra qui propriā, nu.4.cir.med.& post nu.6.de non num. pecun. Mendacia enim à mendacibus serio aguntur non ioco, cum autem quæ non sunt ioco dicuntur, mendacia non sunt, vel non deputantur. D.Aug. 1.quæst. super Genesim col.46.circa med.& lib.de mendacio, col.1. post med. cum tribus seq.& psal.5.col.3. &

31 seq. Inimici autē de facili mentiuntur. Gra. in c.reg.vulgaris famæ proloquium, num.2. Prætextu lucri præsumptio est, quod dolo mentiatur. Bal.l.& eleganter 2.rep.circa fi. ff.de dolo malo. Testimonium matris est suspectum, quando filia petit virum se maiorem, quia videtur diligere incrementum, & honorem filiæ. c.super eo, vbi Abb.in princ. de testib. Quid si sunt pares, vel habentur vt excedentia, & excessa. Specul.in tit.de teste §.1.num.5.& 6. Et qui affirmat causa lucri, propter turpem quæstum est baractaria, & præsumitur contra mendacē. Abb.c.fin.post

32 nu.2. de solut. Vnde matrimonium licet sit multum fauorabile, nō est in tantum vt stetur soli iuramento alterius asserentis esse contractum, nisi cum iuramento adsint testes, & aliquæ circunstantiæ, nec præiudicat alteri matrimonio. Abb.c.mulieri. 1.nōt.& post nu.6.de iureiur. etiam quia confessioni non statur in proprio facto. idem Abb.cap. pen. num.4. d.tit.de eo, qui duxit in matr.

33 quam polluit per adulter. Mendacium verò mulieris inductum ad matrimonium contrahendum, non impedit essentiam matrimonij. Abb.cap.cum in Apostolica, 1.not. de sponsal.hoc modo statur confessioni mulieris, & eius matris, si accusat matrimonium propter quæstum. idem Abb.cap.pen. num.5. circa med.de coud.appo. & c.significante, qui matri.accus.poss. An autem

34 consensus coactus impediat matrimonium, & consensus conditionalis faciat eum. D. Thom.3.parte de Sacramen.quæst.78. alias 47. art.3.& 5. tunc teneret matrimonium, sed propter mendacium punitur, quia iustum est, dum mentiendo voluit vsurpare, quod suum nō est, perdat etiam, quod suum est. Speculat.in tit.de dispensatio.§.10.post

35 nu. 14. sicut Rex Hispaniarum qui ad præsens regnat, & eius proles, Deo fauente, sic regnabit in æternum, post contractum matrimonium inter raptum, & raptorem fecit in partibus decapitari raptorem. Affl. in constit.si quis rapere, num.15. post med. de rapto.& viol.monial.illa. nam mētiri est dolus. Bal.l.si ex causa §.nunc ff de minor. Verum inficiare, & falsum asserere est peccatum. Spec.in tit.de positio.§.7.nu.21.post med. est multis militibus familiare. add.ad D.Thom.

D.Thom. 2.2. quæst.124. art.5. ibi tertium: de antecedente, inficiando committunt furtum. Bal.l.si rem de præscrip.verbis. & respondens falsum dolo, vel culpa, non excusatur. Bal.d.l.de ætate §.pen.de interrog.act. quia mendacium est per se improbum, & vituperatione dignum. Arist. 4. Ethic. 14.
36 maximum vitium. Bal.l.1.nu.14.C.de ædil. actio. est delictum verbi. idem Bal.add.vlt. ad Spec.in tit.de restit.in integr. & grauius est, quàm simplex fornicatio, quia primum est magis contra naturam, quàm secundum. Abb.c.accepimus, post num.4.de purg.can. & est triplex, officiosum, iocosum, & perniciosum. D.Tho.2.2.quæst.110.art.2. Et an omne sit peccatum, idem quolib.8. art.14. Sacra scriptura prohibet etiam pro alterius vita mentiri. c.4.de vsuris. nec dici mendacium vt proximus euitet iniuriam. Abbas c.3.de reg.iuris. Affl. latè supra in constit. in quæstionibus, num.6.7.& 8. nam os quod mentitur, occidit animam. Sap.1. Quando est peccatum mortale, & quando veniale, D.Thom.vbi supra 2.2.q.110.art.4. Verum per mendacium absolutus tenetur actione de dolo. Bal.l.seruus tuus, §.1.ff.de dolo malo. & perperam confessus dolo afficitur. l.qui interrogatur, de interrog.act. tamen quoad quantitatem reatus magis peccat qui venit contra iuramentum. Abb. c.pen.
37 circa fin. de iureiuran. quidquid sit ratione mendacij, & correctionis defensor patitur executionem. Bal.l.Plautius ff.de procurat. Possessio amittitur, non hæreditas. Baldus l.non solum circa fin.princ.eo.tit.de procu. amittit socius beneficium, vt non teneatur in quantum facere potest. l.si vnus §.fin. vbi Bald.in fi. pro socio tollitur beneficium legis quod cum eo, & mulieri mentienti beneficium Velleiani. l.si mulier, la vltima, ff. ad Velleian. & hic conuicta habetur pro confessa. l.de ætate §.si cum, vbi glo.& Bal. de interrog.actio.& pœna talionis punitur. ita grauiter peccans, & perseuerans in peccato, non præsumitur verum dicere, etiam cum iuramento. Abb.c.1.nu.2.& 4.de purg.
38 cano. Vnde Doctores non debent consilium dare contra conscientiam, vt liberent quem à morte. Abb. c.super eo. 2.not.de vsuris. Defuncti tamen mendacium non nocet hæredi, nec suum; si reuocauit. Bald.l.electio, §.1. de noxal.
39 Nota, quòd fauetur prægnantibus, quia periculosum est in itineratione.l.2.§.si quis iudicio, vbi gl.& Bal.si quis caut.adeo quod promittens assistere ancillam, quæ est prægnans, etiam si edito partu sistat, dicitur eadem sistere. Bald. l.inter stipulantem §.fin. de verb.obligat. & sicut grauida non potest occidi, ita nec torqueri. Bald.l.interpositas circa fin.C.de transact. & si moritur, prohibetur humari antequam partus excidatur. l.2. ff.de mortuo infer. nam debet aperiri, & fœtus extra ecclesiam sepeliri, & mater in ecclesia. Gra.hic num.2. Possunt tamen prægnantes banniri, & expelli de ciuitate, licet partus non sit in banno. Bald.l.& seruorum, §.ingenui. 1.& 2.repet. cum §. seq. vbi etiam quod potest excommunicari. de statu homi.
40 Vltimo nota, quòd habemus iudiciorum strepitum, & contentiosum iudicium. Abb. cap.2. 1.not.de præscript. inde mature, sine strepitu iudicij dici debet. infra in constit. cultus iustitiæ. Qui autem sint consanguinei. Bald.l.cum quidam §.1.circa fin.de acquiren. hæred. & qui coniuncti. idem Bald. l.1.circa fin.princ. ff de tutelis. hic intelligitur de coniunctis ex linea materna. Affl. hic num. 15. vnde quando tutela defertur sub nomine agnationis, finitur tutela, finita agnatione, secus si sub nomine naturali.
41 Bal.l.tutelas de cap.dimi. Vltimo, contractus per metum factus non est turpis, sed turpiter factus. Bal.l.2.num.4.in fi. C.quod metus causa.

De violentijs circa possessionem admissis.

SVMMARIVM.

1 *Violentia personæ infertur, & rebus.*
2 *Possessio pro re capitur.*
3 *Violentiarum quinque species.*



1 Violentia personæ infertur, & rebus, c.1.in glo.2. 23.quæst.1. dixerat supra de violentia personis illata, nunc de ea quæ rebus infertur. glo.1.& Affl.hic,
2 nam possessio, secundum communem vsum loquendi, pro re capitur. Abb. cap. cum aliquibus, post num. 12. de
3 sentent. & re iudic. in qua cadunt quinque species violentiarum, videlicet expulsiua, ablatiua, turbatiua, compulsiua, & inquietatiua. gl.1.in l.1. C.de his, quæ vi, metusve cau. Bart. & Bal. in l. extat, ff.quod metus cau. De istis violentijs admissis, seu commissis circa rem, Nizolus in ver.admitto, tractatur in nigro.

SVMMARIVM.

1 Conseruatorium expeditur ne possessori vis fiat, & inferens vim quomodo olim, & nunc puniatur. nu. 27.
2 Exceditur in eo quod est minus, sicut in eo quod plus est.
3 Violentia publica cum armis, & alia priuata sine armis.
4 Pax quid, & eius effectus.
5 Medium quid, & colligitur ex duobus extremis, & eis non conuenit. post num. 7.
6 Virtutes medias Peripatetici dixerunt.
7 Via media eligitur, & multa quæ consistunt in medio.
8 Temperamẽtum fit optimum ex duobus contrarijs.
9 Accessiones pluribus modis vocantur in iure.
10 Possessionem cum fructibus tenetur restituere, qui per vim ingreditur.
11 Feudũ inuasione amittitur, & illius commoditas applicatur possessori.
12 Spoliatus non tenetur respondere nisi restituta possessione cum fructibus.
13 Solidum aureum meminit lex, & quod faciunt libram, & vnde dicatur. num. 32.
14 Quantitas quando est expressa, subintelligitur tantũ, etiã si non dicatur.
15 Probatione si caret, pro nullo habetur.
16 Possessorium, & petitorium licet differant, habent in multis concomitantiam.
17 Possessio, & dominium sunt principia actiuorum, & passiuorum.
18 Modestia est virtus per quam quis in omnibus modum tenet.
19 Proprietas est nomen directum, nec obliquatur.
20 Ius Francorum est speciale, & ius commune in regno.
21 Dictum ex altero, vel ex alterius coniũctione descendẽs, cathegoricã est.
22 Medium quædam non habent, sed extrema potius considerantur.
23 Media conficiuntur ex extremis, & idem ius de vno, quod de alio.
24 Spolians aliquem de facto re sua, est violator pacis.
25 Spoliationis quæstio est priuilegiata.
26 Possidere vtilius est, quàm petere.
28 Possessorium recuperandæ cõtinet restitutionem fructuũ perceptorum, et percipiendorum, petitoriũ quid, & quid possessorium. nu. 35. & 36
29 Accessiones quæ sint, & quæ actione veniunt.
30 Damnum non patitur, qui amittit quod tenet iniustè.
31 Quadruplo an insit simplum, & ad pretium quomodo fit.
33 Possessionis nomine quid venit, & quotuplex sit possessio.
34 Proprietas capitur pro dominio.
36 Possessorium iuris ordinem in determinatione requirit.
37 Possessorium, & petitorium licet conueniant, sententia lata in vno, non præiudicat in alio.
38 Possessionis quæstio est præambula ad quæstionem proprietatis.
39 Petitorio agens potest eo suspenso, ante conclusionem redire ad posse.
40 Petitorium, & possessoriũ sunt circa diuersa, & vnum impedit alterũ.
41 Possessoriũ quotuplex, quando, et quomodo admittitur exceptio dominij.
42 Petitorium intentare aliud est, & aliud iustificare possessorium.
43 Iudex est minister legis, & non est dubitandum quod vim inferat.
44 Proprietatis articulus admittitur in beneficialibus, & feudalibus.
45 Petitorium admittitur ad iustificandum possessorium.
46 Vassallus non agit possessorio contra Regem.
47 Possessio, & seruitus mutua est in matrimonio.
48 Iuris ratio iniuriam non habet, & probatur dum de iure iudicatur.
49 Const. violentias habet locum in feudo, & emphyteosi, pro, & contra.
50 Cõsuetudo potest inducere vt aliquid detur in signum possessionis.
51 Possessio transfertur per inuestituram post electionem, & cõfirmationem.

VIOLEN-



IOLENTIAS] violentia ante factũ, officio purgatur
iudicis, post factũ, remedijs à iure proditis. Bald.
1 l.illicitas 1.repet. in fi. de
off.præsid. qui enim timet
vim in sua possessione inferri, potest absque libello adire iudicem, &
petere occurri, ne vis fiat, tunc iudex per
præceptum, siue interlocutoriam mandat
ne vis fiat ei in sua possessione, quod hodie
in regno dicitur conseruatorium. Arno. 139.
comm. post factum de iure communi occupans violenter rem immobilem, restituta re
in totum, si erat sua, vel pretio, si non erat
sua mulctabatur. Iure isto non in tota æstimatione rei, sed in medietate punit, vt hic.
Arno.præd. in 11.differẽtia vtriusque iuris.
vel remedium iuris Longobardorum erat di
uersum in hoc ab illo iuris communis, nam
iure Longobardorum qui se dicebat violenter spoliatum à possessione rei immobilis,
si nõ poterat probare dominium illius rei,
spoliãs puniebatur solum pœna sex solidorum, confundendo petitorium, & possessoriũ:
ius verò commune mandabat, quod spoliãs
violẽter possessorem possessione rei suæ immobilis, non solum teneatur restituere possessionem, sed amittat omne ius, quod in ea
habebat, si non erat sua, teneretur soluere
æstimationem totius rei tam in possessorio,
quàm in petitorio: & sic ius Longobardorũ
multum remissius, ius autem commune mul
tum acrius prouidebat. Afflict. hic in princ.
2 Et quia sicut exceditur quod est plus, ita in
eo quod est minus. Spec. in tit. de aduocato.
§.5.nu.7. ideo Imperator mediam viam eligendo, l.sed & §.adeo in gl.fin. de pet.hered.
Gra. hic nu.1. ex duobus contrarijs quoddã
temperamentum, gl.fin. l.si seruos ff. de pig.
act. corrigit, l.si quis in tantam C. vnde vi.
& l.extat, quod met.cau. vt Her. hic in prin.
& mandat, vt in textu, qui diuiditur, & sum.
3 vt per Affl. & dicit [VIOLENTIAS] publicas
tũ armis, & vexillo erecto. not. in clem. vni.
de excess. prel. vel priuatas sine armis, §.sed
ex constitutionibus, instit. de interd. & sunt
iniuriæ personales. Bal. l.fin. in princ. & nu.3.
C. de furtis. [SVBIECTORVM NOSTRORVM]
nobis diuina prouidentia cõmissorum, sup.
in const. terminũ vitæ. [QVAE TVRBATIONEM] turbant, in dubium reuocant, & obscuram faciunt. glo. fin. circa med. d.l. extat.
4 [DESIDERATAE PACIS] quæ est serenitas
mentis, trãquillitas animæ, simplicitas cordis, amoris vinculum, & consortium charitatis: hæc simultates tollit, bella compescit,
comprimit iras, superbos calcat, & humiles
eleuat. D. Aug. serm. 4. Dominicæ post octauam Paschæ, & serm. vltimo, col.1. tomi 10.
[INDVCVNT] propter violentias, quas sæpe
ad inuicem committunt. Affl. hic in princ.
& 1.not. [INTER VTRANQVE SCILICET]
quæ orationem indefinitam limitat. Aret.
l.iusiurandum nu.10. de iureiur. [IVS LONGOBARDORVM] de quo l.1. & l.nullo de inuasio. in Longob. vt glo.2. hic. [ET COMMVNE] ciuile, quod ius commune dicitur. Gra.
hic in princ. [VIAM MEDIAM ELIGENTES]
5 l.3. ff. si pars hæred. pet. nam extrema vniuntur in medio. D. Tho. 3. par. de Saluat. q.26.
art.1. & colliguntur ex duobus extremis.
Bal. l.sicut §.superuacuum cir. med. ex quib.
cau. pign. vel hypot. tacite contra. ac de vno
extremo ad aliud cõuenienter transitur per
medium. D. Th. 2.2. q.33. art.8. & vtrunque
extremũ sapit. ea. par. q.53. art.1. vbi Caiet.
in fi. necnon inter duo extrema consistit.
Abb. c. consuluit nu.6. in fi. de off. deleg. vel
non conuenit extremis, sed impedit qualitatem extremorum. Bal. l.si auia, post num.5.
de iure delib. nam medium inquantum medium, secundum Arist. est in extremitatibus
oppositum, ideo nulla extremitas de medio
prædicatur. Bald. l.si plures, post num.16. de
cond. inser. vel dicitur respectu duorum,
hinc scilicet, & inde, quorum est medium,
nõ respectu primi, & vltimi. Caiet. ad D. Th.
1. par. q.2. art.1. col.3. circa med. seu dicitur
respectu principij, & finis. idẽ D. Th. 3. par.
de Saluatore q.6. art.1. Istam secuti Peripa-
6 tetici, virtutes medias esse dixerunt, plus iusto, & minus iusto dicebant, inter mala iustitiam collocauerunt mediam, inter versutiam, & hebitudinem prudentiam posuerũt,
inter libidinem, & insensibilitatem temperantia constituta est, inter timiditatem, &
audaciam fortitudo. D. Aug. in Cathegorica col.30. Sic medius habitus in cunctis laudatur. Arist. 2. Ethic. 9. in fi. Bonorum fortunæ mediocris possessio est optima omnium
existimanda. 4. Politic. 11. Arbiter medius
in cunctis locis fidelissimus, & gubernatio
moderata durabilior. c.12. In capiendo medio tota vis cõsistit, & clarum est, quod medius habitus in cunctis laudatur: vnde verecundia virtus non est, laudatur verecundus
quoniam medius dicitur, qui in cunctis excedit, pauidus est, qui deficit Imprudens vocatur, idem vbi supra 2. Ethic. 7. & 8. terra
grauis est, graue manet in medio. 3. Physic.
textu 51. Ista dicitur via rusticorum, verum
nimis recedere à mediocritate non est iustũ.
Bald. l.3. §.sed & si quis num.11. & 16. in fi.
C. comm. deleg. & sic non inspicitur plus, &
7 minus, sed media via eligitur inter discrepantia, & extrema. Bal. l.vni. in fi. nu.16. C. si
ser. exte. In qualitatibus seruorum, & præ-

diorum medietas ſeruatur. l.ſi quis argen-
tum, vbi Bald.nu.2.C.de donat. quia virtus
eſt in medio. D.Th.& ibi appendix,& Caie.
1.2.q.64.art.1.& 2. ad eam pertinet mediũ
tenere in paſsionibus. idẽ 3.par.de Sacram.
q.25.alias 84.art.9. Iuſtitia conſiſtit in me-
dio.2.2.q.58.art.10.vbi Caie.& q.146.ar.1.
& iudex debet eſſe medius,nõ declinans ad
dexterã, neque ad ſiniſtram. Bal.l.iubemus
nu.1.in princ.C.de prob.& inter diſcordan-
tes debet eligere meliorem,& æquiorẽ par-
tem.in l.1.in princ.C.de nuptijs.Et ſic licet
medium ſapiat naturã extremorum, D.Th.
3.par.de Saluatore q.39.art.2.& poſsit aſſu
mere denominationem vtriuſque, vt in cre-
puſculo, appendix ad eundem, 3.par.de Sa-
cram.q.108.alias 77.art.3. neutrum tamen
extremorũ eſt. ea.par.q.105.alias 74.art.5.
8 fit nihilominus ex duobus contrarijs opti-
mum temperamentũ. gl.l.2.§.neque in ver.
vel vim ſi quis caut. in l.ſed hæc de procur.
l.Gallus §.fin.in ver.inducere de lib.& poſt.
& iſta electio præſupponit conſilium,nõ ta-
men ſequitur ex conſilio, niſi iam determi-
nato per iudicium, illud enim quod iudica-
mus agendum,poſt inquiſitionẽ conſilij ele-
gimus.D.Th.3.par.de Saluatore q.18.art.4.
& 34.art.2. [POENA LEGITIMA] à lege ex-
preſſa, ſicut legitimam à lege canonica ex-
preſſam dicit. Io.And.c.ſtatuimus nu.2.cir.
med.de pœnit.& remiſs. in vj. [VOLVMVS
COERCERI] condemnari, inde coercitus,
ideſt condẽnatus.Bal.l.ſed & ſi quis in prin.
ff.ſi quis caut. [STATVIMVS] quod verbum
rem perfectam ſignificat,& cum effectu,non
verbotenus accipitur. c.in his de verb.ſign.
[IGITVR] ergo. Nizolus in ver.igitur. [VT
SI QVIS] maſculus, vel fœmina,vt herma-
phroditi ſi ſunt maſculi, & tantæ audaciæ
puniuntur vt maſculi. Bal.l.ſi quis in tantã,
poſt num.14. vnde vi. [PER VIOLENTIAM
DESTITVERIT] ſpoliauerit. Affl.hic 2.not.
in princ. [ALIQVEM REI IMMOBILIS POS-
SESSOREM] etiam ſi tantum ciuiliter poſsi-
deat, quia appellatione poſſeſsionis venit.
Bald.l.ſciendum in ver.item qui, qui ſatiſ-
dare cog. [POSSESSIONE] vt ſup.in rub.ali-
bi iure.l.2.de bonis vac. [CVM LEGITIMIS
OBVENTIONIBVS] de quibus infra in conſt.
9 de quæſtionibus, quas homines legitima
augmenta fructus,& acceſsiones appellant.
auth.quæ ſupplicatio, vbi glo.de prec.Imp.
offer.acceſsiones,& deceſsiones.l.fin. quan-
do actio de peculio eſt anna. lucra,& dãna.
gl.in l.ſi quis ff.comm.diuid. Bal.l.grege.de
leg.2. appenditia l.ſi quis hæres de acquir.
hered.& fructus.Bal.l.cum ſeruus §.1.d.tit.
de leg.1. [OMNIBVS] quod eſt collectiuum,
& prædicatur de pluribus.Pau.de Caſt.conſ.
280.col.2.cir.fin.1.vol. & ſic de triplici ac-
ceſsione.l.1.vbi Bal.in princ.C.de vſuris,&
fru.leg.[PRIMITVS]c.ſignificauerũt de teſt.
[RESTITVTA] reddita, retrotradita. Iſern.
10 hic col.3. poſt princ. & ſic ingreſſus poſſeſ-
ſionem alterius ſine cauſa,tenetur eam cum
fructibus reſtituere. Bald.l.ſi nulla 2.repet.
C.de acq.poſs. [VIOLENTVM] qui vim in-
tulit. Nizolus in ver.violentus. [VEL VNI-
VERSALEM SVCCESSOREM EIVS] hæredem,
cuius verbum ſucceſſorem iuris continet.
Bald.l.1.poſt nu.1. C.de cond.inſer.qui non
delicto,ſed de facto defuncti tenetur.Innoc.
c.accepimus circa fin.de æta.& qual.c.quo-
niam in fi.de offic.deleg. [IN MEDIETATE
AESTIMATIONIS REI] facta æſtimatione
totius,& non partis per expertos in talibus
præuia informatione reddituum.Afflict.hic
nu.27.& 30.cir.med. [IN QVA VIOLENTIA
11 COMMISSA PROBATVR] ita per inuaſionem
amittitur feudum. Aluar.§.ſi duo homines
nu.3.de pace ten. & commoditas illius ap-
plicatur violẽtiam paſſo. Curt.in tract.feu.
5.par.in fi.nu.15. [MVLCTANDVM] punien-
dũ.Nizol.in ver.mulcto. [ESSE CENSEMVS]
ſup.in cõſt.in quæſtionibus cir.fi.ſtatuimus,
decernimus. Nizolus in ver.cenſeo. Et ſic
12 ſpoliatus non tenetur reſpondere, niſi prius
fiat reſtitutio poſſeſsionis, & fructuũ vſque
ad vltimum quadrantem,& expenſarũ litis,
immo debet tanto tempore eſſe in pacifica
poſſeſsione, quãto tempore ſtetit ſpoliatus.
Arno.in 100.comm. [DERISORIVM] inf.in
conſt.leges de legi.parib.ſubla. [NAMQVE]
certe. l.1.in ver.namque de prætor. ſtipula.
[CREDIMVS] quod prolatum à Iuriſconſul-
to eſt præciſum. Ang.l.ſi pluribus §.ſi eadẽ
res nu.2.de leg.1. [ALIQVEM SEX SOLIDO-
13 RVM] aureorum, quorum 72.faciunt librã.
Abb. c.conquerente, poſt nu.6.de offic.ord.
c.ex reſcripto, de iureiur. c.ad audientiam
de præſcript. c.conquerendæ 2.not.de cler.
non reſid. c.fin.de rer.permut. c.illo vos de
pign.c.in noſtra de ſepult. c.veniens,& ſeq.
de ſimon.& ſolidus aureus vnde,Boer.deciſ.
327.num.1.Abb.c.1.& fin. de Iudæis c.2.de
maledicis, & de eis meminit c.fin. de cauſa
poſs.& propr.c.olim, lo primo,de reſt.ſpol.
14 [TANTVM] quæ dictio ſubintelligitur quan-
do quantitas eſt expreſſa.Pau.de Caſt.conſ.
195.poſt princ.vol.1. [POENA DAMNARI]
quaſi pro minori pœna minor pœna debea-
tur. Bal.l.qui ſine, col.1.in fi.ff.de neg.geſt.
& ſic deriſorium eſt, quod cõprehendit par-
tem pœnarum,& non omnes. Abb.c.fin.nu.
12.cir.med.ne cler.vel mon. [ET TVNC DE-
MVM] verum. Io.And.c.ſtatutum nu.6.poſt
med.de reſcript.in vj. extunc. glo.in §.præ-
terea in ver. extunc, inſtit. quib.modis ius
patriæ

patriæ poteſt.ſolui.habet locum pœna præ-
dicta. [QVANDO] quia, glo.l.Titius in ver.
quando, de præſcript.verb. Bald.l.cum quis
§.1.de ſolut. [SVAM REM] tanquam ſuam
poſſet vendicare. l.quintus §.argento, cum
§.ſeq.& l.ſcribit,de auro,& arg.leg. [VIO-
LENTVS]qui fecit violentiam,vt ſup. [PRO-
15 BARE NON POSSIT]quia tūc ex quo proba-
tione caret,pro nullo habetur.Bal.coſ.442.
circa fin. 1.volum. [ET SIC POSSESSORIVM
PETITORIO A QVO SEPARATVM ESSE DI-
GNOSCITVR] l.naturaliter §.nihil cōmune,
16 de acq.poſs. adeo quod ſentētia lata in vno,
non præiudicat in alio, licet in multis ha-
beant magnam communionem. Abb.cap.2.
nu.6.cir.fin.de iuram.calum.ſunt contigua,
& ſopito vno,alterius origo perficitur. Bal.
l.cum Papinianus num. 1.in fi.de ſent.& in-
terloc.omn.iud. interim poſſeſſorium dero-
gat petitorio, & lata ſententia in petitorio,
derogat poſſeſſorio, & lata ſuper poſſeſſo-
rio,eſt diffinitiua. Quid in poſſeſſorio recu-
perandæ,& quare à poſſeſſorio non appella-
tur: & nemo poſſidet niſi qui intelligit ſe
poſſidere, & qui apparenter poſſidet,præſu-
mitur exiſtenter, & realiter poſsidere, & eſt
in poſſeſsione animus tanquam corpus.Bal.
l.poſt ſententiam, poſt num.8.9.11.& 47.de
17 ſent.& interloc.omn.iud. Principium enim
cauſale, & formale actiuorum, & paſsiuorū
eſt poſſeſsio, & dominium. Bald.l.non alias
§.1.ff.de iudic. l.ſin autem §.poſsidere in fi.
de rei vend. aliud fundus,& aliud poſſeſsio.
l.ſi mulier §.1. vbi Bal.quod met.cau. ſicut
quæſtio pinguioris ab intētione dominij ſe-
paratur.l.1.§.cū prædium de pign. [IMMI-
SCERE] alio modo, in l.1.de cond.in publ.
horreis.[ET ILLVD ETIAM]quod iure com-
muni prouidebatur. d.l.ſi quis in tantam.
[MODESTE]vt ſaluo prędeceſſorum noſtro-
rum pudore loquamur.infra in conſtit.nihil
18 veterum. [FERRE NEQVIVIMVS] cum mo-
deſtia ſit virtus per quam quis in omnibus
exterioribus modum tenet, vt non offendat
cuiuſque aſpectum. D.Thom.ad Titum 3.in
princ.col.2.in princ. [VBI] ideſt poſtquam.
Luc.l.facultas col.4.poſt princ.de iure fiſci.
[PRO VIOLENTIA ALIQVA IN POSSESSIO-
NE] ideſt pro vi illata in poſſeſſione, vel
proprietate rei poſſeſſæ. l.ſi de vi, vbi Bald.
2.rep.in 1.not. ff.de iudicijs. vel re poſſeſſa.
idē Bal.l.1.in princ. C.ſi pign.pig.datus ſit.
[COMMISSA] illata, ſupra in conſt.omnes.
19 [PROPRIETATE]quod eſt nomen directum,
nec obliquatur. Bal.l.cum res num.11.C.de
probat. ſignificat directum, & non vtile, in
l.3.nu.10.ſi à non compet.iud.cum vtile ſit
duplex, idem Bald.auth.hoc ius porrectum,
nu.1.de ſacroſan.eccl. & continet vſumfru-
ctum abuſiuè. Bal.præd.rub.ff.de vſufr.ear.
rerum, quæ vſu conſu. [SVAE REI] corpo-
ralis,ſiue incorporalis.Spec.in tit.de empt.
& vend.§.1.poſt nu.5. [IN TOTVM] totalis
corporis. l.in rem §.1. in ver. totius de rei
vend. [ALIQVIS, VEL AESTIMATIONE]
quæ debetur quādo res eſt indiuiſibilis. l.nō
amplius §.fin.de leg.1. [SI NON EST PRO-
PRIA] puta,quia eſt emphyteota. Bal.auth.
qui rem, nu.3. circa fin. de ſacroſanct.eccl.
[PRIVARETVR] eo quo ſe fecit indignum.
auth.Epiſcopi,de Epiſ.& cler. [IVRE FRAN-
20 CORVM] quod eſt ſpeciale in regno. Iſern.
§.præterea ducatus num.37. de prohib.feu.
alien. per Fred. vbi ius cōmune appellatur.
infra in conſtit.puritatem. [ETIAM QVOD
CERTAS POENAS IN VIOLENTIIS STA-
TVEBANT IN HAC PARTE SOPITO] quaſi
ſomno ſoporato. Nizolus in ver.ſopitus, &
ſic caſſat, & annullat prouiſiones pœnales
iuris Francorum circa violentias. Affl. hic
col.1.poſt med. [RAPTOREM AVTEM] ideſt
graſſatorē. l.capitalium §.graſſatores ff. de
pœnis. Iſer.& Affl.§.ſi quis quinque ſolidos
poſt nu.5.de pace tenen. [REI MOBILIS,
IVXTA] ponitur relatiuè.l.1.cum ibi not.de
Epiſc.& cler. [QVOD IVRE COMMVNI CA-
VETVR] l.1.& 2. C.vi bon.rapt. §.1.inſt.eo.
tit.vi bon.rapt. [IN QVADRVPLVM] infra
annum [COMPVTATA RE] ſic in dubio in
quadruplo ineſt ſimplum. Bald.l.vni.pœnis
fiſca.cred.præfe. [DAMNANDVM] condem-
nandum.Nizolus in ver.dando.[ESSE CEN-
SEMVS] ſimile in l.cum exceptione §.ſed &
ſi quis,& ſeq.§.qui vim cum pen.quod met.
21 cau.& dicitur cathegorica,quia id quod eſt,
dicitur ex altero, & ex alterius coniunctio-
ne deſcendit, vt duplum ſimpli dicitur du-
plum,& ſic de ſingulis. D.Aug.in lib.de ca-
thegorica col.17.

Sed videtur, quod non poſsit elegi media
22 via , nam poteſt quid reputari ex parte ve-
rum, & ex parte falſum. Bal.in l.2.in 2.rep.
col.8. cir.med.de iureiur. inter mortem, &
hæreditatis acquiſitionem nullum eſt me-
dium. glo.fin.l.quæſitum §.1.de leg.1.quan-
doque potius conſiderantur extrema quam
media . Bald.l.ſed & ſi §. ſolemus de hæred.
inſtit.

Dic , quòd medium colligitur ex duobus
extremis. Bald.l.ſicut §.ſuperuacuum circa
med. ff.quib.modis pign. vel hypoth. ſolui.
quando medius ſtatus rei obligationem ex-
tinguit non curamus extrema . Bald.l.inter
ſtipulantem §.ſacram in fi.de verb.obligat.
& quod habet ſe ad extremum ad medium
potius accedit. Bal.l.pen.§.ſeruus circa fin.
ſol.mat. item quoad meros fauores hæredis
ſui non eſt reperire medium inter mortem,
obliga-

obligationem, & aditionem, alias sic. Bald. l. filio cir. fin. de leg. 1. & sic non media, siue dubia. Speculat. in tit. de appell. §. 9. nu. 5. in princ. sed medium est tenendum. Bal. l. solet 1. rep. cir. princ. in ver. non vero de off. procons. & lega. gl. fin. l. nec supina ff. de iuris, & facti ign. l. 1. §. de eo, vbi gl. in ver. Labeo de
23 aqua plu. arc. eligitur autem via media inter extrema discrepantia. Bal. l. si fundum in fi. ff. mandati, quia media cõficiuntur ex extremis. D. Th. 2. 2. q. 179. art. 2. & illa trahit. gl. fin. l. qui sella. adeo quod probatis extremis, præsumitur medium, vt Bal. ibi 1. repe. §. 1. in fi. ff. de seruit. rust. præd. vnde idẽ ius est de extremo, quod de medio. Bal. l. pen. in fi. de vulg. & pup. ex qualitate, & quantitate extremorum præsumitur circa media. Abb. c. inter dilectos, post num. 4. de fide instrum. Rustici se concordant diuidendo per mediũ, glo. fin. & Bal. l. Nesennius de neg. gest. inde medio tempore .i. in medietate temporis. Abb. c. præterea nu. 9. de appell.

24 Nota, quòd violator pacis dicitur qui de facto spoliat possessorem re stabili. Afflict. §. quicunque nu. 9. de pace tenen. vnde sicut dicitur de facto tenere, qui possidet. Abb. c. cum causam nu. 6. cir. med. de testi. ita remotus de facto, est de facto restituẽdus. Bal.
25 l. verum nu. 4. ff. de minor. nam quæstio spoliationis est priuilegiata. Spec. tit. de petit. & possesso. §. 2. post num. 3. & potest agi possessorio, vt reducatur ad statum recipiendi annuã pensionem. Abb. c. sicut nobis 1. not. de sent. & re iud. quia etiam prædo secũdum rigorem iuris est restituendus. c. in literis de restit. spol. & eius commodum est resistere propria auctoritate. Bald. l. quemadmodum
26 in fi. princ. ad leg. Aquil. nam vtilius est possidere, quàm petere. l. is qui destinauit, vbi Bald. de rei vend. vincit enim eo iure, quò possessores vincere solẽt. l. vti frui in fi. prin. ff. si vsusfru. pet. nec probare necesse est ius, sed vsum facti, qui transit in singularem successorem. Bal. l. 2. §. Pomponius in fi. si serui. vend. multa Io. Ant. de Nig. in c. reg. frequẽs in auribus nostris, nu. 4. cum seq. & per tot. verum ante restitutionem non est discutiendus defectus proprietatis, sed debet restitui etiã quod offerat probationes incontinenti. Abb. c. conquerente, nu. 4. & c. literas nu. 18. de rest. spol. sed debent seruari substantialia iudiciorum, cætera expediuntur de plano, & dilationes abbreuiantur. Bal. ad Spec. in fi. tit. de libello concept. post princ. vt latè in const. seq. & qui occupauit, necesse est sciat quis sit dominus illius rei. Gra. hic num. 2. Pœnæ autem de quibus hic non habent locũ in occupante rem ratione præsumpti iuris, quod habet in re. Bal. d. l. si quis in tantam num. 12. vnde vi, ita excusatur Ecclesia à dolo, vel culpa non solum in possessione,
27 sed etiam in proprietate. Arno. 4. epitom. sed virtute capitulorum regni datur conseruatorium, de quo in c. ad præsidentis, cum duobus seq.

28 Secundo nota, quòd in interdicto recuperandæ venit restitutio fructuum perceptorum, & percipiendorum, quos facit suos bonæ fidei possessor: quid si fuit in bona fide, & postea efficiatur malæ fidei, vel ecõtra, ad quos teneatur, & si consumpsit an debeatur æstimatio. Abb. c. grauis de rest. spol. & quando tenetur ad percipiendos, tenetur de negligentia, alias secus. Bal. l. si seruũ in fi. princ. de verb. oblig. & restituit vna cũ accessionibus. l. 2. de in diem adie. vel quod accessionum nomine additum est. l. diuortio de neg. gest. Bald. l. sed & partus in princ. quod
29 met. cau. & cõsideratur accessio rei, vel quæ prouenit immediatè propter rem, vt est accessio vsurarum. idem Bal. l. Imperator §. 1. de leg. 2. quia quod iuris est de principali, idem & de fructibus. Bal. l. 3. §. sed si quid in princ. de neg. gest. quid si obtulit lite contestata in l. si reus 2. rep. cir. med. ff. de procur. fructus, & partus quasi accessiones sunt, & veniũt officio iudicis. gl. 1. cir. med. l. vtique ff. de rei vend. gl. fin. l. qui se debere de cond. cau. data. l. indebiti in princ. de cond. indeb. nec iusta causa litigandi excusat, & vtrum veniant iure actionis. Bal. l. 1. in 1. & 2. rep. 2. quæst. de rei vendi. Differunt autem augmentum continuum, & separatum. Baldus l. item si fundi 2. rep. in princ. de vsufruct. & quemadmodo quis vta.

30 Tertio nota, quòd non patitur damnum qui dimittit, quod tenet iniustè. Bal. l. sed & partus 1. rep. §. 1, quod metus cau. ideo si est res propria, illam amittit, si autẽ eius æstimationem, nam quantum post litem contestatam in finibus de alieno occupat, illud & tantundem de suo tenetur restituere. l. si cõstiterit C. fin. regun. l. vni. cir. fi. de suffragio, pro mobilibus debetur quadruplum, computata re, sicut de voluntate partium in con-
31 tractibus potest imponi pœna dupli, tripli, vel quadrupli, & tunc an insit simplum, & referatur ad pretium, vel rei bonitatẽ. Spec. de empt. & vend. §. 1. num. 39. 41. & 42. & an valeat sententia si est lata super re tantum, & non super triplo. Bal. l. si cum exceptione, 3. rep. post nu. 2. vbi ponit alias quæstiones in materia, & §. pedius nu. 3. in princ. quod metus cau. & pœna ista an fisco applicetur, vel parti. Affl. hic num. 10. vsque ad 16. q. 3. sed distinguo vt per Alex. Ias. & Paulus de Cast. & alios in l. si quis id quod, de iurisd. omn. iudic. Bart. l. agraria ff. de termi. moto, facit

facit quo inf.dixi in const.varietates pœnarum, & facta condemnatione in sex solidis, iuxta legem Longobardorum 72. vt supra,
32 faciunt libram, & solidus non capitur pro duodecim denarijs.addit.vlt.ad Spec.tit.de instr.edi.§.14. circa fin. & sic minus solido. An autem condemnatio, debitum, legatum, salarium, & similia debeant solui secundum æstimationem antiquam, vel nouam. Spec. cum add.vlt.Bal.circa fin. §.3.post nu.9. de oblig.& solut.
33 Vltimo nota, quòd possessionis nomen absolutè prolatum refertur ad solam naturalem, quando dominium vtile est cum possessione coniunctum. Bal.l.sciendum in ver. sedet, qui satisd.cog. & est duplex, vera, & interpretatiua. Bald.l.sciendum in ver.cum vero creditor. eod.tit.qui satisd.cog. huius magnum est cōmodum, etiam quod de proprietate contendatur. Abb.c.3.ante nu.1. de probat. vtramque retinent peregrinātes ad Papam, vel S.Iacobum, quia sunt sub legis potestate,& protectione. Arnon.in 184. comm. ciuilis est superior naturali,& naturalis subalternatur ciuili, non econtra, naturalis præcedit ciuilem natura,quia ex naturali sequitur ciuilis, vnde ciuilis comes est naturalis. Bal.l.dara opera, nu.67.cir.fi.
34 de his,qui accus.nō poss. Proprietas autem capitur pro dominio. Abb.c.1.nu.2.de cau. poss.& propr.c.cum ad monasterium de sta. mon. in re enim nostra habemus proprietatem,& possessionem. Abb.c.4.nu.2.de rebus eccl.non alie. dominis,& possessoribus prodita sunt remedia. Bal.l.& ideo §.neratius
35 cir.med.de cond.furtiua. petitorium videlicet,idest actionem ad rem, gl.1.l.qui petitorio de rei vend. aliter in c. porrectum de regular. huius natura est vt petatur restitutio. Abb.cap.2.num.17. vt lite non contest. & possessorium, quod causatur à ciuili non solū,sed naturali possessione. Abb.c.ex parte nu.20.& 21.de rest.spol.& est triplex, adipiscendæ, recuperandæ, & restituendæ. Abb. c.pastoralis nu.12.de cau.poss. & propriet. & differunt inter se possessorium recuperandæ,& adipiscendæ.idē Abb.c.1.nu.5.de rest. spol. possessorium recuperandæ non habet locum pro re mobili principaliter petenda, sed possessorium retinendæ.Bal.in rub.quod met.cau. & l.vni.in princ.vti poss. qualitas verò possessionis facit vnam probationem alteri præualere. Bal.l.data opera num.69. de his, qui accus.non poss. per viam cumulationis possunt simul proponi.idem Bal.l.3. col.3.cir.fin.& nu.10.C.de interd.& agenti. Possessorio recuperandæ an obstet exceptio dominij. in l.1. §.sed hæc, de præscript. 30.
36 vel 40. verum in omni possessorio maiore, vel minore debet seruari ordo iuris.Bal.l.1. col.3.cir.fin.C.de appell. & vt obtineat debet probari possessio,& deiectio. Abb.c.cōsultationibus 2.not. & post nu.9. de off. deleg.Locus,& tempus debet inseri in libello, tempus videlicet quo accessisti ad fundum tuum,& nō fuisti admissus,vt inde arguatur dolus aduersarij. Arno.comm.39. & 40. &
37 differt à petitorio, adeo quod sententia lata in vno, non præiudicat in alio, etiam quod in multis habeant magnam communionem. Abb.c.2.nu.6.cir.fin.de iuram.calum. vnde verbum possessio,nō solum potest referri ad possessionem rei, sed etiam ad alia iura,quæ habet in illa re.Abb.c.fi.ante,& post nu.11. de rest.spol. & cum agitur petitorio, potest sequi sententia adiudicatoria respectu possessionis. Abb.d.c.2.nu.5.vt lite nō contest. & condicit possessionem fundi ratione dominij.Bal.l.1.cir.fi.cū l.seq.de cond.tritica.
38 Vnde quæstio possessionis est præambula ad causam proprietatis. idē Bal.l.si diui 1.rep. in princ.ff.de iud. isto modo causæ proprietatis,& possessionis sunt connexæ. Inn.c.ex conquestione cir.princ.de rest.spol.& dominium exponitur,idest possessio, & frequēter vnum pro alio ponitur. Affl.c.fin.nu.3. quo temp. miles, & de mil. vass. qui contu. est, nu.9.circa med.si petitorio,& possessorio simul est actum,potest iudex prius possessoriū terminare, c.2.vbi Abb.in princ & nu.3. in fi.de cau.poss.& propriet.vel in executione præualebit petitorium,quando vtrunque est deductū. Inn.c.pastoralis nu.3.cir.fi.eo.tit. de cau.poss.& propr. & potest vnum altero suspenso prosequi. Luc.l.si coloni col.6.cir.
39 princ.de agri.& censi. Et qui intentauit petitorium, potest ante cōclusionem redire ad possessorium,gl.d.c.ex conquestione iu ver. ante in fi.de rest.spol.& gl.fin. c.significauerunt de testib. sed post conclusum in causa, nō posset. Bal.in add.vlt.post princ.ad Spec. tit.de petit.& poss. Inn.d.c.pastoralis nu.3. circa med.& fin.de cau.poss.& propr.& qui suspenso petitorio habet recursum ad possessorium, an condemnabitur aduersario in expensis factis in petitorio. Spec. in tit. de expensis §.3.nu.12.& 13. Et si vnus agit petitorio, & alter possessorio, quid fiet. idem Spec.tit.de petit.& poss. §.1.nu.2.& 3. & si actū est mero possessorio, & alter probauit petitorium.Spec.vbi sup.nu.27.& proponēs possessorium potest reconueniri super proprietate, nisi excipiat. Abb.c.fin.num.7.de ord.cog. Bald.l.3.nu.13.de interdi. Quid si
40 petitorium,& possessorium sint circa diuersa,potest contra spoliatorē excipi de spolio. Spec.d.tit.de petit.& possesso.§.1.nu.4.5.8. & 17. Dum autem pendet possessorium, impedit

impedit petitorium ex alia parte cumulandū. Abb.c.cum super 1.not. & nu.8.de cau. poss. & propr. & d. c.ex conquestione nu.5. & c.literas nu.11. de rest.spol. Prædicta interdicta recuperandæ, adipiscendæ, & retinēdæ possessionis cum libellis positionibus actoris, & rei ponit Spec.in tit.de cau.poss. & propr.§.1.interdictum recuperandæ concurrit cum petitorio.l.cum fundum, vbi gl. fin.ff.de vi, & vi arma. In isto possessorio licet non sit disputandum de dominio, tamen si est disputatum, & probatum, exceptio dominij præualet ad exclusionem possessorij: Bal.cons.141.nu.2. 1.vol. & si vterque probat possessionem, qui suam iustificat ex titulo præfertur Bal.l.vni. col.fin. post princ. C.vti possi. Sic post litem contestatam omnes possessores sunt pares, ante litem contestatā non, quia bonæ fidei possessor fructus consumptos lucratur, si extant, veniunt officio iudicis mercenario. Bal.l.2.num.3.& 4.
41 de fruct.& lit.expen. Est autem possessoriū duplex, directum, quod datur pro rebus soli, & vtile, quod datur pro rebus incorporalibus, & ista dantur tam contra spoliatorem, quàm contra mandantem, & ratum habentem. Bal.cons.420.nu.1.3.vol. ita actio directa, quæ venit ex mēte, & verbis, & vtilis, quæ venit ex mente non sufficientibus verbis. Bal.d.l.vnica, post nu.5. vti possi. & datur pro qualibet occupatione irrationabili. Abb.c.1.in 2.not.de rest.spol. Verum quando restitutio est difficilis, admittitur exceptio dominij, in cōs.feuda.diuer.pri.nu.111. & admittitur articulus proprietatis, & si vterque possidet, is obtinet de cuius dominio constabit ex antiquiori titulo, & possessione. Dec.cons.303.col.3.nu.1. 2.vol. Bal. d.l.vni.nu.10.in fi.vti possi.vel si fuit oppositus, & probatus, & actor passus fuit. Alex. cons.77. post num.13.& 200.nu.9.2.vol.78. nu.1.3.vol.& 89.nu.7.& 9.5.vol. Possessoriū adipiscēdæ datur bonorum possessori, & hæredibus pro bonis hæreditarijs §.adipiscendæ inst. de interdictis. & competit interdictum, quorum bonorum, quorū legatorum, & Saluianum interdictum. gl.d.c.pastoralis in ver.quod de recuperanda de cau.poss. & propr. Pro retinenda autē possessione datur interdictum vti possidetis, vel vtrobi. vt in glo.præd. & dicitur vtrobi, idest apud, Bal. d.l.vni.num.4.in fi.vti possid.& hoc quando est in possessione, & turbatur. Innoc.c.2.post nu.2. de rest.in integ. nec libellus alteratur propter assertionem petitorij. Abb.c.ex parte 1.not.de testi. adeo quod non tenetur ad exhibitionem tituli mentionati, si conclusio est in possessorio. Minad.decis.1. nam aliud est intentare petitorium, aliud iustificare possessorium ex titulo, vbi ex natura possessorij hoc requiritur. gl.fin.in fi.clem.vni.de cau.poss. & propr. ex probatione enim dominij augetur effectus. Bal.l.circa eum in fi. ff.de proba. nec per simplicem narrationem spolij apparet, an velit agere petitorio, vel possessorio. Abb.d.c.pastoralis nu.2.de cau. poss.& propr.non datur tamen hoc interdictum contra titulo possidentē. Lud.de Mol. de Hispan.primog.lib.3.c.13.num.53.& 54. nec quando iudex spoliat iudicialiter. Abb. c.si conuenerit nu.7.de accus.quia iudex est
43 minister legis, & de eo non est timendum, quod inferat vim. Bald.l.accusationis, post nu.1.quod met.cau. nec eius violētia nocet vero possessori nō citato, quia vis iudiciaria non se extendit ad ipsum. idem Bal.l.2.post nu.5.ne vxor pro mar.& dixi sup.in constit. iurisgentium in fi. secus si nō ritè procedit. Abb.c.cum causa nu.4.de off.deleg. vel non iudicialiter. Minad.cons.30.nu.3. nam tunc potest agere possessorio recuperandæ cōtra iudicem iniustè spoliantem. Abb.c.conquerente nu.6.& 7.de rest.spol. c.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, lo secondo, 1.not.vt lite penden. c.ad petitionem, nu.5.& 6.de accus. & sicut potest appellari ab iniuria facti, ita & ab iniuria temporis: & tunc totum negocium deuoluitur ad superiorem. Bal.l.si quis prouocatione, C.de appell. & si facit iniustitiā, de facto à tali iniustitia potest appellari, in l.1.nu.10. circa med. quando prouo.non est
44 necess. In beneficialibus, & feudalibus admittitur articulus proprietatis. Afflict.hic post nu.42.alias quandoque lite pendente etiam quis priuatur quasi possessione beneficij. Abb.c.accusatum de simonia, & si cōstat de defectu tituli, nō debet fieri restitutio. idem Abb.c.cum super, post nu.5. de cau.poss. & propr. vnde multum valet titulus. Bald.ad Spec.in tit.de testam. in fi. col.2.circa med. & possessio in ijs vilis est, & abiecta. Bald. l.sciendum 2.rep. circa med.qui satisd.cog. & violenta, vel improba non opitulatur quo ad onus probandi. Bal.l.si quis liberum ff.de probatio.

Sed contra, etiam improbus possessor agit ex suo contractu. Bal.l.ita vt si fur, ff.cōmo. & exceptio defectus proprietatis nō obstat agenti possessorio recuperādæ, etiam si probationes offerantur incontinenti. Abb.c.literas nu.5.de restit.spol. nec admittitur exceptio concernens proprietatem, seu defectum tituli. idem Abb.c.si constiterit, post nu.6.de accus. spoliatus autem nihil petit, quod prius non habuerit, restituitur itaque in statum pristinum, & superior demum inquirit si vult inquirere. Abb.c.in literis nu. 23. cir.med.d.tit.de rest.spol. & tunc non

tenetur

tenetur probare titulum, sed iustificare possessionem. Abb.eo.c.in literis, post num. 12.
45 sicut admittitur titulus petitorij ad iustificandum possessorium. Spec.tit.de teste §.5. num.7. Prædicta autem non habent locum in Rege spoliante suum feudatarium propria auctoritate ex aliqua iusta causa, quia Rex huius Regni in omnibus feudis quaternaris habet proprietatem, & dominium, & successiuè ciuilem possessionem, vassallus naturalē, vnde vassallus si se absentat à feudo, & Rex capit possessionem de facto, non potest vassallus reuersus recuperare naturalem, quia contra Regem non habet ciuilē
46 possessionem, nam illam habet Rex, ideo nō agit contra Regem possessorio, sed tantum petitorio, contra alios verò vassallus habet quasi ciuilem in feudo. Affl. hic post nu.22. ibi limita, vsque ibi octauo quæro. Et subditi non admittendo dominum, vel veniētem loco ipsius, videtur eum spoliare. Abb.c.fin.
47 nu.4. de iudicijs. In matrimonijs versatur mutua seruitus, & mutua possessio, adeo quod qui possidetur, & maritus, & vxor ad imparia nō iudicantur quoad onera matrimonij. Abb.c.diuersis fallacijs 3.not.de cle. coniug.c.veniens, lo primo, nu.1.e.de spons. vnde vxor potest vendicare maritum, in c. attestationibus, 2.not. de sponsal. impube. In certis casibus denegatur viro restitutio vxoris. Spec.d.tit.de petit.& poss.§.2.nu.2. & 3. & maritus dicitur spoliare vxorem eo ipso, quod sine iudicio Ecclesiæ eam à se remouet, idē si spontè recedit, & volens adire, non admittitur. Abb.d.c.ex conquestione, c.literas post nu.3.& 9.& quid probabit petens restitutionem coniugis, & quæ repellāt agentem, in c.ex parte, nu.22.24.25.& 26. d.tit. de rest. spol. obstaret tamen exceptio adulterij, sicut exceptio defectus iuris notorij: & quod de vxore dicitur, idē in marito. Abb.c.pen.num.3.4.& 5.in fi.de adulterijs. Ita quod mutatur status alicuius violenter, iustè potest agere vt restituatur ad statum pristinum. Abb.c.querelam, post num.13.de electio. quia est spoliatio quædam dominij, debet sua possessione reuestiri. Bald.l.iubemus §.seruos nu.3.de Episc.& cler.& quando pars auctoritate iudicis turbat, Bal.rub. in fi.C.si per vim, vel alio modo, etiam quod
48 iuris ratio iniuriam non habeat, & probatur probando quod de iure fuit iudicatum. Bal.l.si nō iniuria C.de euict. Iussus iudicis non excusaret circa id ad quod se nō extendit. Bal.l.1.in princ.C.ad leg Iul.de vi pub, & facto officialis non velatu præsumptione iustitiæ, potest resisti. idem Bal.l.prohibitū, in princ.de iure fis. Quærit Isern.hic an ista
49 consue. habeat locum in feudis, & videtur

tenere, quod sic, prout allegando ad partes affirmat Affl. hic post nu.37.vsque ad 57. & ibi sed occurrit. facit pro fisco const. si dubitatio inf.de prob. per instr.publ. vbi omnes prima facie pertinent ad Regē, nisi possessor per priuilegium probauerit ad se pertinere, si hoc in personis, multo magis in bonis. Baldus l.si coloni, in quibus cau. colo. Secundo feudum, & emphyteosis habent naturam specialem de iure consuetudinario, & ciuili, vnde in feudis de consuetudine feudorum requiritur inuestitura, & non contrahitur nudo consensu. Bal.l.hæc venditio, post med.princ.ff.de contrah.empt. Inuestitura est inductio in corporalem possessionē. Abb.c.intantum in fi. de simon. ergo consignatio debet per eam probari, vnde inuestiuit, exponitur assignauit, c.proposuit, vbi glo.de concess.præbend. c.2.ne sede vacan. Tertio feudum quæritur successione, aut inuestitura. c.1.in princ. de consuet.recti feu. & Iser.hic. ergo vno ipsorū debet probari, vnde per verbum tradidit, cum rei præsentia probatur facta traditio. add.ad Spec.in tit.de emptio.& vendit.§.1.in ver.tradidit. pro alia parte facit, quod fundans se super aliquo actu, satis est quod probet illū actum fuisse factum, licet non probet habilitatem personæ ad illum actum exercendum. Abb. c.in præsentia nu.3.de probat.tanto magis, quia quamdiu causa est in fieri, potest recipere nouam qualitatem. Bald.l.Pomponius circa fi.ff.de neg.gest. Secundo debitor iure, non vi est conueniendus.glo.fin.l.hi qui, de connen. fisci debit. vnde non obstante præsumptione dominij vniuersalis, fiscus ius si quod habet, debet exercere. inf.in const.ab officialibus. tanto magis, quia etiam lata sententia, non potest victor rem iudicatam occupare, sed à manu executoris accipere. Arch.c.1. 8.q.4. Tertio lex si quis in tantā, vnde vi habet locum in emphyteosi, adeo quod si dominus expellit aliquē à loco quē tenet, punitur. Spec.in tit.de emphy.nu.64. ita & in feudo, quia valet argumentum de vno ad aliud, dixi in prælud.feu. etiam quia per inuestituram non quæritur possessio, sed videtur data licētia apprehendendi propria auctoritate, nisi esset corporalis per immissionem in possessionem. Bal.l.quædam mulier 1.& 2.rep.de rei vend.& tenendo istam respondetur contrarijs: nam feudi vsus potest esse sine possessione, vt in commodatario, in feudatario, & emphyteota inest naturalis. Affl.§.si quis de manso, post nu.30. de contro. inuest. & per inuestiturā factam in absentia rei non acquiritur illius possessio. Abb.c.3. 1.not.de except. secus si fit in præsentia rei, quia tunc habet vim traditionis.

nis. idem Abb. c.per tuas in fi. de donatio. & transfertur possessio corporalis. Abb. c. proposuit nu.4.de concess.preb.Potest enim
30 inducere consuetudo vt aliquid detur in signum quasi possessionis,vt proinde videatur translata possessio quasi per fustem. Abb.c. cum venissent num.14. d.tit.de rest.spoliat. communiter fieri solet per biretum,vel anulum. Abb.c.tenor,post num.11.de sent.& re iudic. & acquiritur absenti, siue inuestiatur per procuratorem, siue procurator pro eo. c.accedens, vbi Abb.1.not.de præben. & de huiusmodi inuestitura loquitur c.3. de exceptio. c.cum olim de sent. & re iudic. c.3. de his,quæ fiunt à maio.par.capit. & c.proposuit,de cler.excomm.minist. & per inue-
31 stituram factam post electionem, & confirmationem,transfertur possessio. Abb.c.con stitutis de appell. c.pro illorum num.12.de præben. & c.auctoritate nu.4.& 9.de instit. alias titulus inuestituræ non destruit rem integram.Bal.l.exempto §.si quis virginem de act.empt.nec per institutionem beneficij transfertur corporalis possessio.Abb.c.cum Bertoldus 1.not.de sent.& re iud. capit autem propria auctoritate dominus bona sui hominis,propter possessionem ciuilem,& iurisdictionem.Cassan.in consuet.Burg.rub.9. §.14. ibi saisi, in princ. mortuo feudatario, & non constito de successore legitimo, in terminis c.reg.ex præsumptuose.

De restitutione possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Constit. circa violentiarum est ius medium inter c. reintegranda 3. q. 1. & c.sæpe de rest.spol.*



RAETER continuationem Affl. quia Imperator in const. præcedenti elegit mediam viam inter ius Lõgobardorum,& commune in puniendo inferentes violentiam, nunc in recuperando possessionem amissam ponit
1 etiam ius medium inter cap. reintegranda 3.quæst.1.quod loquitur possessore ignorante, & c.sæpe de restit.spoliat. vbi tractatur de sciente, ista const.opem præstat spoliato contra successorem deiectoris,tam si sciuit, quàm si ignorauit, vt infra in textu,vbi gl. magna circa med. & Affl.nu.47.circa med. & patebit latè cum litera.

SVMMARIVM.

1 *Spoliato, quæ actio, & contra quem, & quo tempore detur.*

2 *Executio fit contra tertium, quando est certum se defendi non posse.*

3 *Violentiarum quinque species, expulsiua, ablatiua, compulsiua, relatiua, & inquietatiua.*

4 *Prouidere, sonat in ius assignare in factum.*

5 *Ius, æquitas, & rigor sunt diuersa, & rigor capitur pluribus modis.*

6 *Hæres, est vocabulum iuris ciuilis,& adeundo constituit se debitorem, & est post mortem,non ante. nu.7. & qui venit. num.11.*

8 *Possessio, capitur pluribus modis. num.14.*

9 *Prouidentia est ratio prouidendorum ad finem.*

10 *Lex vna supplet aliam.*

12 *Interesse est damnum emergens, & nõ soluitur nisi in pecunia. nu.21.*

13 *Dolo desiens possidere, pro possessore habetur.*

15 *Conditio ex lege est ciuilis, & datur quando lege exprimitur, quæ actio detur,tunc ex ea lege,& illius verbis debet vti.*

16 *Dominium acquiritur per traditionem in præsentia rei.*

17 *Spolium non potest probari, nisi probetur possessio.*

18 *Spoliatus est priuilegiatus respectu spoliatoris, & non hæredis.*

19 *Possessor æstimatur eo, quod fuit in possessione.*

20 *Possessione destitutus olim ciuiliter, hodie etiam criminaliter agit.*

22 *Dolus pro possessione habetur.*

23 *Pacificè possidere non dicitur vbi est controuersia iudicialis.*

24 *Spoliationis exceptio est dilatoria, debet proponi ante litem contestatam, & repellit actorem ab agẽdo.*

25 *Excommunicationis exceptio in quacunque parte iudicij, an impediat.*

26 *Solemnitas præsumitur ex longa possessione.*

Inind-

27 *Inimicitiæ oriuntur inter spoliatum, & spoliantem.*
28 *Possessorium quando præualet petitorio, & econtra.*
29 *Castrum perditum an possit quis recuperare per furtum, vel proditionem, vel aliud furari, si non potest suum ab aduersario recuperare.*
30 *Vxor, vel maritus si non vult reuerti ad coniugalem, videtur spoliare.*
31 *Coniugium ex qubus præsumitur, & quæ impediunt restitutionem.*
32 *Coactiones sæpe solent difficiles exitus habere.*
33 *Conditio ex lege est subsidiaria, & quando detur.*
34 *Actio duplex, datiua, & natiua, & sunt eiusdem generis, & formæ.*
35 *Actus denominatur ab eo qui dat formam.*
36 *Actio in factum vnde, & quando detur.*
37 *Conditio legis, & officium iudicis differunt.*
38 *Iudex potest in aliquibus, & si non vult non appellatur.*
39 *Officium iudicis principaliter, quandoque incidenter ponitur loco actionis.*
40 *Contractus species si non apparet, censetur innominatus.*
41 *Const. circa violentiarum non procedit quando culpa sua cadit, nec contra titulo possidentem, secundum quosdam.*
42 *Turbare alienam possessionem quis non debet sine iudice.*
43 *Possessio ciuilis, & naturalis probatur, probando se tenere.*

1 
IRCA] qui iniuriosè accepit, vt in furto, tenetur ad restitutionem non solum ratione rei, verumetiā ratione iniuriosæ actionis, etiam si res apud ipsum non remaneat, & qui accepit, tenetur eam restituere quamdiu apud se est. D.Thom. cum addit. ad eum, in princ. 2.2. quæst.62. art.6. Vnde iure communi vim inferens, tenebatur vsque ad annum de eo quod non peruenit ad eum, hæres nonnisi quatenus peruenisset. l.2. vbi Bal. C. vnde vi, per l.1. in fi. & l. cum à te, ff. de vi, & vi arm. dabatur actio cōtra deiectorem, & eius hæredem, & spoliationis priuilegia habebant locum contra spoliantem, & alios. Ant. de But. c. super hoc col. fin. in princ. de renunc. Iure isto datur electio spoliato an velit agere contra deijcientem, vel quemlibet singularem successorem, quod idem est, per c. sæpe, de restit. spol. vt per glo. hic, & Arno. in 12. differentia vtriusque iuris, vel per d. c. sæpe datur conditio contra eum, qui scienter, cœpit à deiectore, si ignoranter consulebatur per c. reintegranda 3. quæst. 1. per istam constitutionem, quæ est satis æqua, datur actio tam contra scientem, quàm contra ignorantem. Gra. hic in princ. & num.5. & Bartholomæus de Capua in ver. siue sciens. nam vitium rei sequitur possessorem, vt in c. regni de violentijs, vbi Gra. post num.2.
2 adeo quod fit contra eum executio absque tela iudicij, quia quando certum est alicui defensionem non competere, non est citandus. idem Gra. in c. reg. conuentus. & quando non agitur contra spoliatorem, sed contra tertium ad quem res subtracta peruenit, an istud possessorium fit priuilegiatum. Abb. d. c. fin. nu.55. de renunciat. c. quia V. 1. not. de iudicijs. c. cum ad sedem, num.23. & 24. c. pen. vltimo not. num.7. & 18. in fi. de restit. spoliat. & patet hic in textu, qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [CIRCA] l. circa eum ff. de probat. & stat impropriè. l.1. vbi Lucas in princ. de primicer. &
3 secundicerio. [VIOLENTIARVM] quarum quinque sunt species, expulsiua, ablatiua, compulsiua, relatiua, & inquietatiua. Ias. l. si quando, num.1. C. vnde vi. [POENAS] quæ debentur propter culpam, alias vbi nulla deprehenditur culpa, ibi nulla deprehenditur pœna. Bald. consf.382. nu.13. circa fin. 5. volum. [EAS PATIENTIBVS] in re, siue extra rem: exemplum ponit glo. & Bald. l. vnica, in princ. C. vbi, de poss. agi oportet, & hoc sunt expelluntur, quod fit tribus modis. Bal. l. si quis in tantam, nu.9. circa med. C. vnde vi. in recompensam doloris, infra in const. varietates pœnarum, cir. fin. [SATIS] abundeq;. l. tutores §.1. in fi. ff. de administ. tutor. & infra in const. cum satis, abundeq;, qua pœna vniuersit. tenea. [CREDIMVS] scimus, nam credere pro scire capitur. Ioan. Andr. cap. si quis contra, in fi. de elect. in vj. [SACRIS CONSTITVTIONIBVS] quæ à sanctionibus differunt. Zab. clem. sæpe, 8. not. de verb. sig. [PRAEDECESSORVM NOSTRORVM] Imperatorum. toto tit. C. vnde vi. & ad

T legem

legem Iuliam de vi publ. Affl. hic in princ.
[Et Nostris] constit. præcedentibus.
[Esse Provisum] secundum ius, nam
prouidere sonat in ius assignare in factum.
Abb. c.pro illorum, post nu.13. de præben.
[Quorum Iuris Rigore] austeritate.
Bald.l.fin.§.fin.num.2. circa med. de temp.
appellat. vel secundum iuris rigorem, l.si
duobus §.fin.de appellat. quantum ad iuris
subtilitatem. l.si tibi ff.de donar. vnde ha-
5 bemus ius æquitatem, & rigorem: & rigor
iuris quot modis capiatur, Abb. cap. 2. in
princ.de sent.& re iud.c.super literis 4.not.
de rescript. c.nisi, vbi Ant.de But.ponderat
contra nimium rigorosos, de renunciatio.
[Circa Destitutores Violentos] spo-
liatores violentos. Afflict. hic post princ.
[Inducto] videlicet [Quod Destituto
Contra Destituentem Tantum] adeo
quod contra alios non permittebatur. Luc.
l.fin. in princ. de fide instrum. [Vel Eius
Haeredes] idest filios, alibi testamenta-
6 rios, vel legitimos. Bal.l.vni.in princ.si so-
cius Imperia.liberal.& est vocabulum iuris
ciuilis. idē Bal.l.1.in princ.de iniusto, rup.
& irrito testam. [Restituendae Posses-
sionis Beneficio] cum multa sint. Affl.
hic 4. not. [Succurrebat] subueniebat,
opē ferebat. Nizolus in ver.succurro, alias
si non adesset destitutio, non caderet restitu
tio. Bal.l.ait prætor 2.rep.in princ.ff.de mi-
nor.de institutione, & destitutione meminit
c.conquerente de off.ord. [Nec] pro non.
l.si is qui tres circa med. ff.de excus. tutor.
[Contra Eum In Quem] vitio spolij non
purgato. Affl.hic 9.not.post nu 27. [Ab Ip-
so Violento] destitutore [Vel Eius Hae-
7 redibus] qui adeundo hæreditatem infectā
cōstituunt se debitores ijs a qibus res iniu-
stæ extortæ sunt. Caiet.tract.10.de voto nō
nubendi, q.2.in prin.tomo 2.siue legatarijs,
qui singulares successores dicuntur. Gra.
const.præced.nu.3.& intellige post mortem,
cum viuentis non sint hæredes. l. stipulatio
ista habere licere, §.suæ in ver.hæredis, de
verb.oblig. [Transferebatur] alienatio-
ne, vel quouis alio titulo.d.c.reg.cōuentus.
8 [Possessio] res possessa, alibi pro causa
possessionis, vel quadam insistentia. Bal.l.si
de vi.1.repet.in princ.& 2. col.2. post med.
ff.de iudicijs. Quandoque importat domi-
nium quietum. D.Th.2.2. quæst.136.art.2.
[Ad Recuperandam Eandem] ad ereptā
recuperandam. Nizolus in ver. recupero.
[Aliquod Remedium Inducebat] dan-
do actionē criminalem legis Iuliæ, & ciuile
interdictum, quo venit restitutio possessio-
nis, & fructuum.l.si de possessione, vbi Bald.
C. vnde vi. [Imperiali Providentia]
studio, & prouidentia.l.fin.§.sanè de his, qui
9 ad eccl.cōfug. Est autem prouidentia ratio
prouidendorū ad finem. appendix ad D.Th.
2.2.q.166.art.1. [Lenire] asperitatem mi-
tigare. inf in const.pœnam, de pœna homi.
aliū occid. Affl.hic cir.prin.& 6.not.nu.25.
[Volentes] rigorem seueritatis ad miseri-
cordiam flectendo. D.Aug.1.contra literas
Petil.col.pen cir.med. [Atque] quæ est di-
ctio continuatiua. Affl.sup.in const.omnes,
num.10.post med. [Ipsius Iuris] antiqui.
Quid autem sit ius, c.ius dicitur, vbi Abb.
de verb.sign. [Defectum] cum iuxta no-
uorum temporū qualitatem, noua iura pro-
ducimus, infra in constit.nihil veterum.
[Congruo, Et Necessario Supplemen-
to Supplere Disponimus] vt quod mi-
nus dixit, hic suppleatur. Inn c.1.in princ.de
10 temp.ord.quia vna lex supplet aliam.l.si fu-
riosi C.de nuptijs.prouidendo spoliatum de
necessario remedio contra eum ad quem
peruenit possessio. Affl.hic cir.princ. [Per
Violentiam] gentis armatæ venientis ad
fundum, & possessoris fugam. Bald.l.metum
1.repe.in princ.quod metus cau. vnde quia
probabiliter fugit, statur iuramento illius
de omnibus damnis illatis. Abb. c.fin. post
nu.6.de his, quæ vi, metusve cau. Idem si ti-
muit ire, quia suspicabat posse repelli. Abb.
præd. c.item cum quis post num.4. c.olim,
lo terzo, post nu.7.de restit.spol. c.vigilanti
post nu.4.de præscrip. [Destitutum] spo-
liatum, vt sup. [Non Vt Olim] quod præ-
teritum, licet quandoque futurum tempus
significet.gl.l.1.§.in ver.olim, vbi Bal.de no
ui oper.nunc. [Provisione Carere] cum
prætor nō debeat opem ferre improbo pos-
sessori, Bal.l.sed & partus §.1.2.repet.d.tit.
quod metus cau. [Sed Electionem Ha-
bere] spoliatum virtute huius const.an ve-
lit agere contra spoliatorem, vel contra
quemlibet successorem per quascunque ma-
nus scientes, vel ignorantes ambulauerit.
Lucas l.si coloni col.5.circa princ.de agric.
& censi. [Vtrum] quid eorum.gl.l.si debeas
ff. de compens. [Ipsum Destituentem,
11 Vel Eius Haeredes] quorum appellatio-
ne veniunt omnes, qui iudicio testatoris suc
cedunt ex quocunque gradu. Bald.l.pater-
familias de vulga. & pupill. venit primus,
quandoque vlteriores. idem Bal.l.qui libe-
ris §.hæc verba, eod.tit. de vulg. & pupill.
Profertur quandoque respectu familiæ, quā-
doque respectu substantiæ, vel succesionis
bonorum. Bal.l.fin.post num.7.C.de hæred.
instit. & est triplex, vniuersalis, quasi vni-
uersalis, & singularis in re certa, ibi nu.24.
& l.pen.nu.2.& 4.eo.tit.de hæred.inst. cum
distinctione si ponitur in materia differēti,
vel

vel indifferenti. idem Bald. l.pen. C. de li-
vna cum fructibus. Bald. l. ait prætor 2. rep.
post princ. ex quib. cau. maio. Nam etiam
quod possessio sit nulla, ad possessorem per-
tinet fructuum perceptio. Bald. l. si mulier,
3. repet. §. qui possessionem, quod met. cau.
21 Et condemnatio ad interesse fit in pecunia,
non in alia re. Baldus l. singularia, col. pen.
ibi decimo sexto, si cert. pet. Et in nummis
non venit interesse affectionis, sed interesse
pœnæ commissæ, vel pignorum distractorũ.
l. 3. vbi Bald. de in litem iuran. Vltra quod
quidquid fit per violentum possessorem de-
bet reuocari. Innoc. c. 2. num. 2. circa fin. de
22 restit. spoliat. & condemnatur ac si posside-
ret, quia dolus pro possessione habetur. glo.
fin. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, lo primo,
& glo. 2. in fi. vt lite penden. reg. pro posses-
sore, cũ ibi not. de reg. iur. in vj. & possessor
si suo, vel alieno nomine possidet, semper
conuenitur. glo. 1. c. quicunque 12. quæst. 2.
l. officium in glo. fin. ff. de rei vend. Et si post
spolium est facta restitutio, non potest agi
nisi iterato fieret. Gra. hic num. 4. & si spo-
liatus cõcludit rem restitui, intelligitur ra-
tione possessionis. Abb. d. cap. 3. in 2. not. de
restit. spoliat. & admittitur libellus incer-
tus, quia certificatur per sententiam. Bald.
d. l. certi conditio col. 3. si cert. pet. Et pro
23 controuersia iudiciali datur interdictum
vti possidetis, cũ non dicatur pacificè pos-
sidere vbi est controuersia iudicialis. Ant.
de But. c. 2. in 6. not. de renunc. nam propter
spoliationem iniustam, etiam iudicialem,
datur possessorium recuperandæ non solum
contra spoliantem, sed contra quemlibet in
uitium succedentem. idem Ant. c. veniens
nu. 4. de filijs presbyt. etiam contra Eccle-
siam. Abb. c. 1. nu. 4. de rest. spoliat. vel cle-
ricum possidentem vitio spolij nõ purgato.
Affl. in simi. in const. de burgensaticis, nu. 5.
de sacram. præst. à baiulis. Et dicitur exce-
24 ptio dilatoria, quia debet proponi ante li-
tem contestatã, & repellit actorem ab agen-
do, etiam super alia re, siue agatur ciuili-
ter, siue criminaliter tam si possidet, quàm
non, si per violentiam suam spoliatio facta
est, potest opponi per viam actionis, & ex-
ceptionis, & debet probari infra quindecim
dies, vel incontinenti: & quanto tempore
duret, Abbas cap. 2. in 1. not. num. 53. & 56.
de ord. cogn. potest intentari diuerso tem-
pore, & ex diuersis causis. Abbas cap. inter
dilectos, 1. not. de donatio. & ad finem
obtinendi in interdicto vti possidetis, vnum
ex quatuor requiritur, multo magis si om-
nia concurrunt. Abbas prædictus cap. licet,
10. not. num. 8. circa finem, de probatio.
25 Exceptio autem excõmunicationis in qua-
cunque parte iudicij super violenta restitu-
tione possessionis, non impedit processum,
Gra.

Gra. in c. regni pro bono statu, & sequen. nec potest reconueniri nisi de alia spoliatione. Arno.c.37. Practicæ iudiciariæ non potest etiam referri quæstio proprietatis: sed si sunt duæ quæstiones possessoriæ vicissim tractantur. Speculat.tit.de petit.& poss. §.1. nu.1. facit quod dicit Abb.c.fin. 1.not. num. 5. 8. 9. & post num.11. de ordi. cogn.
26 & licet ex longa possessione præsumatur solemnitas prout à principio, Bald. l. qui in aliena §.1.de acquiren.hæred.& qui diu fuit in pacifica possessione præsumitur bonæ fidei. Baldus l.intra, §.1. 2.repet. de minor. si prohibetur vti iure suo habet actionem iniuriarum, Bald.l.qui pendentem de actio. emptio. damnum patitur, qui meram possessionem amittit, idem Bald. l. si mulier, 3.repe.§.qui possessionem, quod metus cau.
27 Ex spoliatione rei particularis oriuntur inimicitiæ inter spoliantem, & spoliatum. Abb.c.item cum quis,num.2. de restit.spol. adeo quod possessio armis defendi potest. Bald.l.Aemilius Largianus 2.repet. num.3. ff.de minor. Nec tenetur venire, vel respondere donec fuerit plenè restitutus. Specul. tit.de citatione §.1.num.11. & de petito.& possess.§.1.num.14.& §.2.num.4. Posset tamen spoliatus renunciare priuilegio suo ne ante omnia restituatur. Abb.cap.1.num.3.
28 d. tit. de restit.spoliat. Possessorium autem quando præualet petitorio, & econtra, Bal. addit.vltima in princ. ad Speculat. d.tit.de petitorio, & possessorio. in incorporalibus possessio releuat ab onere probandi. Bald. l.sicuti §.sed si. si serui. vend. Verum delegatus ad causam proprietatis, nõ potest cognoscere de causa possessionis, nisi commissio esset indefinita, puta super feudo. Bald. l.3.in princ.& num.12.si à non compet.iud.
29 Sed nunquid per furtum, vel proditionem possit quis recuperare castrum perditum, vel furari aliud si non potest suum habere ab aduersario? Bal.l.2.num.72.C.de seruit. & aqua, & l.1.in 1.repet.circa fin. vnde vi. & infertur vltra dicta in const. præcedenti.
30 quod si coniux sine legitima causa non vult redire ad suum coniugalem, videtur eum spoliare. Abb.cap.causam in fi.de off.deleg. etiam ante cõsumationem matrimonij potest alter coniugum alterius restitutionem petere, in c.discretionem 1.not. de eo, qui cogn.consang.vxor. suæ: nam inter virum, & vxorem est quædam reciproca obligatio, & parificantur quoad debitum reddendum, non sic in alijs. idem Abb.c.pen.num.7. de
31 consang.& affin.ex quibus præsumatur coniugium, c.illud quoque de præsumpt. verum notoria fornicatio vxoris eam priuat beneficio restitutionis. Ioan.And.ad Speculat. in rub. de restit.spoliat. circa princ. præsumitur contra eum si est pulchra, & iuuenis, ac visus est exire de domo eius. Affl.§.iniuria 4.not. num.26. de pace iuramen. firma. Si agitur possessorio in causa matrimonij à viro, seu vxore, vel eam eiecit, & ipsa illum molestat, siue ipsa ab aliquo detinetur, quomodo formatur libellus, quando agitur petitorio per quẽ tractabitur, & expensæ fiunt per virum, si verberauit, secus si propria auctoritate discessit. Specul.tit.de sponsal.
32 §.5.& §.fin. cum addit. Coactiones enim frequenter solent difficiles exitus habere. c.requisiuit, eod. tit. de sponsal. Vltimo in quasi possessione filiationis, & paternitatis est possessio reciproca. Baldus l.barbarius 2.repet.col.3.in princ.de offic.prætor.
33 Vltimo nota, quòd conditio ex lege est subsidiaria. Bald.l.si vnus §.quod in specie, post nu.13.ff.de pactis. quasi quod cum aliæ actiones non sunt, iustum est eas dari. Spec. tit.de expensis, §.5.num.5. in fi. & si noua actio inducitur, antiqua non tollitur, nisi expressè dicatur. l.quoties ff.de euict. c. de incestis 35.quæst.3. & quando datur conditio ex lege, an possit concurrere cum alia actione. l.vnica, vbi Bald.de cond. ex lege. remedium extraordinarium subsidiarium quando concurrit cum ordinario. l. 3. §.1. de noui operis nunciat. & videtur actio datiua, non natiua. in simi. Spec.tit.de furtis, num.12. glo.l.fin.ff.de edendo. Bald.l.iurisgentium, in princ. 4.not. & §.igitur nuda,
34 num.2.in fi.ff.de pact.& sic duplex est actio, natiua, & datiua. Io.And.ad Spec.in tit.de iudicijs §.4.in ver.memoratus. Bald.l.si instituta 2.repet. post med.ff.de inoff.testam. l.3. col.1. circa fin. de petit. hæred. l. certi conditio in princ.si cert.pet. l.2. in 2.repet. col.7. post princ. & circa med.ff.de iureiur. l.naturalis post princ. & 3.not.de præscrip. verb. Actio autem datiua est eiusdem generis, & formæ cum actione natiua. Baldus l.quamuis §.pen.in fi.ff.ad Velleia. nam de-
35 nominatur actus ab eo qui dat formã actui. Bald.l.1.circa fin.ff.de confirmat.tuto. inde conditio ex causa. glo.fin.l.vxorem §.pater naturalis, de lega.3. Et vbi nulla prodita est actio, totum pendet ex prætoris cognitione. l. quod si minor, §. fin. ff. de minor. & lex quando præcipit aliquid fieri, datur saltem actio ex illa lege. Abb. c. debitores nu.4.cir.fin.de iureiur.ex iuramento, & sententia oritur officium iudicis, vel actio in factum. Bal.l.2.in 2.rep.col.4.post med.ff.de iureiur. Inde Prætor dicit, iudicium dabo, idest actionem in factum, glo.2. l.1. nautæ caup.stabul. Officium Prætoris est introducere vtilem actionem. l.si quis stipulatus ex

quib.cau.maio.& porrigitur vltra personas actoris, & rei. Bald.l.bonafides ff.depositi.
36 Actio verò in factum, vnde,& quãdo detur. Io.And.ad Spec.in tit.de can.poss.& propr. §.4. in ver.conci. & in tit.de act.praescript. ver. ibi tertio, est nomen actionis. Bald.l.si per alium 1.rep.§.fin.in princ.ne quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat, est subsidiaria, & oritur ex varijs figuris causatum, quoties aequitas suadet. Bald.l.Pomponius, col.3.in fi.& alia actio deficit ff.de neg.gest. veteres actiones quando sunt extinctae vtiles competunt. Spec.tit.de elect.§.1.nu.54. & iudicis aequitate tuentur. l.si procuratorem §.si ignorantis ff.mandati.differunt ta-
37 men conditio legis,& officium iudicis, quan do datur vnum, & quando datur aliud, & multas legum,& canonum habemus conditiones. Abb.d.c.saepe nu.11.de rest.spoliat. Officium iudicis est annexum iurisdictioni, & quidam dubitant an sit vnum, & idem. Bal.l.Aemilius 2.rep. post nu.3.ff.de minor. vel non est actio,sed pendet ex Praetoris cognitione.l.quod si minor §.fin.vbi gl.& Bal. 1.rep. eo.tit.de minori. seu iudicis officium nobile loco actionis succedit. Bal.l.si nõ sortem §.libertus col.2. cir.med.de cõd.indeb. cum aliud sit nobile,& aliud mercenarium, quod misericorditer, quandoque ad remotionem obstaculi impetratur. Bald.in rubr. ff.de interrog.act. & suum iudex impartitur officium ex clausula generali,si qua mihi iusta cau.vide.Bal.l.si non sortem §.adeo cir.
38 fin.de cond.indeb.Potest supplere,& in quibus,& quid si non vult,non appellatur. Bal. l.pen. 1.rep.de interrog.act. verum sublata actione principali tollitur officium iudicis. Bal.l.centum Capuae 3.not. de eo quod certo loco.quando petitur,nõ offertur libellus, sed incidenter imploratur. Bald.l.si finita. §.non autem col.2.post med.de damno infe. l. stipulationum, la seconda, post princ. de verb.oblig.non contestatur lis,nec mora iu dicialis seruatur. idẽ Bal.l.2.§.fin.quemad. testa.aperia. roboratur tamen,& confirmatur per litis contestationem. Bal.l.si tertius §.fin. de aqua pluuia arc. An sit necessaria imploratio,libelli oblatio,litis contestatio, absentis citatio,sententiae,vel decreti interpositio. Bal.l.nec quidquam §.vbi decretũ, col. 5. circa med. de offic. procons. & lega. An sit actio, & in quibus versetur, Bald.l.1. in 1.& 2.repet.de iurisdict.omn. est actio in personam. l.1. 2.repet.num.3. ff.de edendo.
39 vel. latissimè patet, nam quandoque ponitur principaliter loco actionis, quandoque incidenter impedit, quandoque actioni detrahit, interdum deseruit. Speculat. tit.de officio omnium iudic. §.1.num.2. Quando petitur loco principalis actionis, requirit litis contestationem. ibidem §.2.num.2.10. post num.12.13.14.& 15.§.7. per totum. dicitur quasi actio, & potest proponi agendo, & excipiendo. idem tit.de actione, seu petitio. §.2.num.52. & pari passu ambulat cum exceptione. Baldus l. filiusfamilias, §.veterani, num.2. in fine, ff.de procurat. & cui datur actio, multo magis exceptio. glo.l.necnon,in ver.nacto,ff.ex quibus cau. maior.
40 Non omitto, quòd vbicunque non constat de specie contractus, censetur contractus innominatus, & ex eo agitur praescriptis verbis. Baldus l. & eleganter, 1.repet. num.6.de dolo malo. & in casu expresso,vel tacitè subintellecto ex mente legis competit actio directa ex verbis,& mente tantum. Baldus l.haec actio, si quatru.pauper.fecisse dicatur.

Vltimo lex noua prohibitoria non inducit conditionem ex lege. Bal.l.extat 2.rep. num.2. quod metus cau. secus in lege ista,
41 quae est permissoria, & non procedit quando culpa sua perdit possessionem, sicut d.c. reintegranda, 3.quaest. 1. Dec. consil. 449. num. 31. & competit secundum magis communem etiam contra titulo possidentem, licet nonnulli tenuerint contrarium, quos reprehendit idem Dec. consil. 57. & cons. feuda. diuers. 33. cum duobus sequentibus. & etiam in temporalibus. Alexand. l.rem. quam nobis,de acquiren.possess.in cons.51. post num. 1. volum. 1. & 200. post num. 2. volum.2.& 6.num.4. volum.3. Idem si spolietur à iudice incompetente, puta clericus à iudice laico. Dec.cons.125. limita tamen vt per Capyc. decis.77. & Afflict.hic 9.not. Possessor tamen semper est citandus antequam spolietur. Abb.cap.3. post num.6.de
42 restit. spoliat. quia non debet quis sine iudice alienam turbare possessionem. Specul. tit.de petito.& possesso. §.1. num.31. in fi. & dantur contra possessorem, quia omnia interdicta personalia sunt in rem scripta. Abb.cap.fin.num.40.de renuncia. Quomodo autem probetur possessio latè Affl. hic
43 2.quaest.num.19.& probando se tenere,praesumitur probasse ciuilem,& naturalem possessionem.Bal.l.si in emptione §.1.ff.de con trahen.empt. & violentia probatur per indicia, quando sunt violenta, sed vbi agitur de modico praeiudicio, sufficit vnus testis cum iuramento partis. Abb.c.fin. 1.not.de his, quae vi, metusve cau.

De

De maleficijs clandestinis puniendis.

SVMMARIVM.

1 *Homo dignissima creatura, sed minor Angelis.*
2 *Vltimo dictum melius memoria commendatur.*
3 *Maleficium, est verbum generale, & illud punire est opus iustitiæ.*
4 *Clandestine factum quid dicatur.*



CONTINVATVR ad præcedétia hoc modo, compilator cœpit exordiũ huius libri à creatione mundi, cum continuauit secundum ordinem creaturarum, secũdum quem fuerunt creatæ,
1 nam licet homo post Angelos sit dignissima creatura, psal.8. Domine Dominus noster. ne superbiret ordine geniture, Deus eum creauit post brutam, seu mundanam naturam. Abb.de sum.Trinit.in princ.q.3. & sic cessat difficultas, Affl.quare prius de rebus, quàm de personis, & sic homicidijs clandestinis tractauerit. §.fin.inst.de iure nat.gen.
2 & ciui. Vltea quod vltimo loco dictum melius memoriæ commẽdatur. Io.And.in rub. in princ.de reg.iur. in vj. Affl.inf.in rub.de iuribus regal. rerum in princ. ita quod nouissime est factum, præcedere videtur. l.si
3 quis ante de acquir.poss. vel maleficium de quo hic est verbum generale actum comprehendere delictum, quantumcunque generale. Abb.c.perpẽdimus nu.9.cir.med.de sent.
4 excomm. Et sic omne clandestine factum de die, quàm de nocte in locis solitarijs. Isern. inf.in textu col.2.in princ. & successiuè venit etiam homicidium, quod punire est opus iustitiæ. D.Th.ad Hebræos 11.ibi fide col.2. circa med. quam se colere dixerat supra. Imperator in const.post mundi machinam, circa fin.princ.

SVMMARIVM.

1 *Viuendi quatuor modi, quomodo, & quomodo arbores viuunt. nu.4.*
2 *Arboris virtus tota ex semine, & quomodo fit arbor ex arbore.*
3 *Fructus ad refectionem corporis dati sunt, & gignuntur per pluuiam.*
5 *Terra, plantæ, & animalia quomodo ad vsum hominum.*
6 *Domus capitur pluribus modis, & quomodo hic.*
7 *Cætera implicat, & comprehendit, quæ sunt de perfectione contractus. num.40.*
8 *Peccat grauius, qui delinquit clam, quàm delinquens palam.*
9 *Damnum diminutio patrimonij appellatur.*
10 *Restitutio plenam habet significationem.*
11 *Damnum præsumitur illatum ab inimico, quando non constat de delinquente, nam inimicus pronus est ad nocendum, & nu.35.*
12 *Fructus frui, & fruitio quid, vti, & frui differunt.*
13 *Lex equaliter omnibus præstat securitatem.*
14 *Iudæi Domino temporali sunt subiecti, & in quo Ecclesiæ, cuius si sunt vassalli, nulla officia eis committuntur. num.15.*
16 *Homini hòmine nihil est propinquius.*
17 *Arboris incisores quomodo puniuntur.*
18 *Arborum vita, & mors nostris vsibus subditur.*
19 *Arbores fructiferas succidi erat prohibitum.*
20 *Arbores pendentes sunt pars fundi, & quodammodo viuunt.*
21 *Arbores quomodo nutriuntur, & fructus producunt.*
22 *Vinum vnde, & quomodo ex aqua per materiam ligni producitur.*
23 *Terram colentes ne sedeant per transplantationem arborum.*
24 *Arborum inserendi modus, & quomodo secundum naturam virgulæ, & non trunci fructus producuntur.*
25 *Arbor antiqua si secetur, remanente radice producit alias.*
26 *Arbor renata, molendinum, & cappellæ non sunt eadem cum primis.*
27 *Arbor dum terra alitur non est lignum, secus si auulsa est.*
28 *Incisio præsumitur facta à vicino, propter inimicitias, post nu.40.*

Operari

vita dicitur consistere, quia nutriuntur, &
generantur vita animalium, ex quo sentiũt,
& mouentur. Hominum verò, quia intelli-
gunt, & secundum rationem agunt, D.Tho.
2.2.quæst.179.art.1. Arborum virtus est in
radice. ead.par.q.19.art.7. Radix est caput
fructum, accipiunt augmentum, senescunt
radices similiter, sed non simul, si existunt
radices aliæ generãtur, & si diuiduntur duæ,
& multæ fiunt ex vna. Arist.de longitudine,
& breuitate vitæ, cap.4. Fundo cohærent, &
pars illius sunt. l.quintus de actio.emptio.
& dum pendent sunt domini soli. Bald.l.qui
saxum in fi.ff.de donat. Habent virtutem
generatiuam. D.Tho.1.par.quæst.92.art.1.
& secundum formam eis à natura indictam
mouent seipsas secundum augmentum, &
decrementum, idem ea.par.quæst.18.art.3.
5 Vtuntur terra ad sui nutrimentum, anima-
lia plantis, homines plantis, & animalibus.
ea.par.q.96.art.1. Natura procedit per gra-
dus de plantis ad animalia, per quædã, quæ
secundũ Philosophum, sunt media inter ani-
malia, & plantas. D.Thom.in tract.de ente,
& essentia, q.14.col.10.in fi. Nec in plantis
fit distinctio sexus, quia virtus actiua, & pas-
siua sunt mixta. D.Tho.3.par.de Saluatore,
q.32.art.4. & ibi Caiet. differunt tamen ab
agris. Bal.l.si nulla 1.rep.cum add.ad eum.
C.de acq.poss.& stirpibus, qui non sunt fru-
ctus, sed vnde surgunt partes fructiferæ ar-
borum, vel herbarum. D.Aug.in lib.anno-
tationum in Iob col.42.circa fin. istæ partes
fructiferæ si noctis tempore inciduntur, se-
cundum Affl.hic 1.not.vel vineæ excidũtur,
siue extirpantur. l.& eleganter §.non solum
ff.de dolo malo. eximendo radices, per quas
recipiendo fomentum reuiuiscunt. Bal.l.fin.
num.5.circa med. C.ex quibus cau.maior.
6 [Et Combvstionibvs Domorvm] etiam
quod sit domuncula. Bal.l.1.§.de exercito.
nautæ caup.stabul. alibi domus capitur plu-
ribus modis, idem Bal.l.in filijs nu.3.de de-
curio. In ista materia non veniret paleare,
nisi aliter se haberet cõmunis vsus loquen-
di. Affl.hic nu.9.circe med. quod incendium
rarò fit sine culpa alicuius. glo.& Bald.in l.
domos in fi.cum l.seq. de leg.1. [Et Cae-
teris] similibus, vel alijs eiusdem naturæ.
7 Affl.hic 3.not.post nu.14. nã dictio cętera,
implicat. Ant.de But.ad Abb.c.1. 3.not.de
filijs presb. alibi comprehendit, quæ sint de
perfectione cõtractus. Bal.l.magis puto §.si
pupillus de reb.cor. [Maleficiis, Qvae
Clam] nesciente eo cuius interest, vnde
quod clam fit, non dicitur fieri bona fide.
Bal.l.nec quidquam §.vbi decretum col.4.
circa med.de off.proconf.& lega. clam, aut
apertè. l.damnato de hæret. adeo quod qui

occupauit aliquo possidente, clam dicitur
possidere. Bal.l.fin.2.rep.cir.med.quemad.
serui. amitt. & quando dicatur clam fieri.
Ang.l.vni.de his, qui ex pub.ratio.mut.pec.
8 accepe.lib.10. Et grauius punitur, qui de-
linquit clam, quàm qui delinquit palam.
gl.& Bal.l.fin.ff.de ritu nupt. [Nocturnis
Temporibvs] cum est obscuritas. Bal.l.vni.
cir.princ.de emendat.c.iusti. idem si de die,
vt per c.Caroli primi clandestinis. Affl.hic
nu.17.cir.med. [Committvntvr] admit-
tuntur delinquendo, vel peccando. Nizolus
in ver.cõmitto. [Generalem] perfectam,
& continentem omnes suas species. Bald.in
sim. de noua for.fidel.in princ.nu.3.circa fi.
[Constitvtionem] vel edictũ, quod Rex,
vel Imperator constituit, vel edit. Io.And.
c.vnico, in princ. de postula. prælat. in vj.
[Nostris Fidelibvs] vassallis. c.1.qual.
vass.iur.deb.fidel. [Promvlgamvs] publi-
camus, quod propriè est legis. Nizolus qui
sup.in ver.promulgatio. [Vt Si Commis-
sores Inveniri Non Possvnt] habita
solemni inquisitione. Bal.in sim.l.1.in princ.
ff.de cura.furio.& const.seq. [Avt] alterna-
tiuè. Abb.c.si diligenti nu.24.in fi. de foro
compet. [Sicvt Mvltoties Accidit]
contingit, vt inf.in const.contingit interdũ.
[Per Locorvm Incolas] de quibus in
constit.seq. [Occvltantvr] quod multis
ex causis contingit. gl.fin.c.inuenta 27.q.2.
[Homines Locorvm Ipsorvm] alibi lo-
corum .i. dignitatum, quæ locis inhærent.
Abb.c.quoniam nu.8. cir.med. de off.deleg.
[In Qvibvs Maleficia Committvntvr]
fiunt. Nizol.in ver.commissum. [Ad Dam-
9 norvm] diminutionem patrimonij, quæ dã-
num appellatur. Iser.hic post princ. & ex-
pensarum, quæ fiunt, occasione præfata.
Gra.hic in princ. [Restitvtionem] quæ
est facti. gl.fin.l.cũ rem ff.rem pup.sal.fore.
[Integre] sine diminutione. sup.in const.
quanto de decimis. [Arceantvr] per vio-
lentiam. Abb.c.omnis vtriusque, 5.not.de
10 pœnit. & remiss. [Qva Restitvtione]
quæ habet plenam significationem. l.ex di-
uerso in ver.restitui de rei vend. [Tam Il-
los, Qvibvs Pro Nobis Servitiis] di-
ximus, vt supra constit.castellanis. [Talia
Acciderint, Qvam Reliqvos] quorum
appellatione omnes continentur. l.cũ optio
de optio.lega. [Qvibvs Hoc Ex] quæ di-
ctio significat causam immediatam. Bal.l.1.
post nu.3.C.de cond.inst. [Inimicitia]
11 cum damnum ab inimicis præsumatur illa-
tum, quando non constat de malefactore.
Dec.cons.64.col.pen.in princ. tam si offen-
datur in persona, quàm in rebus, nec cense-
tur casus fortuitus. Bal.l.pen.§.1.circa fin.
fol.

sol.mat. nam inimicus promptus est ad nocendum.Bal.l.non distinguemus §.cum quidam circa princ. ff.de arbit. [SEV ALIQVO ODIO EVENERIT] puta, quia exercēdo merum imperium delicta puniuit,& præses exigēdo tributa a subditis vehementi odio habitus fuit.Lucas l.vni.cir.fi.si propter inimicitia.facta sit. Paris de synd.in ver.suspicio. nu.3.in fi. 4.& 5. [ET FRVI VOLVMVS, ET GAVDERE] vel frui, & vti. l.vnica in princ. quan.dies vsusfru.leg.cedat,habeat,& fruatur.l.1.& 2.qualiter quis se defendere debet
12 in Longobar. Fruitio autem quid sit,& quid fructus, Bal.l.si alij vsusfructus 2.repe.in fi. de vsufr.& quemadmo.quis vta. frui autem est fructum capere, & est quod vltimum ex arbore expectatur. D.Tho. 1.2.q.11.art.1. vel,vt ead.quæst.art.4.inde vti,& frui differunt, ead.par.q.16.art.2.& 3. & frui,vt per eūdem 2.2.q.27.art.3. & est amori alicuius rei inhærere: vti autem quid in vsum venit, id quod amas obtinendum. D. August. 1.de doctr. Christ.col.2.& 15.circa med.& 10.de Trin.col.11.13.in fi.& 14. circa princ. & in lib.octuagintatrium quæst.col.9.circa med.
13 & 11.de ciuit. Dei c.25. & sic lex æqualiter præstat omnibus securitatē sine distinctione personarum. Affl.hic nu.35. [NEC] pro non : gl.l.quicunque in ver.nec de publicia.
14 [MINVS IVDAEOS]qui dominio temporali, sicut laici sunt subiecti,& Ecclesia in certis casibus exercet contra eos iurisdictionem, sicut & in Saracenos. Abb. cap.postulasti, 1.not.& post nu.5.& c.in nonnullis,vlt.not. de Iudæis, sunt enim proximi nostri, cū sint naturæ participes,ideo a nobis fouēdi sunt, sicut alij fideles.Abb.c.Iudæi nu.2. de testi. in humanis actibus nobiscum participant, secus in diuinis. Bal.l.spadonem §.iam au-
15 tem de excus.tut.& licet sint vassalli Ecclesiæ, nulla eis officia committuntur, sed oppressiones, & grauamina nō eis inferuntur, in c.teg.item statuimus , quod Iudæis, vbi multa.Io.Ant.de Nigris.[ET SARACENOS] qui sint, & quare sic dicantur, Abb.in rub. de Iudeis,& Affl.hic 8.not.in fi.[QVOSQVE] & quisque,non verificantur nisi in pluribus. Bal. l.hoc articulo cir.princ. de hæred.inst. [CHRISTIANAE SECTAE] Actuū Apōst.24. & dicitur schola, vel disciplina. Nizolus in ver. secta. [DIVERSITAS REDDIT INFESTOS] cum Saraceni sint hostes Christianæ Fidei. Bal.l.1.num.1.C.de postlim.reuers.& Christianos persequuntur, vt const.sequen. [OMNI AVXILIO DESTITVTOS]derelictos. Nizolus in ver.destitutio. [PROTECTIONIS
16 NOSTRAE POTENTIA]quia nihil est homini homine propinquius. D.August.1.de mori. Cathol.Eccl.col.25.in princ.Vel quia forte commoda participabat. Abb.in fin.c.consuluit in princ.de appell. adeo quod statutū loquens de ciuibus vendicat, sibi locum in Iudæis. Bal.l.3.§.hæc verba nu.1.post med. ff.de neg. gest. Et receptus sub protectione Papę an censeatur exemptus.c.ex parte,vbi Abb. de priuileg. [PATI NON POSSVMVS DEFRAVDARI] quia non propterea , quod Iudæi , aut Saraceni sunt arctari volumus innocentes. sup.in const.si quis in posterum, nam vbi est eadem ratio facti, conuenit esse idem factum. add.ad D.Th.3.par.de Saluatore, q.52.art.4.ibi probatur. vnde eis munera, sed non honores deferentur: & si fiunt Christiani idem iudicatur de eis , quod de alijs Christianis.l.omnes,vbi Bal.de decur. [PRAEDICTI AVTEM CLANDESTINI] qui rarò sine tortura inueniunt. Affl.hic nu.24. & Gra.nu.8.[ET NOCTVRNI MALEFACTORES]qui per vim in locis solitarijs furātur. Iser.hic col.2.post princ. [SI IN IPSO FACINORE DEPREHENSI] tunc etiam sine defensionibus. Affl.hic nu.26.post med. [VEL ALITER LEGITIME CONVICTI FVERINT] c.personas de testi. per testes,vel depositionem suam.sup.in cōst.personam. [CAPITE PVNIANTVR]morte naturali,vel vltimo supplicio. gl.& Affl.hic 10.not. alibi perpetuò exilio. gl.2.l.1.ne Christ.manci. qui autem
17 incidit arborem Sicomorum, punitur extraordinariè. l.pen.de extra.crim. libellum cum positionibus actoris, & rei pro arbore furtim incisa, & quod dicitur furtum similitudinariè. Speculat.in tit.de iniurijs §.2. nu.28.cum add.in ver.ciuilis.
18 Sed contra,vita,& mors arborum nostris vsibus subditur,nec quod dicitur, non occides,intelligitur de fructetis. D.August.1.de ciu.Dei c.20.D.Th.2.2.q.64.art.1. Viriditas foris est omnium albedo intus, & aer paulatim per plantam extensus,partes eius auget cum extensione materiæ. Arist. 2. de plantis c.2.post princ. Decidunt frondes ob humoris congelationem.2.Posteriorum 94. & 97.in comm.cir.fin. secus in arbore durorum foliorum , vt ibi, & textu sequenti. Etiam, quia nullis motibus in ligno sensus doloris apparet. D.August.in lib.de mori. Manich.col.31. Vltra quod ramos arboris pendentes supra meum , possum succidere , sed non radices extirpare sine iudicis auctoritate. l.1. vbi Bald. C. de interdictis. nam si vna radicitus euulsa fuerit , alia plantare non potest. Magister sententiarum lib.3.distinct.3.ibi quod verò. Nec est iustum, quod incolæ locorum defectū delinquentium teneantur,cum nec innocens pater pro culpa filij teneatur . inf.in const.ob filiorum culpas, nec alter pro altero, vt in const.

const.humanitate in fi. etiam, quia iudicatur leuissima culpa. Bald.l.in iudicio, 2.rep. num.8. C.locati.

19 Dic, quod arbores fructiferæ de quibus vesci potest, fuerunt prohibitæ succidi. Deuterono.20. arborem verò incidere,& vitam putare, sunt actus fieri consueti à possessoribus. Bal.l.1.§.hoc autē, lo secondo, de noui oper.nunc. adeo quod vsufructuario permittitur incidere arbores fructiferas, ficus, nuces,& similia. Bal.l.si vsusfructus §.æquissimū 2.rep.in fi.de vsufr.& quemad.quis vta. colono non, idem Bal.l.si colonus §.duobus de iureiur. vel creditori, nisi sit silua cedua. l.creditor C.de pign. act. multo magis extraneo, qui clam alienam arborem succidit, vt hic, & tenetur vniuersitas. propter præsumptam occultationem, vt de forbannito. infra in const.pœn: m eorum in fi. & occultātes, eadem pœna puniuntur si sint extranei, secus si coniuncti.l. 1.vbi Bal.post nu.1. C.de his, qui latro.

20 Nota, quod arbores pendentes sunt pars fundi.l.fin.§.pen.quæ in frau.cred. quem ad hoc Bal.l.si oleum 2.rep.col.2.post med. de dolo malo. l.ligni in ver.germina de leg.3. arborum pedamenta.glo.l.ex silua de vsufr. & quemad.quis vta. l.diuortio §.si fundum in ver. germinalis sol.matr. istæ cum terra vnionem faciunt. l.hoc amplius §.de his, de dam.infe.vel coagules sunt in terra.Io.Fab. §.sufficit in fi de ingenuis, sicut vites cum arboribus, vt sunt Tusciæ,& in Terra laboris. glo. d l.diuortio in ver.item si messes, modo quodam suo viuunt. D.Aug.7.de ciu. Dei c.23.perenni fronde vestiuntur,& eadē videtur viriditas permanere dum labentibus,& cadentibus folijs, aliæ quę nascuntur faciem cōseru nt opacitatis.idē D.Aug.vbi sup.lib.22.de ciuit Dei c.1.in princ. Omnia

21 enim in terra ex humida natura per species varias videmus formari, atque cōcrescere. idem D.Aug.1.de Gen.ad lit.col.5.in princ. humidæ sunt,& ex humore concrescunt.idē 5.eiusdem col.9.circa med. Semen verò est principium actiuum. D.Thom.1.par.q.115. art.2. Influxus sunt causæ inferiorum, concurrente dispositione materiæ:terra mater plantarum, & Sol pater. Arist.1.de plantis c.1.& hoc est, quod dicitur Sol, & homo generant hominem, d. q. art.3. cum ibi not. Nam sicut agricola cooperatur ad productionē plantarum, ita & luminaria per suos motus, idem D.Th.ea.par.q.70.art.1. vnde

22 quis nescit aquam terræ concretam cum ad radicem vitis venerit duci in sanguinem ligni illius, & in eo sumere qualitatem, quæ in vnā procedit paulatim, qua ingrauescente, vinum fit, amarumq; dulcescit, quod adhuc ferueseit expressum,& quadam vetustate firmatum ad vsum bibendi peruenit. D.Aug.præd.6.de Genesi ad lit.col.13. post princ. & de vino fit sanguis, propter proximum agens.Bal.l.3.nu.1. in fi.C.de rer permut.Ideo pueris non conferunt vina, neque nutricibus, vel nutrices oportet bibere aquosum,& modicum spirituosum. Arist.de

23 somno,& vigilia, c.4. Vnde qui terram colunt ne sedeant, semper enim est quid agāt. D.Aug.7.de ciu.Dei c.24.nam arbores, quę in vno loco nascuntur, inde cum suis radicibus alibi plantantur.Bald.in rub.cir.princ. C.de exercito.propagatione vitis fit alia ex eadem originali materia, & si prima vitis radicitus inciditur, remanet propago in se ipsa.idem Bal.l.emptor post nu.5. C.de hæred. vel act.vend. nec propagatur a seipsa, nisi propagetur ab homine, in l cū per eos, post nu.2.C.si quis alteri, vel sibi. alias planta, quæ non transfertur, remanet in suo loco vbi immisit radices, vt per Bal.ea.l.cum per

24 eos, post nu.2.inde inserendi modus per vulnus in arbore, nullo præciso ramo, sed leuo arboris vulnusculo vigorem consequitur, & fructus. D.Aug.epist.50.col.25. & ista quæ inseritur arbor dicitur natiua, quia si bono surculo inseritur, melior fiet, & bona dicitur.idem D.Aug.lib.quæst.ex vtroque mixtim col.135.cir.med.nam alimento sumpto ex stipite cōuerso in naturam virgulæ producit fructus natiuos secundū speciem virgulæ insertæ. Bal.l.1.num.17. C.de actio.& oblig. intantum quod ramus insitus ponit quasi radices in arbore vnde nutritur, sicut plātatus ponit radices in terra vnde alitur. Caiet.ad D.Th.3.parte de Saluat.q.2.art.6. col.4.cir.med. adeo quod si in trunco pruni inseratur ramuscula piri, licet nutrimētum procedat à trunco, tamen forma specifica procedit ab immediata ramuscula piri vnde pira nascuntur,& non pruna.Bald.l.3.nu.1. cir.med.C.de rer.permut. Insitio melior est similium in similia. Arist. 2.de plantis c.1. cir.med.Insertę plantæ non multo tempore viuunt.idē de longitudine,& breuitate vitæ,

25 c.4. alias si arbores veteres secantur,& nouæ ex illis pullulant, non est mortua radix productiua, sed viuit in plantis. Bald.l.1.in 1.repe.in fi.de iure emph. nam virtus generatiua plantæ generat plantam, sicut virtus generatiua animalis generat animal.D.Th. 1.par.q.118.art.1. nam præcisa rursus virescit, & rami eius pullulant, & si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus, ad odorem aquæ germinat,& facit comam quasi vt primū plantatum est. appendix ad D.Tho. 1.2.q.40.art.3. dicitur natura illud in quo pullulat, & pullulans est

est in primo.5.Metaph.4.in princ.vbi Auer.
Nam datur motus naturalis animalium,
atque plantarum.d.par.q.41.art.3. ex terra
namque radix sumit alimentum, & præstat
toti arbori.q.84.art.1. & crescit vita,quan-
do radix profert plantam. Caiet. ad D.Th.
præd.2.2.q.34.art.4.col.fin.post princ. licet
26 arbor renata non sit eadem arbor, sicut in
molendino,& cappellis adeo quod priorum
seruitus ad illas non extenditur.l.damni in-
fecti §.si is,vbi glo.& Bal.de dam.infe. inde
dicimus, quod infirmatur vitis. Esaias 24.
moritur vitis.l.forma ff.de censi. & vinearũ
habemus vetustatem.l.si vno §.cum quidam.
27 ff.locati. istæ dum terra aluntur non sunt li-
gna.gl.d.l.ligni in ver.silua,de leg.3. auulsę
à terra ligna vocantur.gl.l.Pomponius ff.de
rei vend. Nec emens arborem, emit solum,
etiam quod solo cohæreat. Bal.l.quintus de
act.empt. Et arbores deiectæ post inspectio-
nem,ante tamen contractum an sint empto-
ris. l. si post ff.de peric. & commo.rei vend.
tamen quia deiectio sit incidendo,l.& si non
28 omnis ff.comm.diuid. & incisio præsumitur
facta à vicino propter inimicitias. l.si mer-
ces §.culpæ ff.locati. ideo harum incisores
punit ista const. Affl.hic 1.not. & si arbores
sunt fructiferę,iudicium est criminale,si syl-
ua cedua,iudicium ciuile. Gra.hic num.7.&
per infructuosas arbores insultatur homi-
nibus, vt intelligãt quàm sit erubescendum,
sine fructu bonorum operũ esse in agro Dei.
D.August.de Genesi contra Manich.col.11.
29 cir.med. Vltimo si perit res,non perit actio.
Bald.l.1.in princ.C.quod met.cau. quæ non
datur contra opificem conductum ad inci-
dendum arbores, nam si cum mito ad fun-
dum alienum, nõ potest accusari,quia facit
ratione suæ artis. Bald.l.non ideo minus,
post nu.2.de accus.
30 Secundo noto, quod incendium sit tribus
modis, sed nunquam sine dolo,vel facto ho-
minis. Bal.cons.174.nu.2.& 3.cir.fin.2.vol.
cum sine culpa fieri nõ possit.l.& si vendita
de peric.& commo. rei vẽd. sed cuius culpa,
& domus deuastata à quo reficitur. Bald.
cons.436. 3.vol.132.& 491. 4.vol. Quid in
inquilino, latè idem Bald.cons.184.& 149.
2.vol.& sit differentia si promisit non tene-
re ignem, vel tenere innoxium. l.videamus
§.si hoc, l.si quis fundum §.1.ff.locati. glo.
31 l.si modo de leg.1.Quid si magister commi-
sit domum scholari, & fuit combusta. Bald.
cons.441. 1.vol. Seruus fornicarius si dor-
miendo combusit domum, l.si seruus seruũ
§.si quis insulam,cum ibi not.ad leg.Aquil.
si sulphur ponitur cum ignis in castrũ mit-
titur. gl.d.l.ligni in ver.sulphurata de leg.3.
Et habẽs habitationem ex causa lucratiua,
si illa incenditur,desinit habitatio,ideo vti-
lius est habere in pecunia. Bal.l.cũ ij §.fin.
32 2.rep.in fi. ff.de transact. Si inimicus tuus,
cuius patrem occidisti, domum tuam meæ
coniunctam combussit,an possim agere con
tra te. Spec.tit.de iniurijs §.2.num.16. Qui
supposuit ignem, & dormit, vel est custos,
tenetur, quia debet extinguere ignem, vel
arctare ne noceat. d.l.si seruus §.si fornica-
rius,vbi Bal.ad leg.Aquil. Si fecit ignem,&
negligenter dimisit per 24. horas tenetur:
quid si superuenit ventus,vel posuit in sylua,
l.3. & fin. in glo. de damno iniuria dato in
Longob.Quando est casus fortuitus.& quã-
do nõ. Bal.l.3.§.cognoscit,nu.2.de off.præf.
vig.Bart.l.pen.in princ.sol.mat.& si sit pro-
pter inimicitiam coloni,pręsumitur factum
eius culpa,nam vbi inimicitia,ibi præsumi-
tur culpa. l.si merces §.culpæ ff.locati. Bal.
33 d.l.pen.§.nam is, sol.matr. inimicitia enim
culpæ annumeratur, nã rarò est sine culpa.
idem Bal.l.falsus nu.30.circa fi.C.de furtis.
Verum quædam est voluntaria, quædã pro-
babilis, voluntaria ex qualibet causa oriri
potest, probabilis non oritur, nisi ex ratio-
nabili causa, ideo non attenditur nisi sit ex
magnis causis. Bald.l.hæreditas nu.2.de his
quib.vt indig. Vnde delatus,& bannitus effi-
citur inimicus deferentis,& bannientis.Bal.
l.vnica, num.6.& 7. de his, qui se deferunt,
si spoliauit aliquem bonis, præsumitur ini-
micus capitalis.add.ad Bal.in auth.si testis
in ver.conclude, de testi. Accusator sit ini-
micus accusati.Affl.sup.in const.in quæstio-
nibus nu.5. post med. Abb.c.1.post nu.2.de
collu.deteg. Spec.in tit.de accusatore,num.
28.& 29.Ex denunciatione solent oriri gra-
ues inimicitiæ. Abb.c.pen.num.7.de accus.
Vnde isti conspiratores, & qui cum eis ha-
bitant, repelluntur à testimonio.Spec.in tit.
de teste §.1.in princ. & nu.1.cir.fin. Præsu-
34 mitur inimicus,qui salutare non vult,quan-
do illum salutare solitus erat,vel vnus salu-
tatur ab alio, & alter non vult respondere.
Abb.c.ad hæc,post num.3.de appell. Semel
inimicus,semper præsumitur inimicus.Bal.
l.nõ ignorabit in fi.C.ad exhib. quia odium
præsumitur continuari, & odiosus in vno,
præsumitur odiosus in alio, & in eodem ge-
nere malitiæ præsumitur animi perseueran-
tia. Bald.l.2.in fi.de his, qui per met.iudic.
& est quid indiuisibile, ideo sententia lata
ab inimico capitali,debet in totum cassari.
Bal.l.executorem col.fin.cir.med.de execu.
rei iud. intellige de inimicitia capitali,quia
leges nõ curant nisi de ea. Bal.l.filius 2.rep.
circa fin.ff.de procur. Dicitur capitalis.i.ad
mortem, eo quod est odium capitale inter
eos, & differt à graui. Abb. cap.accedens.

lo

Io secundo, post num. 3. vt lite non contest.
c. cum oporreat, de accusat. & qui eam allegat, debet probare in specie, non in genere,
quia quilibet præsumitur amicus. Bald. l. si
quis testibus, circa fin. C. de testi. Quomodo
probatur, Bald. l. liberi, 4. not. cum addit. ad
eum, C. de inoffic. testam. & in d. auth. si testis, num. 4. post med. de testa. probatur probata causa, etiam si non sentitur, in l. pen.
in fi. C. de testam. & probatur per duos testes, sicut & amicitia, idem Bald. l. errore,
num. 3. eo. tit. de testam. nisi directè, vel per
obliquum aliud probetur. Bald. l. 3. num. 4.
35 C. de probat. & sic qui habet capitalem inimicum in ciuitate, præsumitur, quod ille
dederit damnum. Paris de synd. in vers. robaria, post num. 3. & 5. & quod facile mentiatur. Spec. tit. de citatione, §. 4. post nu. 2.
Bal. d. auth. si testis, num. 4. de testi. & iudex,
assessor, aduocatus, actuarius, testis, accusator, & dictator sententiæ in causa criminali si sequitur mors, vel membri mutilatio, efficiuntur irregulares. Spec. tit. de dispensatione, §. 4. num. 9. Quid si dum vult
36 comburere spinas, vel stipulam, combussit
segetem, vel arbores alterius. l. qui occidit,
§. in hac, ad leg. Aquil. & si combussit segetem, vel vineam, an teneatur ad decimas.
Abb. c. commissum, nu. 4. de decimis. Quando debeant comburi restuppie est cap. regni
sub rub. de non mitt. ign. in restup. campo.
cum seq. vbi latè Ioan. Ant. de Nig. pœnam
incendentis, vel domum alienam ponit c. si
egressus, & seq. de iniurijs, l. fin. de incen. rui.
naufr. l. capitaliũ, §. incendiarij, ff. de pœnis.
& l. data opera, C. qui accus. nõ poss. & hic,
37 verum si statutum punit comburentem domum, non habet locum in comburente domunculam. Ias. de his, qui feu. dare possunt,
38 num. 23. Quid in conductore, an teneatur
pro incendio domus, Gra. decis. 3. latè Ang.
cum add. ad eum in tract. malefic. in ver. incendiario, & Affl. hic 2. not. Culpa leuissima
an veniat in actione locati. Bal. l. in iudicio
2. rep. nu. 7. C. locati. Tristis verò dicitur cuius domus comburitur. idem Bal. l. 1. de eo
per quem factum erit, quo mi. in iud. sistat,
& destruens domum vicini propter ignem,
quando tenetur, & si alij contribuunt, sicut
& domini mercium, quando suæ per interitum aliarum, saluantur. Gra. hic num. 4.

39 Tertio nota, quòd damna, quæ fiunt, si
non constant de delinquente, resarciuntur
per homines locorum vbi fiunt disrobationes. Isern. 1. const. post mundi machinam,
in fi. de quibus damnis intelligatur, glo. 2.
hic dat duos intellectus, secundum sequitur
Isern. primus tamen est, quod ista constitutio non comprehendat damna, quæ per violentiam committuntur, quia custodia aduersus vim parum proficit. l. 1. §. quod autem, vbi glo. 1. in princ. ff. de vi, & vi arma.
nec præceptum tenet cuius executio est impossibilis. Bald. l. si decesserit, 1. repet. post
princ. qui satisd. cog. & vbi est impossibilitas facti, dicitur esse impossibilitas iuris.
Ioan. And. cap. si compromissarius, num. 5.
de elect. in vj. vnde vniuersitas ad impossibile non est obligata. Affl. hic post num. 18.
Secundus intellectus est, quod intelligatur
in quolibet genere maleficiorum, propter
40 dictionem cæteris, quæ omnia comprehendit. l. cæterorum, ff. de militari testamen.
etiam si appensatè factum est damnum, vel
incendium non casu fortuito occultè, siue
de nocte sit commissum maleficium. Arnon.
35. & 36. dialogo. & vltra ea quæ dixi in
constit. sequenti, ratio est, quia damnum
datum in agris potius censetur datum a vicinis, quam ab alijs. Bart. l. si ita, §. fin. de
fundo instru. ita in furto, & homicidio. Affl.
supra in const. in quæstionibus, col. fin. circa princ. Si vis tenere primum Iser. & Affl.
facit, quia statutum debet interpretari secundum æquitatem, & non debet ad iniquitatem, & absurditatem trahi. Bald. l. ex facto, post princ. de vulg. & pupill. etiam, quia
41 dictio illa & cætera, extenditur ad similia
expressis, vltra Affl. hic 3. not. est l. Titius,
de liber. & posthum. l. fideiussoribus, & l. inter fideiussores, ff. de fideiusso. & cætera pars
in singulari rarò inuenitur. glo. 2. l. cancellauerat, de his, quæ in testa. delen. sed quia
in dicendo magnam sibi vendicauit auctoritatem. Iser. Affl. hic nu. 20. in fi. & ipse dicit, quod secundus sibi videtur verior, & fundatur in publica vtilitate, ideo cum eo pertransco.

42 Vltimo noto, quòd Iudæi non debent sine ratione lædi. l. nullus, de Iudæis. idem in
Paganis quietè viuentibus. l. Christianis,
C. de Paganis. alias secus, quia non debent
ipsi reddere pro gratia contumeliam, & pro
familiaritate contemptum. c. & si Iudæos,
de Iudæis. vnde habent filios in potestate
si contrahunt secundum eorum ritum. Bald.
l. 3. & seq. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris.
contrahunt iustas nuptias sub Romano Imperio, & Imperialibus legibus gaudent.
Abbas cap. 2. num. 3. de conuer. infide.

De homicidijs, & damnis clandestinis, quorum auctores inueniri non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium à cæde hominum dicitur.*
2 *Damnum est diminutio rei, & differt à furto.*
3 *Clandestinum, & occultum dicitur tam si fit de die, quàm de nocte.*



DIXERAT Imperator de maleficijs clandestinis, nunc declarando, quod dixerat in constitutione preceden ti, vt glo. 2. ibi circa medium, extendit in [HOMICIDIIS] à cæde hominum dictis. Abbas cap. sicut, num.
1 2. in fine, de homicidijs. [ET DAMNIS] deteriorationibus rerum, quæ à furto differunt. Alexander consil. 168. post num. 2.
2 volum. 2. [CLANDESTINIS] occultis. cap. quia propter, §. fin. vbi glo. de electione, tam si fiunt de die, quàm de nocte. glo. infra in ver. damnis clandestinis, vbi Afflict.
3 num. 72. [QVORVM AVCTORES] alias actores, vt in textu antiquo. [INVENIRI NON POSSVNT] nam si patratores inueniuntur, ipsi tenentur, vt in const. præcedenti, & non vniuersitas, vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Lex etiam pœnalis, propter publicam vtilitatem posita, dicitur æqua.*
2 *Statutum quod illi de domo teneantur pro consorte, valet.*
3 *Consuetudo valet, quod villa teneatur pro committentibus furta in territorio.*
4 *Damnum differt à furto.*
5 *Fiunt quædam in secreto, alia inter amicos, quædam coram omnibus.*
6 *Probationes propalationes, seu manifestationes dicuntur.*
7 *Probatio obscura nihil est, semiplena ambigua, quæ clara est, propriè probatio est, & veritas lux est.*
8 *Homo manifestus esse vult in ijs, quæ excellentia sunt, in turpibus vult latere.*
9 *Genitiuum importat directum dominium, quandoque vtile.*
10 *Prouidentia est pars prudentiæ, & ab ea vti principaliori sumit nomen.*
11 *Occulta, & secreta differunt à pene occultis, & secretis.*
12 *Reperiri significat corporalem, palpabilem, & visibilem reperitionem.*
13 *Maleficium strictè non comprehendit delictum in omittendo, sed tantum in committendo.*
14 *Apparere dicitur etiam quod præsumitur.*
15 *Facinus quid, & quid flagitium.*
16 *Populus quid, in quo consistit, quos contineat, & differt à plebe.*
17 *Leges Deus distribuit generi humano per Imperatores, & Reges.*
18 *Tunc, demonstrat, & exponitur in tempore.*
19 *Inquisitio est iudicium informe, & irregulare, & tria debet continere.*
20 *Certum quid, & fit tribus modis.*
21 *Veritas clarè, quandoque habetur sub nube, sed in criminalibus sit clara.*
22 *Torquendus debet esse persona leuis, & in quibus casibus torquetur.*
23 *Constare dicitur vocata parte, alias non. & num. 36.*
24 *Tortura dolor magnus, & afflictio corporis, adeo quod plerique dum torquentur, deficere solent. numero 25.*
25 *Quæstio res fragilis est, & periculosa, & veritatem fallit.*
26 *Confessio vt noceat oportet quod perseueret saltem per diem post torturam.*
27 *Tortura non iteratur sine nouis indicijs.*

Chri-

71 *Tortura est meri imperij, quis, & quando iudex eam infert.*

72 *Tortura de iure communi multis non infertur.*

73 *Torqueri nō debet si probationes sunt certæ, vel conuictus, nu. 74.*

75 *Conuincitur per confessionem propriā, & si non potest negari crimen.*

76 *Torqueri non debet vbi est certum, alias tortus, & non confessus purgaret indicia, non obstante protestatione fisci.*

77 *Confessio facta coram iudice incompetente facit indicium.*

78 *Vultus detegit animi motum, & prodest, & nocet fisonomia.*

79 *Socius an possit accusare socium.*

82 *Fama bona tollit præsumptionem delicti, & indicium ad torturam.*

84 *Tortura quando, & quibus casibus infertur. num. 105.*

85 *Tortus sine indicijs etiam quod constet de cadauere quid fiet.*

86 *Torquentur sæpe innocentes, sed quid fiet antequam torqueantur.*

87 *Confessio vt extorqueatur potest adduci in loco tormentorum.*

88 *Deponere per metum quilibet detentus præsumitur.*

89 *Forum conscientiæ est hortatiuum, non arctatiuum.*

90 *Confessio rei an possit pro parte acceptari, & pro parte non.*

91 *Confessus fecisse ad suam defensionem vtrum affirmet, vel neget.*

92 *Minor probato errore ante sententiam ipso iure restituitur.*

93 *Veritatem non immutat falsa confessio.*

94 *Confessionem falsam contra se quis tenetur reuocare, alias peccat mortaliter.*

95 *Exculpatio facta in patibulo an teneat.*

96 *Confitentis præsentia est necessaria, vt vultus, & trepidatio inspiciatur.*

97 *Erubescit ingenuus obiectione falsi criminis.*

98 *Confessioni statim non statur, quia etiam qui vult mori defendi debet.*

99 *Confessio formis, & informis in iudicio tenet, & quomodo interpretatur.*

100 *Confessus si reuocat, & probauit contrarium, debet torqueri.*

101 *Confessio facta coram non suo iudice an teneat.*

102 *Ad mortem nisi confessus regulariter condemnatur.*

103 *Fama quid, quotuplex, & ad quid prodest.*

104 *Fama mala delictorum purgatur si triennio postea bene vixerit.*

106 *Practica Magnæ Curiæ circa inquisitos, & modo procedendi contra eos.*

107 *Conclusio non fit in causa criminali, sed citatio ad dicendum.*

108 *Rapina, homicidium si fit in confinio duarum villarum, quæ tenetur.*

109 *Occisus si reperitur, & non constat vbi, an teneatur locus in quo reperitur.*

110 *Caput vnde, & quomodo sit honorabilius cæteris membris.*

111 *Caput in signum honoris coronatur.*

112 *Syndicus si non potest denunciare malefactorem, denunciet maleficium.*

113 *Pedagium datur vt tutè ducatur per territorium. num. 120.*

114 *Emenda damni, vel homicidij quomodo fit.*

115 *Homines an sint Angelis potiores.*

116 *Occidere Christianum maius peccatum est, quàm Paganum.*

117 *Lex abhorret quod vnus alium, multo magis seipsum occidat.*

118 *Vniuersitas vbi sit delictum tenetur denunciare.*

119 *Legis causa, & initium inspicitur ad finem sciendi, si est iusta.*



1 I Damna] lex quantum-
cunque pœnalis, dicitur
æqua, quando pro cõmuni
vtilitate posita est. Bal. l. si
quis seruo nu. 5. C. de furt.
si punit maleficia, habet in
se æquitatem, quia malefi-
cia puniri magna ratio æquitatis suadet,
ita Macedonianum licet sit odiosum, est ta-
men ex quadam æquitate inductum. idem
Bal. l. 2. num. 1. quæ sit longa consuet. Vnde
2 statutum, quòd illi de domo teneantur pro
consorte, est contra ius diuinum, & humanũ,
potest tamen tolerari, quia licet non sit in
culpa, subest causa, vt magis à delicto absti-
neant. Bal. l. sancimus, C. de pœnis. sicut sta-
tutum Florentinorum, quod vno de cogna-
tione delinquente, cæteri teneantur. Ang.
per illum tex. in l. fin. de fabricen. & valet
statutum, quod vicini teneantur denunciare
maleficia, vel si fit robaria prope castrum,
vel villani illi de castro, vel villa teneantur
succurrere, & prohibere ne fiat. Bald. l. fin.
nu. 2. in fi. C. de postlim. reuer. & habet plus
de bono, quàm de æquo. Bal. l. bene à Zeno-
ne, 2. rep. in princ. de quatri. præscri. & præ-
sumitur fauor, quàm odium. idẽ in l. 2. nu. 2.
C. qui non poss. ad liber. perue. Lege enim
Mosayca quando inueniebatur cadauer, &
ignorabatur reus, seniores propinquiores
ciuitatis tollebant vitulam, & ducebant ad
vallem asperam, atque saxosam, & cędebant
in ea ceruices vitulæ. Deuteron. 21. & ratio,
quia sæpe interfector est de ciuitate propin-
quiori: occisio vitulæ fiebat ad explorãdum
homicidium occultum: & iurabant seniores
ciuitatis nihil prętermisisse in custodia via-
rum: si prius manifestabatur homicidium,
animal non occidebatur, alias si occidere-
tur, locus in quo occidebatur remanebat
incultus. D. Thom. 1. 2. quæst. 105. art. 2. ibi
12. præte. & in fi. ibi ad duodecimum. Vnde
valet consuetudo, quod villa teneatur pro
3 facientibus furta. add. ad Bal. l. 1. ibi statu-
tum, cir. fin. ne filius pro patre. & licet iure
communi pro damnis, & maleficijs clande-
stinis homines locorum nõ teneantur, quia
pęna debet suos tenere auctores. l. sancimus
C. de pęnis. Iure isto tenentur pecuniariter,
non reperto malefactore. Arno. in 13. diffe-
rentia vtriusque iuris, per istum textum, qui
diuiditur vt per Affl. & sum. in gl. 1. & dicit
[Si] quia. glo. l. 1. in ver. fortissimum, de off.
eius. [Damna] quæ differunt à furto, vt sup.
in rub. nam damnum est cum rei corruptio-
4 ne, furtum cum rei amotione. l. si seruus ser-
uum §. si oliuam, vbi Bal. ad leg. Aquil. Gra.
hic post nu. 1. & eius appellatione venit etiã
lucrum, quando est eradicatũ. Bal. l. cum te,
in princ. C. de donat. ante nupt. [Clande-
stina] clanculo facta. Bal. l. vxor, C. de re-
pudijs, alibi clandestine, c. fin. de eo qui ord.
furt. recep. nam qui male agit, odit lucem.
Bal. l. donatio nu. 4. C. de donat. vnde quæ-
5 dam fiunt in secreto, quædam inter amicos,
quædam passim, & euidẽter in oculis homi-
num. l. vni. §. similiq; modo, vbi Bal. de lati.
lib. toll. [Patientibus] quibus dum itine-
rantur debet præstari saluusconductus, &
prohiberi ne vis fiat eis. Bal. l. quibus diebus
in princ. de cond. & demonstr. [Quorum
Auctores] vel actores, vt in tex. antiquo,
vt dixi supra in rub. [Per Probationes]
6 quæ idem quod propalationes sunt, seu ma-
nifestationes. Abb. c. licet nu. 20. circa med.
de probat. discretas per testes via ordina-
ria, vel extraordinaria per tormenta. Bald.
l. si quis, nu. 1. C. ad leg. Iul. Maiest. cũ iudex
possit facere experiẽtiam pro inuestigatio-
ne maleficij. Bald. in l. verbum, C. ex quibus
cau. infam. irrog. [Dilucidas] apertas,
dilucidasque, l. fin. C. de legi. vel dilucidis
probationibus, l. sed si in fi. ff. qui, & à quib.
7 seu euidentissimis. l. cum de indebito in fi.
de probat. vnde probatio obscura nihil est,
semiplena ambigua est, quæ clara est, pro-
priè probatio est, & veritas lux est, verum
quædam plena est per duos testes, vel instru
mentum, alia plenior, vt manifestum quod
probatur per multitudinem testium, alia
plenissima, vt notorium, quod seipsum osten
dit. Bal. l. per hanc, vlt. not. de temp. appell.
8 [Inveniri Non Possint] nam in ijs, quæ
habent turpitudinẽ, atque mollitiem homo
vult latere, in ijs quæ sunt virilitatis, & ex-
cellentiæ quærit homo manifestus esse.
D. Th. 1. 2. q. 48. art. 3. & vt sic occultum per
probationem efficiatur manifestum. Bald.
l. vnica, C. de mul. quæ ser. proprijs se iunxe.
cum sciatur quid, & non quis. Bald. in simi.
l. duobus §. fin. de iureiuran. [Imperialis
Provisionis Remediis] quæ necessitatẽ
important. Bal. l. ex parte de acquir. hæred.
[Merito] iustè, & est aduerbiũ qualitatis.
Luc. l. vni. de vac. publ. mun. [Subvenimus]
licet cum alteris damno. idem Luc. l. curia-
les, cir. fin. de decur. [Vt] incerti hominis
factum arguamus. l. licet §. in factum, nau.
caupo. stabul. [Vniversaliter] resoluen-
do vniuersale in particulare, & pluralitatẽ
in singularitatẽ. Isern. c. 1. §. si autem nu. 13.
post med. de pace ten. [Per Possessores]
idest dominos, nam possessor sumitur quan-
doque pro domino. Abb. c. pen. nu. 4. de furt.
[Locorum] quorum appellatione quid ve-
niat, Zab. clem. 1. post num. 13. de rescript.
9 [In Quorum Territoriis] quoad vtile
dominium, nam licet genitiuum importet

directum dominium, aliquando ponitur pro
vtili. Bal. l. hoc amplius §. quæsitum, de dam.
infe. [HVIVSMODI SCELERA] flagitia, vel
facinora. Nizolus in ver. scelus. [SVNT COM-
MISSA] admissa, & patrata. Nizolus præd.
in ver. committo, post med. [EORVM IN-
DEMNITATIBVS CONSVLATVR] indemnes
conseruentur. infra in const. obscuritatem,
per viam actionis. l. ex his, cũ ibi not. C. de
euict. [MVLTO FORTIVS ILLOS EXPERTES]
per experientiam cognoscentes. Io. And. in
c. cupientes in princ. de elect. in vj. [PRO-
VIDENTIA NOSTRA] particulari prouiden-
tia. D. Th. ad Eph. 5. ibi videte, col. 2. in prin.
10 quæ principalior, & nobilior pars est pru-
dentiæ, ideo ab ea tanquam principaliori,
& eius parte sumit nomen. Lucas l. 3. col. 3.
cir. fin. de cano. largi. titulo. [RELINQVERE
CREDIMVS] scimus. Io. And. c. si quis cõtra,
in fi. de elect. in vj. & inf. in const. cum vni-
uersis. [IN] idest non. gl. l. vnica, in ver. in-
defesso, de iust. c. confirm. [DIGNVM] secun-
dum leges, & bonos mores. §. 1. in ver. vt di-
gnum, auth. de nuptijs. [QVORVM PATRES,
AVT FILII] & dulce filiorũ vocabulo nun-
cupantur. sup. in const. iurisgentium. [CO-
GNATI] l. Iurisconsultus de gradi. & sup. in
const. pessimam. [DENIQVE] certè. Bald.
l. Pomponius in princ. ff. de procurat. [VEL
AFFINES] consanguinei vxoris. Abb. c. 1. in
1. not. de eo, qui cogn. consang. vxoris suæ,
c. quod super 1. not. de consang. & affin. Bal.
l. quod Seruius, de cõd. cau. data. [IN LOCIS
ALIQVIBVS] tam intus, quàm extra ciuita-
tem. gl. hic in ver. in quorũcunque, vbi Affl.
post nu. 7. & 8. [PER HOMICIDIA] §. homi-
cidium, de pace ten. & sup. in const. terminũ
11 vitę. [PERIMVNTVR OCCVLTA] pene occul-
ta, & secreta, quę differũt ab omnino occul-
tis, & secretis. Spec. tit. de notorijs crimin.
§. 6. & 7. [CVM TAM HORRIBILIS SCELE-
RIS PATRATORES] & sic horribile, formi-
dabile, atque mirandum est committere ho-
micidiũ. Affl. hic 3. not. nu. 15. sicut & falsi-
taté. D. Th. 1. 2. q. 100. art. 5. & est furto gra-
uius. D. Aug. in lib. de mendacio col. 14. cir.
princ. quia est circa substantiam hominis,
furtum est circa res exteriores, idem D. Th.
d. parte q. 73. art. 3. [INVESTIGATIONE]
indagatione, exquisitione, & perscrutatio-
ne. Nizol. in ver. inuestigatio. [QVALIBET,
QVAMVIS] quãtumuis. Nizol. in ver. quam-
uis, quę ponitur causatiuè, & regulariter ad-
uersatur. Abb. c. quemadmodum §. illud nu.
13. in fi. c. fin. nu. 4. circa med. de iureiur. glo.
l. 1. in ver. quamuis, de eo per quẽ fact. erit.
gl. pen. l. qui iurasse. d. tit. de iureiur. Bal. l. 1.
in princ. ff. de procur. alibi exponitur quia.
glo. l. de eo in ver. quamuis ff. de donat. inter
vir. & vxor. [EXACTISSIMA] cum difficul-
tate enim probatur damnum, vel incẽdium
datum in aliqua villa, prout est Cremonæ.
Bal. cons. 174. nu. 1. 2. vol. [NEQVEANT] non
possint. Nizolus in ver. nequeo. in iudicijs,
vel extra veritatem inquirendo. Bal. l. fin. in
princ. nu. 2. de anna. exceptio. [REPERIRI]
12 videri, & palpari, nã reperiri significat cor-
poralem, visibilem, & palpabilẽ reperitio-
nem. Paulus de Cast. cons. 53. post nu. 1. & 2.
vol. 1. & inhonestum prohibẽte pudore pu-
blicari non potest, honestum verò publicari
non timetur. D. Aug. in lib. ex vtroque mix-
tim col. 72. in princ. cumq; veritatis inue-
niendæ causa omnia iura prodita sint. c. iu-
dicantem, 30. q. 5. [PRAESENTI IGITVR]
ergo, itaque, quæ sunt dictiones illatiuæ.
Lucas l. cũ supra in princ. de re mil. [SALV-
BERRIMA] salubriter instituta, cum sit ter-
ribilis. l. 4. vbi Lucas circa fin. de iure fisci.
[CONSTITVTIONE] lege. l. 1. ff. de constit.
Princ. [SANCIMVS] quod est verbum Impe-
ratorum. Iser. const. feud. domini Loth. Imp.
[VT] consecutiuè, l. Senatus in ver. vt ali-
quid ff. de don cau. mor. [SI QVANDO] tem-
poraliter, nõ conditionaliter. Bal. cons. 111.
num. 3. 4. vol. [HVIVSMODI MALEFICIA]
13 strictè, prout in statutis, adeo quod nõ com-
prehendit delictum in omittendo, sed tantũ
in committendo. Bal. l. fin. nu. 3. C. de crim.
stellio. & dicuntur à male .i. contra iura.
Inn. c. cum Apostolica, in princ. de his, quæ
fiunt a præl. sine consen. cap. [IN QVORVM-
CVNQVE TERRITORIIS LOCORVM] cum di-
stinctione, de qua in c. Regis Roberti, quod
incipit, Incumbit, positum octauo loco, per
Affl. sup. in rub. & Gra. hic nu. 15. & 39. cir. fi.
[QVOD ABHOMINAMVR] l. sancimus de sa-
crosanct. eccl. l. Lucius §. fin. de leg. 2. quod
absit. l. cohæredi §. fin. vbi Bal. de vulgar. &
pupill. quia plerunque, proh, dolor diuerso
genere furtiue mortis aliquos perire audi-
uimus. l. fin. de hom. liberi homi. in Longob.
quod horrendum est dicere, c. pen. de pœnis.
non tantum dicere, sed nefandum est cogi-
tare. l. & si Iudæos, de Iudæis. quod absit, vel
Deus auertat. l. si quis Longobardus. d. tit.
de homi. libe. hom. [CONTINGERIT] de fa-
cto, vt infra in const. contingit. [IN POSTE-
RVM] in futurum. supra in const. post mundi
machinam, cir. fin. [PERPETRARI] cõmitti.
Bald. la prima, à contrario sensu, de eo per
quem factum erit. [NEC] & non, §. quod au-
tem, in ver. sed si nec, auth. de fideiussor.
[IPSORVM COMMISSOR APPAREAT] & di-
14 citur apparere, etiã quod præsumatur. Abb.
c. scribam 3. not. de præsumpt. [ITA QVOD
NVLLVS DE TALI FACINORE] c. sicut di-
gnum §. eos, & §. fin. de homic. l. qui seruum

15 de verb.oblig.& l.1.de Pag. & dicitur facinus quod fit vt alteri noceat,flagitium quod facit indomita cupiditas ad corrumpendum animum,& corpus suum.D.Aug.3.de doctr. Christ.col.8.post med. [Ab His, Qui Defuncto Attinuerint]per viam agnationis, vel cognationis. sup.in const.pessimam. sanguis enim inducit suspicionem in ijs,quę sunt prosigua coniunctis, non damnosa extraneis. Bal.l.si quis post num.2.in princ.de bonis proscript. [Vel A Quolibet De Populo] illius ciuitatis.Bal.l.omnes populi, 2.rep.de iust.& iure. tam si sit magnates, quàm popularis, nam de crimine publico potest accusari popularis à magnate tanquam quilibet de populo. Bald. l.cum qui, §.in popularibus, post princ.d.tit.de iust.& iure. l.pen. & l.2.in fi. de cond.causa datanon tamen clericus. Abb.c.1.nu.1.de vita,

16 & honest. cleric. Quid autem sit populus, D.Aug.19.de ciu.Dei c.21.& 24. est multitudo hominum sub aliquo ordine comprehensorum.D.Thom.1.par.q.31.art.1.vel est persona vniuersalis, quæ vnius personæ intellectum habet, & licet constet ex multis corporibus loco vnius habetur, & indiuiduum corpus reputatur.Bal.l.2.C.de impu.& alijs subst. inde plures homines dicuntur vnus populus,quia conueniunt in aliquo vno, non propter vnitatẽ suppositi. D.Th.3.par. de Saluatore,q.3. art.7. sine sunt homines collecti,ie assumpti, & sic non separati, sed hominum collectio assumpti in vnũ corpus mysticum, quod quando ciuitatem incolit, quæ muris cingitur, dicitur politicus à polis,quæ est ciuitas: alias populus appellatur rusticanus, qui habitat in castris, vel villis vbi habet domicilium. Bal.l.etiam,post nu. 11.13.circa med.de execut.rei iud. Rustici sunt de populo, cuius appellatione veniunt etiam aduenæ. idem Bal.in rub.nu.11.in fi. de his,qui accus.non poss. Serui autem non constituunt populum, nec sunt pars populi, vel ciuitatis. D.Thom.1.2.q.98.art.6.& ibi secundum, de maior.& quæst.105.art.2. ibi respon. sed populus, sicut agnatio, turba, gens, & collegium in singulari numero multitudinem significat.Bal.l.fin.in princ.d.tit. de impub.& alijs subst. & constat ex hominibus vna lege societatis. D.Aug.1.de libe. arbit.col.10. post princ. habet sapientes ad consulendum, milites ad propugnandum,& artifices ad ministrandum. idẽ in lib. de spiritu,& anima,col.42.cir.med. vnde synagoga, & populus constat ex pluribus. D.Aug. præd. 2.locutio. de Exodo col.3. post med. Turba verò est multitudo inordinata, non sicut populus, & plebs. D. Aug.1.locutionũ de Genesi col.pen. in fi. Plebs autem differt à populo.l.2.§.creditũ in ver.genus,si cert. pet. quãdoque tamen exponitur plebs.i.populus. glo.l.1.in ver.plebis, C.de his,qui in eccl.manum. glo.2.l.defensores, la seconda, C.de defens.ciuit. [Arguatur] accusatur. latè gl.hic,alibi reprehendatur.Abb.c.qualiter,& quãdo,7.not.de accus. vel per testes probatur.Gra.hic in fi. [Quo Casu Divae

17 Constitutionis Nostrae]quia iura humana per Imperatores,& Reges seculi Deus generi humano distribuit. D.Aug.super Io. tract.6.col.pen.cir.med. [Super] de quadictione in const.præcedenti. [Furtivis, Et Absconsis Maleficiis] malefactis. Bald.l.si mora,post med.sol.matr. & sic ista const.prouidit,quando in obscuro actum est aliquid.l.fin.ff.de iureiur.est,& non apparet esse, Bal.l.ea quidem nu.20.in fi.C.de accus. [Vel] saltem. glo.l.indebiti. §.1.in ver.vt vel, de cond.indeb. & est disiunctiua. Spec. tit. de procuratore, §.4. num.11. circa fin. [Homicidiis Edita Statuta Servamus] sup.in const.terminum vitæ,vel refert se ad istam, cum ista sit decisiua, & alia non

18 reperiatur. Affl.hic 7.not. [Tunc] demonstrat. gl. & Bal.l.in substitutione de vulg.& pupill.& exponitur eo tempore.gl.2.in fin. l.non oportet de leg.2. [Inquisitionem]

19 quæ est iudicium informe,& irregulare.Bal. l.cum mulier, col.2.in fi. sol.matr. Et in ea quatuor attenduntur, quid,quãdo,qualiter, & quomodo. Bal.l.magis puto §.in primis in fi.ff.de reb.eor. [De Praedicto Facinore] de quo l. si ab hostibus, §.fin. d.tit. sol.mat. facinora,in l.quoniam multa facinora. C.ad leg.Iul.de vi publ. [Fieri Volumus] & mandamus,infra in const.vt officialibus procuratoribus. [Diligenter] nam inquisitio quã iudex iuris auctoritate facit, cum summa diligentia est agenda. l.si diligenter, vbi Lucas in princ. de aquæductu. eius enim est inquirere, inuenire, & prohibere ne maleficia fiãt.Bal.l.2.nu.1.in princ. C. de fer. fug. [Per Quam Si Aliquid

20 Certum] quod est tribus modis. Bald. l.si quis certum,si cer.pet.& dicitur dupliciter. Io.And.c.2. post nu.3. de verb.sign.in vj.& est quod dubitatione caret.idem Ioan.And. c.si beneficia,nu.1.de præb.in vj.vel certum præsumptione iuris. l. cum diuersas in ver. vel certum,C.mandati.clarum,& indubitatum: & econtra incertum dicitur, quod est obscurum,& non manifestũ. Luc.l.fin.col.2. cir.med. de fund.patrim.nec dicitur certum vbi fallacia committi potest.Bal.l.hac consultissima,post nu.5.C.qui testa.facere poss. [Prorabitur]vltra delictum in genere cũ nomine,& cognomine occisi, & fama cõtra aliquem. Affl. hic 8.not. quia tractatur de

emen-

emendatione damni diſrobatis debet con-
ſtare de diſrobatione tanquam fundamẽto.
Bal.l.diuus, poſt princ.ff.de teſtam.mil. nec
ſequitur dum tractatur de condẽnando,fuit
à latronibus interfectus,ergo & diſrobatus.
idem Bal.l.1.C.depoſiti.ad inquirendum ta-
men poteſt procedi ex fama. in l.1. §.illud
ad Syllan. [IVXTA] ſecundum glo.1.& ſeq.
à contrario ſenſu. l.inter eos de acquir.rer.
dom. [PROBATA] allegata,& probata, c.1.
vbi gl.in ver.& cõtra,de ſent.& re iud.in vj.
[INQVISITIONIS EIVSDEM PROCEDEN-
DVM] proceſſum efficiendũ.Nizolus in ver.
procedo. inquirendo iudex ab ijs,quos cre-
dit probabiliter ſcire,non tamen debet eſſe
nimis credulus. Bald.l.magis puto §.in pri-
mis ff.de reb.eor.nam licet quædã vera ſint,
non tamen iudici facile credenda ſunt, niſi
certis indicijs demõſtrentur. D.Aug.in lib.
de pœnitentiæ medicina, col.9.& in home-
lia 50.col.13.in fi.[ESSE CENSEMVS]ſtatui-
mus,decernimus.Nizol.præd.in ver.cenſeo.
[QVOD SI EX INQVISITIONE IPSA LEVES
PERSONAE] l. non debet, de dolo malo.
l.athletæ, §.fin.de excuſ.tut. inde leue,quod
non eſt ratione munitum. Bal l.hac conſul-
tiſſima, nu.6.cir.med. qui teſta.facere poſſ.
cum quædam perſonæ ſint graues.glo.3.l.1.
ff.de conſt.pecu.l.2. ff.de teſtib. [ALIQVAE
DE HOMICIDIO IPSO NOTENTVR].i.infa-
mentur,nã nota ſumitur pro infamia. Abb.
c.dudum, 5.not.de elect. c.illud in princ.de
maior.& obed. Ant.de Butr.in c.niſi in ver.
perſonæ, poſt nu.20.de renunciat. [LICET]
quamuis. Io.And.c.ſi is cui,in princ.de off.
deleg.in vj.[PER EAM CONTRA IPSOS NON
21 PROBETVR AD PLENVM]quia veritas quan-
doque habetur clarè, quandoque ſub nube.
Bal.l.comparationes,nu.16.circa fin.de fide
inſtru. & in criminibus probationes debent
eſſe luce meridiana clariores. l.fin.vbi Bar.
C. de probat. adeo quod in ijs, quæ poſſunt
liquidè probari,& eſt data certa forma,de-
bent concludere per cauſas, ſi non poſſunt
probari niſi indirectè,ſi ſunt veriſimilia,vo-
cantur indicia,ſi ſunt à proximis ſunt pluſ-
quàm indicia,& minus,quàm plena proba-
tio, & ſupplẽtur per torturam. Bal.l.multis
de liber.cau. [AD TORMENTA] præcedente
citatione, captura,& examine. Afflict.hic
9.not.poſt nu.35.interrogando prius,& po-
ſtea quæſtiones cum tormentis inferẽdo.
Ba.l.1.in princ.§.1.ff.de tute.& ratio.diſtra.
quæ petũtur inferri officio iudicis.Bal.d.l.1.
§.1. [IPSARVM PERSONARVM LEVIVM, ET
VILIVM]vulgarium perſonarũ.l.legitimos,
in princ.de leg.tuto. humilium, & deplora-
torum.l.ſi quis ex argẽtarijs §.1.ff.de eden-
do. Qui ſunt viles,& quo ordine quoad eos

procedatur. Affl.hic 10.not.num.52.& poſt
nu.75. [POSTREMO] nouiſſimè. Nizolus in
ver.poſtremo.[DECERNIMVS]quod ius no-
uum facit. Zab.clem.2.in 3.not. de præben.
[DESCENDENDVM]iuxta illud,Deſcendam,
& videbo. Gen.18. c.qualiter,& quando, lo
22 ſecondo,de accuſ.& ſic torquẽdus debet eſſe
leuis perſona, & in quibus caſibus torque-
tur, eſt c.reg.tormenta, vbi Io.Ant.de Nig.
[PER QVAE OMNIA] inquiſitionem videli-
cet, & torturam. [SI DE DELICTO CON-
23 STARE] vocata parte,quia alias plenè con-
ſtare non dicitur. Abb.c.conquerente, poſt
nu.9.de reſt.ſpol.[NON POTERIT]vel cœpit
conſtare per vnum teſtem. Gra. c.regni ab
hoc inchoandum,poſt nu.14.[QVOD CON-
FITERI] vnde non ſemper, quod legimus
confeſſionem, debemus intelligere vocem
peccatoris.D.Auguſt.in hom.ad Matth.11.
Confiteor tibi Pater. [PER NIMIAM FOR-
SITAN]dubitatiuè,alibi aſſertiuè.Inn.c.tua
nos,in princ.de ſponſal. [ET SOLITAM PO-
24 TENTIAM TORMENTORVM] in quibus ma-
gnus eſt dolor,& afflictio corporis. Bal.l.2.
nu.3.cir.med.quorum appell.non recip. per
ea enim ſingula membra laxantur. Lucas
l.omnes col.3.poſt princ.de decur.& dicun-
tur tormenta, quia mentem torquent. glo.
clem.1.in princ. in ver.tormentis de hæret.
[INTREPIDI, QVIBVS INGERVNTVR TOR-
MENTA] fidicularum. l.nullus C.ad leg.Iul.
Maieſt. [NON VELINT] quia, quod non lo-
quuntur,non cenſentur velle. Pau.de Caſtro
conſ.185.nu.2.circa princ.2.vol. [VEL SI]
quia.glo.l.nã & ſi,in ver.ſi & non,ſi cer.pet.
25 [OB IPSORVM IMPOTENTIAM] nã plerique
dum torquentur deficere ſolent. l.aut dam-
num,poſt princ.ff.de pœnis.[PROVT ACCI-
DERE NOVIMVS] ex multorũ conqueſtione.
c.cum liberum de ſepult. c.ad audientiam,
de homic. [IN PLERISQVE] maiore parte
ipſorum. Nizolus præd. in ver. pleriſque.
[VLTRA MODVM TIMIDI] alibi præter mo
dum.l.1.vbi Bal.§.2.in fi. vbi dicit, quod eſt
vitiũ animi, de ædil.edicto. Formidoloſi di-
cuntur,qui ea timent, quæ nõ ſunt digna ſu-
ſpicione, ſed vbi eſt iuſta ſuſpicio, eſt iuſtus
timor.Bald.l.ſcimus in princ.num.4.de iure
delib. [FATEANTVR] formidine tormento-
rum. l.2.vbi Bal.in fi.quor.appell.nõ recip.
26 Ideo quæſtio res fragilis eſt, & periculoſa,
ac veritatem fallit. Spec.tit.de iura.calum.
§.fin.num.9. propterea confeſſiones debent
naturalibus conuenire, & eſſe veras actua-
liter,& potentialiter,alias non ſtatur.l.con-
feſſionibus, vbi Bal.1.rep.cum l.ſeq.in fi.de
in integ.reſt. [NEC IN CONFESSIONE PER-
DVRENT] nam vt noceat confeſſio criminis
oportet quod perſeueret. Abb.c.ex literis,
nu.8.

nu.8.de rescrip. [Solvti Tormentis] per interuallum saltē vnius diei, vt cesset dolor tormentorū. Affl. hic 13.not.nu.60. nisi confessus fuisset ex abrupto, non præcedentibus indicijs, nam miror quare tunc constare videatur. l.liberum, de relig.& sum.fun.& etiā quod perseueret, non præindicat, & si ex interuallo post ratificationē negat, statur primæ confessioni, nisi probet iustum errorem. Gra.hic nu.22.& 23. [Qvae Tamen Non Timeant Iterari] nec debent, secundum
27 communem opinionem, sine nouis indicijs. Affl.hic nu.57. [Tvnc] idest postea. Arch. c.pen.de pœn. dist.1. & extremitatem temporis denotat. Bal.l.pen.de testa.tute. quia facta inquisitione non reperiuntur malefactores, vel non sunt indicia sufficientia per quæ possit deueniri ad torturam. Affl.cōst. præcedenti, 4.not.nu.22. vel torti non confitentur, & si confitentur, non perseuerant, vt supra. [Illivs Loci In Qvo Maleficivm Hvivsmodi Commissvm Esse] purificatū esse. Bald.l.in illa de verb.oblig. [Dignoscitvr] per iudicem: inde iudex cognitor dicitur. Abb.c.venerabilem, post num.1.de elect. [Possessores] domini, vt supra in const.violentias. [Siqvidem] quidem si, alibi quia. glo.l.si me, & Titium, si cert.pet.
28 [Christianvs Fverit] prout præsumitur ratione loci, si persona est incognita. gl.fin. c.pen.47.dist. vel probetur contrariū. Affl. hic post num.68.& 69. non tamen bannitus ita vt potuisset impunè offendi. Bald.l.cum fratrem, num.1.in fi.de his, quibus vt indig.
29 [Qvi Reperitvr Occisvs] vi occisus, & deriuat à cædo cædis. Affl. hic ex intentione Iser.3.q.nu.70. vnde si reperitur mortuus, & non apparent vulnera, non præsumitur occisus, sed morte naturali mortuus. Bal.l.huic 2.repet.ad leg.Aquil. vel alibi occisus, & in illa villa portatus. Gra.hic nu.13. [Centvm Avgvstalivm] de quibus sup.in const.quicunque. [Mvlcta] pœna. l.si qua de verb. sign. [Feriendos Esse Ivbemvs] decernimus, & statuimus. Nizolus in ver. iubeo. [Si Vero] quæ est dictio aduersatiua, & respicit qnalitatem præcedentis dispositionis. Bal.conf.175.nu.2. vol.5. [Ivdaevs, Avt Sarracenvs Sit] de quibus in const.præcedenti, & const.si quis in posterum. dicūtur infideles, cum reperiantur in triplici specie. D.Tho.2.2.q.10.art.5. differentiam autem inter Christianos, & istos ponderat Gra.hic nu.21. [In Qvibvs Provt Certo Perpendimvs] alibi pro certo. sup.in const. Inconsutilem. scitur pro certo. c.1.de excess.prel. c.cum secundum Apostolum, de præben.pro certo didicimus. c.extirpādæ eo.tit.de preb. & pro certo scimus. c.dilecti filij, de priuil.

[Christianorvm Persecvtio Nimis Abvndat] rationem ponit Affl.hic 16.not. [Ad Praesens] nā Iudæi Christianis sunt nimium infesti. c.cum sit de Iudæis, c.pen.de vsuris, sicut rustici clericis. c.laicos, 2.q.7. [In Qvinqve Avgvstalibvs Praedictorvm Locorvm Incolas] de quibus
30 l.scire in fi.de excus.tut. Propriè enim eiues dicuntur originarij, qui de foris veniunt dicūtur incolæ, & sicut appellatione filiorum veniunt natiui, nō adoptiui, ita appellatione ciuium non veniunt nisi veri, non ciues adoptati per priuilegium. Bal.l.ciues nu.4. C.de appell. licet statutum loquens de ciue, intelligitur de quocunque, qui habetur pro ciue, etiā quod aliud sit esse ciuem, & aliud haberi pro ciue. idē Bal.l.adoptiunm, §.patronum 2.repet.eiusdem l.in princ.de in ius voc. [Aerario] l.cum eo ff.ad leg.Iul pec. l.Arianus ff.de iure fisci. [Nostro Applicandis] cōferendis, adiungendis. Nizolus in ver.applico. [Damnandos Esse Cen-
31 semvs] iudicamus, inde censura est honor à censendo, & iudicando dicta. Arch.c.dilectissimi in princ.8.q.2. Vnde ex consuetudine ciuitatis potest exigi pœna pecuniaria,
32 verum si imponitur pro furto, homicidio, & similibus est irrationabilis. Abb. cap.2. in 1.not.de delict.puer. hic tamen exigitur ab vniuersitate in cuius territorio reperitur mortuus, vel occisus. Affl.hic 15.not. Pro furto autē quod fit in terris demanialibus vniuersitates non tenentur: in terris Baronum medietatem soluit dominus terræ, aliā vniuersitas. Gra.in c.regni item statuimus quod vniuersitas, quod non haberet locum, si viator errasset, vel iret extra iter. Afflict. §.illicitas, post nu.2.de pace iuram.firma.& const.pręcedenti post nu.20.& tenetur si facta inquisitione, non reperiuntur malefactores, ibi 4.not.nu.22. & const.ista cum loquatur de furto, & rapina, in furto corrigitē per d.c.item statuimus quod vniuersitates. Gra.hic post nu.12.& 16.& const.præcedēti nu.16.& 17.& in c.reg.frequens, & effrænata, nu.2. [Qvae Post Inqvisitionis] quæ est duplex. Bald. l.cum mulier, col.fin. post princ. sol.mat. [Et Probationis Ordi-
33 nem] qui est etiam duplex, necessitatis, & voluntatis. Bal.l.mater 2.rep.circa fin.ff.de inoff.testa. quo iustitia, & iniustitia indiget. idem Bal.l.2.in 1.rep.ff.de legi. [Et Tormenta Etiam] quæ dictio implicat alium casum. Pau.de Cast.conf.23.post nu.7.1.vol. [Vltimo Facienda] licet Magna Curia cōtra disrobatorem stratarum, & maleficos magnorum criminū, ac leues personas procedit ad torturā ex processu informatiuo. idem Afflict. hic post num.45. & decis.391.

[In

[IN ALIIS] eiusdem qualitatis. Abb. c. Sedes Apostolica num. 13. de rescript. [DAMNIS CLANDESTINIS] tam si fiunt de die, quàm
34 de nocte. Affl. hic nu. 72. quia propter clandestinitatem præsumitur dolus. Bal. l. error, post nu. 7. lo secondo, de iuris, & facti ignor. ex quo occulta suspicione nō carent. c. vnico, vt eccl. benef. sine dimi. confer. vnde plerunque irrita sunt, & cassanda. Bal. l. cum sententiam, nu. 6. de sent. & interloc. omn. iud. inde res clandestinæ. glo. & Bal. l. vitia, C. de
35 acquir. poss. [ET NOCTVRNIS] nam noctis tenebræ frequenter operātur, vt lateant facinorosi. Bald. l. 4. §. si tibi, col. 2. post princ. de eond. ob turp. cau. Nox aggrauat maleficium, auget dolorem, reddit probationem difficilem, inducit suspicionem: nocte vagatur adulter, & geminatur custodia. Bal. l. more Romano, 1. rep. in fi. ff. de ferijs. & nox in delictis intelligitur post primum sonū campanæ. Bald. l. 1. §. hoc autē ad Syllan. & l. fin. vbi etiā quid si non potest audiri sonus eam panæ, & quod vbi nox, ibi delictum, nec est delictum vbi nō prætenditur nox, nu. 1. C. de his, quib. vt indig. vnde dicatur, & quod largo modo obscurū dicatur nox. Affl. hic post nu. 72. [SERVARI MANDAMVS] imponimus, & committimus. Nizolus in ver. mando.
36 [QVOD SI CONSTET] citata, & audita vniuersitate in suis excusationibus. Afflict. hic post num. 55. seu legitimato processu contra eam per inquisitionē, accusationem, seu alio modo. Inn. c. quam sit, de excess. præl. certū, & apertū sit. Zab. clem. vni. col. fin. cir. med. de off. deleg. [VNIVERSITATEM EANDEM]
37 quæ est plurium corporum connexio inter se distantium, vno nomine ei specialiter deputato. Azo in sum. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Vnde vna multitudo ordinata in vnū, secundum distinctos actus, siue officia, dicitur corpus similitudinariè. D. Tho. 3. par. de Saluatore, q. 8. art. 4. [OCCVLTARE VELLE] puta propter proprium cōmodum, propter quod de facili quis occultat delictum. Bald. l. 3. §. si pupillus ad Syllan. vnde pro delicto vnius ciuis punitur tota villa, licet fieri non debeat, ille tamen tenetur emendare damnum villæ, & contribuit dāuum passus si imponitur collecta. Bal. l. 1. §. fin. col. 2. cir. fin. & 2. repet. in fi. quod cuiusque vniuer. nomi. Gra. hic nu. 3. & 4. Affl. in const. præcedenti, nu. 33. [FORSITAN] l. quo casu ff. de arbitr. [HVIVSMODI SCELERVM] flagitiorum. Nizolus in ver. scelus. [COMMISSORES] patratores, vt sup. [NEC IPSOS VELLE] nolle, alibi non velle, infra in const. Iustitiarij nomen, & normam. Licet nolle, & non velle differant, quia non velle, solum dicit negationem actus, nolle, dicit actum positiuum, vel refutatiuum. Nicolaus de Nyss. tract. 2. par. 2. Port. 3. q. 4. [OFFICIALIBVS] quod est genus. Bal. cons. 378. nu. 9. cir. med. 5. vol.
38 & est nomen generale ad omne ministeriū. Dec. rub. nu. 6. de off. eius. [NOSTRIS QVAERENTIBVS] inquirētibus, nam capitur querere pro inquirere. Bal. l. magis puto, §. non passim, circa princ. de reb. eor. glo. l. Acteius in ver. quæritur, vbi Bal. §. cū igitur, de aqua plu. are. [EXHIBERE] vt se liberet. l. maiorē. C. de falsis. [POENAM] interesse, quod respectu soluentis dicitur pœna, quādoque respectu vtriusque. glo. l. 1. §. fin. in ver. pœnam, C. de eo per quem factum erit. [VNIVERSITATI IPSI PRO QVALITATE LOCORVM] nam qualitas facti ex persona faciētis præsumitur. infra in const. qualitas. & Affl. c. 1. num. 51. circa med. de feu. dato inuicem leg. com. [ET COMMISSI SCELERIS IMPONENDAM NOSTRO IVDICIO RESERVAMVS] & sic quando occultantur malefactores, & inquirentibus officialibus non manifestantur per istam const. & c. Caroli primi, quod incipit clādestinis maleficijs, vbi latè Io. Ant. de Nig. & c. statuimus vt constitutio quondam Federici, vbi ista cōfirmatur, & c. item statuimus, quod pœna quæ homicidijs clandestinis. & aliud, quod incipit constitutionē diui patris, & c. præsidentis incumbit officio. imponitur pœna Regis arbitrio. Affl. const. præcedenti 5. not. & istud arbitrium non censetur commissum Magnæ Curiæ, nec Proregi, nisi aliud appareat ex commissione. Affl. hic nu. 74.
39 Sed contra, iniustum est, quod alter pro altero teneatur. infra in const. ob filiorum culpas, & in const. humanitate in fi. Gra. hic post nu. 7. Rursus, innocentes punire est iniustum. Iser. hic in princ. quod non est inuenire in legibus Iurisconsultorum. Affl. hic in fi. nu. 77. Nec est iustum, quod contrata teneatur, & puniatur pro facto viatorum, vel prædonum, sicut nec dominus loci, nisi cum manifesto facinore dominus desierit obuiare, vel latrones cōprehendere. Bal. cons. 445. post nu. 4. vol. 4. tanto magis, quia omnem inquietitudinem à curijs, & ciuitatibus Imperator præcipit remoueri. l. vnica, C. ne rei
40 mil. com. & occultum est Deo relinquēdum. D. Aug. 2. contra Crescent. col. 18. in princ. nec facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab eis credi non possunt, quēquam inquietent, si propter innocentiū consortium etiam cognita sustinentur. D. Aug. epist. 48. col. 10. post princ. tāto magis, quia vniuersitas non potest accusare quemquam de maleficio contra alium commisso. Spec. in tit. de accusatore, nu. 2. nec punitur pro receptatione malefactorum, in c. regni item quod

quod prædicti officiales, sub rub. quod offic. non proced. contra vni. pro receptatio. & si teneretur, esset obligatus Princeps, qui cum habeat redditus regni, tenet itinera tenere tuta, & custodire territoria, & non vniuersitates. Gra. hic ex intétione B. Thomæ nu. 18. & post num. 20. dicit enim D. Thomas, quòd
41 Princeps qui tenetur custodire iustitiam in terra, si eius defectu latrones increscunt, tenetur ad restitutionem, quia redditus quos habet sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam cóseruet in terra. 2. 2. quæst. 62. art. 7. Barones etiam tenentur eorum castra custodire, ita quod si fiat ibi maleficiũ clandestinum, ipsi tenentur ad emendam. Affl. de his, qui feu. dare poss. in fi. princ. nu. 48. circa fi. Dominus territorij tenetur de robaria ibi facta. Abb. c. 1. nu. 8. de rest. spoliat. nam ad hoc habet redditus vt subeat onera. idẽ Abb. c. cum ab omni, post nu. 14. de vita, & hon. cler. & vassalli honorant dominum in redditibus, gabellis, & similibus, vt necessitatis tempore eos defendat, & si non sufficit, omnes tenẽtur pro salute domini, & patriæ. Abb. c. sicut, & infra in fi. de iureiur. nec est bonum in necem aliorum alijs prouidere. l. in causæ, la prima, in princ. ff. de minor. etiam quia in criminalibus non est eundum per mendicata suffragia, sed per probationes quibus lux veritatis assistat. l. singuli, vbi Bald. C. de accusat. & æquitas naturalis abhorret meras pœnas actui odioso appositas. Bal. auth. ad hæc nu. 10 cir. med. de vsur. cum quidquid est contra iustitiam æquitatis sit odiosum. iu l. fin. post nu. 3. C. vnde leg. & etiam quod de hoc sit lex, quæ potest omnium os obstruere, non tamen mentem conuertere, & quatenus factum damnat, non aufert malitiã. B. Ambrosium refert D. Aug. 4. contra duas epist. Pelag. c. 11. col. 2. circa
42 princ. Vltra quod lex, quæ populo regendo scribitur, rectè multa permittit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. D. Tho. 1. 2. q. 93. art. 3. & 2. 2. q. 77. art. 1. & si iniusta, tyrannus est. Bal. l. 1. in fi. C. de cond. ob turp. cau. & tanquam iniusta, & continens in se peccatum, non esset à subditis recipienda. Abb. c. significauit, nu. 3. in fi. de off. ord. sed recurritur ad subsidium Ecclesiæ Catholicæ, propter iniquitatem statuti. Bald. l. fin. §. in computatione, circa fin. de iure delibe. nam metus terribilis non solum in armis, sed etiam in statutis consistit. Bal. l. omnem in fi. C. ad Tertull.
43 Dic, quòd legem ratio commendat, appendix ad D. Tho. 1. 2. q. 90. art. 1. & intelligentia dictorum ex causis est assumenda, quia non sermone res, sed rei sermo debet esse subiectus, vnde postquam lex lata est, non de ea, sed secundũ eam iudicandum est, d. par. q. 96. art. 6. & non punitur pro facto alieno, sed pro suo in non capiendo, sicut in eo qui non fert opem clamanti, sup. in cõst.
44 quicunque. Et nemo est qui neget publice vtile esse sine metu, & periculo per itinera commeari, & parum interesse debet vtrum publicus sit locus, vel priuatus. l. 1. de his, qui deiec. vel effude. Et fuit bona hæc lex, quia publice interest, quod Rex teneat itinera secura. Affl. sup. in const. pacis cultum, nu. 62. & est bona causa, vt teneant illi territorium securũ. Gra. hic nu. 7. in fi. & sicut stipulatio non dicitur turpis, quando nõ potest ex aliqua causa honestari. Bal. l. vtrum, de verb. oblig. ita & lex cum sit ad bonum cõmune. i. vtile reipublicæ. Bald. l. de quibus 1. rep. nu. 10. cir. fin. de legi. & dicitur rationabilis eoipso quod legislator reputauit eã rationabilem. Bal. l. 1. §. 1. nu. 1. ff. de postul. & quælibet ratio motiua Principis habetur pro causa; secus in statuto, quia debet esse probabilis. Bal. l. rescripta, post nu. 10. C. de preci. Imp. offer. & prima magis inspicitur, quã secunda. Bal. præd. l. tutor in princ. ff. de fideiusso. & in actu indifferenti ad fauorem, & odium. Bal. l. quod fauore, post nu. 5. C. de legi. vt hic ratio specialis vincit generalẽ, idẽ Bal. l. 1. in 1. rep. in fi. si pars hæred. pet.
45 vltra quod legem facit rationabilem fauor, vel odium. Bald. l. 1. col. 1. & 2. in princ. de cond. indeb. inde est, quod constitutio quandoque est merè odiosa, quandoque merè fauorabilis, quãdoque mixta, ex vna parte fauorabilis, & ex alia odiosa. Bal. l. sed si, §. fin. de in ius voc. & vbi concurrit odium, & fauor, magis attenditur fauor, quàm odium. Abb. c. non dubiũ, post nu. 3. de sent. excom. & quando in prohibendo est fauor, lex pœnalis dicitur fauorabilis. Bal. l. benignus, circa princ. ff. de legi. consideratur ratio legis verũ exceptio dicatur fauorabilis, vel odiosa. Bal. l. qui exceptionem de cond. indeb. & pro ratione sufficit opinio legislatoris, quia opinatus est id esse bonum. Bal. l. non omniũ 1. rep. cir. princ. d. tit. de legi. Et absit, vt ea
46 quæ propter bonum facimus, si præter opinionem nostram cuiquam malum contingerit, nobis debeat imputari. D. Aug. in epist. 153. col. fin. cir. med. c. de occidendis 23. q. 5. puta si credens mulierẽ submissam esse vxorem suam, si petentem debitum, cognoscit, excusatur, cum voluntas nõ sit mala. D. Th. 1. 2. q. 19. art. 6. tanto magis, quia vbi potentia læsionis æqualis est inter partes, neutra dicitur fædi. Bal. l. vnica, §. quibus, circa fin. de nouo C. facien. & gratia illius præsumitur aliquid factum, cuius principaliter interest. Bal. l. pen. 1. rep. circa fin. si quis cau.

Nec

Nec eſt præſumendum, quod iura quæ nitun
tur ſummæ æquitati, voluerint defendere, &
robur dare notoriæ iniuſtitiæ. Abb. cap. ad
quorundam, in fi. de exceſs. præl. adeo quod
47 legiſlator potius creditur errare, quam le-
gem iniquam ſtatuere. Abb. c. cum ſit gene-
rale, num. 18. circa fin. de foro compet. & in
priuilegio procedit illud, quod ſi eſt fauor,
& odium præſumitur odioſum. Bald. l. 1. in
1. rep. nu. 4. de conſt. pecu. licet interdum ali
quid durum eſt. l. illud quoque de pet. hæred.
l. proſpexit, qui, & a quib. & tamen nemo
ſanus mente dicit, quod male loquitur lex.
Bal. l. ſi ita de euict. inſanus eſt, qui legiſla-
torem infringit. Bald. l. quicunque, in fine,
C. de ſeruis fug. quia ius ciuile procedit per
punctum rationis. Bald. l. 1. nu. 9. circa med.
qui admitt. Nec excuſat inanis conſcientia,
vel prætenſa, nam iniuriā facit legibus, qui
vult ſe meliorem videri, quam lex. idē Bal.
l. 2. nu. 10. circa fin. de ſent. ex breui. recitat.
48 adeo quod vbi habemus determinationem
legis, vel ſtatuti, non debemus vlterius ra-
tionem inueſtigare, & vbi habemus effectum
diſpoſitionis, non eſt inueſtiganda ratio.
Bald. l. Gallus, §. ſi eius, qui, 2. not. & §. fin.
col. pen. poſt med. de liber. & poſthu. nam in
iſtis legibus temporalibus, quamuis homi-
nes de eis iudicent, quādo inſtituunt, ſi ſunt
inſtitutæ, eſt ſecundum eas iudicandum.
D. Th. 2. 2. q. 60. art. 5. vltra quod multi ſunt
49 caſus in quibus lex dicit, ſic volo, ſic iubeo:
r.e. nititur veritati, ſed voluntati, & æquita-
ti, add ad Spec. tit. de præſum. §. 2. in ver. in
prædicto. tunc factū non præſumitur, ſed ex
facto. Abb. c. is qui, nu. 6. in princ. de ſponſal.
Non omitto, quod iſta conſt. eſt ordinata ad
bonum commune, quod pertinet ad legem.
D. Th. 1. 2. q. 90. art. 2. Quando autem habe-
ret repugnantiam ad ius naturale, puta ſi
permitteret furtum, vel adulterium, nō poſ-
ſet voluntate humana fieri iuſta. idem 2. 2.
q. 57. art. 2. Ideo vltra ſuperius dicta reſtrin-
gitur iſta conſt. pluribus alijs modis, quod
o non teneatur quando ignoratur à quo fuit
illatum damnum, alias ſi pars fatetur audi-
uiſſe à fide dignis, fuiſſe filium talis, non ha-
betur recurſus contra vniuerſitatem, etiam
quod probetur ſcientia. Alex. conſ. 91. col. 2.
in princ. nu. 3. & poſt nu. 11. 6. vol. & ſic te-
netur quando penitus ignoratur à quibus
fuit illatum damnum, quod debet probari
vnà cum negligentia in cuſtodiendo, alias
non præſumitur vt incurrat delictum. idem
Alex. conſ. 114. nu. 1. & col. 3. in princ. 4. vol.
Notitia verò delinquētis debet probari ſal-
tem per vnum teſtem, & famam publicam.
Gra. hic num. 15. & 39. poſt med. adeo quod
ſi villa pro emenda damni impoſuit colle-
ctam, ſi apparet de eo, qui damnum intulit,
non proceditur vlterius ad exactionem col-
lectæ. Bal. l. 2. §. fin. ad legem Rhod. de iactu.
verum ſi fuit facta emenda, nō retractatur,
ſed habet actionem contra damnum dantē.
Gra. hic nu. 6. 10. & 11. & in conſt. præceden
51 ti, nu. 3. & 15. In Regno tamen inoleuit pra-
ctica, & male, quod ſupponatur aliquis, qui
dicat illum interfeciſſe, & aufugat. Paris de
ſyndic. in ver. robaria, per totum. quamuis
iracundus appetat eſſe manifeſtū in nocen-
do. D. Th. 2. 2. q. 55. art. 8. in fi. Item procedit
ſi inuentus eſt occiſus. Gra. in d. c. reg. item
ſtatuimus, quòd pœna, & probatum fuerit,
quod ibi fuerit occiſus. Gra. hic nu. 40. Quid
ſi inuenitur cadauer ſine vulnere, ſed occi-
ſum veneno. idem Gra. in c. reg. conſtitutio-
nem diui patris noſtri. Itē excuſatur ſi ma-
lefactores erant fortiores. Bal. l. ſi ideo in fi.
C. de his, quib. vt indig. vel malefactor venit
cum multitudine, quod capi non potuit, &
ſtatim ſe tranſtulit ad alienum territorium,
ſeu maleficium fuit commiſſum de nocte;
ita quod in notitiam villæ, vel maioris par-
tis illius peruenire non potuit, niſi eſſet in-
iuncta cuſtodia, quia tunc tenetur cuſtodire
de die, & nocte. Ang. in tract. malefic. in ver.
quod fama publica præcedat, ibi decimo
circa prædicta, char. 257. col. 2. & 258. col. 1.
adeo quod videtur prius neceſſaria moni-
tio, quod vniuerſitas territorium ſuum cu-
ſtodiat. Gra. hic poſt nu. 14. & 19. intantum
quod ſi ſtatutū dicit, quod villa non capiens
malefactorem, teneatur ad certam pœnam,
non habet locum ſi villa nō potuit capere.
Ang. ex intentione Bar. l. 3. de nauicularijs,
& ſi plures commiſerunt furtum, vel homi-
cidium, & homines villæ neminē cœperunt,
ſicut tenebantur vigore ſtatuti, vna pœna
pro omnibus, non pro quolibet inſolidum
tenentur. Bal. l. cum rationibus, nu. 4. de his,
qui accuſ. non poſſ. licet ſi ſtatuto cauetur,
quod villa repræſentet malefactorem, aut
damnum reſarciet, ſi ſunt quatuor malefa-
ctores, & præſentauit vnum, minuitur con-
dēnatio pro quarta parte. Bal. l. 1. poſt nu. 5.
C. ſi plures vna ſent. debet etiam vt tenea-
tur probari, quod ſciens, vel ſcire debens, nō
fecit. Dec. conſ. 328. num. 6. in princ. Ang. de
malef. in ver. & ad querelā Titij infraſcripti,
char. 132. cum duabus ſequen. ex intentione
Rom. & Bart. conſ. 102. vel omiſit. Bald.
l. 1. poſt nu. 31. C. de his, qui accuſ. non poſſ.
Nec creditur teſti deponenti de negligentia
villæ in capiendo delinquentem, ſi nō reddit
cauſam ſcientiæ. Bald. l. 3. nu. 12. circa med.
C. de teſti. Nec contra vniuerſitatem ſtatur
iuramento damnum paſſi pro quantitate
diſrobata. Abb. c. fin. poſt nu. 5. de his quę vi,

metusve

metusve cau. Gra.hic num.14.& 16. nec in
probatione damni datur iuramentum. Bal.
l.si quando,in fi.C.vnde vi,quia concurrunt
duo specialia. latè Gra.decis.67.103. num.
232. & 233. & hic post num.20. Non enim
admittitur probatio priuilegiata per iura-
mentum. Dec.cons.410.col.3.circa med. &
post num. 13. Lucas l.2. col.3. post med. de
naufra. Nec iuratur in litem, si non constat
de valore. Gra. hic num.38. sed debet dari
terminus, quia cum conueniatur ex facto
alieno,verisimiliter potest ignorare. Angel.
d.tract. malefic. in ver. comparuerunt dicti
inquisiti,ibi & bene.char.642.col.1.Rursus,
non procedit,quando in villa non sunt quin
que viri,idest patresfamilias,quia tunc non
tenetur emendare damna commissa in suo
52 territorio,nam ad esse vniuersitatis,vel vil-
læ, requiruntur quinque patresfamilias.
Arno.78.commenta. & procedit in villa,
secus in castro, cuius claues si tenet Rector
non tenetur pro clandestinis,quia homines
exire non poterant. Angel.vbi supra in ver.
qui iudex dictum Caium, ibi, quid si, char.
666.col.2. Non comprehendit etiam cleri-
cos.. addit. ad Bald. in l.fin. §.in computa-
tione,in ver.iniquitatem, circa med.de iure
delib. Nec si damnum est illatum Ecclesiæ,
Gra.hic num.9. & constir. præcedenti, post
nu. 12. vel pro eo quod fit in hospitio com-
munis. Paulus de Cast.cons.156.1.vol. Nec
tenentur contribuentes in solutione Barri-
53 celli: sunt autem Barricelli, qui vadunt per
comitatum, causa eum purgandi malis ho-
minibus: quē subditi,an gratis hospitentur.
Bal.l.obseruare,1.rep.in princ.de offic.pro-
cons.& leg. Non omitto,quod istam const.
correxit c. regni clandestinis, quod postea
correxit c.statuimus, sed d. c. statuimus, &
const. istam correxit Carolus II. per d. c.
constitutionem domini patris nostri, vt per
Gra.d.c.clandestinis.

54 Nota, quod delictum quoddam est noto-
rium,& quoddam occultum, & quoddam
penitus occultum, c.vestra, vbi Abb.6.not.
num.10. in fi. & 12. de cohab.cler.& mulie.
Occultum est duplex,vnum quod non potest
probari,aliud quod cum difficultate proba-
tur. Bal.cons.174.nu.3.vol.2. In occultis,&
penitus occultis punitur vniuersitas, quia
præsumitur possessores illorum territoriorū
committere,vel committētes scire. Affl.hic
post nu.27.& 28. & const.ligat delictum om
nino occultum. Abb.c.ad falsariorum, post
nu.8.de crim.falsi. adeo quod potest recurri
ad iudicem ecclesiasticum, vt excōmunicet
eum qui damnum intulit,quod quotidie pra
cticatur in delicto occulto, & in specie in
furto,quando nescitur eius auctor.Abb.c.2.
nu.4.& 13.de off.ord.& tunc an teneatur in-
dicare furem. gl.l.4.§.si tibi,in ver.repeti,&
ibi Bal.cir.fin.de cōd.ob turp.cau.& potest
dari præmium reuelantibus proditionē, vel
occisionem.Bal.l.testamento,de hæred.inst.
l.vnica,nu.15.de confessis.

55 Secundo nota,quòd plus punitur delictum
clandestinum,quàm publicū. gl.l.officiales,
in ver.clādestinis,de Epis.& cler. quia clan-
destinum præsumitur dolo factum. Bal.l.fin.
ff.de ritu nupt. Et dicitur clandestinū, quod
fit de nocte. Alex.cons.1.num.25.3.vol. vel
quod raró inueniri potest sine tortura. Bal.
l.cum fratrem, num.1.de his,quib.vt indig.
56 Ex qualitate autem personarū iudex arbi-
trabitur esse torquēdos,vel non,cum omnes
possint terreri,sed non omnes torqueri. Bal.
l.1.in princ.C.locati.plura nanque sunt quę
terrent,quàm quæ nocent.in l.1.nu.10.in fi.
C.de ser.fug. adeo quod si non omnes, & in
omni casu possunt torqueri, possunt tamen
terreri, quia vultus iudicis in talibus debet
apparere terribilis. Bal.l.2.nu.4.quor.app.
57 non recip. cuius mentis status est dubitare
per negationem rei: habet & secundo incli-
nationem,seu inflexionem animi pendentis
ad aliam partem ex indicijs,& coniecturis:
habet & tertio electionem inter vnam,& al-
teram partem vehementis applicationis ex
argumentis proximis: quarto inest vera, &
indubitata fides contracta ex clamore pro-
bantis. Bal.l.1.post nu.28. de his,qui accus.
non possunt. Vnde quia iudicia criminalia
sunt præcisa, potest cogi præcisè ad respon-
dendū.Bal.l.ea quæ,cir.fi. C.de cond.indeb.
etiam absente accusatore, quia eo absente
potest per reum lis contestari.idem Bal.l.2.
num.20.in fi.& 21. sent.rescin.non posse. &
sic c.2.de confess. in vj. non habet locum in
criminalibus. Bal.præd.l.1.num.3.de pœna
iud.qui male iudic. Potest tamen admittere
responsionem qualificatam causa euitandi
58 calumniā, & si dixit,quod fecit ad suam de-
fensionem, potest cogere vt specificet mo-
dum defensionis, & si respondit indefinitè,
limitatur secundum specificam interroga-
tionem,& qui simpliciter confitetur,vel ne-
gat,totum confiteri,vel negare videtur. Bal.
l.1.num.2. & post num.13. C.de ædil.actio.
tenetur tamen dicere veritatem etiam con-
tra se, non obstante quod inde veniret con-
demnandus. D.Tho.cum append. & Caiet.
2.2. quæst.69. art.1. Secundo casu si eodem
59 tempore concurrunt duæ famæ contrariæ;
illa est potior,quæ habet originem ab hone
stioribus, vel melioribus indicijs compro-
batur, sic fama elidit famam, vel absorbet,
quādo est posterior. Bal.l.si mater,in princ.
ne de sta.defun. Vna fama tollit aliā, specia-

X lis

lis generalem, potest esse vtraque vera. Quid si est contracta pendente processu, an plus valeat communis opinio, quàm fama. Bal.l.ea quidē,nu.57.vsq; ad 62.C.de accus. ita duę pręsumptiones si cōcurrunt,vna elidit aliam,nisi vna sit vehemētior. Abb.c.cū inter R.nu.5.de elect. si sunt cōtrarię,statur validiori: fortior elidat aliam. idem Abb. c.literas,nu.1.de præsump. c.mulieri,3.not. de iureiur. c.pen.nu.13. de conceſs.præben. c.requisisti, nu.20.de testam. & c.pen.nu.4. de crim.falsi.l.diuus, de custo.& exhib.reo. Præsumptio in genere, tollitur per præsumptionem in specie. Bal.l.cum de indebito,in princ.ff.de probat. & vna contemplatio excluditur per aliam, in l.amicissimos, in fine princ.de excusat.tut. Tertio,& quarto casu iudex non suo arbitrio,idest prout sibi videtur, iudicare debet. Lucas l.2.cir.fin.de numerarijs, sed secūdum veritatem probationum,non secundum sui animi motum.Bald. l.vni.2.oppo.vt quæ desint aduoca.dixi latè infra in const.cordi nobis est. & sic verita-

60 tem cum intersit inquirere. glo.l.si cum hominem,in ver.committi,de fideiusso. & eam esse inquirendam Marcellus dixit, l.3. ff.de iureiur. Homo antequam perueniat ad cognitionem alicuius rei transit per multos gradus,& media,& paulatim per partes deuenitur ad notitiam veri.Bal.d.l.ea quidem nu.2.in fi. C.de accus. videlicet per indiciū, præsumptionem,famam,& suspicionem,quę si simul concurrunt,qui non prosunt singula, multa iuuant. Bal.in rub.circa princ.& post nu.4.C.de probat. nam ex pluribus concurrentibus augetur effectus. not. idem Bal.l.1. in princ. & l.2.nu.4.in fi.de fideicom. & facilius coadiuuant,quā fundant, in l.in exercendis,nu.10.in fi.de fide instr. Vnde requi-

61 runtur plura indicia, & quodlibet probari per duos testes, vel vnum omni exceptione maiorem, & qualis sit,cum ista materia indiciorū pendeat ex prudentia iudicis.Caie. ad D.Th.2.2.q.69.art.1. Est autē indicium coniectura ex probabilibus, & non necessarijs orta à quibus potest abesse veritas, sed nō verisimilitudo veri,quæ quandoque mentem iudicantes intātum perstringunt,vt cogant conscientiam iudicis secundum ea iudicare. Bal.l.4.cir.fin.vnde leg. & est plenū, & semiplenum. idem Bal.l.ea quidem,nu.8. de accus.sufficiens,vel non sufficiens,si est à iure approbatum, regulariter vbi requiritur maior numerus testium, & interuenit minor, facit indicium quod mouet aliqualiter animum iudicis.Bal.l.cum citra,cir.fi. de iure dot. vel indiciū aliud facti, & aliud

62 iuris. Et vnus,quando facit indicium,Bald. l.seruos,C.de testi. Ista indicia ex frequenti vsu signa vocamus. Caiet.ad D.Th.vbi sup. 2.2. quæst.69.art.1.col.1.circa medium. Demonstrationes signa vocamus, comm.ad Arist.1.posteriorum, textu 55. Rustici coniecturas vocant,quia coniunguntur origine sua,& dicuntur coniecturæ, quasi connexuræ,& colligaturæ.Bal.l.vnica,nu.4.cir.med. de priuileg. dotis. Quid sit coniectura, quod ex pluribus sumitur, Bal.l.voluntatis, num.10. de fideicom. d.l.ea quidem, nu.10. de accusat. Inde dicitur, quod si non potest clarè probari, recurritur ad coniecturas. Bald.l.interpositas,num.3. circa med. C.de transact. alibi assumuntur indicia pro adminiculis, & circunstantijs verisimilibus. Bal. l.fin. post num.7. C.fam. ercisc. adeo quod circa ea non potest dari certa doctrina, sed debent esse talia, quæ moueant iudicem ad torturam. Bald.l.sicut,C.de falsis,l.milites, circa princ. C.de quæstio. Præsumptio au-

63 tem,secundum Goffr.est alicuius facti dubij plena, aliquando semiplena inuestigatio. Host.in sum.de pręsumpt.in princ.& est triplex, iuris,hominis,& naturæ. glo.fin.c.ferrum,50.dist.quartam facti,addit gl.c.is qui, de sponsal.& l.fin.in ver.præsumptioni,ff.de eo quod metus cau. Conscientia legis,dicitur præsumptio. Bald. l. non ignorat, post nu.4. de his,qui accus.non poss. Aliæ verò introducuntur ex multis suspicionibus, non ex vna.Bald.auth.si quis ei,in fi.de adulter. & est differentia inter præsumptionem, & suspicionem. Bald.l.quamuis,num.1. eod.tit. de adulter. & aliud est probare veritatem concludenter, aliud præsumptionem veritatis coniecturaliter. Bald. l.1. num.16. de seruis fugit. Damnari ex præsumptionibus hominis quis non potest, sed ex præsumptionibus iuris sic, & tunc damnatus non appellat. Bald.l.si qui,nu.2.& 5.C.de adult.

64 Fama verò est vox legis, quandoque vulgi. Bal.l.1.num.2. C.ad Senatusconsul.Maced. Quid infamia, & quotuplex, in d.l.ea quidem, num.1. de accusatio. est duplex, edictalis, & decretalis, in authent. qui semel, num.10. circa fin. quomodo,& quando iud. Ista infamia, quæ est in populo coadiuuat alias probationes, & reddit eas efficaces. Bald.l.2.num.7.circa med. quorum appell. non recipi. Rarò enim falsum inuenitur, quod vniuersi dicunt, refert Bald. l.quicunque,post num.2.d.tit. de seruis fugit. Habet se ista fama indifferenter, & æquè capax est negatiua, sicut affirmatiua. l.1. num. 11. C.de testamen. Quomodo probatur, idem Bald. l.testium, in fine, C.de testi. Clamor autem populi minus est, quàm fama. Bald. l.decurionū,C.de pœnis.Quid rumor,d.l.ea quidem,vbi Bal.post nu.2.de accus. Vltimo

suspicio

65 suspicio legis remouet effectũ confessionis. Bal. l. generaliter, in fi. de non num. pecu. l. si magnũ, post nu. 2. C. de his qui accus. nõ poss. ista præsumit in eo qui se ingerit. gl. 2. l. fin. ff. de off. præto. sicut suspicio turpis peccati, nisi per aliam præsumptionẽ tollatur. Inn. c. cũ pridem, cir. princ. de pact. & inducitur ratione noctis. Paris de synd. in ver. tortus, c. 3. nu. 19. habet se ad verũ, & falsum. D. Th. 2. 2. q. 60. art. 3. ista debet esse aliena à bono viro. l. ciuile, C. de furt. nam est argumentũ, vel ratio rei dubiæ faciens fidem per quasdam circũstantias. Bal. l. 2. post nu. 11. quorũ. appell. non recip. dixi sup. in const. si quis, de
66 defen. impos. opinio autẽ, & suspicio possunt esse veræ, & falsæ. D. Th. 1. 2. q. 57. art. 2. in fi. Propterea debent indicia manifestari reo, vt sciat se in tali articulo cõstitutum, quod tenetur iudici præcipienti, & veritatem extorquẽti obedire. Caie. ad D. Th. præd. 2. 2. q. 69. art. 1. sed non omnẽ veritatem tenetur confiteri, sed illã solum quam debet, & potest inquirere iudex, & hoc non est calumniosè se defendere, sed prudenter euadere, nõ autem licet falsitatẽ dicere, vel veritatem tacere, quã confiteri tenetur. d. q. ar. 2. tunc propter prædictorum difficultatem deuenitur ad tor
67 turam, quæ est probatio suppletoria non per se stans, nec torquetur vt faciat indiciũ, sed vt manifestetur delictũ principaliter intentatum. Bal. cons. 259. post nu. 5. 1. vol. Ita si probatio est difficilis, voluit senatus ad quæstionem deueniri. l. quod Senatusconsultum, ff. de iniurijs, etiã in ciuilibus. l. nullus, ff. de quæst. si aliter veritas liquere non potest. gl. c. illi qui, in ver. religiosus, la seconda, 5. q. 5. vt seruorum quæstione fides possit inquiri. l. pen. in fi. C. de defen. ciu. In tractatibus secretis, propter probationum difficultatẽ incipitur a tortura. Affl. quæ sint rega. in ver. & bona cõmittentium, post nu. 26. quia defertur in defectu probationum, & pertinet ad litis decisionem. Bal. cons. 78. nu. 6. 3. vol. & d. l. 2. nu. 6. cir. med. quor. appell. nõ recip.
68 Hoc tormentum fuit antiquissimũ, l. nullus, C. ad leg. Iul. Maiest. l. decuriones, vbi glo. C. de quæst. glo. 1. c. fin. 6. q. 1. est de iure cõi, & non fiebat in secreto, sed prẽsentibus honestis, & bonis viris, auditis prius rationibus vtriusque partis. Bal. l. legis virtus, nu. 4. vbi gl. ff. de leg. secus hodie, vnde nõ potest dare certa regula, sed cõsistit in arbitrio iudicantis, quia subrogatur loco testium, sed vt detur, tria sunt necessaria. Bal. cons. 425. ante,
69 & nu. 9. & 500. nu. 4. & 6. vol. 5. Magna Curia infert tormenta suo arbitrio ex processũ informatiuo, & absque solemnitate. Gra. in c. regni accusatis, nu. 7. & c. prouisa iuris sanctio, nu. 2. & voto eius 3. Io. Ant. de Nigr. in d. c. prouisa iuris sanctio, nu. 9. & c. si cũ sceleratis, per tot. Affl. decis. 391. & hoc ex eius præeminentia, quæ emanauit ex dictis capitulis, & c. iuris censura. Verum habet locum contra publicè diffamatos, & reiteratores criminum. Hæc facultas erat Magistri Iustitiarij, & stylus, quod possit Magna Curia, quando videbitur, est sublatus, sed Proreges consueuerunt vt plurimũ dispensare, habito voto iudicum. Gra. d. c. si cum sceleratis, de dicta præeminentia, & quod habens liberum arbitrium in procedendo possit per dictum vnius testis omni exceptione maioris, examinati, etiam parte nõ citata, contra quos, & in quibus casibus possit procedere, & de alijs præeminentijs Magnæ Curiæ. Gra. d. c.
70 accusatis, nu. 8. regulariter non infertur nisi ad petitionem illius cuius interest. Paris de synd. in ver. negligentia c. 2. nu. 9. Affl. §. iudices verò, nu. 11. post med. de pace iura. firm.
71 Nec omnes torquere possunt, quia tortura est meri imperij, & pertinet ad iudicẽ, & est contra ius, nisi appareant indicia. Bal. l. 3. in princ. & l. minoribus, post num. 5. C. de his, quib. vt indig. vel si est appellatum, in c. reg. tormenta, & seq. vbi Io. Ant. de Nig. cũ non debeat iudex illicitè inferre. Bal. l. 3. in fi. de his, qui accus. non poss. nec ex infallibili sua conscientia, alijs probationibus deficientibus. Bal. l. fin. cir. si. princ. C. de appell. immo nunquam ad eam deueniri debet, nisi opus fuerit, cũ sit magni præiudicij, & manus, ac pedis abscissione grauior. Bald. l. fin. cũ add. ad eũ, C. de adult. Etiam, quia quę sunt irreuocabilia, debent cum difficultate fieri. not. Bal. l. 2. cir. princ. de sent. ex breuilo. reci. vel cũ magna deliberatione, in l. nec causas, nu.
72 2. in fi. d. tit. de appell. De iure autem cõmuni non torquetur Doctor. Arno. in epito. 66. nec clerici, etiã quod adsint indicia, nisi sint infames. idem Arno. soliloq. 52. Ita si testor exculpauit reum, non puto ex indicijs torquendum, cum habeat indicium innocentię. Bal. l. 1. nu. 32. com. deleg. licet si in articulo mortis dicat, quòd quidam fecit eum occidi, inducit suspicionem, vel vilem præsumptionem. in l. 2. C. de calum. Torquendus autem de conscientia Principis, non potest allegare priuilegium. Bald. l. nullus, C. ad leg.
73 Iul. Maiest. & si certum est probationes, non debet deueniri ad torturam, quando est certum per probationes, Isern. hic circa med. Bald. l. eum qui, cir. med. princ. de iureiur. & l. 1. num. 5. & 9. C. de iureiur. propter calumdan. sed torquetur propter incertum. l. & si certus, vbi Bald. ad Syllan. & si non est plenè probatum. Gra. const. præcedenti, nu. 11. vel veritas aliunde haberi non potest. Ang. de malefic. in ver. fama publica præcedat,

ibi secũdo quæro, char.270. Affl.hic 12.not.
nu.98.& sic vbi veritas est aperta, vel aliun-
de haberi potest, non est locus quæstioni.
Iser.c.insuper, §.1.de controuer.inter dom.
& fide. Boer.decis.163.num.13.& 14. Alex.
cons.188.post num.11.vol.7. Angel.d.tract.
rub.de quæstionibus, col.1. circa medium,
char.112.& in cons.feu.diuer.9. nu.23. post
74 num.75.& 77. Conuictus non indiget tor-
mentis, licet de consuetudine torqueatur,
sed appellare non potest. Baldus cons. 360.
num.3. vol.3. sicut tortus ex vehementibus
indicijs, & confessus. Bald.l.fin.num.5.in fi.
de probatio. exigitur autem confessio, vt
secundum quantitatem culpæ, pœna infliga-
tur. D.Thom.3.parte de Sacram. quæst.37.
alias 6. art.1. Sed hodie torquetur propter
socios, & vt indicet mandatorem, & admit-
titur appellatio conuicti, non confessi. Gra.
75 hic post nu.32.vsque ad 37. conuincitur au-
tem per confessionem propriam. c. constitu
tus, de pœnis. & quando non potest abnega-
re crimen, Gra.in c.reg.ad hoc qui nostrũ,
& torquetur propter socios. Bart.l.repeti,
§.1.ff.de quæst. Marsil.practica crim.§.con-
stante, char.10. col.2. nam nihil refert de-
linquat quis per se, vel per alium. Bal.l.fin.
num.3. C.de sponsal. & in socium cædis so-
cius postulatur. l.extraneo ff.de quæst. alias
de se confessus, non debet de alijs torqueri.
d.l.repeti, & l.sicuti, C.de quæst. In Regno
tamen in certis casibus probat confessio
trium latronum semotim recepta. Affl. hic
num.50. & 51. vt in cap. regni frequens, &
effrænata, & in c.constitutionem diuæ me-
moriæ, vbi Io.Ant.de Nigr. quando haberi
debeant cõfessiones eorum pro facinoribus
explorandis. Bal.l.vnica, nu.8.C.de confess.
76 In proposito vbi habemus certitudinem in
actu, eam sequi debemus. Bald.l.continuus,
§.cum ita, in fi.de verb.oblig. alias si tortus
negaret, essent purgata indicia, & probatio-
nes. Dec.cons.363.in fi.3.vol. Boer.d.decis.
163.num.17.& non posset condemnari. Bal.
l.fin.nu.8.post med.C.de prob. Mars.d.pract.
crim.§.nunc videndum, nu.21.& §.quoniã,
nu.41. etiam quod interueniat protestatio
Regij fisci. Gra. decis.96. nam tormentum
est purgatio in causa criminali, sicut iura-
mentum in causa ciuili. Affl.de contro.inter
dom.& vass. nu.10. Infertur autem, quod si
præcedunt indicia. Bal.l.pen.col.2.cir.fi. de
cond.cau.data, l.1.§.occisorum, in glo.pen.
ad Syllan. quæ sunt à lege approbata. Bald.
l.fin.nu.3.in fi. C.de probat. puta sola con-
tumacia sine alijs indicijs est sufficiens ad
torquendum. Bal.l.1.nu.13.in fi.C.de hęred.
instit. Bonus testis facit indicium. Gra.hic
nu.42. Si extra iudicium confitetur, potest
subijci torturę. Abb.c.si quis de gradu, nu.3.
de purg. can. nam licet confessio facta non
in tela iudicij, non nocet, nec probet de iure
canonicó. Abb.c.2.post nu.26.de ord.cogn.
& c.quam sit graue, nu.2.de excess. prælat.
facit indicium ad torturam. Bald.d.l.vnica,
nu.8.in fi.& 9.de cõfess. Abb.c.ad hoc, nu.7.
& 8.de simonia. nullus enim efficacior testis
ad nocendum, quam propria confessio. Bal.
l.1.post num.50. de his, qui accus.non poss.
77 adeo quod cõfessio facta coram arbitro, ar-
bitratore, vel iudice incompetente, facit in-
dicium: & iudex competens an possit illam
exequi. Bal.d.l.vnica, nu.32.33.post nu.44.
& 49.cir.med.de conf. nisi sit reuocata, quia
tunc nõ facit indicium. Boer.decis.90.nu.9.
Quando ante, vel post sententiam possit re-
uocari, & si requiritur probatio erroris. gl.
c.olim, in ver.non reuocata, de censi. quod
possit statim sine alia probatione erroris.
idem Boer.decis.89.nu.4. intellige antequã
sit redacta in scriptis. Alex.cons.34.num.1.
vol.1. nec fuit acceptata per partem. idem
Alex.cons.90. nu.1. eo.vol. tam si dependet
à facto suo, quã alterius, tam in illo iudicio,
quã in alio. Alex.præd.cons.80.nu.14.2.vol.
Rursus, confessio facta coram actorum ta-
bellione, licet non probet, Bal.l.pen.num.2.
C. de fideiussor. vel coram actuario malefi-
ciorum absque iudice, vel coram iudice, non
in forma iudicij, non facit plenam proba-
tionem, sed indicium. idem Bal.l.pen.de lib.
cau. Quid si dicat spontè, in l.vni.nu.14.cir.
fin.d.tit.de confess. ita si confessus fuit sim-
pliciter, sed cum qualitate, quia iudex habet
plusquam indicia, poterit torquere. Gra.hic
nu.34. nisi offerat velle probare. idem Gra.
sup.in const.terminũ vitæ, nu.27.vsque in fi.
78 Vultus enim detegit animi motum. l.obser-
uandum, de off.præto. quia talis erit vultus,
qualia mente gerit. Spec.in tit.de aduocato.
§.5.post nu.3.& 15.in fi. vnde indicium ve-
ritatis sumitur ex vultu, & trepidatione,
& qua constantia loquatur. Baldus l. fin.
num.3. circa fin. C.de procurat. Bona phi-
sonomia prodest, & mala nocet, quantum
ad præsumendum in genere, non in specie,
à contemplatione enim naturæ non licet su
mere argumentum, secundum Aristotelem,
Bal.l.2.post nu.5.quorum appell.non recip.
pallor tamen vultus, timor, & titubatio, ac
rubor faciunt vt minor fides adhibeatur.
Spec.tit.de teste, §.7.nu.4.& debent ad tor-
menta poni vicini potius quàm alij. Bald.
l.dominus horreorum, ff.locati. Quid in so-
cio criminis in causa ciuili, vel criminali.
Bal.l.quoniam liberi, nu.2.& seq.C.de testi.
videtur quod confessus in se, nõ debeat tor-
queri in alium. Bal.l.fin. C.de accus. & dixi
supra.

79 supra. Vnde si socius associat socium ad delinquendum, vel dat opem, siue consilium, an possit eum accusare. Bal.l.si magnum, de his, qui accus. non poss. dictum verò testis, qui examinari non debet, examinatus non probat. Bald.l.1.in princ.& l.pridem, C.de quæstio. si examinatur, facit indicium, nisi præcedat protestatio. Arno. 119.commen. vel facit indicium, quãdoque non. Abb.c.1. nu.9.de confess. Testis varius in causa ciuili torquetur. Gra.inf.in cõst.in causa depositi, nu.2.& c.tormentis, num.1. sed cautela est, quod remittat se primæ depositioni. Arnon. 161.comm. Bonus testis receptus parte citata, sufficit ad torturam, infamia non semper. Abb.c.vnico nu.6.circa med. De deposito quando facit indicium, & quando non, & quando semiplenam probationem. Bald. l.admonendi, nu.6.de iureiur.in l.2.de testi. l.fin.nu.7.& 12.C.fam.ercisc.in l.cum citra in fi. C.de iure dot.l.vnica, num.2.de confe. Quid si testis dicat vidisse de nocte absque lumine, non probat, si asserat cognouisse delinquẽtem per vocem, facit indicium. Arno. 70. dialogo. & hoc publicatis testibus ex

80 quibus habentur indicia, quæ secundum quosdam, debent discuti cũ parte, licet quidam negãt. Bal.l.cum de indebito §.1.in fi. ff. de probat. & sic ante publicationem an possit torqueri. Bal.l.milites de quest.priora verò flagitia aggrauant posteriora. Bal.l.3. nu.3.de ord.cog.& pluribus concurrentibus augetur effectus.idem Bal.l.si stipulatus cir. fin.princ.ff.de vsuris. ac diuersorum probationum genera faciunt vnam perfectã si sibi ad inuicem consonant, quia per consonantiam coniunguntur. Bal.l.per hanc, nu.5. in fi.de temp.appell.& dum faciunt vnam perfectã, prosunt. Bal.l.à muneribus, nu.3.C.de decur. alias ex imperfecta nihil resultat perfectũ. Bal.l.iubemus, nu.3.in fi.C.de testam. & ex diuersis constructionibus non fit vna constructio.in l.eos §.Apostolos, post nu.6. C. de appell. Vltimo potest quis torqueri ex vno indicio indubitato, vel multum verisimili. Bal.in add.ad Spec.in tit.de probat.

81 §.3.col.7. Non omitto, quòd non omnia indicia reperiũtur a lege diffinita, sed arbitrio iudicãtis relinquuntur. Gra.in c.reg.ab illo inchoandum, num.11.circa med. resident in pectore iudicis, nam vnumquodque sufficit propter ipsius vehementiã, quandoque non, propter bonam famam inquisiti. Angel.vbi supra.cum Aug.in ver.quæro an vnum indicium.char.224.col.2.& 225.col.1.& 2.gl.1. in l.cum probatio, ff.de probat. Bal.l.quæro

82 §.seruum, de ædil.edi.nam bona fama tollit magnum indicium ad torturã. Gra.dec.62. nu.12. & eius probatione tollitur præsumptio delicti. Bal.l.1.C.locati. sequitur Dec. consi.175.col.fin.post princ. nec parum operatur. idem Dec.consi.189.col.pen.cir.med. & 256.post nu.8.& per eam minuuntur indicia, si qua militant. Alex.consi.14.num.9.& tollit probationes indicatiuas sufficientes ad torturã.idem Alex.consi.89.nu.11.3.vol. & 124.in fi. 6.vol. & dicemus infra. regula-

83 riter requirũtur plura indicia. Ang.in tract. malef. in ver.quod fama publica præcedat, ibi regulariter, char.219.col.1. Iser.hic cir. med. & quodlibet indicium est probandum per duos testes. Bal.d.l.fin.nu.7.fam.ercisc. quando non testificatur de facto principali. idem Bal. l.fin.1.rep.nu.5. quod metus cau. & l.2.nu.3. in fi. quorum appell. non recip.

84 tunc proceditur ad torturã in octo casibus. Gra.in c.regni in accusatis, in princ. vel in omnibus casibus in defectu probationis exceptis à iure expressis. Bal.l.1.in fi.& l.milites, nu.5.C.de quæstio.cum consilio tamen iudicum, & non interposita appellatione, cũ sit actus irretractabilis, in c.reg.44. itẽ caueant Iustitiarij, & seq.nec infertur pro leui delicto, sed pro graui inuestigando. Bal.l.cũ adoptiuum, C.de decur. & si torquetur pro homicidio, debet cõstare de morte interempti, & corpore, in l.si quãdo, nu.2.C.vnde vi. nam regulariter vt crimen puniatur, debet constare de persona offensa. Bald.l.3.nu.13. in fi. C. de accus. alias qui timet ne contra ius ad tormenta ponatur appellat, & tunc confessio inde secuta est ipso iure nulla. Bal. in rub.nu.1.in fi.comm.vel epist. in l.si quis prouocatione, de appell.l.per hanc, nu.17.in fi.de temp.appell.l.pen.post num.1.quorum

85 appell.non recip. si tortus sine indicijs confitetur, & cõstat de cadauere, debet absolui, & postea indicijs præcedentibus torqueri, ac seruatis seruandis condemnari. Marsil. d.pract.crim.§.secunda, per tot.& semel cõpetenter tortus, nõ debet iterum torqueri, nisi superuenerint noua indicia. Bal.d.l.vni. nu.8.in fi.de confess. & l.milites num.4. de quæstio. leuiter autem tortus, non habetur pro torto, & potest repeti. idẽ Bal.l.2.nu.3. cir.med.& 4.in fi.quorum appell.non recip. quæ verò sint tormenta temperata, & quæ effrænata relinquitur conscientiæ iudicis. Bal.d.l.vnica, post nu.9.de confessis, & d.l.2. nu.5. quorum appell. non recip. & si tortus moritur, iudex tenetur, & quãdo non, distingue vt per eundem l.3.in fi. C.ad leg.Iul. de adult.& l.vni.de emend.ser.licet de quacũq; tortura, quã iudex infert dolo malo, tenetur pœna capitis. Bal.l.decuriones. C.de quæst. verũ si non potest torqueri, quia non adsunt indicia, vel probationes, non potest accusator secum esse in tortura. Arno.32.dialogo.

ſed debet abſolui cum facultate iterum in-
quirendi. Ang. vbi ſup. in ver. qui dominus
iudex, ibi, quid ſi ſine. char. 588. col. 2. licet
indicia ſequentia non confirmant torturam
præcedentē. Bal. l. fin. C. de accuſ. ſæpe enim
86 infertur in nocentibus. Abb. c. vniuerſitatis,
nu. 6. cir. med. de ſent. excomm. ſed quando
adſunt præſumptiones legū, dicuntur liqui-
diſſimę probationes. add. 1. ad Spec. §. 2. cir.
fin. d. tit. de præſumpt. & pro enormibus po-
teſt inferri etiam diebus Paſchalibus. Bald.
l. 3. num. 3. de Epiſc. aud. ſed antequam tor-
queatur debet conſtare de maleficio. Bald.
l. 1. §. item illud ad Syllan. & præcedere in-
dicia, quibus non præcedentibus, nec Prin-
ceps poteſt mandare liberum torqueri, & ſi
confitetur, non tenet. Gra. inf. in conſt. pro-
ſequentes, num. 19. & 20. etiam ſi ſit crimen
læſæ Maieſtatis, & ſequatur ratificatio, vel
ſi non tormentis, ſed metu tormentorum
fateatur. Arno. 113. 114. 115. & 117. comm.
quia idem operatur probabilis ſuſpicio tor-
mentorum, quod ipſorum illatio. Bal. l. in-
terpoſitas, nu. 6. in princ. C. de tranſa. vnde
pater, vel filius, qui confitetur propter tor-
turam filij, vel patris dicitur confeſſus in
tormentis, & non ſtatur, niſi perſeueret. Bal.
l. vni. in fi. repet. antiq. C. ſi rector prouinc.
Inde eſt, quod indicia debent præcedere cō-
feſſionem, & ſubſequi perſeuerantia. add. 2.
Bal. ad Spec. in tit. de appell. in fi. & facta ſi-
ne indicijs, & dolo extorta non præiudicat.
add. Bal. in rub. in ver. dolus, de reſcind. vēd.
ita & remiſſio extorta ſub ſpe veniæ nō de-
bet ei nocere. Arno. ſoliloq. 41. contrarium
tamen tenuit commen. 59. vbi etiam, quod
pro extorquenda cōfeſſione poteſt reus ad-
87 duci in loco tormentorum: & an poſſit dene
gare alimenta, vt cōfiteatur. Gra. d. c. ab illo
inchoandum, nu. 16. Quid ſi ratificet, præiu-
dicat, ſecundum Bal. & Salyc. Bart. autem,
quod non, niſi poſitus in libertate iuerit ad
iudicem, & ratificet. Auguſt. ad Ang. in ver.
quod fama publica præcedat. char. 232.
col. 2. & 233. col. 1. & 2. cum aliquo tempo-
ris interuallo. Bal. l. 2. nu. 11. quod met. cau.
ſicut in carcerato dum contrahit. idem Bal.
rub. nu. 4. & 5. de reſcind. vēd. Opòrtet ergo
quod perſeueret in confeſſione penes acta
tacitè, vel expreſsè. Bald. l. 2. C. de cuſtod. &
exhib. reor. ita & qui ſpontè confitetur, dum
confitetur debet eſſe ſine vinculis. Gra. cōſt.
præced. nu. 13. & 14. & hic nu. 22. & d. c. ab
illo inchoandum, nu. 19. Nemo enim eſt qui
ſpontè confiteatur, ſatis eſt quod penes acta
ſpontè reſpondeat, & ita ſeruat conſuetudo.
Bal. l. 2. in princ. quorum appell. non recip.
Et quando reus fatetur, non indigemus di-
ſceptatione. Bald. l. non ignorat, nu. 17. in fi.
de his, qui accuſ. non poſſ. & confeſſio deno-
gatur tum minus aduerſus confeſſionem,
etiam ſi fiat coram tabellione, quia quod fit
coram tabellione, dicitur fieri in iudicio, ac
ſi eſſet coram iudice. Bal. l. a procedente, de
iudicijs. ſim. Ang. in l. cum ſcimus, de agric.
& cenſi. nec reuocari poteſt quādo tranſiuit
in executionē. Bal. l. ſi ille, in princ. nu. 4. de
decur. vel poteſt ante ſententiam reuocari
prætextu erroris. Abb. c. cum cauſam, nu. 3.
de appellat. Spec. tit. de confeſſio. §. fin. poſt
nu. 6. & 7. poſtea nō niſi per iudicem factum
eſſet præceptum de ſoluendo. Abb. c. ex par-
te, nu. 7. de verb. ſign. Mulier auditur ad re-
uocandam confeſſionem quam fecit non
audito arti. Bald. conſ. 450. num. 3. volum. 4.
88 Et quilibet detentus præſumitur deponere
per metum, vnde extorta non præiudicat.
not. in c. cauſam matrimonij, de offic. deleg.
Et ſola confeſſio an ſufficiat ad infligēdum
pœnā corporalem. Bal. l. ſi quis in hoc, nu. 3.
& 4. de Epiſc. & cler. cum ſit quaſi fatuus,
qui contra ſe loquitur. Bal. auth. ſi quando.
nu. 2. de conſt. pecun. etiam quod nemo præ-
ſumatur ita fatuus, quod mentiatur in ſeip-
ſum. Bal. d. l. vni. poſt nu. 10. de confeſſ. inde
Canoniſtę dicunt, quod nemo cogitur crimē
ſuum confiteri in iudicio contentioſo. Bald.
l. 2. §. quod obſeruari, nu. 23. circa med. C. de
89 iureiur. prop. calum. præſti. nam forum con-
ſcientiæ eſt hortatiuum, non arctatiuum.
idem Bald. l. ea quæ, nu. 2. cir. fin. C. de cond.
indeb. ſed indicia coadiuuant confeſſionem
vt appellari non poſſit. Bal. l. cum non ſolū,
§. neceſſitate, poſt nu. 12. de bonis, quæ libe.
quæ tot eſſe poſſunt, quod cōdemnari poſſet
abſq; tortura. Bal. l. milites, nu. 5. C. de quęſt.
90 Quid ſi confitetur cum certa qualitate, an
poſſit aduerſarius acceptare quatenus pro
ſe. Abb. c. pen. nu. 7. & 12. de inſtit. videtur
quod confeſſio qualificata debeat in totum
recipi, vel repelli in totum. idem Abb. c. tua
nos, nu. 7. de ſponſal. nam eſt vna oratio, &
non plura capitula, nec poteſt actor diuide-
re confeſſionem. Bal. l. ſi quidem, nu. 2. circa
med. C. de tranſact. ita contractum debet in
totum acceptare, vel in totum reprobare.
Bal. l. fin. nu. 6. cir. med. C. de neg. geſt. Iudi-
cium defuncti non poteſt acceptari in vna
parte, & in alia non. Bal. l. vnica, nu. 33. poſt
med. C. de his, quæ pene nom. Qui non acce-
ptat verba aduerſarij, non poteſt ſe ex eis
iuuare. Bal. l. 3. in 2. not. C. de repud. vel ab-
ſti. hæred. nec vnicum factum diuidi debet.
Abb. c. quoniam frequenter, nu. 11 cir. med.
vt lite non conteſt. ſicut in inſtrumento, in
c. cum venerabilis, nu. 40. de except. condi-
tione, & legato, quæ non ſciuduntur, l. qui
duobus, de cond. & demonſt. Sed quia con-
fiteri

fiteri quis potest contra,& non pro se. Abb. c.bonæ,lo secũdo,nu.29.cir.princ.de postul. prælat. ideo videtur, quod acceptari possit quod est contra eum, non quod pro eo elidi potest.idem Abb.c.cũ dilecti,nu.6.de accus. potest contra se ponere,& cõfiteri,creditur, nec reuocari potest. Specul.d.tit.de positio. §.fin.post nu.2.5.& 8. Dic, quod in foro iudiciali creditur contra se , & non pro se, in foro pœnitentiali creditur pro se, & contra se. D.Th.quolib.1.art.12. in foro iudiciali aut confessio emanat sub diuersis orationibus , & potest pro parte acceptari , & pro parte non. Abb.c.pen.nu.1.de transact.Bal. l.per seruum,§.1.ff.de vsu,& hab. si capitula sunt in partes distincta,potest vnũ acceptari, & aliud repudiari, secus si sunt connexa. Bal.l.cum respõso.C.de lega.ita reus potest diuidere libellũ actoris , & acceptare quod pro se facit.Bal.l.cũ precam,nu.2.post med. & 3.in fi.de lib.cau. potest approbare factũ, & reprobare qualitatem. Bal.cum addit.ad eum,l.1.num.3.post med.C.de furtis.Inde si debitor inficiatur partem debiti, & partem fatetur, cogitur ad solutionem partis acceptatæ,& pro alia proceditur. Bal.l.quidam, si cer.pet.& fit distinctio,vt per eundem l.2. nu.3.in rep.noua, & antiq. nu.22.de donat. ante nupt.& d.l.vnica,nu.5.in fi.de confess. sicut in exceptione,& libello, in l.si magnũ, de his , qui accus. non poss. alias confessio implicita debet in totum acceptari, vel respui. Bal.l.sicut, vltimo not.& nu.5.in fi.de repud.vel absti.hæred. & qui partem indiuidui renunciat, nihil renunciat.Bal.l.cũ proponas, in fi.de fideicomm.libert. & qui non acceptat verba aduersarij, non potest se ex ipsis iuuare.Bal.l.3.in 2.not.d.tit.de repud.

91 vel absti.hæred. Quid si dicat fecisse ad suã defensionem, an dicatur fateri,vel negare. Bald.l.ne codicillos, in fi.C.de codicillis, & d.l.vni.nu.20.& 21.de confessis. Quid si dicat, non aliter,nec alio modo,vel primo negat, deinde sub conditione opponit, Bal.l.si quid,num.3.& 4.de except.& præscript. vel confessus occidisse hominem, si postea reuocat , & dicit hominem viuere, conuictus de mendacio ex quo mortuus , non auditur si velit dicere,quod non ipse,sed alius interfecit , ita si negat fecisse homicidium , si post probationem factam per testes, confitetur fecisse,sed ad suam defensionem nõ auditur. Bal.auth.contra qui propriam,nu.8.cir.fin. & 10.de non num.pec.& l.1.nu.16. circa fi. C.de furtis. immo posset torqueri, vt deponat simpliciter. Io.Ant.de Nigris in c.regni tormentis,nu.7.& si infamat se propter cruciatum tormenti, peccat. Caiet.ad D.Tho.

92 2.2.q.73.art.2.Si esset minor,probato errore ante sententiam, ipso iure restituitur. gl. fin. l.cum fideicommissum , ff.de confessis. vltra quod eius confessio facta sine tutoris auctoritate,non valet.l.certum,§.fin.eo.tit. de cõfess. nam in iudicio criminali pupillus eget tutore,& adultus curatore,& sine ipsis dictum,vel sententia tenet,quandoque non. Bal.l.clarum,C.de aucto.præstan.& auditur quando pronunciatur esse torquendum , in executione non, nec in iudicijs iuramentum tollit defectum ætatis. Bal.d.l.vnica,nu.26. & 27. de confess. & interrogatur impubes cum leui tortura non ad damnationem, sed instructionem. Bal.l.fin.nu.3.de his,quib.vt indig. Si confitetur publicum crimen in iudicio,an teneat sine curatore.Bal.l.auxiliũ, 1.& 2.rep.§.1.ff.de minor. si est erronea restituitur aduersus confessionem. glo.fin.l.1. C.si minor se maio. dixe. cum fieri debeat cum interuentu curatoris . Abb.c.fin.nu.7.

93 de confess. Vltra quod falsa confessio non immutat veritatem, & ea probata non præiudicat confitenti.l.cum falsa, C.de iuris,& facti ignor. & licet probatio erroris sit difficilis. Alex.cons.90.nu.9.in fi.6.vol. probatur per coniunctos , dum allegatur aliquem viuere. Paris de synd.in ver.tortus, c.7. nu. 13. & 14. vbi tractatur de damno vitando , præsumitur error , probando rem aliter se habere. Bal.cons.1.nu.2.vol.5. ita etiã probatur error . Alex. cons.69.nu.17.5.vol.81. nu.15.& 156.nu.9.cir.fin.6.vol.84. post nu. 12.& 13.& 188.post nu.8.vol.2. vel requiritur quod expresse doceat de errore . idem Alex.cons.172.nu.24.6.vol.quando fuit acceptata. Alex.qui sup.cons.92.nu.26.5.vol. non potest tamen reuocari quãdo est in causa super qua fuit iudicatũ,& sententia transiuit in rem iudicatam. Alex.cons.181.nu.3. vol.6. incontinenti potest reuocari sicut dictum testis.glo.f.cum ibi not.c.scriptum est in Genesi, de electio. l.de ætate, §.ex causa, §.pen.& fin.de interrog.act. Io.And.distinguit in c.1.nu.1.de accus.in vj.c.cũ speciali, §.porro,vbi gl.1.de appell. Intellige quãdo errore facti fuit inductus ad confitendum , secus si errore iuris, not.c.2.de rest.in integ. in vj. tunc ex quo erratur in facto est erronea,& potest reuocari vsque ad sententiam, l.error,& ibi gl.mag.de iuris,& facti ignor. Item vt præiudicet, oportet quod sit facta in scriptis. Spec.tit.de instr.edit.§.9.nu.24. Quid si,vt plerunque fit,vi doloris superati,

94 de se falsa loquuntur,puniunt vt innocẽtes, D.Aug.19.de ciu.Dei c.6.cir.med. grauiter peccant,vt sup.nu.91.in fi. ita quod si mortem patiuntur propter illam confessionem, si saltem in extremo non reuocant,decedūt in peccato mortali. Abb.cap.ex parte, post nu.2.

nu.2. de sepulturis. Spec.tit.de accusat.§.4.
nu.24.cum add.in ver.de inter. vnde excul-
95 patio facta in patibulo an teneat, latè Mar.
pract.crim.§.restat. Gra.cons.1.cir.fi.decis.
74. & hic num. 24. post princ. vsque ad 30.
Et paria sunt aliquid fieri coactè, vel timo-
re coactionis confiteri in tormentis, vel for
midine tormentorum. Bal.l.nouissimè, cir.
princ.& in fi.princ.quod falso tutore aucto.
cum debeat moneri ne ad sugestionem alte
rius illud tam turpe contra se deponat.c.ex
96 literis, de diuor. Propterea in confessione
opus est præsentia, vt videatur quo vultu,
qua trepidatione loquatur. add.ad Spec.in
tit.de procur.col.3.cir.med, nonnulli enim
animorum motus apparent in vultu, & ma-
ximè in oculis. D.August.2.de Gen.contra
Manich.col.22. post princ. & corporis pal-
lor, rubor, & tremor, ac morbus à corpore
causam habet, aliquando ab anima, & cor-
pore, cum humor, vel cibus suffunditur, ab
anima cum timore turbatur. D.Aug.12.de
Genesi ad literam, col.20.cir.med.nam om-
nis, qui alicuius innocentis mortis reus est,
cum eius nomen memoratur, timor cor eius
apprehendit.idem August.in lib.ex vtroque
mixtim, col.77.cir.med. vltra quod effectus
excandescentis animi in faciem, vultumq;
omnes sentiunt, qui intuentur iratú. D.Aug.
præd. lib.de cathechizandis rudibus, col.2,
circa med. ideo iudicis interest considerare
gesta, & vultú sui subditi. Abb.c.significasti,
97 nu.11.circa fin.de foro compet. Verecundia
namque facit etiam ingenuam frõtem falsi
criminis obiectique erubescere, sed erube-
scere non est crimen, si crimen nõ est illius
cui obijcitur, est verò eius, qui obijcit,
D.Aug. qui etiam dicit quid sit opprobriũ,
confusio, & verecundia. Psal.68.ibi concio
secunda, col.4. vnde committitur arbitrio
iudicis, ne territi ducantur ad tormẽta, sed
acta conficiat, prout est veritas, & torti cõ-
ditio timida, vel indurata patitur, de quo
certa diffinitio dari non potest, sed anima
iudicis erit in manicha sua. Gra.hic nu.23.
post med. Verum durius torquentur serui,
quàm liberi. l.propter, in ver.videlicet, ad
Syllan. magis vilis, & abiectæ conditionis,
l.quicunque, de hæret. priuatæ conditionis
homines.l.2.C.de off.mil.iud.quam quidam
alij, qui torqueri non debent. Luc.l.omnes,
98 col.3.circa med.de decur. Vnde confessioni
statim non statur in criminalibus, quia etiã
quod mori vult defendi debet, nec confessio
rei haberi debet pro exploratis facinoribus.
gl.magna l.vnica, post princ.d.tit.de confe.
non debet tamen prius defendi, quàm accu-
sari. D. August.in breuiculo tertij diei, col-
lationis cum Donat. col.20.cir.med. sed in

excutienda veritate vox ipsa, vt sup. & co-
gnitoris subtilis diligentia affert, qua quis
constantia, quaque trepidatione, vel cuius
æstimationis quisque in sua ciuitate est.
Gra.in c.reg.tormenta, post med. vnde solæ
confessioni in tormentis absque alijs pro-
bationibus non statur. glo.pen.l.2.quorum
appell.nõ recip.nam indeliberatè, propere,
vel causa tormentorum facta confessio, non
præiudicat. Abb.c.cum venerabilis, nu.12.
cir.med.de except.c.ex literis, nu.10. de di-
uortijs, c.2.nu.2.de præsump.& erronea sæ-
pius facta, potest reuocari. Bald.l.vnica in
princ.C.de errore calcu.vsque ad sententiã,
& in causa appellationis, & probare cõtra-
rium, l.1.& fi.cum ibi not.C.de erro.aduoc.
vel potest antequam deueniat ad extraneos
actus. Bal.cons.38.4.vol. & si reuocatur, an
illa reuocatio proficiat quoad alios, maxi-
me, quando causa inimicitiæ fuit facta no-
minatio. Gra.decis.56.post nu.10.& 11.& si
spontanea, non valet, multo magis facta in
tormentis. l.nec si volens, vbi Bal.C.de lib.
cau. etiam quod sit iurata, recipit excusa-
tionem, & expositioné. Abb.c.cum dilecti,
num.4.de accus.licet confessio tam formis,
quàm informis facta in iudicio tenet. Bald.
l.si duo, §.si quis, cir.fiu.ff.de iureiur.& con-
fessus in iudicio informiter, & sine causa
habetur pro condemnato.d.l.vni.de confess.
99 Verum si potest retorqueri in bonum, & in
malum, si prima fronte sonat in malum, de-
bet fieri interpretatio in malam partem, &
contra confitentem. Abb.cap.cum dilecti,
num.5. & 10. de accusat. Si fit incidenter,
non præiudicat confitenti, sed oportet quod
cõfiteatur principaliter propter illud. Abb.
cap.inter dilectos, nu.6. de donatio. sed va-
let ad iudicem instruendum, vt possit for-
mare inquisitionem, & eam probare per
confessionem, non vt ex ea sola damnetur,
cum super hoc nõ sit fundata instantia. Bal.
l.pen.C.de cond.ob turp.cau. vel principa-
liter facta propter aliud, nulliũ sortitur effe-
ctum. Bal.in sim.auth.nouo iure, in fi.de pœ-
na iud.qui malè iud. illo modo crimen con-
fessatum in iudicio per viam exceptionis, si
est ciuile, non est puniendum. Abb.c.cum su-
per quæstione, nu.8.de concess.præb. & de-
bet durare in ea, vt ex ea cõdemnetur. Gra.
inf.in const.humanitate, nu.28. circa med.
Extraiudicialis verò non probat in crimi-
nalibus: quid in ciuilibus, Bald.l.quoniam,
1.rep.in fi.& 2. de his, qui not.infa. Quid in
positione, vel responsione ad positionem, an
possit reuocari. glo.pro, & contra, c.fin. in
ver.iuste.cir.med.de iureiur.in vj. distingue
vt in l.2.cũ ibi not.de confess. facilius enim
fiunt confessiones, quam testium productio-
nes.

nes. Spec. tit. de positio. §. 2. nu. 3. & qui dicit errasse, oportet probare iustum errorē. Gra. decis. 72. nu. 2. & 4. Boer. decis. 89. circa fin. Aug. ad Ang. de malef. in ver. comparuerunt dicti inquisiti, char. 630. col. 1. circa med.

100 Et confessus si reuocauit, & probauit contrariū, debet quæstio repeti. Affl. hic 14. not. post nu. 62. & 63. Aug. vbi supra in ver. comparuerunt inquisiti, quia licet reuocetur, remanet semiplena probatio, & nisi reuocās probet cōtrarium, compellitur perseuerare in confessione per repetitionem tormentorum. Bal. l. 3. nu. 5. circa med. de reb. cred. & iureiur. quorum repetitio est in potestate iudicis. Bal. l. 2. nu. 11. cir. fin. quod metus cau. Quid si non dixit, confiteor, sed volo confiteri. Bal. d. l. vni. nu. 11. de confess. vel negat qualitatem, an puniatur ac si totū negasset. Bal. l. ea quæ, nu. 8. vsque in fi. vbi ponit. sim. C. de cond. indeb. Quid in ciuilibus, & causa appellationis. Ang. vbi sup. in ver. cōparuerunt dicti inquisiti, char. 671. & seq. Multos casus in quibus non potest reuocare ponit Affl. cōst. præced. nu. 27. & 28. Aug. in d. ver. cōparuerunt dicti inquisiti. char. 672. & 677.

101 Quid si confiteatur coram non suo iudice, an noceat, Bal. l. magistratibus, de iurisdict. omn. iud. nō valet, quando iudex est penitus incompetens, pnta si confitetur clericus coram laico. Dec. conf. 150. col. 3. cir. med. post nu. 6. Affl. hic nu. 46. & 47. & const. præced. post num. 27. latè Cap. decis. 179. tunc licet confessio faciat notorium, iudex non potest punire, sed dicitur grauare qualitercunque procedat. l. magisterie, vbi Bal. de iurisdict. omn. iud. debet tamen remitti ad superiorē iurisdictionem habentem. Bal. l. ex diui, ibi sufficit, nu. 2. C. locati, qui confessionem coram alio factam exequitur. Quid si postea scit esse clericum, & facit confiteri eum esse laicum, Bal. d. l. vni. in fi. & nu. 18. C. de conf. vel secundum Iser. hic, & cōmuniter cogitur persistere in confessione facta coram incompetente. Ang. vbi supra char. 617. col. 1. cir. med. & 645. col. 1. cir. fin. & 2. Bal. l. clarum, in fi. C. de auct. præst. non tamen valet vt ex ea cōdemnari possit, maxime si tractus fuit inuitus. Alex. conf. 13. nu. 10. 1. vol. in dubio potius est præsumendum contra confitentē, quam contra iudicem. Bal. d. l. vnica, nu. 10. cir. fin. de confess. etiam quod non valeat, vt extraiudicialis. Alex. conf. 30. num. 3. vol. 7. quando coram iudice incompetēte, valeret coram alio iudice, l. cum fideicommissum, in ver. competit, ff. de confess. adeo quod clericus per actitata in curia secnlari non conuincitur, & licitum est variare ex quo non tenet confessio. Bald. conf. 410. post num. 2. vol. 2. nam vt præiudicet, considerat tripli-cem forum. Ant. de But. c. quæris, post nu. 8. de æta. & qualit. Confessus, & absolutus an possit pro illa confessione alibi conueniri. Boer. decis. 89. nu. 8. Confessus in iudicio an possit condemnari non formata inquisitione, Bal. d. l. vni. nu. 16. de confess. & sic ex sola confessione quis damnatur, quandoque non. Bal. addit. vlt. ad Spec. tit. de confessio.

102 col. 1. cir. fin. Communiter quis non damnatur ad mortem, nisi spontè confessus, vel in facinore deprehensus, testibus, vel argumentis cōuictus, vt vix ipse negare audeat. Abb. c. 2. post nu. 3. de sent. & re iud. vel sufficit, quod sit conuictus per testes concordes, etiā quod nō sit confessus. l. qui sentētia, vbi Bal. C. de pœnis. & sic confessus propriè non dicitur conuictus, nam ponuntur vt diuersa, & cōfitendo videtur seipsum prodere. Abb. c. at si clerici, num. 4. de iudicijs. & de seipso confitendo efficitur vilis. idem Abb. cap. 2. nu. 44. cir. med. de ord. cog. Quādo delictum est notorium, vt in capto in fraganti, statim absque alia sententia mitrantur, & fustigantur. Abb. c. fin. nu. 18. de confess. Et testibus conuictus, & argumenris superatus, non appellat, sicut confessus. Abb. c. cum speciali, §. porro, 1. nor. & post nu. 5. de appellat. vel appellat tam in causa ciuili, quā criminali, & potest corrigere errorem. Spec. tit. præd. de cōfess. §. fin. nu. 8. 9. & 10. & vbi confessio non habet sua substantialia, potest subijci torturæ. Abb. c. olim ex lireris, nu. 9. cir. fin. de rescript. quia facit indiciū, & ex indicijs sicut ex dicto vnius testis, torquetur. Abbas c. at si clerici, nu. 14. de iud. quia duo testes faciunt plenam, vnus semiplenam: vnde dicitur quis cōuictus plenè, quandoque semiplenè. Bal. l. si quis, ad leg. Iul. Maiest. fama sola non sufficit, quia aliud est dici, aliud est esse. Bal. l. si exceptio, nu. 2. in fi. C. si cer. pet. sufficeret tamen ad matrimoniū impediendum: si est vnus testis cum fama, an sufficiat ad probandum adulterium, & quid in ciuilibus. Gra. in c. reg. tormentis, num. 2. 3. & 4. & per eam quod inordinatè est factum, non roboratur. Bal. l. vt debitum, circa fin. C. de

103 hæred. act. Quid autē sit fama, & quotuplex, Bal. l. 1. C. ex quib. cau. infa. irrog. si est bona, multum prodest ad excludendam præsumptionem delictorum, maximè enormium. Bal. d. conf. 410. nu. 5. cir. med. 2. vol. & quomodo probatur, Io. Ant. de Nigr. d. c. regni constitutionem diuæ memoriæ, num. 7. vnde melius est nomē bonum, quām diuitiæ multæ, Prou. 22. Fama præponderat emolumēto pecuniario. l. si duabus, de reg. iuris. & qui negligunt bonam famā, sunt reprehendendi. c. non sunt audiendi, 11. q. 3. Malum nomen, & malam famam habere est turpe. Bald. l. 1.

post

post num. 10. C. de leg. Caueat itaque vnusquisque ab infantia, nam bona fama est thesaurus hominis inæstimabilis, & sicut lilium dat suauitatē odoris. Bal. d. l. vni. nu. 9. in fi. de confess. Et si aliquādo fuit malæ, & nunc bonæ, macula præterita nunc non existens, non denominat quem maculatum. idē Bal. l. 1. in fi. C. locati, quia vna præsumptio paris potentiæ destruit aliam. Bald. auth. sed iam necesse, repe. antiq. post nu. 2. de donat. ante nupt. Verum bona fama etiam quod tollat indicia quantumuis vrgentia contra inquisitum, vel accusatum, non tamen habet locum quando testes fuerunt examinati generaliter super bona fama, & secundi examinati specialiter super maleficio, & indicijs ipsius, quia deponentes pro reo, non tollunt indicia specialia homicidij. Arno. soliloquio 37. alias si bona est probata contra malam, magis statur bonæ, quia cum ea concurrit præsumptio naturalis. Bald. cons. 79. num. 2. volum. 5. vel inspicitur illa, quæ est tempore tormentorum. Bal. l. is potest, de acq. hæred. Vltimus status consideratur, & fama mala
104 præcedentium delictorum non sufficeret, si post delicta per triennium bene vixit. §. sancimus, auth. de monachis. Imo c. eum deputati, de iudic. Gra. d. c. tormentis. post nu. 5. & 6. Et per Sacerdotes probatur mutatio, c. testimonium, in ver. in hoc, circa princ. de testi. & c. 1. in ver. innocentes, in fi. de excep. de ista conuersione laudabili post delictum, c. 1. & fin. de eo qui ord. fur. suscep. Quamuis bonum præcedens, non excuset malum sequens, nec bonum sequens purget malum præcedens. gl. 2. c. vndecunque, 56. dist. & solet etiā de bonis mala fama mētiri. D. Aug. 3. contra Crescen. Gramm. col. 10. in princ. Vnde quando non sufficiunt indicia, debet plenè probari. Bal. l. Lucius, 2. repet. in fi. de
105 his qui not. infa. Et propter qualitatem personæ, & frequentiam actuum, si indici videbitur, potest deueniri ad torturam. Bal. l. 2. in fi. C. de furtis, & vrgētibus indicijs, debet intantum torqueri, quod confiteatur, & ita seruat consuetudo. Bal. d. l. vni. num. 26. in fi. de confess. & tamdiu torquetur, quādin negat. D. August. Psal. 90. ibi commemoratio, col. 2. in fi. Inquisitus tamen appellat à comminata tortura, & interim supersedetur. Gra. c. reg. subiungendo, num. 2. & c. si iustè. quis appellauerit, nu. 1. & 4. Arno. dialo. 92. Et si de facto iudex facit aliquem torqueri, nō punitur simili tortura, sed tenetur actione iniuriarum pro motu iudicis puniendus. Bal. in rub. nu. 7. de pœna iud. qui male iud. vel lege Iulia de vi publica. Gra. in c. regni item quod in cognitionibus, nu. 1. & pœna priuati carceris, in c. terreris, cir. fin. & d. c. si quis iustè appellauerit, nu. 2. Arno. in 72. epitom. Seruat Magna Curia, quòd statim
106 quod incipit constare de delicto, etiam per vnum testem detinetur inquisitus, non expectata publicatione, qua facta, si datur repulsa, quia per eam quodammodo fatetur contra eum fuisse probatum, deuenitur ad torturam: nam testes repulsati licet non sufficiant ad condemnationem, sufficiunt ad torturam. glo. l. fin. C. de his, quib. vt indig. nisi sit ex capite inimicitiæ, quia tunc nec faciunt indicium ad torturam. Bal. cons. 138. 3. vol. quæ datur elapsis omnibus dilationibus, ante tamen conclusionem est species probationis, & facta ratificatione, conclusione, vel alio actu, fert sententiam. Gra. d. c. reg. ab illo inchoandum, nu. 10. vsque ad 15. De iure cōmuni iudex si procedit ad capturam absque indicijs, non cadit in pœnam. Bal. l. si certus, ad Syllania. & l. 2. de his, qui latro. iure ipso per vnum testem cum fama detinetur, vt in ritu Mag. Curiæ item si accusator, sub rub. detinetur inquisitus. & C.
107 Arno. 97. differētia vtriusque iuris. Conclusio autem non fit in causa criminali, verum postquam est publicatum in causa, antequā deueniatur in causa ad condemnationē, vel liberationem, fit citatio instāte fisco, vel inquisito ad dicendum, & talis citatio habet vim conclusionis, & ita semper seruauit, & seruat Magna Curia, & Sacrum Consilium. Gra. d. c. ab illo inchoandum, nu. 15. Et etiā facta publicatione recipiuntur testes, sed nō ad offensam, nisi super nouis capitulis. Ar-
108 no. 142. comm. Quid si in confinio duarum villarū fiat rapina. Spec. tit. de raptor. nu. 2. Ang. vbi sup. in ver. necnon ad denunciam, vbi Aug. char. 158. col. 1. & 2. & sic in loco, qui medianus dicitur. Bal. l. 1. C. vbi de cri. agi oport. In via, siue loco cōmuni quælibet tenetur insolidum, sed vna soluente, liberantur. Bal. l. si plures, nu. 15. de cond. infer. Affl. hic nu. 23. & 24. vbi etiam quis cognoscit, sicut si quis in territorio mādauit aliquem occidi extra territorium, & ita est executū, cognoscitur in loco delicti, si adest statutū, vel consuetudo, quod non possit inquiri de delicto cōmisso extra territorium. Bal. l. fin. cir. fin. si à non compet. iud. vel cum balista interfecit hominem, nō inspicitur locus vbi tetendit arcum, sed vbi vulnerauit. Bal. cōs. 154. post nu. 1. vol. 1. Ita stans in vno territorio, arcu, vel lapide percussit stantem in alio territorio, seu stans citra flumen, proijcit lapidem, vel sagittam vltra, & occidit hominem, quis cognoscit, Bald. l. vni. vbi de poss. agi opor. Lucas l. 3. col. 2. cir. fin. & 3. in princ. de cur. publ. cum sagittans improuidè occidendo hominem, peccet: & si proij-

ciendo

ciendo lapidē, intendit facere homicidium, reus est homicidij. D.Thom. 1.2.q.19.art.8. & q.72.art.9. vbi Caiet. ita delictum initiatum in territorio, & consumatum extra territoriū, punitur in territorio. Bal.l.2.nn.3.
109 de eunnchis. Vnde si reperitur occisus in territorio alicuius, & non constat si ibi, vel alibi fuit mortuus, an possit cōdemnari. Bal. l. item Mela, 2.rep. in fi.princ. ad leg. Aquil. Si inuentum est cadauer in flumine, tenetur vniuersitas in cuius parte inuentū est. Cap. in sua inuest. in ver. feudorum clausulæ, ibi fluminibus, ver. flumen, circa fin. & tenetur vbi reperitur pars corporis cū capite. Affl. hic nu.22. vel in cuius territorio repertum est caput. Frecc. de subfeu. lib.2. quis dica-
110 tur Comes, nu.49. post med. quia caput est honorabilius membrū, quod sit in corpore, & illud membra sequuntur, non econtra. Abb. c. cum non liceat, 2.not. de præscript. in eo manifestatur principiū animalis vitæ, & vigent omnes sensus interiores, & exteriores. D.Th.3.par. de Sacram. q.7. alias 66. art.7. in summitate ipsius est locus rationis, & dicitur virtus cogitatiua, & est nobilius fronte, vbi est locus imaginatiuę virtutis. d.par. q.13. alias 72. art.11. in eo anima videndo sentit, audiendo, & gustando, in cæteris membris tangendo tantum, ideo capiti cuncta subiecta sunt. D.Aug. in lib. de agone Christiano, col.13. post med. Vnde dicitur caput, quia cunctos corporis sensus capit. Luc. l. cū antea, de agric. & censi. in eo enim sunt quatuor perfectiones, nam vigent in eo omnes sensus: adest sublimitas, ex quo superius est omnibus membris: & per influentiam, quia influit cæteris membris, sensum, & motum: vltimo inuenitur in eo conformitas naturæ ad cætera membra. D.Thom. ad Corinth.1.c.11. in princ. col.3. cir. med. est primum in corpore dignitate plenitudine sensuum, & sensus influxit. idem D.Tho. 1. ad Colossen.1. ibi, Et ipse est caput. col.1.
111 post med. Ideo insignium honoris coronatur caput. Bal. l. athletæ, in princ. de excus. tuto. nam vbi est mens hominis, ibi est homo, & vbi non est mens, nihil est. Bal. l. si à reo, §. si à furioso, de fideiusso. adest facies, qua quisque cognoscitur. D.Aug.1. de serm. Domini in monte, col.36. circa fin. dixi latè supra in proœ. Vnde locus ille efficitur sacer vbi sepultum est caput. l. cū in diuersis, ff. de relig. & sumpt. fun. Vbi est caput Sancti, ibi debet celebrari festū principale illius Sancti. Affl. supra in const. terminum vitæ, post num.47. nā vnusquisque maximè est, quod in eo melius est. D.Th.4. tertij noct. Quemadmodum desiderat, ibi, In voce exultationis, col.2. circa med. Verum licet caput sit principalius membrū, tamen sicut membra tenentur capiti in officio suo, ita caput membris in suo. idem D.Th.3.par. de Sacram. q.95. alias 64. art.3. Corpus enim retinet vestigium hominis. Præpo. §. ad hæc, de pace iuram. firma. Quid si corpus non apparet, quia est exiccatum, vel proiectum in mare. Bal. ad Spec. in tit. de sententia. col.16. Gra. const. præced. post nn.8. procedit accusatio pro occiso, cuius nomen ignoratur. Bal. l. si cū exceptione §. in hac, post med. ff. quod met. cau. Si reperitur homo mortuus in strata, vel furtū commissum in apotheca, potest iudex generaliter inquirere ex officio, & non contra certā personam: verum si in illa inquisitione nominatur aliqui, potest principaliter procedi contra illos, quia processus in generali inquisitione, nō facit fidem in speciali, ex quo pars non fuit citata. Abb. c. bonæ memoriæ, post num.5. de elect. & si nescitur à quo, qui fugit ne veritas inquiratur, videtur quodāmodo cōfiteri. Bal. l. de crimine, C. de adult. Vnde nō licet aliquem à tortura subtrahere, nec facere quod veritas non possit apparere. Bald. l. quicunque, circa fin. de malef. & mathematicus præsumitur contra inimicū, & ex hoc tormētis subijceretur. Spec. in tit. de præsumpt. §.2. num.8. & sic per tormenta præcedentibus indicijs extorquetur confessio. Bal. l.1. nu.10. in fi. quomo. & quan. iud. Nec sequitur, fuit à latronibus interfectus, ergo & disrobatus, quia potest esse vnū sine alio. not. in l.1. C. depositi. Insuper si pro quolibet delicto non denunciato villa tenetur in centum, si populus occidit vnum, an sit vnū, vel plura maleficia. Bal. l. si familia, 2.repet. col.2. in princ. de iurisd. omn. iudic.
112 Et quando ignoratur, si syndicus non potest denunciare malefactorem, an debeat denunciare maleficium. Bald. l. si cum exceptione, 3.rep. post nu.2. quod met. cau. & denunciat eo modo quo sciit. l.1. §. potest, de noui oper. nunc. Et si fuit in loco communi, denunciat syndicus vtriusque vniuersitatis. Bald. d.l. si plures, nu.15. de cond. inser. vt non puniatur de negligentia, & tenetur denunciare, sed non appellare. l. in cognitione, & l. propter, §. præsidis, ad Syllan. & si ab alio prius, & minus plenè, tenetur assistere, & instruere. Bal. l. sororem, ff. de his, quib. vt indig. Et si tenetur infra certum tempus denunciare, denunciando tanquam priuatus, factus syndicus non tenetur. idem Bal. l. si quis hæres, de iniusto, rup. & irri. testa. & currit tempus à die quo sciuit, vel scire potuit, nam quæ scire non potuit, non tenetur denunciare, sicut maleficia, quæ nō possunt vllo teste probari. Bal. l.1. §. occisorum, in princ. ad Syllan. & l. tutor, in princ. de iureiuran. adeo quod qui

defert,

desert, & non probat, non consequitur præmium, ita si probatum est per indicia, & deuentum est ad torturam, vel falso probauit. Bal.l.1. C.quib.ex cau.ser. pro præm.liber. accep.
113 Potest tamen dari guidagium, vt tutè ducatur per territoriū alterius: nec peccat rusticus recipiendo aliquid, vt tutum ducat transeuntem, secus in dominis territoriorum, qui tenentur custodire suum territorium. Abb.c.super quibusdam, nu.7.de verb. sign. Et tenetur vniuersitas, si non exhibet malefactorem, limita vt per Baldum d.l.1. §.occisorum, circa med.ad Syllan. & tenetur in totum in onere vniuersorum, non in onere singulorū. Bal.l.ab omnibus, in princ. de leg. 1.
114 Fit autem emenda homicidij, & damni clandestini, vt per Honorium in suis cap. secundum numerum focularioruum, vel qualitatem occisi. Et tenentur ciues non in capita, sed pro modo patrimonij, secundum numerum focularioruum. Gra.hic nu.5.13. circa med.21. & 41. etiam eorum, qui non contribuunt, vt sunt clerici. idem Gra.d.c. clandestinis absentes, & alij, quibus culpa imputari non potest. Dec. cons. 64. col. 4. Sacerdotes, pupilli, & alij miserabiles, qui sub vniuersitate côtinentur. Gra.hic nu.20. post med. tunc isti exempti habentur ac si non essent in rerum natura. Bal.d.l.ab omnibus, de leg.1. sed tantum tenentur qui habitabant tēpore damni dati. Alex.cons.114. post num. 12. & 18. 4.vol. Et si disrobatus est vnus de villa, ipse contribuit cum alijs. Bald.d.l.ab omnibus, §.si Titio. sicut si fit iactus causa leuandæ nauis, ipse contribuet pro iactu suarum rerum.glo.fin.l.1.vbi Bal. & l.2.circa fin.princ. ad leg.Rhod.de iactu. simi. Gra. constit.præcedenti, num.5. & 6. Verum per c. R. Roberti est iniunctum, quod medietatem soluat vniuersitas, & aliā dominus terræ. Ioan.Ant.de Nig.in c.regni item statuimus, quod vniuersitates locorū, & in c.præsidentis incumbit officio. Intellige prædicta, nisi occisus esset bannitus, nam qui tenetur capere homicidam, non intelligitur de eo qui occidit bannitum.Bald. l.3.§.si tamen, ad Syllan. nec de clerico malefactore, cuiusque conditionis. Barb.inter cons.Alex.125.nu.7. & post nu.8.135.nu.8. 4.volum. Vltra quod pœna est secundum qualitatem personarum, vt in textu in fine: nam maius peccatum est occidere iustum, quam peccatorem. Arch. c.si habes, circa med. 24.quæst.3. magis fidelem, quàm infidelem. Abb. c.1. 3.not. de conuers.infidel.
115 Nam homines sumus, sed spe Angeli, quibus æquales in resurrectione futuri sumus. D.August. 2. de Baptismo contra Donatist. col. 6. circa med. Vel non conuertimur in bonos Angelos, sed trāsferemur in gloriam Angelorum: & sic non omnes, sed quidam assumentur ad ordines Angelorum. D.Tho. 1.par.q.108.art.8.ibi tertium, de maiori. in append.& Caie.in fi.& licèt eadem sit mensura hominis, & Angeli, ita quod quidam Angeli quibusdam hominibus, & quidam homines quibusdam Angelis potiores inueniuntur, ambo creati à Deo, sed non ex Dei substantia: pariter ordinati ad gratiam, & beatitudinem. Sed quantum ad naturam Angelus melior est homine, & anima differt secundum speciem ab Angelo: Sanctis promittitur æqualitas Angelorum. D. Thom. vbi supra 1.parte, quæst.20. art.4.quæst.61. art.5.& 6. in appendice, in fi. ad 8.& q.75. art. 7.
1 ON SINE] ius naturale prodijt cũ homine, postea lex data est per Moysen, & alios Prophetas, demũ successit Euangelium: & quia natura prona est ad malum, inuenta sunt humana iura. Spec. tit. de libello. conceptio. in princ. cumq; nulla lex ab initio in republica promulgata sit, quæ sufficiat. auth. quib. modis natu. effic. leg. in princ. & impossibile est singula ad minimum vsque comprehendere, necesse est vt generaliter scribantur, & quæ aguntur particularia sunt. Philosophus 3. Politic. 6. vnde certi habuerunt potestatẽ legis condendæ, vt populus, plebs, & alij, qui habuerunt à populo immediatè, vel per aliquod medium, populus verò sanciebat Senatorio magistratu interrogãte. §. lex est, inst. de iure natur. gent. & ciui. sed quia populus cœpit esse maximus, & congregatione difficilis, Bal. l. 2. ibi deinde, lo terzo, de orig. iur. legem cõdere pertinebat ad multitudinem, vel ad personam publicam, quæ totius multitudinis curam haberet. D. Tho. 1. 2. q. 90. art. 3. & solus constitutus est Imperator per quem necesse est reipublicæ consuli, cui datum est, vt quodcunque statuerit, ratum sit. Abb. c. 2. nu. 13. circa med. de immu. eccl. & plenitudinẽ habeat potestatis. c. cum ex eo. de pœnit. & remiss. nec duos fuisse simul Augustos ante Marci Aurelij Imperatoris tempora auditum fuit. Foller. hic nu. 3. circa fi. Prætor autem nunquam talem potestatem habuit, sed tantum reddendi ius, nam cum esset in iure duricies, & magnus defectus, pro suo munere explicando proponebat edictum, sicut hodie potestates terrarum emanant banna, & isto modo supplebat, quod non erat tractatum in iure, vel quod tractatum erat adiuuabat. Iurisconsulti verò qui habuerunt ab Imperatore auctoritatẽ iura interpretandi, dicta eorum cum expositionibus fuerunt posita in compilatione huius iuris. Bal. in rub. in princ. qui admitti. illius aucto-

auctoritate freti, l.vni.cir.med.de emenda.
C.domi. iusti. cui lege Regia à populo data
est potestas,vt in textu,qui diuiditur secun-
2 dum Foll.& sum.vt per Affl.& dicit [Non]
ista dictio præposita signo vniuersali, æqui-
pollet particulari negatiuè,secus si postpo-
natur.Bal.l.1.nu.2.quomo.& quando iudex,
sed posita in principio legis, vt hic, quid
operetur,idem Bald.l.fin.nu.3.cir.med.& 4.
C.de in integ.rest. [Sine Grandi] infra in
const.grandis. [Consilio] approbante,&
disponente. Abb.in fin.c.licet, de vitanda,
3 2.not.de elect. Est autē consilium inquisitio
quædam, ex quibusdam ad alia procedens.
D.Th.2.2.q.49.art.5. & dicitur quasi consi-
dium,eo quod multi confident ad simul con
ferendum,& importat collationē inter plu-
res habitā. idem D.Th.1.2.q.14.art.3. nam
cum non possint sufficienter omnia ab vno
homine considerari. idem 2.2.q.49. art.3.
in arduis consilium, & fortitudo locum ha-
bent, 1.2.q.68.art.7. inquisitio enim ratio-
nis est necessaria ante iudicium de eligēdis,
ista inquisitio consilium vocatur, & non est
de fine,sed de his, quæ sunt ad finem, & non
solum de his, quæ aguntur, sed de his, quæ
ordinātur ad operationes, propter hoc fieri
dicitur consultatio de futuris euentibus,in-
quantum per futuros euentus cognitos, di-
rigitur ad aliquid faciendum, vel vitādum.
D.Tho.præd.d.q.14.art.1. & 2. prouenit ex
animi prouidentia, attribuitur alicui, nec
fundatur super incerto. Bal.l.de quibus,nu.
17.cir.fin.ff.de leg. [Et Deliberatione]
alibi digestione.i.deliberatione. gl.l.vnica,
in ver.digestione,de iust. c.confirma. Inde
4 est, quod relectio est signum magnæ delibe-
rationis. Bal.in rub.num.10.de nono C.fac.
& quæ deliberatè fiunt,magnum sortiuntur
effectum. Bal.l.quid ergo,§.quantum,de his
qui not.infa.[Perpensa] l.placet,de sacros.
eccl. alibi consilio perpenso, sup.const. post
mundi machinā.licet locus,& tempus quan
doque non patiuntur plenius deliberari.l.1.
5 in fi.princ. de exercito. & qui plenè delibe-
rare non potuit,facilius errare præsumitur,
quàm qui consultè respondit. Bal.ea.l.1. de
exercito.nam velox consilium sequitur pœ-
nitentia. Abb.c.ad Apostolicam, post nu.3.
de regul. nec tempus patitur aliquando de-
liberare,& consiliū capere.Io.And.ad Spec.
tit.de oblig.& solut.§.4. in ver.exercitoriā.
[Condendae Legis Ius, Et Imperium]
auctoritatem.l.2.in gl.de adoptio.vel pote-
statem,quā nos imperium appellamus. Bal.
l.2.in fi. si à non comp.iud. [In Romanum
Principem] .i.Imperatorem,in proœ.inst.
6 in princ. [Lege Regia] quæ de imperio la-
ta est. Bal.l.2.nu.4.in fi.C.de adoptio. & in

rub.post nu.12.& 13.de iure fisci,lib.10. quā
non habemus.gl.§.sed quod Principi,inst.de
iure natu.gent.& ciui.sed de ea meminit gl.
l.1.de const.Princ.l.more majorū, de iurisd.
omn.iud. & l.2.de mortuo infer. Foller.hic
nu.2. & dic antiqua lege,quæ Regia nuncu-
pabatur.l.1. post med.de veteri iure enucle.
[Transtulere] per modum abdicationis,
adeo quod reuocari non posset nisi ex causa.
Iser.& Affl.hic nu.4. puta quia abuteretur,
& posset deficiente magistratu creare alium
donec Rex prouideret. Folle.hic nu.13.cum
hæc potestas Imperialis, vel Regia in suc-
cessorem transferatur. idem Foller.hic post
nu.3.& in fi. De potestate Regia diuersa se-
cundum diuersitatem regnorū, & si expedit
à Rege gubernari, Arist.3.Politic.10.& 11.
vbi etiā quod ob hoc ab initio forte reper-
tus est Rex,quod difficile erat plures excel-
lenti virtute reperiri posse, cum contingit
plures esse paris virtutis, non tolerauerunt
Reges, sed respublicas constituerunt, nunc
summa potentia in regimine multitudinis
est potētia Principis.Nico.de Nyse tract.2.
par.3.ibi tertio quæritur, post med. [Qui-
7 rites] .i. Romani, qui, vnde, & quare sic
dicātur.Abb.c.2.nu.6.de conuers.infid. Bal.
l.1.cum add.ad eum, C.de vsucap.transfor.
Romulus enim propter beneuolentiam ci-
uium, velut receptus in cœlum, Quirinus
postea est nominatus, adeo quod tres habe-
bat flamines tribus numinibus institutos,
Ditalem Ioui, Martialem Marti, & Quiri-
nalem Romulo. D.Aug.2.de ciui.Dei,c.15.
8 & fuit Romulus inter Deos relatus, propter
defectum Solis in eius interitu, quod casu
accidit,& in fine Lunæ contingit,sicut reue
ra factum est cū Dominus noster crucifixus
fuit. idem D.Aug.3.eiusdem c.15. inde ius
Quiritum. l.1.§.1.vbi Bald.ff.de rei vendic.
idest Romanorum. Abb.c.illud quoque,nu.
9 10. in princ.de præsumptio. quorum multa
præclara laudantur, & literarum memoria
celebrantur. D.Aug.vbi sup.2.de ciuit.Dei,
c.2. tantæ enim continentiæ fuerunt,vt etiā
oblata munera refutarent, bonam famam
diuitias reputantes, virtutem voluptatibus
præponentes. idem D.Aug. lib.quæstionum
ex vtroque mixtim,col.85.circa med.laudis
auidi, pecunia liberales, gloriam ingentem
diuitias honestas volebant. præd. Aug.5.de
ciuit.Dei, c.12. [Vt] si quid contingerit,
Augustum imploraretur remediū. l.2. §.sed
quia,de vet.iure enucl. vel vt his, quæ suffi-
cienter tradita sunt vtantur,& quę deficiūt,
reperire conetur. Arist.7.Polit.10. [Ab Eo-
dem, Qui Commisso Sibi Caesareae
Fortunae Fastigio] per adoptionem, &
Imperij successionē, declarat Foll.hic nu.3.
vel

vel Cæſareæ fortunæ habet ſuffragium, ideſt
publicas functiones. Affl. hic circa princ. de
faſtigio meminit conſt. cum circa, & c. reg.
ad regale faſtigium. [Per Potentiam Po-
10 pvlis.] gens, & populus ſunt ſynonima,
quod homines faciunt populum, turbam,
plebem, cœtũ, familiam, collegium, & con-
gregationem. Abb. c. 1. nu. 5. & 7. de electio.
[Imperabat] prout imperat, nam Impe-
rator erat ſicut hodie. Baldus l. de quibus,
1. rep. in princ. nu. 6. ff. de leg. [Prodiret]
procederet. Affl. hic poſt princ. alibi expo-
nitur manifeſtaret. Bald. l. excipiuntur, ad
Syllan. [Origo Ivstitiae, A Qvo Eivs-
dem Defensio Procedebat] ratum ha-
bendo iudicium, quod ſecundum ſuã legem
iudex ſuus contra ipſum iudicaret. Affl. hic
nu. 3. quia Imperator non debet eſſe perdo-
minans, ſed reipublicæ conſul. Bald. l. 2. in
ver. nouiſſime, de orig. iuris. & regimen fuit
in eum tranſlatum ad regendum, non ad de-
ſtruendum. idem Bald. l. vnica, in princ. de
off. præfe. præto. [Ideoqve] & ideo, & ponit
illationem. Bal. l. 1. in princ. de verb. oblig.
[Convinci] .i. argui. Nizolus in ver. con-
11 uinco. [Potest Non Tam] tam, & quam,
ponuntur copulatiuè. Loffr. conſ. 33. num. 5.
cir. fin. [Vtiliter] efficaciter. glo. pen. l. ſi
debitor, ff. de pact. [Qvam Necessario]
vtiliter, & honeſtè. glo. c. neceſſaria, 12. q. 1.
[Fvisse Provisvm] per electionem, quia
prouiſio pro electione ponitur. Io. And. c. 1.
nu. 1. de elect. in vj. [Vt] ideſt. Io. And. præd.
cap. accuſatus, in princ. de hæreticis, in vj.
[In Eivsdem Persona Concvrrenti-
bvs His Dvobvs Ivris Origine] cauſa
primæua, quæ vocatur origo. Arch. c. fin. cir.
med. 29. diſt. [Scilicet] videlicet, alibi
tantũ, §. ex hoc, inſt. quib. non eſt permi. fac.
teſta. [Et Tvtela] & illius tuitione. glo.
l. diuortio, §. fin. in ver. in tutelam, ſol. mat.
aliter inf. in conſt. ſi quãdo, de pœna foriud.
[Vt A Ivstitia Vigor, Et A Vigore
12 Ivstitia Non Abesset] nam lex aſſumit
vigorem à poteſtate ſtatuentis. c. à nobis, de
ſent. excom. & ſtatutum à iuriſdictione ſta-
tuentium commenſuratur. Abb. c. fin. 3. not.
circa fi. de reb. eccl. non alien. [Oportet]
opportunum, vel decẽs eſt. glo. l. 2. in ver.
oportet, de Epiſ. & cler. vel impropriè opor-
tet, ideſt decet. glo. l. 1. in ver. prius, vbi Bal.
poſt nu. 4. de iuſt. & iure. Et differunt neceſſe
eſſe, & oportere. Ant. de Butr. c. niſi, in ver.
pro defectu, 2. not. de renunciat. [Igitvr
Caesarem] Imperatorem. Bal. l. Aemilius,
2. repet. num. 1. ff. de minor. & ita ſeipſum
nominat in l. 3. ff. de officio præfe. vigil. &
l. cum de ætate, ff. de probat. [Fore Ivsti-
tiae Patrem, Et Filivm, Dominvm,
Et Ministrvm] caput, vel miniſter legum.
glo. rub. de prec. Imp. offer. dicitur miniſter,
quia cuſtos iuſtitiæ. D. Tho. 2. 2. q. 50. art. 1.
vel propter miniſterium, quod ei commiſ-
ſum dicitur. Spec. tit. de inſtru. editio. §. 13.
nu. 3. cir. med. [Patrem, Et Dominvm In
Edendo Ivstitiam] patrem, & animam
legis. §. fin. vbi gl. auth. de inceſtis nupt. glo.
pen. §. fin. auth. neque virum, quod ex dote,
& eam tuetur. l. ſi quando, C. de inoff. teſta.
Et nota dilectionem Regis, quia æſtimatur
pater, & ſubditi filij, & nepotes, alibi pater,
& filius, dominus, & miniſter. Gra. in c. reg.
Carolus II. ad perpetuam memoriam.
13 Ita Papa inquantum ſingularis perſona eſt
filius Eccleſiæ, quia regeneratus, nutritus,
& inſtructus ab Eccleſia ſicut cæteri, ſed pa-
ter, & non filius reliquæ Eccleſiæ. Caiet. de
auctor. Papæ, & Concilij, par. 2. c. 10. col. fin.
circa med. [Et Editam Conservando]
nam niſi per iuſtitiam reſpublica ſtari, &
augeri non poteſt. D. Auguſt. 19. de ciu. Dei,
c. 21. col. 2. in princ. [Sic] eo modo. glo.
l. de pupillo, §. nunciationem, in ver. ſic, de
noui operis nunciat. & infra in conſtit. ſic.
[Et In Venerando Ivstitiam Sit Fi-
14 livs] ſicut vna lex dicitur filia alterius. l. 4.
in glo. fin. ff. de iuris, & facti ignor. & noua
ex veteribus fabricata, ſicut & arma.
D. Auguſt. lib. de quinque hæreſibus, col. 10.
circa princ. [Et Ipsivs Copiam] abun-
dantiam, ſiue multitudinem. Ioan. Andr.
cap. ſtatutum, circa princ. de reſcript. in vj.
15 [Ministrando Minister] non ſimplex,
ſed cum dignitate. l. ſi quis Titio, vbi glo.
& Bald. l. Lucius, la ſeconda, §. 1. de leg. 2.
l. Sulpitius, de donat. inter vir. & vxorem.
inde miniſterium, ideſt officium. Abb. c. 2.
poſt nu. 9. de iudicijs. & ſic cum habeat po-
teſtatẽ à legibus conceſſam, nihil ex volun-
tate ſua faciat præter leges, eſt tamẽ ſibi ne-
ceſſaria potentia, per quã leges tueri queat.
Ariſt. vbi ſup. 3. Polit. 11. ita ſi quos præeſſe
oportet, præficiendi ſunt vt cuſtodes legum,
atque miniſtri. c. 12. [Hac] quæ eſt dictio
rei præſentis demonſtratiua ad oculum.
Imol. in l. nemo dubitet, num. 1. de hæred.
inſtituend. [Igitvr Consvltatione]
16 quæ ſic dicitur, quaſi rata ſit. Baldus l. ſub
conditione, poſt princ. de condi. inſtit. &
conſulta, vt ſic firmius ſit iudicium, quod
plurimorum ſententia confirmatur. Abb.
cap. prudentiam, num. 4. de officio deleg.
& cap. conſtitutus, poſt num. 3. de electio.
17 Inde conſultatio dicitur reſcriptum ab Im-
peratore obtentum de aliquo negotio, pro
quo conſulitur, §. debebunt, in ver. conſul-
tationum, auth. de iudicibus, & oportet
conſiliari tardè, velociter autem operari
conſilia.

conſilia. D.Thom. 2.2. quæſt.127. artic.1.
[COMMONITI] conſulti. Nizolus in ver.
monitum. [QVI DE MANV DOMINI]
manus autem capitur pluribus modis. Bal.
l.2. circa princ.de orig.iuris. caput mens,
& manus operationes extrinſecas ſignifi-
cant. Ant.de Butr.c.vnico,nu.3. circa med.
18 de ſacra vnctio. Et ſic diuina prouidentia
regna conſtituntur humana. D.Aug. 5.de
ciuitate Dei,cap.1. & à Deo, non à fortuna
ſunt omnia bona. Abb. c.tua nobis, 1.not.
de decimis, ideo nemo eſt qui eum non re-
cognoſcat ſuperiorem. Abb. c.omnis ani-
ma, 3.not.de cenſi. [ET INTER ALIA RE-
GNA].de quibus Afflict.hic 6.not. [REGNI]
vtriuſque [SICILIAE] idem Affl. hic eod.
6.not. [MODERAMEN] l.ſi quis in hoc ge-
nus ſacrilegij,de Epiſc.& cler.l.1.ff.de tuto.
& curat.datis ab his. inde moderator pro-
uinciæ. l.1.C.vt omnes iudices tam ciuiles,
quàm milit. l.nullus,de offic.recto.prouinc.
& l.vnica, C.de offic.comi.Orien. [ACCE-
19 PIMVS] quod dominij tranſlationem ſigni-
ficat. Bald.l.naturalis,in princ.de præſcrip.
verbis. [NOSTRIS FIDELIBVS] vaſſallis.
cap.1. qual. vaſſall. iura. debe. fidelit. alibi
fidelis. promiſſa adimplens. inde Pſalm.
Oculi mei ad fideles terræ. Guliel. Pipin.
in epiſt. feriæ 4.Paſchæ, col.11. [OMNIBVS
PRAEDICTI REGNI NOSTRI NOSTRAE
VOLVNTATIS PROPOSITVM NVNCIAMVS]
20 cum eius voluntas habeatur pro facto.Zab.
clement.1.in ver.ſi quis, num.2.in fi. de re-
bus eccl. non alien. adeo quod ſubſequendi
manet neceſſitas,non autem auctoritas im-
perandi. cap.fin. eod.tit. de rebus eccl.non
alienan. [QVIA] quod. Archid.c.quia,in
princ. 19.quæſt.3. [NOBIS CORDI EST]
infra in conſt.cordi nobis,de exhib.maleſa.
[INTER IPSOS] fideles [ABSQVE EXCE-
PTIONE ALIQVA PERSONARVM] infra in
conſt. ſpeciale quodam, de iure Francorum
in iud. ſublat. ſicut apud Deum non eſt ex-
ceptio perſonarum. Affl.hic 3.not. [VNI-
VERSIS, ET SINGVLIS] in generali, & par-
ticulari. inf.in conſt.vt vniuerſis,de ſeruan.
hono.comi. [PROMPTO ZELO] ex animo,
amore, & charitate, non odio, licet zelus
quandoque capiatur in malam partem, hic
in bonam.Pſal.68. Saluum me fac Deus,ibi,
Zelus domus tuæ, Affl.hic 8.not. & dixi in-
fra in conſt.hi qui per inquiſitioné. [IVSTI-
21 TIAM MINISTRARE]quæ eſt exhibitio ope-
ris in adminiſtrando iure conſiſtens., & eſt
triplex, quædam adminiſtrat ius æquum, &
bonum:quædam bonum tantum:& quædam
æquum tantum. Bal.l.2.poſt nu.9. de pœna
iud.qui male iud. [VT] iuſtitiam quam nos
ipſi ſectamur, ab officialibus noſtris in iudi
cijs maxime præſtolamur,inf.in conſt.puri-
tatem. [ABVNDE] largiter, copioſè, plena
manu. Nizolus in ver.abundè,prout quædã
in iure abundant.l.1.cir.med.de hæred.inſt.
[IPSIVS COPIA PER OFFICIALES NO-
STROS, QVIBVS IPSAM COMMISIMVS MI-
NISTRANDAM] quia melius ſingula curan-
tur,quã ſi in multis cura noſtra diſtrahatur.
Ariſt.4.Polit.15. Omnia noſtra facimus. &
c.multa. Io.And.c.ſi Apoſtolicæ, poſt nu.1.
de præbend.in vj. & ſic fideles iuſtitiam.
[VNDIQVE]ex omni parte,& in omni gene-
re.Nizolus pręd.in ver.vndique.[VALEANT
INVENIRE]cum honore officialium,nam iu-
dicandi officium,cũ gradu adminiſtrationis
eſt honor. Bald.l.2.1.rep.in princ.de Senat.
[IPSORVM OFFICIALIVM NOSTRORVM]
ordinariorũ [OFFICIA VOLVMVS] & man-
damus.infra in conſt.vt officialibus. [ESSE
DISCRETA] l.fin.C.de leg.tute.ideſt diuiſa.
22 D.Aug.15.de ciu.Dei,c.7.nam Princeps ſu-
periorem ſortitus finem, alios rectores ad
ſuum finem ordinat,& illis,vt ad ſuum diri-
gantur finé ordinat. Caie.tract.3.de Roma-
no Pont.inſt.c.7.nam in his qui conſultant,
& deliberant ſumma reipublicæ conſiſtit au
ctoritas. Ariſt. 2.Politic. 4. [CIVILIBVS
QVAESTIONIBVS ALIOS] cũ cauſæ ciuiles,
& pecuniariæ ſint frequẽtiores,quàm cauſæ
criminales. Bald.l.properandum, in princ.
3.not.de indic.[ET ALIOS ACCVSATIONI-
BVS CRIMINALIBVS] ad differentiam accu
ſationum ciuiliter factarum pro crimine,vt
inf.in conſt.Iuſtitiarij nomen, & normam,
de off.iuſtit. [PRAEPONENTES] cum ciuilis
23 ſocietas multis indigeat pręſidẽtibus.Ariſt.
4.Polit.15. & ſic officia, & potentiæ diſtin-
guntur per actus.D.Thom.2.2.q.183.art.3.
Philoſophus 2.de anima,c.30.& diuerſarum
iuriſdictionum diuerſi ſunt fines. Bald. l.3.
nu.3.in fi.ſi à non comp.iud. & inferior non
habet poteſtatem puniendi.l.2.de ſportulis.
Apud paucos eſt poteſtas necandi,& in exi-
liũ pellendi, & cætera huiuſmodi permulta.
Ariſt.4.Polit.9. Et ſepara uit, ne promiſcuis
actibus eorum turbentur officia. addit. ad
Spec.tit.de exceptio.& repli. ibi dixi. Et ſic
ex hac diſtinctione diuiſas eſſe perſonas di-
gnitatum conſtat. D. Auguſt. lib. quæſtio-
num ex veteri teſtamen. col. 47. in princ.
24 Et iudex cauſarum ciuilium tantum non
poteſt iudicare de cauſis criminalibus, &
econtra. Angel. de malefic. vbi Auguſt. &
Hierony.in ver.per iudicem maleficiorum,
char.54. col.2. & 55. col.1. & 2. & in ver.
ad querelam Titij infraſcripti, char. 138.
col. 1. & 2. quia quando plures habent iu-
riſdictionem diuiſam, vnus non ſe intro-
mittit in iuriſdictione alterius. Baldus l.fin.

in

in fine. C. de auctorit. præstan. nam potentiæ distinguuntur per actus. D. Thom. 3. parte de Sacramen. quæst. 68. alias 37. art. 1. & iurisdictio sine actu nulla est. Bal. l. 3. cir. fin. de sent. ex breui. recit. Nec potest intentari ciuilis corā iudice criminale, nisi oriatur ex crimine. Bal. l. 4. §. si dicatur, fin. reg. l. si pro fure, §. fin. circa fin. de cond. furti. & iudex causarum ciuilium non potest cognoscere de criminalibus, nisi incidenter. idem Bal. l. solemus, §. fin. ff. de iudicijs. cum quidam de contractibus ius dicunt, quidam de accusationibus cognoscunt. Arist. 7. Politic. 12. Ita si est diuisa iurisdictio per portas, vel quarteria, vnus non debet se intromittere in officio alterius. Bal. l. testamenta nu. 1. circa fin. & 3. C. de testa. l. vnica, §. vbi autem, nu. 6. de cadu. tollen. & anth. hoc ita, post nu. 3. de duobus reis. vnde non fit prorogatio de habentibus iurisdictionem ciuilem ad criminalem. Bal. l. 4. C. ad leg. Fla. de plag. nam prorogatio solum habet locum in habente iurisdictionem. Io. Ant. de Nig. in c. reg. item quod prædicti officiales Iustitiarij, num. 12. adeo quod cognitio de eo quod non spectat ad officiū cognoscentis, est nulla. Bald. l. militaribus, de decur. & iudex vbi excedit fines, & terminos suæ iurisdictionis, sententia est ipso iure nulla, nam quod vni assignatur, alteri denegatur, & lex quando ad plura procedit statuendo, & distinguendo potentias, quidquid vltra fit, fieri videtur lege prohibente, ita si libellus excedit iurisdictionem, libellus, & sententia est nulla, & peccatum in tanto vitiat totum. l. certa ratione, vbi Bal. in princ. & post nu. 4. quando prouoc. non est necesse. nam nullus potest se intromittere de eo, quod ad alium pertinet, & si se intromittit, non valet quod agit, immo si alterius iurisdictionem vsurpat, punitur. Affl. §. ad hæc, nu. 11. de pace iura. firma. & sic non debet iudex criminalis ciuilibus causis interuenire. Lucas l. 2. col. 2. de exact.

25 & executo. Nec notarij deputati causis ciuilibus possunt scribere acta criminalia, & ecōtra propter commixtionem officiorum, quæ est prohibita, add. ad Bar. l. dnos, de susce pto. prepo. & archa. Boer. decis. 258. nu. 4. & 10. Ita actuarius vnius tribunalis nō potest scribere acta alterius. Io. Ant. de Nigr. d. c. item quod prædicti officiales non procedant, num. 7. Nec vnus potest se ingerere in officio alterius. l. 1. de apparitor. præfe. anno. & l. 2. de executo. & exact. quia propositum

26 horum actuariorum est vorax, & violētum. l. 1. de nume. actua. & chartula. & cū discreta sint officia, non debet vnius exercitium per alium impediri. inf. in const. iustitiarij,

27 de cętero, possit tamen iudex, qui cognoscit de crimine, cognoscere de restitutione rerū ciuiliter, si seorsum examinari non possit. Bald. d. l. 3. nu. 18. si à non compet. iud. Ita si essent modicę personæ, quia non ordinantur officiales diuersi, tunc officium vnius recipit extensionem respectu territorij, non cau sarum. Bal. l. 1. in fi. de cano. largi. tit. De iure canonico si causa spiritualis incidit ciuili, non cognoscit iudex ciuilis: econtra si ciuilis incidit in spiritualem, cognoscit Episcopus, & si spiritualis incidit criminali, apud criminalem cognoscitur. Bal. l. 3. nu. 1. cir. fin. & 3. cir. med. C. de iudic. Quid si sunt

28 duo iudices in ciuitate, vnus cognoscit de quæstionibus personalibus tātum, alter tantum de realibus, si contingit quæstio mixta, habens se pariter ad vtrunque, vterque cognoscit quasi ex coniunctione quadam; si vterque simul incipit cognoscere, sed si vnus præuenit, ille est potior. Bal. l. Gallus, §. fin. col. fin. cir. med. de lib. & posthu. vbi etiam, quod si in causis à decē libris infra est vnus iudex deputatus per statutum super causis pupillorum, & viduarū alius, contingit causa pupillorum, & viduarum à centum libris infra cuius erit cognitio, si neuter præuenit, vterque potest cognoscere, vel si vnus est deputatus in causis vsque ad libras decem, alius vsque ad libras centum, licet in centū contineantur decem isti, nunquam simul, sed separatim cognoscunt, quia facta est inter eos diuisio iurisdictionis. Bal. l. ex facto, §. 1. de vulg. & pupill. vel sunt duo iudices, vnus in causis pupillorum, & alter in causis à decē libris infra, contingit quod causa pupilli est à decem libris infra cognoscit iudex ratione personæ, alij contra. Bal. l. vnica, §. vbi autem, nu. 7. de cadu. toll. regulariter si data est alicui cognitio super delicto, intelligitur quod possit cognoscere ciuiliter, & criminaliter, & econtra si denegatur cognitio, censetur denegata, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Dec. cons. 520. num. 7. volum. 4.

29 Quid in Principe, qui abdicando à se iurisdictionem, dedit illam Baronibus, an censeatur cumulatiuè, vel priuatiuè: & licet alij transferendo, à se abdicauerit, nam quando quis ponit sibi superiorem, remanet inferior, & subiectus, & perdit auctoritatem superioritatis. Bal. d. l. 2. post nu. 4. C. de adoptio. Ita à populo fuit in Imperatorē translata iurisdictio, quam dicit à seipso habere iure hęreditario. Foll. hic nu. 11. in fi. ipse verò interdū dat discretiuè, interdum diminutiuè, quandoque aggregatiuè, interdū distributiuè. Bal. auth. habita, post nu. 32. ne filius pro pat. vel priuatiuè, aut cumulatiuè. In primis causis censetur concessa iurisdictio priuatiuè, ne extrahātur a proprio domicilio,

micilio, idem in secundis, quando expresse concessa est iurisdictio in secunda instantia, & in hoc vassallus qui habet vtile dominiū, præfertur directo, si cumulatiuè non est totaliter a concedente abdicata, sicut in Principe, qui concurrit cum quouis alio in iurisdictione, durat enim suprema potestas, quæ nunquam censetur concessa, adeo quod potest adiri per viam recursus, & querelæ, etiam omisso medio si nullus petit remissionem, alias iurisdictionem Baronibus con cessam Rex non reuocat nisi in casu abusus. Foller. hic nu. 10. vsque ad 25.

30 Sed videtur, quòd per rectè positas leges omnia debent determinari, & quam paucissima iudicantibus committi. Bald. ex intentione Arist. l. mora, col. 1. cir. med. ff. de vsus. D. Thom. 1.2.q.95.art.1.& si committitur, vni debet committi, quia vnus, & solus est Imperator, & per Reges, & Imperatores omnia distribuit Deus humano generi. Spec. tit. de dispensa. §.8. nu.8. vltra quod leges condere non solum pertinet ad Reges, sed ad populum, & alios. D.Th. 2.2.q.50.art.1.

Dic, quòd solus Imperator stulto labore consumaretur, & vltra vires suas esset negocium, vt de Moyse dicitur Exod. 18. nec excluditur, quod vnus sit Princeps, vel Imperator, c. in apibus, 7.q.1. iubet tamen statui Tribunos, Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicēt populum, prout hic statuuntur iudices ciuiles semotim a criminalibus, & sicut causæ maiores referebantur Moysi, vt ibi, ita sunt causæ pro quibus necessariò consulendus est Princeps, vel superiorum iudicum cōsilium est expectandum, infra in constit. hac lege, vt post renunciat. infra decē dies pron. sicut & Imperator omnia grauia facit cum consilio. Bald. l. placet, nu. 1. de sacros. eccl. & quatenus leges ponere ad alios spectet, est ex quo de Regis regimine participant. D. Thom. d. quæst. 50. art. 1, in fine.

31 Nota, quòd negatio præposita significat mentis qualitatem, postposita facit existentiam. Bal. addit. vlt. ad Spec. tit. de deposito, col. 2. post princ.

32 Secundo noto, quod consilium, & consensus differunt. Abb. c. cum in veteri, num. 12. cir. princ. de elect. in facto dubio quandoque est vtile consilium exquirere a pluribus literatis, & illiteratis sapientibus. Abb. c. ad nostram, in glo. 1. de consuet. vnde quando vocatur consilium, datur terminus ad deliberandum, & deliberatè respondendum. Bal. l. item veniunt, §.1. ff. de pet. hæred. sicut vbi res est tempore valitura, dantur dilationes deliberatoriæ. Bal. l. sed & si, 2. repet.

33 ex quibus tau. maior. Deliberatio autem importat collationem inter multa, & determinationem ad vnum. Caiet. ad D. Thom. 2.2. quæst. 88. art. 1. col. 4. in princ. Ordinem sedendi, & quomodo syndicus præferatur ponit Frecc. de subfeu. lib. 3. de formulis inuest. ibi differentia inter feuda rega. nu. 15. & in differentia inter dominos Electos, & Barones, ex priuilegio potest concedi vt habeat primam vocem. l. spurij, in ver. cæteris, ff. de decurio. & qui primo sermocinantur, dicuntur principaliores. Bal. l. si communis, circa fin. de stipul. seruo. & §. ius autem ciuile, nu. 6. circa med. inst. de iure natu. gent. & ciui. vnus proponit, & alius respondit. Abb. c. 1. in 1. not. de pactis. Quomodo fiunt propositiones, & ordinationes, Affl. in const. cum conceßiones, 3. not. post nu. 7. de priuil. a curia Capua. reuoc.

34 Tertio nota, quod Imperium est ex diuina institutione inductum, non potest diuidi, saltem quotitatiuè, sicut & Papatus, iurisdictio autē in Imperatore est, sicut in radice actu, & habitu plena essentia. add. Bal. vltima ad Spec. de instru. edit. col. 5. circa med. Quoad temporalia vicem Dei tenet in terris. Luc. l. prædia, col. 14. circa princ. ibi vigesimo quinto, de locat. præd. ciui. Rex est, & neminem præter Deum timet. Spec. c. præsentata, §. fin. vbi Abb. post num. 5. de rescript. moderamen, l. 2. circa princ. de off. præf. Afr. regimen, vel gubernium. Ioan. And. c. 2. post nu. 2. de off. leg. in vj. habet a Deo, vt hic, nam bona a Deo sunt, non a fortuna. Abb. c. tua nobis, 1. not. de decimis. vel dic vt infra in const. occupatis nobis. Canonistæ tenent, quòd Imperator habet Imperium a Papa. Abb. c. 1. num. 3. de probat. Io. Faber, §. populus, inst. de iure nat. vel potestas Papę immediatè processit a Deo, potestas verò Principis a populo, & multi cōmuniter tenent, quod Papa habet habitum vtriusque ex quo habet exercitium temporalium, Imperator habet a Papa, olim a populo. Abb. c. 1. post nu. 6. de transla. prel. vtrunque probatur hic, nā in principio ponitur translatio populi in Imperatorem lege Regia: ad quod facit Bal. l. digna vox, 3. not. de leg. & postea dicit accepisse regnum de manu Domini, & inter alia regnum Siciliæ, in quo habet supremam potestatem, & potest condere leges. Bald. l. 2. in princ. de orig. iuris. Quid in Magistratu, an possit facere statuta, idem Bal. l. 1. in 1. rep. num. 5. & l. si quis, §. fin. quod quisque iuris.

35 Quarto nota, quod in humanis rebus nihil est tam perfectum, quod amplius perfici non possit. Abb. c. 2. nu. 4. in fi. de libe. oblacum lex humana nō possit omnia cohibere. D. Thom. 1.2. quæst. 96. art. 2. ideo hic distinguntur

guntur officia, adeo quod quādo iuriſdictio
eſt diſtincta per portas, non valet proceſſus
alterius iudicis. Bald. l. vnica, num. 9. in fi. de
36 off. conſu. Mos enim erat apud veteres, vt
ad portas ciuitatis ſederent ſeniores, qui
concertantium iurgia iudiciaria examina-
tione diſcernerent, ne vrbem intrarent di-
ſcordes, nam in ea in cōcordia viuere opor-
tebat. Vnde Amos 5. Conſtitue iudicium in
porta. Guliel. Pipin. feria 3. Paſchæ, col. 18.
Vnde ſententia à non ſuo iudice lata, eſt
nulla. Abb. c. 1. poſt nu. 7. de conſang. & affi.
l. ſi per errorem, de iuriſd. omn. iud. Nec ha-
37 bet locum prorogatio. l. repetita, vbi Bald.
de Epiſ. & cler. quia prorogatio fieri poteſt
dummodo iudex habeat conſimilem iuriſdi-
ctionem. Abb. c. P. & G. num. 15. circa med.
de off. deleg. & non in ijs, quæ ſunt alterius
naturæ. Abb. c. 3. poſt nu. 9. de ord. cogn. vel
de eo quod eſt nullum. Bald. l. 1. num. 1. de
peda. iudi. licet duo poſſent conuenire, vt
non poſſint litigare niſi coram conſulibus
mercatorum. Bal. l. ſi quis in conſcribendo,
38 nu. 4. de Epiſc. & cler. alias vbi eſt defectus
iuriſdictionis, ſententia nunquam ſuum tra-
hit effectum. Bal. l. eius qui, §. ſi cui, de teſta.
quia ferri debet à ſuo iudice, id eſt ab eo,
qui iuriſdictionem habet in quæſtione pro-
poſita. Specul. tit. de ſententia, §. 3. num. 4.
aliter non valet, & eſt nulla. eo. tit. §. 8. nu. 4.
l. ſolemus, §. latrunculator, vbi Bald. 1. & 2.
repet. ff. de iudicijs. Ea namque quæ proce-
dunt à pari potentia cauſæ, ſunt paria in
operatione. Bal. d. l. de quibus, 2. repet. nu. 4.
ff. de legi. & quæ conueniunt in radice, &
cauſa, conueniunt in effectu. idem Bal. ea. l.
de quibus, 3. reper. & facit quod dicit in l.
qui duos, ff. de procurat. Quid in crimina-
libus, Bald. l. ſi qui, nu. 6. & ſeq. de Epiſc. aud.
Non omitto, quòd in textu dicitur Impera-
torem eſſe patrem, & dominum in edendo
iuſtitiam, in venerando filium, & in mini-
ſtrando miniſtrum, poſſe inferri, quod idem
39 relatum ad diuerſa, ſignificat diuerſa. Abb.
cap. fin. num. 18. de ſucceſs. ab inteſt. & ſe-
cundum diuerſa, habet diuerſa extrema.
D. Th. 2. 2. quæſt. 126. art. 2. in fi. ſicut vnum,
& idem priuilegium aliter interpretatur in
fauorem vnius, aliter in fauorem alterius.
Abb. cap. ex parte, nu. 4. de decimis. Vnum,
& idem quantum ad ordinatum ſtat pro-
priè, quoad ordinantem impropriè. Ant. de
Butr. c. literas, poſt num. 3. de tempo. ordin.
Vnum, & idem poteſt reſpectu vnius dici
præſcriptio, reſpectu aliorum conſuetudo.
Abb. c. fin. num. 6. in fi. & poſt nu. 10. de con-
ſuet. vnum ſignificat in perſona vnius, aliud
in perſona alterius. Ant. de Butr. cap. ad ho-
norem, poſt princ. de auctor. & vſu pallij.

1 Ita duo contraria poſſunt eſſe vera, conſide-
ratis diuerſis finibus. Abb. d. c. fin. nu. 6. in fi.
de conſuet. ſicut poteſt eſſe ſubiectus, & non
ſubiectus, prælatus, & canonicus, diuerſis
reſpectibus. Ant. de Butr. c. ad ſupplicatio-
40 nem, poſt nu. 7. de renunc. Quid ſit propriè,
& quid impropriè, Bal. l. lege Cornelia, ff. de
teſtam. Vltimo vnde dicantur Quirites, &
eorum ius, §. ſed ius quidem, inſt. de iure nat.
gent. & ciui.

De cultu iuſtitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis augeri debet dignitas.*
2 *Iuſtitiæ cultus in ſeruādo ſententiam.*



FFICIA diſtinxit Imperator in conſtit. præcedenti, ciuilibus quæſtionibus quoſdam, & alios criminalibus præponendo, ne
1 eorū vileſcat auctoritas, cum debeant ſummo ingenio auctoritatem ſuæ dignitatis augere. Abb. c. qualiter, & quando, 3. not. de accuſ. cap. dilectus, de pœnis, ponit [DE CVLTV IVSTITIAE] id eſt de cultu iudicij, per quod deuenitur ad iuſtitiam, iuris ſtatum. c. forus
2 de verb. ſign. alias ſi intelligeremus de iuſtitia, quæ per ſententiam terminatur in fine iudicij, eius cultus eſſet ſeruare ſententiam, vt præſupponit Iſer. in princ. textus, & non de obſeruatione iudicij, dum cauſa auditur, vt videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia lege Dei conſtat, & ſine ea reſpublica regi non poteſt.*
2 *Officio gubernationis debetur reuerentia.*
3 *Iudicium ſuſtinetur propter bonum publicum, & iudiciariam auctoritatem.*
4 *Iuſtitiæ ornamenta ſunt reuerentiæ exhibitio.*
5 *Silentium nihil eſt, & multis modis capitur, poſt num. 26.*
6 *Iudiciorum appellatione ciuilia veniunt, & criminalia.*
7 *Iudicium dicitur vbi redditur ius.*
8 *Epiſcopi accuſati debent ſedere, ſed paulo inferius iudice.*

9 *Reuerentia quid, & differt ab honorificentia.*
10 *Magistratus dicitur, quia magis instat vtilitati publicæ.*
11 *Aduocatus quid faciet, quomodo, & quando proponit causam.*
12 *Aduocare pro rebelle, & eius filio non licet sine licentia.*
13 *Modestia vnde dicatur, & quorum debet esse patientia.*
14 *Dicere, allegare, de iure dicere importat.*
15 *Memoria labilis, & infirma habet ventrem, & cibum dulce, & amarum.*
16 *Iudici dicenti coram parte, quod sibi displicet, debet contradicere.*
17 *Incontinenti, subito, breuissimo tempore, & alijs modis.*
18 *Aduocatus quod parte præsente dicit, ipse videtur dicere.*
19 *Iudici si non paretur, non statim exigit pœnam, sed geminat preceptũ.*
20 *Interdictum dicitur, quia prohibet, vel quia inter duos dictum..*
21 *Baro si militariter viuit, est plus quàm miles.*
22 *Pœna exigitur tota, etiam quod non interfit, & quando.*
23 *Integritas diminutionem nõ patitur.*
24 *Strepitus est, & conflictus in contradictorio iudicio.*
25 *Acriter loqui est de more sapientis, vt exerceat iudicium.*
26 *Iudex omni loco, & tempore debet honorari, & hoc per silentium.*
27 *Iudici debetur honor, & quis ratione officij.*
28 *Iudicis officium in quo consistit in se, & alijs.*
29 *Confessionem suam, & aliorum quomodo quis reuocabit. nu. 30. et in fi.*
31 *Confessio procuratoris si nocet, vel non, sunt octo opiniones.*
32 *Litigator si iudici dicit iniuriam, superior, & quando ipse cognoscit.*
33 *Iudicare est onus, & honor.*
34 *Monitio tam in ciuilibus, quàm criminalibus debet præcedere.*

1 
VLTVS IVSTITIAE.] iustitia lege Dei constat. D. Aug. serm. 15. de verbis Domini super Mat. col. 5. circa med. sine ea respublica manere, nec augeri potest. idem 19. de ciui. Dei c. 21. col. 2. Immo per eius transgressionem in optimates factam dissoluitur. Arist. 5. Polit. 7. & ea remota, regna non sunt nisi magna latrocinia. idem vbi supra 4. de ciu. Dei c. 4. cultus eius est silentium. Esaias 32. adeo quod litigantes, sicut clerici in choro debent seruare silentium. c. dolentes, de celebr. Miss. c. cum ad monasterium, de sta. mon. nam fiunt quędam ob reuerẽtiam superioris. Abb. c. qua-
2 liter 2. not. de elect. quia officio gubernationis eius debetur obediẽtia. D. Th. 2. 2. q. 102. art. 2. in fi. adeo quod reus licet superbus humiliter, quamuis malẽchonicus hilariter corã iudice comparere debet. add. ad Spec. tit. de compari. in termino. Vnde infans, & qui nescit reuerẽtiam exhibere cum nesciat maiestatem Prætoris postulare prohibetur. Bal. l. 3. 1. rep. cir. fin. C. de acquiren. possess. Aduocatus non debet esse loquax, garrulus, siue procax, nec sine causa rideat coram iudice. Spec. tit. de aduocato, §. 5. nu. 2. & 3. circa med. & in fi. Quidquid ergo, aut consedẽtium consultationibus agitur, aut ab accusantiũ parte proponitur, sic mitissima prolatione verborum proferri, vt nec cõtentiosis vocibus sensus audientium perturbent, nec iudicij vigorem tumultu eneruent. c. in
3 loco, 5. q. 4. Iudiciũ enim sustinetur propter bonum publicum, & iudiciariam auctoritatem. Abb. c. 1. in fi. de accus. tunc iudex seruata iudiciaria grauitate, c. licet in beato, eo. tit. de accus. bene facit si tales ex officio excluderet tanquam sui auditorij turbatores. Spec. tit. de exordijs, & arrẽghis aduoc. c. 6. nu. 12. & pœna pecuniaria punire, vt in tex. qui sum. & diuiditur. vt per Affl. & dicit
4 [CVLTVS] ornatus, reuerentiæ exhibitio, quæ sunt velut ornamenta iustitiæ. Foller. hic post num. 2. [IVSTITIAE] iudicij, quod est actus iustitiæ. Lucas l. neminem, col. 2. cir. fin. de suscepto. præpo. & archa. ad quam spectat rectitudo, quæ constituitur circa res exteriores. D. Th. 1. 2. q. 55. art. 4. per quam iustus dicitur iusti operator. Arist. 5. Ethi. 9. alibi iustitiæ, idest æquitatis. Bal. l. assiduis,
5 in princ. qui potio. [SILENTIVM] quod nihil est. Bal. §. si fine, nu. 4. cir. med. C. ad Velleia. l. cum in antiquioribus, num. 1. post med. de iure delib. l. 1. 2. rep. in fi. nu. 5. C. de emanci. liber. & dicitur vbi nulla est vox. Luc. l. fin. col. 2. in princ. de censi. & censito. & auribus perci-

percipitur, non quia eſt aliquid, ſed quia ſo-
nus non eſt, vel non eſt aliqua res, ſed vbi
ſonus non eſt, ſilentiũ dicitur. Magiſter ſen-
tentiarũ lib. 2. diſt. 12. ibi ſecundum. Species
vocis emiſſæ præterijt, & ſilẽtio perimitur.
D. Aug. lib cõtra epiſt. Manich. col. 28. in fi.
29. in princ. & pen. cir. med. [REPVTATVR]
alias iudicialis anctoritas euaneſceret. c. di-
lectus, de pœnis, & ludibrio defraudaretur.
l. pen. poſt princ. C. de adopt. [EORVM IGI-
TVR] ergo. Nizolus in ver. igitur. [INSILEN-
TIIS] cũ ſint ſine ſilentio, ſicut infronditus,
ſine fronte, verecundia, vel ſapientia. Arch.
c. in ſcripturis. 96. diſt. [OCCVRRENTES]
contradicentes. gl. fin. l. ſi patronus, ff. de do-
natio. aliter ſup. in conſt. intentionis noſtrę.
6 [IVDICIORVM] tam ciuilium, quàm crimi-
naliũ, quæ appellatione iudiciorum veniũt.
Abb. c. 1. poſt num. 12. de conſtit. & dicuntur
quaſi iuris dictiones. idẽ Abb. c. præſentata,
nu. 9. poſt med. de teſtib. [ORDINEM] qui
vbique eſt prius, & poſterius. Bald. l. vnica,
nu. 8. cir. fin. ne liceat in vna, eademq; cau.
& ſeruari debet. gl. 1. l. nec quidquam, §. ob-
ſeruare, de offic. procõſ. [TVMVLTVOSIS
CLAMORIBVS] iurgiorum clamoribus. l. om-
nes, §. fin. de Epiſ. & cler. iudiciorũ ſtrepitu,
l. ſi quis teſtamẽto, C. de inoff. teſta. [SAEPE
PERTVRBANT] nam licet ſolis verbis fiat;
facilè poſſet peruenire magna turbatio, ſi-
cut in electione. Inn. c. 2. num. 3. circa fin. de
reſt. in integ. [STATVIMVS] quod noui ſtatu-
ti eſt verbum. Io. And. c. 1. in princ. de offic.
deleg. in vj. [IN POSTERVM] l. fin. §. ſed &
alijs, C. de temp. appellat. [LITIGANTES]
actorẽ ſcilicet, & reum. Spec. tit. de expenſis.
§. fin. poſt num. 13. [ET QVOSLIBET ALIOS
7 IN IVDICIIS] vbi redditur ius. gl. l. 1. in ver.
in iure, ff. de poſtul. [EXISTENTES] .i. ſtãtes,
nam ſtare, eſt verbum generale, adeo quod
poteſt ſtare, vt iudex, aduocatus, & teſtis.
8 Abb. c. intelleximus, 1. not. de iud. Epiſcopi
tamen accuſati non debent ſtare, ſed ſedere
aliquantulũ inferius. Bal. l. 5. nu. 2. vbi Sena.
vel clar. Ille verò qui iudicat debet emine-
re illis, qui iudicãtur. D. Th. 3. par. de Sacra.
q. 121. alias 90. art. 2. & vt valeat cõtra eos,
omnium requiritur ſententia. add. ad Bald.
l. cum magiſtratus, ibi quid dices: quando
prouoc. non eſt neceſ. [ET CVM REVEREN-
9 TIA] quæ differt ab honorificentia, ſed
vtrãque ſubditus tenetur exhibere Prælato.
Abb. c. his qui, nu. 1. in fi. de maior. & obed.
Reuerentia enim directè reſpicit perſonam
excellentem, obedientia reſpicit pręceptum
eiuſdem, & reddit promptam hominis vo-
luntatem ad adimplẽdum voluntatem præ-
cipientis. D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 2. [MAGI-
10 STRATVS] qui ſic dicitur, quia magis inſtat
vtilitati publicæ. l. qui accuſare, in gl. 2. cir.
med. ff. de accuſ. cuius præſentia ante oculos
poſita, gignit reuerentiam, liberalemq; pu-
dorem, & decet ſecundum ætates diſtribui
hunc ornatum, & in iunioribus magiſtratus
quoſdam verſari. Ariſt. 7. Politic. 12. [IVRA
REDDENTIS] qui iuri dicendo præeſt. l. 2.
§. poſt originem, de orig. iuris. [QVIETEM
IVSTITIAE OBSERVARE] ſine perturbatio-
ne, & fit nõ ſolum quando ſeruatur ſilentiũ,
ſed etiam quando nullam moleſtiam, vel in-
digentiam patitur. Afflict. hic 2. not. [NEC
PRIVS QVAM AB EO LICENTIAM, QVI
IVDICIO PRAEERIT CONSEQVATVR, IVRA
11 SVA PROPONERE AVDEAT] & ſic aduocatus
poſt reuerentiam in ingreſſu, Specul. tit. de
aduocato, §. 5. per tot. non loquatur ſine li-
centia iudicis. Affl. hic 1. not. in princ. & cũ
loquitur laudet iudicẽ, deinde iura clientuli
proponet. Spec. d. tit. de aduocato, §. 5. & ſi
pars patienter audiuit, debet & ipſe repli-
cantem audire patienter. Spec. eod. tit. §. 4.
nu. 4. in fi. alias nõ debet audiri ab eo quem
ſpreuit. glo. 2. l. litigatores, ff. de arbitris.
auribus enim auditur, & ore loquitur. glo. &
Bal. cir. fin. l. ſi extraneus, ff. de iure codicill.
12 [VEL PRO ALIO POSTVLARE] ſicut poſtu-
lare pro rebellibus, & eorum filijs eſt prohi
bitum, niſi, vt moris eſt, cõcedatur licentia.
Affl. quæ ſint rega. in ver. & bona cõmitten-
tium crimen læſæ Maieſtatis, nu. 23. hic pro
alio petendo curia ſedente pro tribunali.
Affl. hic nu. 6. in fi. vel cum iudex ius reddit
inter partes, etiam quod pro tribunali non
ſedeat. Foll. hic poſt nu. 3. [SIC MODESTE]
ideſt manſuetè, inde modeſtia, ad Philipp. 4.
.i. manſuetudo. Io. And. c. 2. nu. 1. in fi. de off.
13 deleg. in vj. & modeſtus, qui modum tenet
in agendo. Nico. de Nyſſe tract. 5. ibi circa
ſecundum. Dicitur à modo, nam in omni-
bus virtutibus requiritur modus. D. Th. 2. 2.
q. 160. art. 1. & 2. Patientia verò debet eſſe
in clericis, & regentibus rempublicam. not.
in l. decernimus, de Epiſc. & cler. alibi dici-
tur modeſtię, reſpectu facultatũ, c. nobis, de
iurepat. [PARTES] in iudicio litigantes. inf.
in conſt. partes. [VOLVMVS PRO SE] ſuo no-
mine. infra in conſt. nullus campio. de facr.
præſt. à campio. [VEL PRO ALIIS IN IVDI-
CIIS PERORARE] dummodo perorãdo phi-
lateria ſua non dilatent, inf. in conſt. vniuer-
ſos, & ſingulos, de cau. in ind. cito deci. [VT
ETIAM SI ADVOCATO DICENTI] allegãti.
14 l. fin. in ver. dixi, de cond. ſine cau. vel de iure
dicenti. gl. 2. l. in rem ff. de pig. act. inde dice-
re. i. allegare. l. 3. ff. de inoff. teſtam. alibi pro
facere. gl. l. Papinianus, in ver. vbi, cir. fi. ff. de
minor. [QVOD ADVOCATVS EIVS] ſupple
dixit, volens reuocare, vt infra. [VEL PARS
PRIN-

Principalis] clientulus. Affl.hic 4.not.
[Aliqvid] quidquid sit. Abb. in fin.c.fin.
s,not.de vsuris.[Ad Memoriam]ad aures.
Affl.hic 4.not. præd. [De Ivre, Vel De
15 Facto Redvcat] quia memoria labilis
est,& infirma. Arch.c.sæpe,in princ.12.q.2.
est quasi venter animi, lætitia verò, atque
tristitia quasi cibus dulcis,& amarus,quan-
do memoriæ commédatur. D.Aug.conf.10.
c.14.[Matvre]cito suo tempore celeriter.
Nizolus in ver.mature. [Sine Strepitv]
l.adulterij, vbi gl.& Bal.C.de adulterijs,&
l.vbi falsi.post nu.1.C.de falsis.i.vocatione.
glo. l. 2. in ver. strepitus, de Episc. & cler.
[Aliqvo Dicere Stvdeat] inuigilet,
operam det. Luc.in rub.de stud.liber.vrbis
Romæ. [Qvod Intendit] idest proponit.
Bal.l.si quis,2.rep.§.si filius, 1.rep.in princ.
quod quisque iuris. [Nisi] si non. Azo.in
sum. C.de pactis inter empt.& vendit. post
nu.6. [Forte]c.tua nos,de sponsal.[Cele-
ris Protestationis Necessitas]puta,
quia eo præsente aduocatus confessus est,
dubitans ne sibi præiudicet,protestatus est,
16 sicut quando iudex aliquid dicit, vel facit
præsente parte, si sibi displicet, debet con-
tradicere, alias videtur consentire. Abbas
c.quoniam contra,nu.27.post med.de prob.
nam ex quo ipso præsente loquitur ipsemet
loqui videt. Bald.l.3.post nu.16.C.de accus.
[Avt Qvod] quia. l.1. §.1. & §.si prædo,
ff. depositi. & l.id quod, de constit. pecun.
17 [Incontinenti] subito.i.breuissimo tem-
pore. add.ad D.Th.3.par.de Sacram.q.118.
alias 87.art.3. ibi quartum, alibi infra tri-
duum probando errorem. Affl.hic 6.not.Io.
And.c.3.nu.2.cir.med.de regul.in vj. Arch.
c.loci,cir.med.35.q.9. siue vsque ad senten-
tiam, etiam in causa appellationis. l.3.vbi
Bal.C.de erro.aduoc.vel vsque ad finem ne-
gocij,nedum errorem aduocati,& procura-
toris, sed suum probando, videlicet confes-
sionem esse veritati contrariam. Inn.c.pen.
de confess. [Qvis Advocati Velit Cor-
rigere Errorem] & potest sicut & suum:
18 nam quod parte præsente dicit aduocatus,
ipsa proferre videtur.l.1.vbi Bal.C.de erro-
re aduoca. & ratum habere videtur si vltra
vnum diem trãsijsset. Inn.c.cum causa, in fi.
de appell. [Interrvptionem Indvcit]
vociferando. [Cum Inferri Sibi Præ-
ivdicivm Aliqvis Ex Taciturnitate
Vitiatvr]puta,quia aduocatus latinè lo-
quebatur, & clientulus idiota protestatus
fuit, quod per illum non inferatur aliquod
præiudicium. Bart. d.l.1. de erro, aduocat.
[Si Qvis Avtem Postqvam Ter Per In-
tervalla Aliqva]l.Modestinus,de solut.
modica arbitrio iudicis. Affl. hic 7.not.

[A Baivlo, Vel A Ivdice] qui pati non
debeat suam iurisdictioné deludi. Bal.l.vni.
nu.10.circa med. C.ex deli.defunct.inquan.
hæres conue. [Pver et Admonitvs] vnde
si iudex præcipit simpliciter aliquid fieri,nõ
19 debet illico infligere mulctam, sed gemina-
re præceptum. Abb.c.2.post num.3.de testi.
cog. [Vel] idest, gl.l.denunciamus, in ver.
quibusdam, de his, qui ad eccl.confug. [Si
Sit Aliqvis Prout Assolet].i. solitum
est. glo.l.palam.in ver.solet, ff.de ritu nupt.
[Ivdice, Et Ivdicio] discretioni eius.
l.cum prætor, in ver.iudicio,vbi Bald.§.fin.
ff.de iudicijs. [Taediosvs] importunus,
molestus.Affl.hic 8.not. [Semel, Bis, Ter,
Absqve Intervallis Aliqvibvs] sed
vnico contextu, instanter, instantissimè, &
instantius, sicut in petitione Apostolorum.
clem.quamuis,de appell. Affl.hic nu.9.in fi.
Tale ei existat ingenium vt præcepta iudi-
cis contendat. l.ciuitas, C.de off.rect.prou.
20 [Interdictvs] prohibitus: vnde interdi-
ctum dicitur,quia prohibet, l.prætor,§.1.in
gl.1.de noui ope.nunc. vel inter duos dictũ,
actorem,& reum, etiam quod plures essent.
Bal.in rub.C.de interd. [Tacere]quod fit,
si nihil respondit,& per hoc non fatetur,nec
negat. Spec.tit.de positio.§.9.num.3. Abb.
c.significasti,num.24. in fi. de foro compet.
[Noverit]notum,vel cognitum habuerit.
Nizolus in ver.nosco, quia punitio est effe-
ctus iustitiæ. D.Th.3.par.de Sacram.q.120.
alias 89.art.6. [Si Rvsticvs] habitans,
vel colens rus. Iser.§.si quis rusticus,nu.28.
de pace ten. [Fverit Vnum Avgvstalem]
de quo supra in const.quicunque. [Si Bvr-
gensis] c.2.de his, quæ vi, metusve cau.
fiunt. [Dvos, Si Miles] vel Doctor. Affl.
hic nu.5.post med. [Qvatvor, Si Baro]
21 qui est plusquàm miles, si viuit militariter
cum equis,& armis. Iser.§.similiter,lo vlti-
mo, num.23.in princ. de cap.qui cur.vend.
[Octo Si Comes]inuestitus de aliquo Co-
mitatu, c.1. Quis dicatur Comes, Dux, vel
Marchio. [Sexdecim Avgvstales Cv-
riae Nostrae. Componant] soluant.
d.const.quicunque,ne mandatum contendi-
bile videatur. c.1.de matr.contract. contra
interd.eccl.& vt pœnali iudicio possit qui-
libet suam iurisdictionem tueri. l.vnica, in
princ.ff.si quis ius dicen. non obtemp. Gra.
infin cõst.de personis clericorum, col.pen.
22 circa fin.& exigitur tota pœna,etiam quod
nõ intersit quando vt hic imponitur per no-
mina simplicia, secus si per nomina respe-
ctiua,quia tunc non potest excedere quadru
plum, Bald.l.vnica,num.42. de sentent.quæ
pro eo quod inte. [Scitvris Pro Firmo]
pro certo, supra in const. inconsutilem.
[Qvi-

[QVIBVSLIBET]omnibus,& quibuſcunque.
Luc.l.3.col.2.cir.fin. de bonis vac. [OFFI-
CIALIBVS NOSTRIS, QVOD SI OB GRA-
TIAM] beneficij. l.iubemus,§.fin.de ſacroſ.
eccl. quam gratiam facere non debent, nec
tenentur. Io.And.c.ſolet,nu.4.circa med.&
22.de pœnic.& remiſs.iu vj. [ALICVI POE-
NAM IAM DIMISERINT] renunciauerint.
Bald.ſeruus vnius, in fi.de his, qui not.infa.
[NOS DE BONIS SVIS PROPRIIS] priuatis
ſuis,quæ ad alios non pertineant.Lucas l.3.
in fi.de caſtr.pecul.mil. [IPSAM INTEGRE]
23 abſque diminutione,quia integritas diminu
tionem nõ recipit. gl.pen.in extrauag.com.
vni. ne ſede vac. [PROCVLDVBIO] quod eſt
aduerbium affirmandi. Luc.l.fin.poſt princ.
de agric.& ceuſi. [PROSEQVEMVR] perfectè
ſequemur. Arch.c.pen.col.2.circa fin.7.q.1.
& ſic officialis, qui non exigit totum ſoluit
de ſuo. Bar.in l.ſuſceptores,de ſuſcep.præp.
& archa. nec poteſt remittere pœnas. Gra.
hic in princ. poteſt tamen propter pauper-
tatem cum aliquo diſpenſare ſuper aliqua
mulcta pecuniaria. Baldus l.certa ratione,
nu.7. quando prouoc.non eſt neceſſe.
24 Contra, in contradictorio iudicio requi-
ritur ſtrepitus, & conflictus, & cum magno
ſtrepitu,& conflictu proceditur ad diffiniti-
uam. Bal.l.3.poſt nu.5.quomo.& quan.iud.
vltra quod turba ſtrepitum habet. D.Aug.
ſuper Io.tract.17. & forũ rixoſum appellat.
Dec.in add.ad Bal.l.magnã,col.7.in marg.
de contra.& commi.ſtipul. & lite conteſta-
ta,incipit conflictus iudiciorũ. Bal.l.1.col.8.
cir.med.de his,qui accuſ.non poſſunt,adeo
quod quædam fiunt cum ſtrepitu, & ſolem-
nitate iudiciorum, quædam fiunt de plano.
idem Bal.l.2. 4.not. quando prouoc.non eſt
neceſſe. etiam,quia quis conceptum ſermo-
nem tenere poteſt. Iob 4.maximè in ſtrepi-
tu cauſarum,c.vni.in fi.de ſynd. Vltra quod
25 loqui acriter eſt de more ſapientis,vt exer-
ceat ingenium. Bal.in rub.nu.1.de Iuſtitia,
& iure.

Dic, quòd hic loquitur de loquacitate,
quæ eſt parum vtilis,& multũ tædioſa. Bal.
conſ.155.in princ. 2.vol. aliàs poteſt loqui,
& iura ſua proponere petita licẽtia, vt hic,
cum non præſumatur velle,quod non loqui-
tur. Affl.infra in conſt.temeritatem,in fi. &
quod hic dicitur, idem in loco vbi regitur
ſynodus. d.c.in loco, 5.q.4. & in Sac.Conc.
dum cauſæ vocantur,eſt prag. quoties, quæ
eſt 11.ſub rub.de off.Sacri Conc. & non ſo-
lum ſtatuitur hoc per conſt.iſtam,ſed etiam
per ritũ Magnæ Curiæ in rub.ſuper ſilentio:
26 & hoc quia iudex omni loco,& tempore de-
bet honorari à partibus,& tamen non dici-
tur honorari niſi vbi eſt ſilentium.Follc.hic
col.fin.cir.princ. Iure tamen Longobardorũ
non tenebatur pro cauſa ſua licentiam po-
ſtulare, vt hic in glo.2. & ſilentium de quo
hic, aliter c.ex tua,vbi Ant.de Butr.num.1.
poſt med.& 4.in fi.de fil.presb. & l.Impera-
tor, ff.de poſtul. vel ſilentium in ſententijs
imponitur. Bal.l.fin.nu.3.de reuoc.don.
27 Nota,quod iudici ratione debetur honor,
qui eſt recognitio quædam,& ratione officij
debetur ei cultus, qui in quodam obſequio
conſiſtit. D.Th.2.2.q.102.art.2. Vnde ſi iu-
dex vidit partes in iudicio, vel extraneos
male verſari, poteſt ex officio punire. Abb.
c.olim ex literis,nu.11.de reſcrip. & prohi-
bere ne tumultuoſus accedat ad aliquem
locum. Bal.l.3.de off.procur.Cæſ. & nolen-
tem obtemperare in principio, medio,& fi-
ne poteſt mulctare.Spec.tit.de dolo,& cõtu.
§.2.& quãdo reſpectu pœnæ infligendæ pro-
pter contemptum iudicis non reperiretur
prouiſio legis,iudex poſſet arbitrio ſuo pœ-
nam imponere. Abb.c.de cauſis,poſt nu.11.
de off.deleg.hic eſt impoſita,& creditur no-
tario dicenti actum curia ſedente. Paul.de
28 Caſt. conſ.202. nu.6. 1.vol. Econtra poſſet
dici iudici quando nimium loquitur, Si tibi
cuius potestatis, vel Principis. glo. c. 3. de
4 sent. excom. [Qui Sua Negligentia] quæ
omnia lędit, §. fin. auth. de quæstio. Infra quã-
tum tempus inducatur, & quomodo iudex
dicatur negligẽs. Bal. l. mancipia, cir. princ.
& nu. 4. C. de ser. fug. Et dicitur quasi nec eli
gens: & quando negligentia est peccatũ mor
tale, & quando non. Nicol. de Nysse tract. 3.
par. 3. portio. 3. q. 4. [Bona Publica] licet
eorum vsus ad priuatos pertineat. l. qui ta-
bernas, ff. de contrahen. empt. [Deperire]
perire. Nizol. in ver. depereo. [Vel Minui]
diminui, extrahi, & extinuari. Nizolus pred.
in ver. minui. [Permiserit] vel non prohi-
5 buerit, quia non prohibendo permittit. glo.
l. sciendum, §. fin. in ver. permittunt, ad leg.
Aquil. [In Persona Propria, Vel Rebus
Suis] & sic est in electione fisci capere ip-
sum de persona, & detrudere in carcere, vel
facere executionẽ in bonis. Affl. hic cir. fin.
sicut Iudæi Curiæ obnoxij possunt vẽdicari.
l. quicunque, de Iudæis, & fit executio in bo-
nis suis, in quibus habet dominiũ. l. seruos,
& seq. de leg. 3. vel in commodis suis, nam
rem suam, cõmoda sua dicit. Bald. l. ad pro-
bationem, circa fin. post num. 10. C. locati.

[Con-


[Constituitur Obnoxius] obligatus, l.si quis presbyter, in ver. obnoxius, de Episc. & cler. & l. orphanotrophos, eo. tit. l. verum, §. sciendum, in fi. ff. de minor. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt. c. iniustum, de rer. permut. & c. fin. ne cler. vel mon. inde obnoxius, & obnoxiatus. l. 1. & 2. vbi Bal. C. vbi decuria.
6 vel cohartali. quia vnusquisque obligatur ad exequendum officium quod accepit. D. Th. 3. par. de Sacram. queſt. 8. alias 67. art. 8. [Et Hoc Aspectu] alias respectu ratione, vel religione. Nizolus in ver. respectus. [Regiae Pietatis] vel clementiæ. l. Imperialis, §. præsenti, C. de nuptijs. l. vnica, §. fin. de cadu. toll.
7 Sed videtur, quod cum tempus inducat diuersitatem in substantia. Frecc. de subfeu. lib. 2. ibi decimoseptimo, nu. 2. cir. med. si tenetur pro vna re, videtur quod non teneatur pro alia.

Dic, quod cum materia sit subiectum obligationis, Bal. l. ad comparandas, nu. 3. in fi. C. mand. obligatio prima durat, & sequens accedit. l. 3. de duobus reis. & non est vis teneatur ex contractu, vel delicto. Bal. l. dotis tuæ, repet. antiq. G. de iure dot. & temporis cursu non læditur, qui nô negligit. Bal. conf. 325. post nu. 1. vol. 1. hic ex negligentia punitur, quia deperire permisit, vt hic in glo. Quid si rapuit. glo. & Affl. in fi. dicunt, quod
8 maior est pœna rapientis, quàm negligẽtis. Tu dic, quòd qui species in publicis horreis depositas, in vtilitatem suam conuertit, deportatur. l. fin. de cond. in publ. horr. qui ex administratione rerum ciuitatis conueniuntur vsuris obnoxios esse satis notum est. idẽ in operum curatoribus si pecunia apud eos remansit, sed in ea quã redemptoribus committere, etiam quod negligenter dederint vsura remittitur, si verò fraus arguitur vsuræ applicabuntur. l. cum quædam, §. eos,
9 ff. de vsur. Quomodo autem probabit fiscus, quod culpa officialis bona sua perierunt, Affl. hic nu. 2. vel probatur negligentia pro eo quod non est factum, & fieri debuit, & verum de hoc sit licitum appellari, idem Affl. c. 1. 13. not. circa med. si de inuest. inter dom. & vasfall. lis oria. Licitum est propter corruptionem veteris frumenti nouum misscere. gl. l. 1. de frum. vrbis Constantinopoli.
10 Bart. l. 1. de cond. publ. horre. nam malum additum bono nô corrumpit. gl. fin. in c. fin. 32. q. 1. mala autem medicamenta protinus corrũpenda sunt. l. ceteri, ff. fam. ercisc. Et qui
11 in saccis deferunt merces desuper bonas, & inferius malas in eodem sacco, puniuntur. l. pen. vbi gl. 1. in fi. de extraord. crim. & qui operibus publicis præest, tenetur vsque ad annos quindecim. l. 1. C. de oper. publicis.

De officio Magistrorum Camerariorum, & Baiulorum.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia mandatarij, æstimatur negligentia mandantis.*
2 *Brachij imploratio pro auxilio, & consilio.*



Continuatur vt per Affl. vel dictum fuit de pœna officialium, quorum culpa respublicæ pereunt, quia quandoque illorũ cura spectat
1 ad alios, & negligentia mandatarij, æstimatur mandantis. Pau. de Cast. conf. 37. in fi. 1. vol. ideo idem Rex mandat requisitos pro ser-
2 uitio Regio auxilium, & consilium præstare, quod facit pro imploratione brachij, & eius materia, de qua vltra Affl. hic, est const. Maiestatis nostræ, infra de adulterijs coerc. vl i latè dixi.

SVMMARIVM.

1 *Exigere tenetur præses ad petitionem exactorum.*
2 *Camerarij in regno sunt secreti, & in Apulea Magister Portulanus.*
3 *Iudex constituitur in mora ter petendo, & protestando.*
4 *Deuotus, timidus obseruator, & obediens dicitur.*
5 *Commoda dicuntur, quæ ex possessione proueniunt.*
6 *Iudex non tenetur impartire officium suum, nisi petatur.*
7 *Consilium in regendis requiritur, & vbi dubitatur, non ijs quæ clara sunt.*
8 *Debet, & potest, simul iuncta important necessitatem.*
9 *Consulere dicitur, qui verbo suadet, & de futuris, nam de præteritis nullum potest esse consilium.*
10 *Consulere obligatus tenetur ob rem quam non gessit, cum gerere debuerit.*
11 *Curia est eadem in omnibus officialibus regni.*

Officiali

12 *Officiali tria insunt, electio, confirmatio, & exercitium.*

13 *Actus magis inspicitur, quàm potentia, & habitus plures species.*

14 *Exactor non debet esse contumeliosus, sed moderatus, & benignus.*

15 *Culpa est non soluere, quando pecunia est solutioni parata.*

16 *Militares expensæ, & hostium executionis indigent diligentia.*

17 *Summariè proceditur in pœnis fiscalibus.*



VSTITIARIOS] quicunque ex laicali ordine tam liberi, quàm serui in Comitatu manentes à proprio Comite, vel publica parte ab his, qui rempublicam agunt admoniti fuerint, si se subtraxerint ab adiutorio sui proprij comitis, & ipsum nõ adiuuerint infra ipsum comitatum contra prædones, in tertia parte mobilium componãtur, & serui 60. ictus à proprijs dominis accipiãt, si probatum fuerit eis fuisse denunciatum. l.2. de his, qui ad patr. defend. ire neganti. in Lon-
1 gobar. Ita ad petitionem exactorum cogitur præses exigere. l. in fiscalibus, vbi Ang. de exact. trib. & officialis quãdo vsus exegerit, sibi inuicem auxilium præstare debent. l.2. §. postquam, C. de off. præf. Afr. Quando actus trahitur ad habitum per exercitium, Bald. l.1. col.2. post princ. de sum. Trin. vel potentia transit in actum. Bal. l. non distinguemus, §. dies, ff. de arbitris. maximè pro commodis Regijs, quibus quandoque intenditur. inf. in const. ad subiectorum, vnde Rogerius mãdat officiales esse sollicitos, & requisitos auxilium, & consilium impartire, vt in tex. qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [IVSTITIARIOS] prouinciarũ. Affl.
2 hic 1. not. in princ. [CAMERARIOS] qui in regno sunt secreti, & in Apulia Magister Portulanus: Frecc. de subfeu. lib.1. de officio Admirati maris, nu.8. [CASTELLANOS] de quibus supra constit. Castellanis, quando liceat castell. [ET BAIVLOS] locorum qui conducunt baiulationem à Regia Curia, vel Magistris Camerarijs. Affl. sup. const. baiuli locorũ, in princ. de off. baiu. [SOLLICITOS] solertes, & citos. D. Tho. 2.2. q.49. art.4. ter
3 petendo, & protestãdo, sicut vt iudex constituatur in mora totidẽ petitur, & protestatur. Affl. c. si quis per 30. 2. not. num.2. si de feu. fuerit controu. inter dom. & agn. alias officialis in suo officio negligens condemnatur. l. mancipia, vbi Bal. in princ. C. de ser.
4 fug. [ESSE VOLVMVS, ET DEVOTOS] timidos, & obseruatores, vltra Afflict. hic 2. not. Luc. l.1. de locat. præd. ciuil. vel obedientiarios. Bal. l. à legatis, C. de vectig. [VT VBI] idest quãdo. Luc. l. facultas, col.4. post princ. de iure fisci. [NECESSE] vel vtile. gl.2. l. vni. ff. de off. præf. præt. [FVERIT, ET PRO COM-
5 MODIS] quæ ex possessione proueniunt. Pau. de Cast. cons. 366. in fi.1. vol. [CVRIAE NOSTRAE PER DOHANAE SECRETOS] & Magistros Portulanos. [ET QVAESTORVM MAGISTROS, VEL ALIOS OFFICIALES] Affl. hic 4. not. qui omnes sunt sub Magno Camerario, qui est omnium procuratorum fiscalium exactorum iurium, introituum, & gabellarum maior. Frecc. vbi supra num. 9.
6 [EXTITERINT REQVISITI] cũ alias iudex nõ teneatur, nec debeat impartire officium suum ad vtilitatem priuatam, nisi petatur. Abb. c.1. post nu.4. de iudicijs, & c. licet, nu. 15. in fi. de probat. [CONSILIVM] affectione amicabili in mouendis actoribus, & procu-
7 ratoribus, & in regendis consiliũ. l. idemq; §. si cui, ff. mandati. ante, & non post. add. ad Bald. l.1. col. antepen. in ver. consilium, qui admitti. & intellige si dubitauerint, nã consilium dubitationem importat, in ijs enim quæ manifesta sunt, ridiculum est consiliari. D. Th. 2.2. quæst.52. art.3. [ET AVXILIVM] ne quis improbè resistat. l. rem alienã, in fi.
8 ff. de pign. act. [EISDEM DEBEANT] & possint, nam ista simul iuncta importãt necessitatem. Cassan. consuet. Burg. rub.7. §.4. ibi peu uent. [IMPARTIRI] & sic dantur, vt instruant, non vt administrent. Bal. in fim. l.1. C. de peric. custo. & consilium eius, qui non potest disponere, non tribuit ius. idem Bald. l. cùm non solum, §. sin autem, post nu.2. de
9 bonis quæ lib. & dicitur consulere, qui verbo suadet. Bal. l.1. nu.6. in princ. de futuris, quia de præteritis nullum potest esse consilium, nu.12. in fi. C. de ser. fug. quamuis non possit quis semper liberè consulere. Bald. in auth. sed omnino, nu.9. in fi. ne vxor pro marito. nec est de necessitate sequendum. idem Bal. l.1. nu.4. C. de tut. vel curat. illust. perso.
10 Verum qui non consulnerunt, tenentur ob rem quam non gesserunt, cum gerere debuerunt. l. duo tutores, ff. de magi. conueni. & tanquam inobedientes contra officialium Regis mandata exigentium collectas, puniuntur. Gra. in c. regni prædecessoruu nostrorum, num.2.

Videtur tamen, quod cum sint distincta officia, sup. in const. non fine, in fi. culpa sit se immiscere rei ad suum officium non pertinente. infra in const. culpam, de ser. exeun. extra castra.

Dic

11 Dic quòd licet officia sint distincta, quia eadem est curia in omnibus officialibus regni. Isern. infra in const. humanitate, circa princ. vnus debet præstare consilium, & auxilium alteri, vt hic, ita iudex debet deliberare cum sapientibus, sed non tenetur. Bal. l. 2. nu. 5. de sent. ex breui. recit.

12 Nota, quod in officiali tria ponderantur, electio, confirmatio, & exercitium officij. Ioan. And. ad Spec. tit. de accusatione, §. fin. in ver. vt intra, col. 4. post princ. Inde officialis habet iurisdictionem actu, & habitu, idest iure, & exercitio. Bal. l. si non fortem, §. qui filio, col. 2. circa med. de cond. indeb.

13 verum actus magis inspicitur, quàm potentia, l. si quis hac, de rei vend. Habitus habet plures species. Bal. l. quod Seruius, de cond. cau. data. & potest esse habitus sine actuali exercitio. Bal. l. pen. col. 3. circa med. si cert. petat. Cum autem exercetur ad instantiam curiæ, & necesse fuerit pro eius commodis, tenentur officiales ad instantiã quæstorum, vt hic. Quomodo autem nunc fiat exactio, & inde solutio in Reg. Thesoreria adsunt instructiones in fine rituum Regiæ Cameræ,

14 exactor tamen non debet esse acerbus, & contumeliosus, sed moderatus, & benignus, & cum instantia humanus. l. si bene, vbi Bal. ff. de vsuris. bonis diligentia executoris perquisitis, l. fin. §. cum autem, de his, qui ad eccl. confug. prouinciarum moderator exiget, & si possessores audaces extiterint, etiã si opus fuerit per militare auxilium ad solutionem compellat. l. 1. C. de off. præf. Aug.

15 Vltra quod culpa est non soluere, quando pecunia est solutioni parata. Bald. l. debitor, circa med. ff. de neg. gestis. Ideo in mense Septembris, & Octobris aptabantur populi, prout nunc ad solutionem tributorum. gl. 3. §. 1. auth. de collato. & indicuntur functiones, ne debitores patiantur dispendium. l. 2.

16 de indictio. Nam militares expensæ, & hostium executiones multa indigent diligentia, nec possunt citra pecunias agi, nec recipiunt dilationem, vel moratoriam cautionem. Lucas l. graues, circa med. de anno. & tribu. vnde causæ tributorum nullam recipiunt dilationem. idem Lucas l. 3. col. 2. post med. de præd. & omni. reb. nauicula. Et in pœnis fisco applicandis proceditur summariè, vt in c. regni ab olim de curia nostra.

17 Vltimo, inferiora superioribus non derogant, & per superiora non debent inferiora opprimi. Bal. l. 1. 2. rep. circa fin. post nu. 27. de emancip. libero. Vnde si agricola fit collector, excusatur. Gra. in cap. regni ad tollendam.

De officio Magistri Iustitiarij, & Iudicum Magnæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia cæteris speculum ab ea vndique iustitia norma deriuat.*



VT euitetur difficultas Affl. sic continua vlta eum di ctum fuit de officialibus in genere, & quomodo se habeant in omittendo, & committendo circa iustitiæ cultum expeditionem causarum, & curam rerum publicarum, nunc post cognitionem generis descendit. l. 1. si cert. pet. & incipit ab officio Magistri

1 Iustitiarij, quia in eum velut iustitiæ speculum cæteri gradus inferiores inspiciunt, ins. in const. Magnæ Curiæ, & vt à fonte riuuli per regnum vndique iustitiæ norma deriuet, vt in textu in fine.

SVMMARIVM.

1 *Variantur multa secundum temporum varietatem, num. 33.*
2 *Nihil, non ens, paruo, vel nihilo aequiparatur, & exponitur multis modis.*
3 *Auctoritas est superioris, consensus inferioris.*
4 *Lex quando, & ex qua causa fieri debet.*
5 *Præcipuum, principale, speciale, vel proprium dicitur.*
6 *Excellentiæ quæ spectant, & sint.*
7 *Mutabile, & immutabile quid.*
8 *Malitia egressus, virtutis operatur ingressum.*
9 *Sufficiens dicitur quando aliud adminiculum non est necessarium.*
10 *Frangitur in magnas partes, conteritur in minutas.*
11 *Effectus inferiores considerantur secundum causas superiores.*
12 *Mutationes magnæ in breui tempore occasione belli.*
13 *Effectus attribuitur causæ.*
14 *Leges non silent inter arma, sed ad hoc pugnatur vt legibus seruiatur.*
15 *Præsumptio alios superandi, & aliis despectio*

despectis, singularis videri, pertinet ad superbiam.
16 *Diadema est vnū de signis regalibus.*
17 *Electio Papæ ad quos, & ad quos spectat consecratio.*
18 *Rex debet cogitare pro conseruanda iustitia, & bono statu fidelium.*
19 *Datum solemniter, cum difficultate retractatur.*
20 *Caualcatæ, & expeditiones nunciorum exercitum regere, expeditiones dicuntur.*
21 *Iudex vbi non est lis, victricibus armis cedit.*
22 *Tempus quid, & quando dicatur modicum, antiquatum, antiquissimum, & instans, post num. 23.*
23 *Temporis nihil habemus nisi instans.*
24 *Ocium est viui hominis sepultura.*
25 *Status à sto, stas dicitur, & quando dicatur fieri contra statum.*
26 *Cogitare quid, vnde, & differt à meditatione, & contemplatione.*
27 *Miles non est dimittendus donec duret bellum.*
28 *Ordo duplex, temporis, & naturæ, & dicitur rei forma.*
29 *Prudentia est pars prouidentiæ, & eius est bene ordinare ad finem.*
30 *Via antiqua non est dimittenda propter nouam.*
31 *Mores mali ex secundis rebus nati sunt.*
32 *Sapientis est reuocare quod male locutus est.*
34 *Commendare se an sit licitum.*
35 *Finis demōstrat quādo aliquid cœpit.*

1 
IHIL] cum nihil sit perfectum in humanis actibus, c.reg. si temporum alternata, non debet reprehensibile iudicari si secūdum varietatem temporū, statuta quoque variātur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas hoc exposcit, quoniam ipse Deus ex ijs quæ in veteri testamento statuerat, multa mutauit in nouo. c.non debet, de consang. & affin. D.Thom.cum add.ad eum, 3.par.de Sacram.q.81.alias 50.art.1. Sermo enim idem potest esse verus in aliquo tempore, & falsus in alio.9.Metaph.8. Nec often ditur mutatio si Deus alia Sacramenta instituit post Christi aduentū, & alia tempore legis. D.Tho.d.par.q.2.alias 61.art.4. in fi. nam pro mutatione temporum mutata sunt sacramenta. appendix ad eundem ea.parte, q.11. alias 70. art.1. Omne enim quod sub mundi machina gubernatur, in centum annis renouatur, quod est lōgissimum tempus vitæ hominis. Bal.l.1.nu.6.cir.med.de ann. except. Lex humana non potest sufficienter omnia mala punire, vel efficaciter prohibere, ideo necessaria fuit lex diuina. Lex naturalis est quædam participatio legis æternæ. Nicolaus de Nysse tract.5.par.1.port.2.q.1. obfuscatur, non mutatur, ibidē quæst.3.in fi. Licet lex scripta detur ad correctionem legis naturalis, vel per legem scriptam suppletur quod legi naturæ deerat, vel quia lex naturæ in aliquorum cordibus quantū ad aliqua corrupta erat. D.Thom. 1.2.q.94.art.5. Lex temporalis, quamuis iusta, commutari per tempora iuste potest. d.par.q.97. art.1. Vltra quod non omnes casus possunt decidi per iura iam posita. Abb. c.de vxore, nu.2. de sepulturis. Et propter actus humanos diuersorum, solent esse diuersa iudicia, ex quibus contrariæ leges procedunt. Nic. præd. vbi sup. Innouantur constitutiones propter rerum mutationem. Gra.hic. Paterfamilias non ostendit mutabilem voluntatē si diuersa familiæ suæ proponit præcepta, pro temporum mutatione, non eadem præcipiens in hyeme, & æstate. D.Th.d.q.2.alias 61.art.4. Eadem materia diuersis temporibus producit diuersas agendi formas. Bal.l.ex legato, nu.9.post med.C.de legatis. & secundum diuersos casus formas varias decreti, & alia quę quotidie occurrunt, oportet immutare. Spec.tit.de elect.§.2.nu.11. Vnde est iustum aliquid tempore guerræ, quod est iniustum tēpore pacis. Sed dicitur iustum, quod cuilibet tēpore suo expedit, nam sicut medicus obseruat tempora, ita & iurisperitus. Bald. l.vni.in princ.nu.8.de cadu.toll. Ergo licet antiquitati aliquid addere, vel detrahere. add.ad Spec.tit.de appell.§.1. ibi, cur antiquitas. Et potest vetus solemnitas sperni cui est abrogatum. Bal.l.1.nu.6.in princ.de fide instr. & iure hastæ fisca. quia nouis morbis, noua conuenit antidota præparari. c. cæterum, de iuram. calum. Ideo non erubescat antiquitas si quid melius horum tradidit nouitas. Spec.in procemio num.33.& hic in tex.qui diuiditur, & sum.vt per Affl.& dicit
2 [NIHIL] nō ens. Bal.l.si auiæ, nu.1.cir.med. de success.edi. quod non est, nemo scit quid sit.2.Posteriorum tex.32. non significat aliquid. D. Aug.lib.de natura boni, col.9.circa med. cum nomen tantum sit, & non res, idem

idem Aug. 1.contra Pelag. col.fin. in princ. Non est supra modum, quod nihil est, Bald. l.eam quam circa fin.de fideicomm. Paruo est minus vno, 10.Metaphysices 8.cir.princ. vbi Auerr. æquiparatur inualido, Bal.auth. præterea in fi. vnde vir, & vxor, & l.si aut nullum de leg. hæred. est terminus vniuersalis, & omnia excludit, Bald.l.qui cum tutoribus 1.repe.col.2.circa med.de transact. & exponitur non, glos.l.sed & si §.de eo in ver. nihil de petitio. hæred. & l. qui foueas ad leg. Aquiliam. vel nullum, l.sed si mors in ver.& nihil ff.de donat.inter vir. & vxor. vel ne quid, idest nihil, Alfan.l.1.post nu.35. ff.si certum pet. Vnde inter nihil,& aliquid, non est medium, Nicolaus de Nifs.tract.1. port.2.quæst.8. [VETERVM] religiosissimorum, c.maiores §.fin.de Baptismo. [PRINCIPVM]Romanorum,in proœ.inst.in princ.

3 [AVCTORITATI] consensui,quia auctoritas est superioris consensus inferiorum, Lucas l.prædia, post princ.de locatio. præd. ciui. [SVBTRAHIMVS] subducimus, Nizolus in ver.subtraho. [SI IVXTA NOVORVM TEMPORVM QVALITATEM DE NOSTRO GREMIO]habito consilio Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum, c.Imperialem de prohib. feud. alien. per Freder.

4 [NOVA IVRA PRODVCIMVS] cum omni die fiant leges in Lombardia nouis regnātibus, Bald.conf.204.post nu.4. vol.3. sed non pro quacunque, sed pro magna vtilitate,vel necessitate fieri debent. D.Th.1.2.q.97.art.2. [ET NOVIS ABVSIBVS NOVA REMEDIA REPERIMVS] quia nouis morbis nouis occurri remedijs expedit, in cap.regni nouis. Inde lex diuersimode prouidet secundum casus occurrentes, Bal.l.si eum seruum,post princ. si certum petat. Et hæc variabilitas materiæ inculpabilem reddit intellectum humanū in statuendo leges, Caiet.ad D.Th. vbi supra 1.2.quæst.96.art.6.in fi. nam quæ de nouo emergunt, glo.l.licet ff.de arbitris. [HABET ENIM] ex consuetudine,non de iure,vel ex delegatione, Ant.de But.cap.cum satis num.2.in princ.de off.Archid. cura suscepti regiminis,c.1.de purg.vulga. Vel habere dicimur,quod in promptu est vt habeamus, D.Thom. 1.2.quæst.65.art.1. siue secundum suam naturam, vel potentiam, vnde habens potentiam acquirendi aliquid, dicitur illud habere,5.Metaphysices 22.vbi Auerroes. [ISTVD EX OFFICII NECESSITATE PRAECIPVVM] l.vnica C.de offic.

5 com. sacra.larg. habet, idest retinet, Bald. l.cum is ff.de fideiussor. vnum scilicet præcipuum, glos.2.l.1.ff.commo. principale, Bald.l.summa 2.repet.de statu hom.seu speciale, glos. l.1.de officio procurat. Cæsar.

vel proprium, cum vni soli competat. D. Thom. 1.parte quæst.33. art.4. [IMPE-

6 RIALIS EXCELLENTIAE DIGNITAS] qua nihil maius, vel sanctius, nisi Apostolatus Beati Petri, Baldus l.fin. num.2. C.de legi. Et ad excellentiam maxime pertinet quædam magnanimitatis actus, quo quis bene facit, & virtutem insinuat, Lucas l. excellentia, post princ.de erog.mili.anno. [VT SI PER RERVM MVTATIONES, ET TEMPORVM] vnde frequentes mutationes, variæq; fortunæ accidunt in vita, fieriq; potest vt his qui maxime florent,magnæ in senectute incidant calamitates, Aristoteles

7 1.Ethicorum 14. natura enim per locos, & tempora mutabile est corpus, non mutabilis per locos, sed tantum per tempora est anima,non mutabilis per locos,nec per tempora est Deus, D. August. epist. 63. circa medium. Vel vnum semper immutabile est Deus, semper mutabile est corpus, medium tenet anima, vt possit esse mutabilis, & immutabilis, idem D.Augustinus lib. viginti unius sententiarum, col.pen. in fine. Vnde cum tractatur de homine mutabile, omnia suis debent conuenire temporibus, Antonius de Butrio cap. 1. circa finem, de officio Archipresbyt. Mutantur leges, quia secundum diuersas hominum conditiones diuersa eis expediunt, Nicolaus de Nysse tractatu 5. par. 1. portio. 2. quæst. 5. & pro consideratione temporum, ætatum, & grauaminum dispensatur, cap.cum ex literis, de restitutione in integrum. [AD ERADICANDA VITIA, PLANTANDASQVE

8 VIRTVTES] nam renunciando improbitati, statim nascitur virtus, egressus malitiæ, virtutis operatur ingressum, Lucas l.quemadmodum, col.pen. in princ. de agrico. & censi. quia finis primi, inchoatio est secundi, Baldus in simi.consilio 352. post num.4. volum.5. [NON VIDENTVR HOMINIBVS] qui secundum hominem viuunt. D. Augustinus 14. de ciuitate Dei, cap. 4. in fine. [VETERA IVRA SVFFICERE] nam natura quotidie nonas deproperat edere formas,glos.2.in princ. authent.de non eligen. secun.nuben. & multis vetitur nouitatibus, glos.2. §.1. auth.quibus modis natur. effic.

9 legitimi. Et dicitur sufficiens,quando aliud adminiculum non est necessarium ad ipsius obseruantiam: & sufficere, & proficere, differunt, Abbas.cap.1.num.8. & post num. 11. de postula. prælat. & in constitutione cum vniuersis, & singulis, vbi dixi. [NOVA] quæ non sunt iure scripta, vel consuetudine roborata; glos. l. 1. in ver. noui iuris, in fine, quod quisque iuris. [QVOTIDIE] frequenter, glo. l.certi conditio,

Bb §.pen.

§. pen. in ver. quotidie si certum petatur.
Inde quod est quotidianum, reputatur esse
continuum. Bal. l. si sic 1. rep. quemad. serui.
amitt. [REPERIRE CONSILIA PER QVAE
VIRTVOSI DITENTVR PRAEMIIS, ET VI-
TIOSI CONTINVIS POENARVM MALLEIS
10 CONTERANTVR] frangitur enim in magnas
partes, conteritur in minutas. D. Th. 3. par.
de Sacram. quęst. 32. alias 1. art. 1. & 2. & sic
quemadmodum volumus iustos pręmijs de-
corari sic iniustos, & iniquos pœnis affici,
inf. const. Capitaneorum circa med. de off.
cap. quia premia virtutum merentibus sunt
tribuenda. Affl. hic 3. & 4. not. [CONSIDE-
11 RANTIBVS IGITVR NOBIS] effectus infe-
riores secundum causas superiores. D. Th.
in sim. ad Colossen. 2. ibi nam & si col. 3. in
princ. [AD LAVDABILEM HOMINVM RE-
GNI VITAM] sicut post pœnitentiam vitā
laudabilem continentes, c. sane de cler. con-
iug. [STATVTA] & decreta, Nizolus in ver.
statuo cir. princ. [PRAEDECESSORVM NO-
STRORVM REGVM] in hoc regno. [ET PRIN-
CIPVM] qui non perperam, sed bene egerūt,
Iser. c. 1. in fi. num. 5. hic finitur lex. [QVAE-
DAM EX LONGAEVA GVERRARVM] §. si mi-
12 nistrales de pace ten. cum sæpe per guerras,
& alias hominum passiones fiunt in breui
tempore magnæ mutationes, Bal. l. 2. nu. 29.
in fi. de rest. vend. [TVRBATIONE] contur-
batione, quæ est ordini contraria. D. Aug. in
lib. expositiones epist. ad Galatas col. 15. cir
ca med. Quid autem sit turbare, & quid tur-
ba, Bal. l. 1. §. huius post nu. 8. de iust. & iure,
adueniente enim tristitia in populo ex præ-
done ciuitates deuastante, tunc perit cor
Principis, & Reges obstupescent, Sacer-
dotes, & Prophetæ consternantur, appendix
ad D. Thom. 1. 2. quæst. 37. art. 1. [QVO-
DAMMODO CONTRAXISSE RVBIGINEM.]
sicut ferrum, seu gladius quo ars militaris
vtitur ad bellum, & vagina ad gladij con-
seruationem, nisi vtatur, generat rubigi-
nem, ita anima nisi frequentibus exercea-
tur lectionibus, nascuntur peccata. D. Au-
gustinus libro quæstionum ex vtroque mix-
tim col. 106. in fine, & 107. in princ. quia
inter alia incommoda, quæ sequuntur ex
13 bello est, quod leges, & statuta non seruan-
tur, Afflict. hic 6. not. & effectus attribuitur
causæ, Bald. l. fluminum §. idem de damno
infecto, nam leges antiquantur, & infirman-
tur, l. decernimus de sacrosan. eccl. [DVM]
idest, postquam, Archid. c. quoties in princ.
2. quæst. 6. [VT PACIFICE STATVTIS
14 EISDEM HOMINES NEQVIERINT] nam
non silent leges inter arma, sed ad hoc la-
boratur, ad hoc pugnatur vt legibus seruia-
tur. D. August. libro de quinque hæresibus
col. 13. in princ. [IN] pro non. Lucas l. 1.
col. 5. in fine de deserto. [PARTE ETIAM]
cum non habuerint curæ liberum exerci-
tium, Zabar. clem. 2. §. illi verò post num. 9.
de ætate, & qualitate. [VT] causatiuè,
Archid. cap. 2. 23. quæst. 6. [IGITVR SALVO
PRAEDECESSORVM NOSTRORVM PVDORE]
verecundia, vel reuerentia, l. si patronus, vbi
glo. & l. donationes §. 1. ff. de donatio. alibi
salua reuerentia pudoris, l. 4. C. de defens.
ciuit. vel salua honestate sine peccato, cap.
significatum de præbend. [LOQVAMVR]
parcendo illorum pudori, l. quintus in fine
princ. ff. mandati, cum salua eorum reueren-
tia non videantur ponderasse, Abb. c. illud
quoque nu. 6. circa med. de præsumpt. sicut
Papæ quandoque dicitur, salua Maiestatis
reuerentia, est aliquid de quo non recorda-
mini, quia nos plerunque fallit obliuio,
15 Abb. c. cum à nobis, post num. 2. de testib.
alias inordinata præsumptio alios superan-
di, vel alijs despectis, singularis videri, per-
tinet ad superbiam, D. Tho. 2. 2. quæst. 162.
art. 3. in fine, & 4. ibi resp. in fi. [PROPTER
SEQVENTIVM TEMPORVM NOVA DISCRI-
MINA] pericula, & dimicationes, Nizolus
in ver. discrimen. [STATVTIS IPSORVM DE-
FECTV NON MODICO LABORANTIBVS]
quia quod ab initio fuit æquum, ex post fa-
cto fit iniquum, Bald. l. ex facto, post princ.
de vulg. & pupill. & inter specialia, quæ ad
officium Principis pertinet, D. Tho. 3. par.
de Sacramen. quæst. 6. alias 65. art. 3. est hoc,
[STATIM] ex quo feinimus, & potuimus,
Archid. cap. pueri 20. quæst. 5. quia omnia
prima magis delectant, Arist. 7. Politico-
rum 17. [POST NOSTRI RECEPTVM IM-
16 PERII DIADEMA] quod est vnum de signis
Regalibus, de quibus Afflict. supra constit.
omnes 1. not. de violent. meretr. illata. licet
sola coronatio, vel datio pallei non faciat
Regem, vel Archiepiscopum, nec stigmata
faciunt militē, sed auctoritas militaris vni-
ta cū stigmatibus, Bal. l. directis C. de testa.
manu. vbi etiam quod consecratio nō facit
17 Papam, si canonica electio non præcessit, li-
cet electio pertineat ad omnes Cardinales,
consecratio ad solos Cardinales Episcopos,
verum potest alibi, quàm Romæ installari,
Baldus l. 2. num. 55. C. de seruit. & aqua.
[NECESSARIA] necessitatis honestate, non
obligatione. Baldus l. furti §. qui iussu ff. de
his, qui not. infam. [NEC] pro non. Nizo-
lus in ver. nec. [MINVS CONTINVAT] vel
continuè, sine temporis præfinitione. Abb.
cap. 3. num. 4. de rescriptis. [NOS] cum
Imperator sit pater omnium, l. postliminij
de capti. & postlim. reuer. [OPORTVIT EX-
COGITARE REMEDIA] nam maxime cor-
ruptiones

ruptiones fiunt,& citiſſimè in prelijs. Ariſt. 1. Meteorologicorum, ibi non ſemper: ideo
18 Rex debet cogitare pro conſeruanda iuſtitia,& bono ſtatu fidelium, in cap.regni ſcire vos facimus,vbi Ioan. Ant.de Nigr. alias non videtur cogitatum, quod ex inprouiſo eſt actum, Bald.l.ſi à te in fine C.de pactis inter empt.& vendit. [Per Quae Possimus Veterum Statutorum Caliginem Provisionis Nostrae Lima Detegere] l.1.§.1.de iuſt. eap.confirma. vnde ſint verba prædicta dicit Affl. hic 8. not. alibi dicitur cognitionis limauit examen, l. cum nauarchorum de nauicularijs. Et gladius ſicut vſu ſplendeſcit dum rubiginat,ita vox in vagina ſilentij condita,diuturno turpore hebetatur. Lucas l.vnica,col.7. circa med. de profeſſo. qui in vrbe Conſtantinopoli. & animi cogitatio eſt ſicut poſthumus in vtero, Bald.l.1. poſt num.32. qui admi. [Et Consilii Plenitudine] quia vbi multa conſilia,ibi ſalus, Afflict.hic 5.not. & ſolemniter datum, cum difficultate retracta-
19 tur, Bald.l.diuus 3.repet. in princ. ff. de in integrum reſtit. [Supplere Defectum] iudex in ſimili in quibus ſupplere poſſit, & in quibus non, Bald.l.filiusfamilias §.veterani circa finem ff. de procurat. [Sicque Nuper] paucis ante diebus, Nizolus in ver. nuper. [Diebus Istis Proximis] l.proxime in gloſ.1. de his,quæ in teſtamen. delen. vel nuper, cap.cauſam quæ de teſti. cap.olim de exceptio. [Dum Ab Expeditione] idest ccaualcatis,& miſſionibus nun-
20 ciorum,c.non minus,vbi Abb.poſt num.20. de immun.eccl.inde habentes equos,caualcati ſemper debent eſſe parati.Bal.l.3.§.fin. de off.præf.vig.vel ob negocium expeditionis copiarum,l.ob negocium ff.de compenſ. dum enim regit,regnare dicitur,tanquam aduerſus hoſtem ducendo exercitum, vel defendendo ciuitatem,D.Auguſt.lib.octuaginta trium quæſtionum col.78. In exercitu namque quidam caſtra cuſtodiunt, quidam ſigna deferunt, alij gladijs decertant, quæ omnia debita ſunt multitudini. D. Thom. 2.2.quæſt.152.art.2. [Ligurum] eſt nomen locale ciuitas in Pedimontibus, quæ quarta Gallia appellatur, Afflict. hic 9.not. ſi habes Ligurium, eſt prouincia Ianuenſium, quæ hodie Riparia appellatur, D. Auguſt. libro de Grammat.col.10. Illyrica dicitur Sclauonia, Baldus l. fin. in princ. vnde vi. Hoſtibus telo obuiando ſine ſtrepitu iudicij, cum non ſit perſona, quæ poſſit iudica-
21 re,ſed lis cedit victricibus armis, Bal.l.executorem num. 34. circa med. & in fi. legis C.de execut.rei iudic. [Ad Regnum Nostrum Siciliae] ex materna ſucceſſione debitum,inf.conſt.occupatis nobis iocundo aduentu,c.vt priuilegia de priuileg. [Quietem] cum neceſſarium ſit ocium, vt domus curam ageret,D.Aug.in lib. ex veteri teſta. col.48.cir.med.& relaxatio eſt requies propter voluptatem, ocium videtur in ſe voluptatem habere, & felicitatem, Ariſt.8.Politic. 3. [Veniremus Assumere] reaſſumere, quam prius amiſeramus, gloſ.l.3. in ver.reſumit ff.quibus modis vſuſfru. amitt. quia in tranquillitate pacis comprehenditur ſapientia, quæ inter tribulationum turbines difficulter agnoſcitur, ex ſententijs D. Auguſt. 188. cum non bella ſolummodo ordinamus,ſed & res ludricas,l.fin.C.de relig. & ſum. fun. Negociamur vt ociemur, bellum gerimus vt in pace degamus, nemo enim bellum expetit bellandi gratia, neque parendi illa,quæ ad bellum pertinent. Ariſt. 10.Ethic.9. [Licet Breve Istius Etiam Modici Temporis Spatium] idest interuallum, l.Modeſtinus de ſolutio. Quod
22 autem dicatur modicū temporis ſpatium, longæuum,antiquatum,antiquiſſimum, plurimum,breue,& auguſtiſſimum, add.ad Bal. in l,vſuræ, ibi, de Antichriſto, C.de vſuris. Modicum autem menſuratur à iure, quia non eſt in perſonis omnium vniforme, Bal. l.ab hoſtibus §.1.circa princ.& l.ſeq.ex quibus cau.maior. Tractus eſt quid breuius,gl. l.mutus §.fin.in ver.tractum ff.de procurat. Et quis terminus dicatur breuis, relinquitur arbitrio iudicantis, Spec.tit.de citatione §.3.num.2.& multum operatur momentum, Bald.l.cum ſponſus §.fin. de publicia.
23 cum de tempore, ſecundum Ariſtotelem 8. Phyſicorum textu 11. nihil eſt accipere præter nunc,in nudo facto nō habemus niſi inſtans, Bald.l.neque natales num. 5. circa med. C. de probat. & auth. contra rogatus in princ. ad Trebell. l.2. num.3. circa med. de ſent.interloc.omn.iudic. Tempus autem nihil aliud eſt, quàm numeratio prioris, & poſterioris in motu, D.Thom.1.par. quæſt. 53.art.3.col.2.circa med. vel numerus motus ſecundum prius,& poſterius, 4.Phyſicorum textu 101. & 1. de cælo 99. & tempus propter motum, 11.Metaphyſices 9.in fine. Inde menſes in anno, dies in menſe, hore in vno die continentur. D. Thom. vbi ſupra quæſt. 10. artic.1. ibi, quartum de maiori. Inſtans eſt terminus temporis. D.Thomas præd. 3.par.de Sacram.quæſt.108. alias 77. art.4.& 122. alias 91.art.2. Sed quod præteritum eſt,iam non eſt, idem ea.par.quæſt. 34. alias 2. art.1. [Dare Noluimus Ad
24 Requiem] cum otium ſit viui hominis ſepultura. D. Auguſt.ſerm.17. col.2. ad fratres in heremo, quod facit contra ocioſos.

Vltra quod duo sunt principia peccatorũ, otium & voluptas. Ant.de But.c.nisi in ver. vetum in princ.de renunc. & in hac vita nõ datur requies, iuxta illud, Fecit nos Deus ad se, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in se. D.August.1.confess.cap.1. sed propter laborem magis senescit homo, labor enim exiccat, & senectus sicca est. Arist.de longitudine, & breuitate vitæ, c.3. [QVIN ETIAM] quod, glo.l. cum mancipium in ver. nihilominus, de ædilit.edicto, [PRAETERITA] præcedentia, Bald.l.sed si, §.ante de pet. hæred. [NITENTVR ABSENTIAE NOSTRAE TEMPORE DISPENDIA] grauosa diffugia,damna, vel dispendiosas dilationes,Io.And.c.dispendia litium nu.5.circa fi.de rescrip.in vj. [COMMISSA CORRIGERE]cum non pudeat nostras corrigere leges, sim.Spec.tit.de except.& replicat.§.4. nu.40. [ET IN FVTVRVM DE STATV] quod
25 à sto,stas dicitur. Bal.l.1.§.huius post nu.6. de iust.& iure, inde status imperij, c.fin.de transact. & dicitur fieri contra statum,si fit cõtra libertatem ciuitatis. Ant.de But.c.3. num.1.in princ.de fer.non ord. [PACIFICO NOSTRORVM FIDELIVM COGITARE] simul
26 cogitare, & importat quandam inquisitionẽ,& capitur tribus modis,pro qualicunque consideratione intellectus, secundo pro consideratione intellectus, cum quadam inquisitione ante perfectionem, tertio pro animi motu deliberantis, nondum perfecti. D.Th. 2.2.q.2.art.1.inde cogitatio est animi respectus ad euagationẽ pronus,& differt à meditatione,& contemplatione, D.Th.vbi supra q.180.art.3. licet qui habet multa agere,nõ præsumitur posse diligenter attendere, Abb. c.Imperatorum post nu.8. de iuram.calum. voluntarios tamen labores appetijt,vt alijs quietẽ præpararet,c.1.in princ.de rest.spol. in vj. Affl.hic nu.9.in fi. cum alias tempore discriminis omnis mutatio fuisset periculosa,Ant.de But.c.1.2.not.de reuunc.& omnis motus mutationem operatur.D.Aug.lib.de
27 immort.animæ col.3.cir.fi. Vnde miles non est licentiandus à militia donec duret bellum, Abb.d.c.1.nu.6.de renunc. ne dicatur sicut dictum fuit Annibali, Vincere scis,sed victoria vti nescis, Bal.proœ.ff.in add. col. fi.cir.med. In omnibus tamen ferè gentibus quodammodo vox naturæ ista personat, vt subiugari victoribus mallent,quibus cõtingit vinci, quam bellica vastatione deleri. D.Aug.18.de ciuitate Dei c.2. sed non existente hoste,non erit bellum, cessante bello, victoria deerit, idem August. 2.contra Iulianum col.24.post princ. [ET VT SECVN-
28 DVM ORDINEM] qui est duplex, temporis, & naturæ. Bal.l.quoties §.si quis ita cir.fin. de hæred.inst. & dicitur rei forma, quæ non debet præuaricari, Bal.l.omnes populi,post num.2.de iustitia,& iure. [SINGVLA TRACTARENTVR] & tempus rebus necessarijs vtile, & rebus non necessarijs conferamus. D. August. lib. de vnitate Ecclesiæ col.45. circa med.concludendo glo.3.l.qui quadrigenta ad leg.Falcid. & quæ præuidimus,addendo Bald. l.vnica, de emenda. cap. iusti. [CVRIAE] Magnæ Curiæ [NOSTRAE] vt const.seq.in princ. [PRAEVIDIMVS ORDI-
29 NARE IVSTITIAM] quia ad officium prudentiæ,cuius pars est prouidentia,spectat ordinare ad finem debitum. D.Thom.2.2.q.49. art.6.& ordinabiliter nihil agi potest ex inordinabiliter actis, Ioan. And.c.cum plures in fi.de offic.deleg.in vj. nec quod non est, reformari potest.Bal.l.pacta nouissima,post nu.9.C.de pact. [A QVA SICVT A FONTE RIVVLI] sicut potentiæ omnes Regum fluxerunt ab Imperio vt à flumine riuuli. Abb. c.venerabilem num.19. circa med.de elect. [PER REGNVM VNDIQVE NORMA] §.nos autem inst.de Actilia.tuto. §.1.quib.modis tute. fin. [IVSTITIAE DERIVETVR] sicut perfidiæ riuuli deriuarunt, supra constit.inconsutilem.

30 Contra, via antiqua non est dimittenda propter nouam,adeo quod volens determinare quæstionem, debet se reducere ad regulas antiquas,& ab eis descendere ad nouas,& si nouas non inuenerit,residere in antiquis. Ant.de Butr. cap.1. de cler.peregr. in princ. quia maiorum nostrorum actio, debet esse nostra instructio, Abb.c.1.2.not. de sepult.Vnde ridiculum esset,& satis abominabile, & dedecus, vt traditiones quas antiquitus à Patribus suscepimus, infringi patiamur. D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art.2. vltra quod occupatus circa maiora, non vocatur ad minora. Bald.l.2. C.de tuto. & curat.illust.person. nec superfluis remedijs est vtendum,quia superfluitatem iura detestantur. Abb.cap.innotuit, post num.14. & cap.in Genesi, num.2.circa med. de electio. Vltra quod non videtur verum, quod abu-
31 sus sit natus ex bello, sed mali mores ex secundis rebus nati sunt. D.August.2.de ciuitate Dei cap.18.

Dic, quod corrigere, emendare, addere, vel detrahere differunt.Ant.de But.c.ad hęc post princ.de off.Arch. Corrigere, & reformare ponuntur vt diuersa.Abb.c.irrefragabili,2.not.de off.ord.hic additur,& non corrigitur, & quatenus corrigeret, sano vtitur consilio,qui reuocat quod male fecit,& ma-
32 gnæ sapientiæ est hominem reuocare, quod male locutus est. Abb.c.cum cessante,nu.6. de appell, & illud D.Aug.& D.Thomæ procedit

cedit in moralibus, iuxta illud, Vide quid facit ocium,& alienus cibus,c.ecclesias cir. med. 13. q. 1. hic verò ex longinquo cursu tẽporis obliuioni traditur veritas rei. Bal. l.creditor §.fin.de folut. etiam, quia qualitas temporis debet respondere his, quæ geruntur in tempore. D.Th.3.par.de Sacram. q.108.alias 77.art.3.& ex emersis,& postea factis aliquando meliore consilio permutationem,& emendationem desiderat. l.vnica circa med.de emend.c.iusti. quod colligendo in animo Princeps, dicitur cogitare. D.Aug.confess.10.c.11. in fi. & sic elimare, l.1.& 2. & §.Deo, de vet.iure enucl.

33 Nota, quod non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta mutantur humana. Abb.c.2.num.8. circa med.de probat.c.1.nu.2.in fi.de testa. Omnia enim debent suis temporibus conuenire,cap.si ecclesia 23.q.4.& etiam quod prædecessor non possit statuere in præiudicium successoris,quia par imparem non habet imperium. Abb.c.cum olim,ibi septimo in fi. de maior. & obed. nec omnia possunt prouideri, sicut nec per Episcopum quantumcunque diligentissimum, Abb.cap.quoniam,num.3.post med.de off.ord.

34 Secundo nota, quod licet se commendare,sed alij non detrahere,Bal.1.const.de nouo C.facien.1.& 2.not.2.& 3.oppo. Verum homines,qui maiora de seipsis dicunt,quàm sint, sunt alijs onerosi, quasi alios excellere volentes: qui de se minora dicunt, gratiosi sunt, quasi alijs condescendere velint per quandam moderationem. D.Th.2.2.q.109. art.4. Vltra quod multi, inquit Marcus Varro ad Atheniensem Auditorem, laudem amittunt,quoniam ipsi de se prædicant.Gulielm.Pipin.Sabbato post 4. Dominicam in Quadrag.col.8. & dixi in fine huius operis.

35 Item nota, quod non possumus intelligere quando tempus desinit,nisi sciamus quando incœpit. Bald.l.de diuisione,in princ.sol. mat.vel quando terra desijt obedire Principi,Bal.l.filio quem,de lib.& posth.Nec semper est sequenda antiquorum opinio,Ant.de Butr.c.vnico, ibi iungitur,in princ.de Sacr. vnctio.

Vltimo Papa,& Imperator largo sumpto vocabulo dicuntur habere dignitatem, cum in eis fit dignitatum culmen, Abb. cap.solitæ,num.6.de maior.& obed. & Imperator laboribus, & periculis personam, & bona frequenter exponit, cap. 2. de noui operis nunciat. quod longum est per singula enarrare,cap.3.de pœnitent.& remiss. & tamen cum dominare appetit, ei dominandi libido dominatur. D.August. 1.de ciuit. Dei, cap.1.

SVMMARIVM.

1 *Potentia per actum cognoscitur.*
2 *Causa non debet inchoari coram eo, qui non futurus est iudex.*
3 *Primæ causæ ciuiles spectant ad Baiulum,criminales ad Iustitiarium.*
4 *Appellatione, vel consultatione causæ ab inferioribus ad superiores deferuntur.*
5 *Curiæ diuersæ,& distinctæ in ciuitate, & vna an exequatur sententiam alterius.*
6 *Magister Iustitiarius habet primum officium in regno, eius Locumtenentem constituit Vicerex.*
7 *Collegium vna persona reputatur.*
8 *Crimen læsæ Maiestatis 45. modis committitur,& contra quæ.nu.20.*
9 *Appellationis natura, vt trahat causam ad superiorem.*
10 *Curiales qui in curia commorantur, & capiuntur tribus modis.*
11 *Egredi ciuitatem sine licentia, multi prohibentur.*
12 *Locus altior dicitur, qui domino est magis proximus.*
13 *Miserabiles habent electionem fori, & eorum causæ aguntur in Curia, si iurat iustitiam non habiturum in partibus, num.14.*
15 *Pupillis, & miserabilibus non est sic fauẽdũ, vt alijs inferatur iniuria.*
16 *Inuidia est inter pares.*
17 *Quilibet est distributiuum.*
18 *Officium quid, vnde descendit, quando,& quomodo iudex impartitur.*
19 *Citatio est exordium actionum.*
21 *Iurisdictio quando, & in quibus casibus est cumulatiua,& locus præuentionis.*
22 *Præuentio,& perpetuatio æquiparantur, & fiunt per citationem.*
23 *Priuilegia arduarum causarum.*
24 *Appellatur ad Papam, Imperatorem, & Magnam Curiam, omisso medio.*
25 *Primæ causæ cognoscuntur in domicilio conuenti.*
26 *Memoriales erant officiales,& de eorum fide.*

27 *Acta iudiciorum sunt redigenda in scriptis per notarium.*
28 *Vincentes gaudent, & iudices tristantur si sententia reuocantur.*
29 *Iudex multa facit ex officio.*
30 *Infra, totum tempus includit, & significat.*
31 *Facta, & scripta in Consilio semper probant, si scriptor est persona publica.*
32 *Veritas melius habetur à partibus, quàm procuratoribus.*
33 *Appellatio facit nouam causam, & nouum litis exordium.*
34 *Iudex admittitur ad defensionem suæ causæ, si sua interest.*
35 *Paria sunt non venire, & venire, & contumaciter recedere.*
36 *Pronomina secundæ personæ sunt demonstratiua ad oculum.*
37 *Iurisdictio transfertur ad superiorem per appellationem.*
38 *Processus, & literæ non sunt dandæ partibus, nisi sigillatæ.*
39 *Iudex causam dubiam potest committere consulendam sapienti.*
40 *Priuilegium declinandi forum, est causa euadendi pœnas.*
41 *Mala à bonis sunt orta.*
42 *Magna Curia quomodo habet iurisdictionem in toto regno.*
43 *Sacrum Consilium cognoscit de omnibus causis regnicolarum.*
44 *Miserabiles qui sint, quomodo declinant, & variant forum, num. 45.*
46 *Apparitores, officiales, & causidici conueniuntur in loco vbi exercent.*
47 *Fori declinatio non habet locum in causa feudali.*
48 *Iudex non recusatur si culpa partis efficitur suspectus.*
49 *Iudex dicitur incompetens, qui nullam habet iurisdictionem.*
50 *Appellatio, & restitutio simul nascuntur, sed dempta appellatione remanet restitutio.*
51 *Iudicis à quo, & ad quem officium, & partes appellantis.*
52 *Acta quando transmittuntur quid continere debent.*

1 TATVTVMVS] potentia per actum cognoscitur. Caie. ad D.Th. 3.par. de Sacra. q.5. alias 64. art.3. & à nobilitate maiore, vel minore ministrorum, infertur nobilitas maior, vel minor rerum administratarum. appendix ad D.Th. præd. 2.2.q.32.art.3. quidquid sit, iudices maiores habere expedit vltra quod est fauor. Bal. l. non distinguemus, §. de liberali. nu.2. & repet.2. post princ. ff. de arbitris. & possunt dici maiores ratione causæ, & personæ, licet dubitetur quæ sit maior prærogatiua earum. Bal. l. Gallus §. fin. circa fin. de lib. & posthum. Vnde partes ante iudicium sibi
2 præiudicare non debent, dum incipiunt causam apud tales, eos suæ causæ iudices faciẽdo, non securi quod illi iudicarent. D. Aug. 1. contra epist. Parmen. col. 8. & 12. cir. med.
3 Nam primæ causæ ciuiles spectant ad Baiulos criminales ad Iustitiarios. Affl. hic 10. not. post nu. 42. hoc in terris demanialibus, in Baronalibus pro primis causis conuenti non extrahuntur, nisi causa sit priuilegiata. Foll. sup. in const. non fine, post nu. 7. alias si causa adhuc corã Comite non fuerit finita, is qui reclamat propter suam stultitiam, vel contumaciam, iterum Comiti cõmendatur. c. vni. ne quis iud. suum præterm. in Longob. Et si sub vno iudice, de duobus tamen sculdais causam habuerint, qui pulsat vadit cũ ipso, aut epistola à suo sculdasio, si ille infra quatuor dies minime iustitiam fecerit, componat solidos sex parti, & alios sex iudici: & si talis fuerit causa, in qua deliberare non possit, dirigat partes infra sex dies ad iudicem suum, vel si in alia ciuitate causam habuerit, vadat cum epistola iudicis sui ad iudicem, qui in loco est, & ipse iustitiã faciat infra octo dies, alias componitur illi, qui reclamauit, & ibit ad Regem. l. 2. & 3. qualiter iud. iudic. deb. in Longob. Nam sicut nunc
4 per appellationem, vel consultationem causæ ab inferioribus iudicibus ad superiores deferuntur, ita antiquitus. D. Th. 1. 2. q. 105. art. 2. ibi ad septimum. & in omni iudicio, vltima sententia, idest finale iudicium pertinet ad supremum iudicem. add. ad D. Tho. præd. vbi supra q. 74. art. 7. ibi, probatur, & videbimus cũ tex. qui diuiditur vt per Affl. nec potest commodè summari, dicit tamen [STATVIMVS] vt homines regni plena gaudeant securitate. c. cum locum, de sponsal. & importanc necessitatem, sicut præcipimus. Abb. c. in his, 2. not. de verb. sign. & cum effectu, l. 1. §. fin. quod quisque iuris. quia qui statuit, ius dicit. Bal. l. omnes populi, post nu. 4. de iust. & iure. & statutum legis dicitur pronunciatio.

nunciatio. Bal.l.1.§.nunc, in fi.de noui opera
nuncia. [Vt Magnae Curiae Nostrae]
ad differentiam Iustitiariorum prouinciarū
regni. Affl.hic in glo.1.post num.54. Vltra
5 quod possunt esse plures Curiæ distinctæ in
ciuitate:& si in vna, an possit exequi senten-
tiam alterius. Bal.l.vnica 1.rep.q.8. & post
nu.8.de off.consu. Et dicitur curia à cura,
vel cruore, vt in glo.quæ etiam dicit, quod
capitur pluribus modis. Afflict.hic num.55.
& 56. & Gra.nu.7. [Magister Ivstitia-
6 rivs] qui habet primum officium in regno,
cuius Locūtenens constituitur à Rege. Affl.
hic 1.not. vel à Prorege, vt in prag. de offi
cijs ad Regiæ Maiest. eiusq; Viceregis coll.
spect. [Nobiscvm In Cvria Commore-
tvr] simul moretur. Affl.sup.eo.2.not.quia
est in nostro comitatu equestri militia exor
natus.l.pen.ff.de testa.militis. [Cvi Qva-
tvor Ivdices] cum iudicia multorum sæ-
pe meliora sint, & multitudo minus subia-
ceat corruptioni. Arist.3.Politic.11. Vnde
sumptus sit hic numerus quaternarius, glo.
& Affl.hic nu.56. cir.med. sed iudicum nu-
merus dependet à voluntate Regis. Affl.hic
nu.9. prout vidimus actum in Sacro Consi-
lio, & Magna Curia. [Volvmvs] & manda-
mus, infra in const. officialibus, procurato-
ribus. [Assidere] inde est, quod si iurisdi-
7 ctio datur pluribus collegiatis, collegiū re-
putatur vna persona, & non plures. Bal.l.vn.
§.Consules 2.rep.de off.Consu. Et cum plu-
res sint, vnusquisque habet partem virtutis,
ac prudentiæ, & fiunt in vnum collati quasi
homo vnus, qui multos pedes habeat, mul-
tasq; manus, multosq; sensus, alij enim
aliud, & cuncti cuncta discernunt. Arist.
3.Politic.7. [Vt] causatiuè. Io.And.c.2.in
princ.de cōst.in vj. [Magister Ivstitia-
rivs Cvriae Nostrae Svpradictvs]
qui secundum Frecc. habet secundum offi-
cium, & cognoscit de causis ciuilibus, & cri-
minalibus, ac feudalibus, lib.1.de subfeu.in
rub.de off.Magistri Iust.in princ. [De Cri-
mine Laese Maiestatis Nostrae]
quod cōmittitur 45. modis, Affl.hic nu.10.
8 remittendo se dictis per eum in tit.quæ sint
regalia, in ver.committentium crimen læsæ
Maiestatis, vbi dixi. [Et] quæ copula tenet
virtutem suam, quia diuidit copulata. Bald.
l.in his, §.apud à contrario sensu, de solut.
[De Fevdis Qvaternatis] quæ sint feu-
da quaternata, & vnde dicantur dixi cum
Iser.§.ille tamen, nu.9.de controu.feu. apud
pares term.& Affl.hic 4.not. [Et De Qvo-
ta Parte] tertia, vel dimidia. Abb.c.de cæ-
tero, post nu.2.de transact. [Ipsorvm Fev-
dorvm] vel ipsorum quotis partibus, inf.in
const.consuetudinem prauam, de rei act. &
excep.vbi dixi. [Et De Appellationibvs
Ordinariorvm] quia in primis causis Ba-
iulorum, vel Iustitiariorū ciuilibus, vel cri-
minalibus non est iudex competens, nisi sit
præsens in loco, & prorogetur iurisdictio de
consensu partium, vel sit persona miserabi-
lis, quæ per viam perhorrescētiæ eligat Ma-
gnā Curiam, Iser.& Affl.hic 8.not.& nu.43.
9 & cognoscit de appellationibus, quia natu-
ra appellationis est vt trahat causam ad su-
periorem. Spec.tit.de remiss.§.2.nu.2.in fi.
& debet ad superiorem gradum interponi.
Bal.l.nec quidquam §.vbi decretum, 2.rep.
post nu.11.de off.procons.& leg. [Sev De-
legatorvm Nostrorvm] nisi delegati sint
de consilio Regis, quia tunc ad eos appella-
tur. Affl.hic 5.not. Sed hodie Magna Curia
nunquam procedit sine delegatione, quia iu-
risdictio delegata non subordinatur ordina-
riæ, sed facit alium gradū. Bal.d.l.nec quic-
quam, §.vbi decretum, 2.repe.circa fin.post
nu.11. [Ad Nostram Cvriam Interie-
ctis] interpositis. Nizolus in ver.interie-
ctus. [Et Qvaestionibvs] idest causis.
l.licet C.de procur. [Nostrorvm Cvria-
10 livm] in nostra Curia commorantium. Affl.
hic 6. not. & capiuntur tripliciter, largè,
strictè, & strictius. Lucas l.3.in princ.de præ
dijs cur.hic de his. [Qvi Immediate] in
capite siue medio alterius. Bal.in fim.l.arbi
trio, 1.repet.§.fin. circa fin.de dolo malo.
[Nobis Assistvnt] & circa nos sunt oc-
cupati, l.verum, §.ex facto ff.de minori. Eo-
rum enim qui Regi famulantur, quidam ei
semper assistunt eius præcepta immediatè
audiūt, & vnus plus scit de archanis Regis,
quam alius, alij sunt ad quos præcepta rega
lia per assistentes perueniunt, & sunt qui
Bald.l.vnica 1.rep.q.6. de off.consu. alias si spernit consilium, tenetur, & si per imprudentiam, vel dolum lædet, punitur etiã æstimatione litis, Spec.tit.de requisitione consilij, vbi etiam quod si iudex postqnam deliberauit cum peritis, decedat successor, tenetur sequi illud consilium, num. 2. 9. & 10. Quomodo, & per quæ verba reuocetur consilium, Bal.l.si procuratorem 1.repet. in fi. ff.de procurat. Et Consiliarij electi debent fideliter pro vtraque parte consulere, Spec. d.tit.de requisi.concilij nu.5.

23 Vltimo notá, appellatione literam omnes contineri de sigillis earum, & eorum differentia, latè Foller.hic, & dixi in const.seq.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio Principi porrigitur, sed per quem, quomodo, & cui committitur.*
2 *Præceptum quid, in quo differt à mãdato, & præcepti vis à præcipiẽte.*
3 *Offerre, spontaneam oblationem importat.*
4 *Insignia diuersa Imperij, & Regiæ dignitatis.*
5 *Iustitia, & gratia supplicando petitur.*
6 *Examen debet fieri prout natura rei requirit, quod est prudentis.*
7 *Sigillum imprimitur in testimonium rei gestæ.*
8 *Conscientia triplex.*
9 *Sigillat vt secretum maneat.*
10 *Princeps, & qui eum repræsentat, supplicationem admittit.*
11 *Verba præceptiua consultiuè exponuntur.*
12 *Secretarius libellensis grafferius, vel graffarius appellatur.*
13 *Sigilli traditio quid importet.*
14 *Sigillum ius canonicum, anulum ius ciuile appellat, quomodo probat.*
15 *Literis sigillatis in modicis creditur,*
16 *Sigillo Cardinalis, Episcopi, Capituli, Iudicis, & aliorum creditur.*
17 *Sigillum si fuit appositum, & nunc non est, an credatur.*
18 *Subscriptio quare fuit inducta.*
19 *Signare, idest sigillare.*
20 *Sigillum ad euitandas fraudes fuit inductum.*
21 *Literis sigillatis de consuetudine, maxime contra sigillantem creditur.*
22 *Societatis minor pars an sigillo, & nomine vti possit.*
23 *Signaculis res, & animalia mercatorum cognoscuntur.*



PRAECIPIMVS] in qualibet republica minora pertinent ad minores, maiora maioribus referuantur, D.Th.3.parte de Sacrament.q.8.alias 67. art.2. Ideo libellus, siue

1 supplicatio, quæ datur à parte Principi, & à Principe scribitur iudici, licet fiat ad dandam, vel excitandam iurisdictionem super ea nõ fit contestatio, Pau.de Cast.conf.402. post nu.2.1.volum. Debet tamen continere causam ex qua petitio oritur, Bal.consi.117. in princ.3.vol. & in calce eius debet scribere Princeps, quod decernere, & deliberare vult, Pernus tractatu de Principe col.fin. in princ. Quando autem aliquid concedit per rescriptum, vel viua voce Comes legit petitiones quæ fiunt corã eo, se subscribit quæstor sacri palatij, & notarius complet scripturam rescriptorũ, l.2.vbi Bal.de pet.bon. subla.vel referendarij obsecundant Principi in peragendis responsis prothonotarij, qui dictatores dicuntur literarum Principis: notarij verò cõficiunt acta curiæ Principis, l.nos, vbi Bal.de excus.mun. Hic præcipitur quod offeratur Magistro Iustitiario, qui cũ consilio vnius ex iudicibus deputatis in curia ad suum officium spectãtia expediat sub sigillo Imperij, expedienda verò sub forma Cancellariæ, vel Regia consultatione indigẽtia per nuncium proprium sub sigillo remittet ad libellensem, qui hodie secretus dicitur, vt per Affl. hic, qui suo tempore hoc non vidit seruari, nam supplicationes, quæ offeruntur Regi, recipit prothonotarius, vel eius locumtenens factus de ordine Regis, prout hodie est circumspectus Vincentius de Franchis S.C.Præses, & Viceprothonotarius. Quando autem Rex in publica audientia ipsas recipit, dispensantur notarijs deputatis, qui legunt coram Rege, & Prothonotarius, vel eius locumtenens seruata forma Regiæ voluntatis, iterum committit vni ex Regijs Consiliarijs: idem Affl.hic, secundum quem sum. & diuiditur textus, qui incipit [PRAECIPIMVS] fideli, deuotaq; præceptione sancimus, l.2.de his, qui ad eccles. confug. Vel præcipiendo mandamus: & strictius est præceptum, quàm mandatum, Bal. cap.eam te num.2. post med. de rescriptis.

Inde

2 Inde præceptum eſt de his,quæ ſunt agenda,
mandatum habet quandam inductionem,&
perſuaſionem, D.Th.1.2.q.99.art.5.vbi etiã
quod in præcepto eſt iuſtitia, in mandato
charitas:præceptum eſt de eo quod eſt debi
tum, & neceſſarium, D.Tho.præd.2.2.q.16.
art.1. & q.44.art.1. & ex reuerentia præci-
pientis procedere debet reuerentia præce-
pti, ea.par.q.105.art.2. Verum præceptum
id nobiſcum agit, vt quod eſt in poteſtate
faciamus,licet id ſit in poteſtate,quod cum
voluntate poſſumus, D.Aug. 3.contra Ma-
3 xim.col.22.cir.fin. [OFFERRI] quod ſpon-
taneam oblationem importat, Abb.c.perue
nit cir.fin.de decimis. [MAGISTRO IVSTI-
TIARIO] hodie Regio libellenſi, qui eſt ſe-
cretus, Affl.hic num.1. [OMNES PETITIO-
NES] libellos, qui nonnunquam petitiones
vocantur,Spec.tit.de libell.concep.§.2.quæ
debēt ex tabella .i. per tabelliones recitari,
Abb.c.in cauſis, nu.5.cir.fin.de elect. prout
fuit Papinianus, l.reſcriptum in princ. ff.de
diſtra.pign. [TAM DE IMPERIO, QVAM DE
4 REGNO] quia diuerſa ſunt inſignia dignita-
tis, Abb.c.dilecta poſt nu.3. de exceſs.præl.
[TAM DE IVSTITIA, QVAM DE GRATIA]
5 quia iuſtitia ſupplicando petitur, auth. quæ
ſupplicatio,de prec.Imp.offer.ita & gratia,
Abb.c.1. 2.not.in fi. de poſtul.prælat. adeo
quod quando Principi ſupplicatur quod cō-
cedat aliquid quod eſt de iure,debet dicere,
quod reputabit ad gratiam ſingularē, Affl.
infra conſt.pœna carere, 6.not.in fi.de vxo.
foriud. & dicitur gratia ſi fit præſenti, ſiue
abſenti fiat, Bal.rub.in fi.de reſcript. [IPSE
AVTEM] Magiſter Iuſtitiarius. [EODEM
DIE] quæ eſt à mane vſque ad veſperas,
Gra.infra conſt. peruenit nu.5. dixi latè in
conſtit. grandis vtilitas de pœna contum.
[CONSILIO HABITO] inito, Matth. 27.
[CVM VNO EX DVOBVS IVDICVM PRAEDI-
CTORVM] de quibus conſt.præced. [SECVN-
DO DIE] dicitur ſecundus reſpectu primi,
l.Gallus §.nunc de lege in poſitione caſus,
in glo. in ver.primum de liber. & poſthum.
[NATVRAM] aptitudinem, Bald.conſ.112.
num.2.in princ.2.vol. [PETITIONVM OM-
NIVM EXAMINABIT] prout natura rei requi
6 rit, quod prudentis eſt, Io.And.c.ſtatutum,
ſo ſecondo,poſt nu.2.de hæreticis in vj. nec
error ſcribentis veritati præiudicabit, l.2.
vbi Bal.de erro.aduoc. Verum in literis de
iuſtitia inſpicitur præſentatio, quia actu,
nec habitu iudex habet iuriſdictionem effi-
cacem ante præſentationem, ſed in gratio-
ſis,& beneficialibus inſpicitur tempus datæ,
quia in illo inſtanti eſt ius quæſitū, Bal.c.1.
poſt nu.18.de reſcriptis. Prior in impetra-
tione, potior eſt in iuriſdictione, intellige-
ſi præſentauit, vel aduerſarium citari fecit:
quid ſi vterque concurrit in omnibus. In-
ſpicimus tempus datæ, vt ſciamus intentio-
nem ſcribentis, ſed quoad executionem
inſpicimus tempus præſentationis, in c.eam
te,nu.3.in fi.& circa fin. c.eo.tit.de reſcrip.
[ET EAS, QVAE AD OFFICIVM SVVM PER-
TINENT, PER SE EXPEDIAT] extricet, ex-
plicet, Nizol.in ver.expedio. [QVAE SVNT
7 SIGILLANDAE] in teſtimonium rei geſtæ,
Spec. tit.de citatione §.5. poſt nu.14. [SI-
GILLO IVSTITIAE IMPERII, ET SIGILLO
CAMERAE] ſigilli impreſſione, c.præſentata,
& c.cum clamor de teſti.Bal.l.ſi procurato-
rem nu.5.in princ.ff.de procur. Quid autem
ſigillum Regium impreſſum ſignificet, c.re-
gni, quod incipit in forma ſigilli. [EAS VI-
DELICET] ſcilicet, Nizolus in ver.videlicet,
[QVAE SVNT DE FORMA] ex forma,& mo-
do, Abb.in fin.rub.in fi.de reſcrip. [ALIAS
AVTEM, QVAE CONSCIENTIAM NOSTRAM
8 REQVIRVNT] notitiam animi noſtri, cum
triplex ſit conſcientia, Paris de ſynd.in ver.
indicatæ,c.2.poſt num.10. [REMITTIT AD
LIBELLENSEM NOSTRVM] alibi libellos
agentem, Frecc.de ſubfeu.lib.1. ibi de ori-
gine Baronum,ver. alia nu.2.[SVB SIGILLO
SVO] per impreſſionem ſui ſigilli, l.1. C.de
9 com.ſer.manu. vt ſecretum maneat ſigilla-
bit, Bal.l.in fraudem cir.fin.princ.de teſta.
militis. [PER NVNCIVM SVVM, VEL ALI-
QVEM EX SVPPLICANTIBVS] qui Principi
cui eſt ſupplicandum ſupplicauerunt, Caſs.
in proœm.conſt.Burg.ibi,la ſupplication.

10 Contra, ſupplicationem admittere ſolius
Principis eſt,nō inferiorum, Inn.c.ex literis
nu.4.in fi.de reſt.in integ. Niſi diceres,quod
id quod de Principe dicitur, habet locum
etiam in alio, qui Principem repræſentat,
ita Affl.quæ ſint regalia in princ.nu.41.poſt
med.intelligit rub.quando libellus Principi
oblatus.

11 Nota, quod verba,quæ de ſui natura ſunt
præceptiua, conſultiuè exponuntur, Abbas
c.cum ſpeciali,poſt nu.11.de appell. & ver-
ba præceptiua à verbis conſilij quomodo
cognoſcantur, Bald.l.legis virtus nu.6.ff.de
legi.

12 Secundo noto, quod libellenſis dicitur ſe-
cretarius, Affl.hic nu.1, vel grafferius, Affl.
ſup.cōſt.ſtatuimus nu.54.cir.med. ſeu graf-
farius curiæ, c.conſtitutionem, vbi Io.And.
in poſitione caſus, col.3. circa fin.de elect.
in clement. & traditio. Sigilli ſi fit cancel-
13 latio, importat conceſſionē fructuum ſigilli,
de quibus Bal.l.pro oneribus nu.1.in fi.C.de
iure dot. & poteſtatem exercendi officium,
Abb.c.vt noſtrum nu.4.de appell. Literæ au
tem minus perfectæ, quod de Cancellaria
non

non extant, ad quem spectat, Bal.l.fin.C.de diuer.rescrip.

14 Tertio nota, quod ius canonicum appellat sigillum ius ciuile appellat anulum, Spec.tit.de probat. §.3. nu.13. tenent penes se officiales, & pro eis nihil recipient, c.regni 39. Item Iustitiarij, vel alij pro parte ipsorũ potest habere etiam mulier, & alteri committere, Bal.l.2.C.de reb.alie.nõ alien. cum non possit alieno signare, nisi committatur, Bal.l.1.nu.3.post med.C.pro soc.eum proprio, & non alieno vti debeat, & probat secundum diuersitatem personarum, Spec. d.tit.de probat.§.3. nam si est authenticum probat contenta in scriptura cui est appositum, ille namque cuius est dat auctoritatem sigillo, sigillum scripturæ, & scriptura contractui, Abb.c.2.in 3.not.nu.14.in fi.& post nu.18.de fide instr.adeo quod in ijs quę sunt

15 modici præiudicij creditur literis sigillatis iudicum. De iure verò canonico fit differentia inter literas maiorum iudicũ, videlicet Episcoporum, & literas iudicum subalternorum, nam primo casu creditur in eo actu, qui solum eorum nititur auctoritati: secundo casu nõ creditur, quia non est eis permissum habere sigillum, Bald.l.pacta nouissima

16 nu.11.C.de pactis. Sigilla autem Cardinaliũ sunt authentica, dummodo sint nota, Abb. c.quod super 2.not.num.4.& 5. d.tit.de fide instr. c.ea noscitur in glo.1.de his, quę fiunt à præl.sine cõsen.cap. ita Episcoporum c.1. & 2.de cler.pereg.Abb.c.cum dilecta 2.not. de confirm.vtili, vel inuti. Sigillum capituli dicitur authenticum saltem in pertinetibus ad capitulum, Abb. c. significauit 2.not.de appellat. Quid in sigillo iudicis, Spec.tit.de remiss.§.5.nu.3.cir.med. Quatuor quæ eius fidei detrahunt ponit Abb. c. inter dilectos

17 nu.4.d.tit.de fide instr. Quid si apparet fuisse appositum, & nunc non est, an sufficiat apponi non facta mentione sigillationis, Foll.const.preced.nu.15.& 18.& est triplex, Bal.l.si quis per calumniam cir.fin.de Episc. & cler. vel multiplex, Foll.const.præcedenti nu.13. probat, & ad cautelam est de substan-

18 tia literæ, sed ad maiorem exagerationẽ est inducta subscriptio, & alia de quibus Isern. c.quoniam in add.post nu.3.4.& 6. circa fi. de prohib.feu.alien.per Lothar. Et sine subscriptione sigillum præiudicat, Bald.d.l.2.in fi.de reb.alie. non alien. Requiritur etiam scriptura sigillata, sigillum enim per se nihil loquitur, vt cifra, & chimera, nec per illud aliquid apparet, Bald.l.5.num.11.in fi.C.de procur. & in l.falsis in fi. C.de furtis. Inde

19 signare.i.sigillare, glo.l.diuus de iure codic. Episcopo, & officialibus est datum habere sigillum authenticum, Bal.l.si quis decurio

20 post nu.4. C.de falsis. Est inductum ad euitandum multas fraudes, Spec.tit.de procuratore §.3. nu.3. in fi. non debet tamen aliquid recipi, vt in c.reg. item quando literæ nostræ: nam multi præsumunt inductũ propter quæstũ vt lucretur, vt faciunt Episcopi, Abb.c.significasti nu.7. circa princ. de foro

21 comp. De consuetudine nihilominus creditur literis sigillatis, maxime contra sigillantem, Spec.tit.de oblig. & solut. §.4. num.9. Quid autem continere debeat, Foll.vbi sup. const.præced.nu.12.& talis similitudo imaginaliter exprimitur qualis in sigillo essentialiter habetur, propterea non alieno, sed proprio debet sigillo sigillare, idem Spec.tit.

22 de instr.edit.§.9.nu.20. Quid si est sigillum societatis, an eo, & societatis nomine minor pars, quæ remansit possit vti, Bald.l.1.nu.3. C.pro socio, & l.fin.num.2.eo.tit.pro socio. Quid si signo, & nomine aliorum vtatur, idem Baldus l.1. C.quæ res vendi non poss.

23 Ita signaculis cognoscuntur res mercatorum, & quid si apponantur animalibus, add. 1.ad Bald.l.2.C.de reb.alien.non alien.& in auth.dos data nu.1.cir.fi.de don.ante nup.

Vt post renunciationem infra decem dies pronuncietur in omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Vt, idest.*
2 *Post, restringitur, licet possit importare longum tempus.*
3 *Conclusio idem quod renunciatio.*
4 *Infra, includit, & totum tempus significat.*



ONTINVATVR vltra Affl. quia in duabus constitutionibus pręcedentibus tractatum fuit de remissionibus, & quomodo fiunt, nunc dicit quid est faciendum per eum cui remittitur, &

1 est [VT] idest, Io.And.c.accusatus in princ.

2 de hæreticis in vj. [POST] quæ dictio licet possit importare longi temporis interuallũ, Affl. quid iuris sit si post alien. feu. vass. id recup.nu.5. restringitur per ea quæ sequunt.

3 [RENVNCIATIONEM] conclusionem, quæ renunciatio pro conclusione habetur, cum vtraque sit terminus exclusiuus probationum, Abb.c.constitutis, lo secondo, vlt.not. & in fi.de testi. & inf.cõst.vniuersos de cau,

in

4 in iud. cito deci. [INFRA DECEM DIES] quæ dictio totum dictum tempus significat, & includit, Bal. cons. 111. num. 2. vol. 4. [PRONVNCIETVR IN OMNIBVS] non solum super petitis, sed etiam super causa petendi, Pau. de Cast. cons. 85. post nu. 2. vol. 2. & videbimus infra cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Lites quorundam malitijs in mortales dant materiam delinquendi.*
2 *Hac, est demonstratiua.*
3 *Lex edi non debet nisi magnum producat fructum.*
4 *Aeuum græcè, latinè æternitas, tempus differt ab æuo.*
5 *Vt, causam finalem significat.*
6 *Terminus dierum decem est multum in vsu.*
7 *A, inducit separationem, & facit quod dies illa non computetur.*
8 *Consulere, pro interrogare capitur.*
9 *Paria sunt per se, vel alium facere, si idem resultat effectus.*
10 *Nouus casus non iure scriptus, nec consuetudine roboratus dicitur.*
11 *Similitudo triplex, differt ab identitate, & quando fit extensio, nu. 27*
12 *Idem eandem censuram significat in pluribus casibus.*
13 *Iudex à quo potest appellanti præfigere terminum ad prosequendum appellationē coram iudice ad quē.*
14 *Processus dicitur instructus post conclusionem, quando nihil remanet agendum.*
15 *Scilicet, & vt supra, sunt taxatiuæ.*
16 *Tempore indigemus vt aliquid maturius agamus, & quando dicatur festinare, vt inde oriatur præsumptio contra sententiam.*
17 *Iudex non festinabit contra absentem ex iusta causa.*
18 *Instantia perempta pereunt acta, & sententia postea lata non tenet.*
19 *Instantia de iure canonico, & in consistorio Principis non currit.*
20 *Perpetuum, & perpetuò multis modis.*
21 *Tempus infra quod causa debet terminari, quod nec potest consensu partium prorogari.*
22 *Expediendi facilitas per expeditionem alterius probatur.*
23 *Similitudo quid, & dicens probabit, & in quo, & num. 24.*
25 *Iura trahuntur ad consequentiam, idest ad similes casus.*
26 *Probatur per simile.*
28 *Princeps consulitur, quando tractatur de rebus suis, & quare.*



1 AC LEGE] lites quorundam malitijs efficiuntur in mortales, infra constit. sæpe de pœna. collud. adeo quod lites ciuiles sæpè dant materiā partibus delinquendi, Bal. l. properandum in princ. 4. not. de iudicijs, quia litigantes, audiendo litigia per longos circuitus afflictioni traduntur, auth. de rest. fideicom. cir. princ. ideo eorū machinationes compescere interest, Zab. clem. vnica 1. not. de sequestr. possess. & fruct. vt sit litium finis, l. fratris C. de transactio. Statuit Imperator, quod post conclusionem infra decem dies debeat iudex causam terminare, nisi de sui natura requirat Principis consultationē, vt in textu, qui diuiditur, & sum. vt per Aff. & dicit
2 [HAC] quæ est demonstratiua, l. Meuius §. 1. in ver. hac de leg. 2. glo. 1. l. si ita stipulatus fuero hanc de verb. oblig. [LEGE] quæ à ligando dicitur, quia obligat ad omne quod dictat, Nicolaus de Nysse tract. 2. parte 2. q. 11. & tract. 5. par. 1. port. 1. quæst. vnica.
3 ideo non debet edi nisi magnum fructum producat, Abb. c. de multa 2. not. de præb. [IN PERPETVVM] generaliter, glo. aub. vbi Bal. C. de nouo C. fac. indistinctè, gl. l. Nesennius in ver. perpetuo ff. de neg. gest. perpetuò seruandam, Pelli. in fi. consuet. Auersæ nu. 5. in omnem æuum, l. fin. de Iudæis. Dicitur
4 æuum æternitas latinè, græcè æuum, D. Th. quolib. 5. art. 7. vel fine temporis præfinitione, l. 2. in ver. nec generalia, vbi Bald. 1. not.
11 C. de legi. tempus autē quid, & in quo differt ab æuo, D. Th. quolib. 10. art. 4. [VALITVRA] effectum sortiendo, glo. & Bal. l. 4. post num. 1. de prec. Imp. offer. [CENSEMVS] sup. const. Pateranorum, & cōst. in quæstionibus violentiarum. [VT] quæ causam finalem si-
5 gnificat, vt in contractibus, & testamentis, Bald. consi. 106. nu. 3. vol. 1. [TAM] & quam, ponuntur copulatiuè, & complectuntur extrema, Loffr. consi. 33. nu. 5. cir. fin. [MAGISTER IVSTITIARIVS, QVAM ALII INFERIORES IVDICES INFRA DECENNIVM] qui terminus

6 terminus decem dierum est multum in vsu, Bal.l.si debitori 1.rep.cir.princ. ff.de iudic. l.properandum §.& si quidem C.eod.tit. de iud. [POSTQVAM RENVNCIATVM EST] conclusum est, quia renunciationem cōclusioni æquiparat tex.d.const. vniuersos. [PRONVNCIENT] cuius ptonunciationis actus instantaneus est, Pau.de Cast.cons.335.nu.3. in fi. 7 1.vol. [A] quæ inducit separationem, & facit quod illa dies non cōputetur, Alex.cons. 42.nu.5.vol.3.& 114.nu.2.vol.5.c.3. in ver. numerandū cir.fin.de præb.in vj. [RENVNCIATIONIS TEMPORE NVMERANDVM] non excluso tempore renūciationis, in fim. Abb. c.bonæ memoriæ, lo secōdo, nu.11.cir.med. de elect. Et si à seipso nescit iudicare, debet consilium peritorum requirere, & si desit consilium humanum, debet per orationem ad Deum recurrere, Nicolaus de Nysse tractatu 2. par.2.port.3.q.11. [ET SI TALIS QVAESTIO EMERSERIT] cum ius tractum habeat ad futurum, Abb.c.in nostra num.6. cir.med.de sepult. [IN QVA NOSTRA CONSCIENTIA] vt const.præced. [SIT NECESSARIO CONSVLENDA] vt merito nostrum expectetur iudiciū, l.fin.de prec.Imp.offer. vt bonum sumatur consilium, gl.l.si conuenerit in ver.consulit ff.de pactis dota. Et di- 8 citur consulere interrogare, l.3.§.1.in ver. consultus ff.de mino. Casus in quibus consulendus est Princeps ponit glo. Isern. & Affl. hic 4.not.& Gra.nn.1.& 2. & referuntur superiori, l.iudices C.de iudic. Sic contingit quod Angeli in diuersis regnis, vel hominibus, qui propter merita, vel demerita vni præest, aut subditur, quid super hoc ordo diuinæ sapientiæ habeat ignoratur, quod cum Angeli cognoscere non possint, nisi per diuinam reuelationem, propter quod de hoc diuinam sapientiam consulere necesse est, appendix ad D.Th.1.par.q.58. art.1.q.107. art.3.in fi. q.113.art.8.2.2.q.52.art.3. & 3. par.de Sacram.q.103.alias 72.art.3.Nic.de Nysse tract.2. par.2. port.3.q.2. vbi etiam quod inter Angelos nulla est pugna, sed dūtaxat propter contrarietatem causarum, sicut inter duos fideles, & iustos aduocatos, quorum quilibet defendit partem suam, vterque tamen requirit solam veritatis manifestationem, & superiorem, vel diuinam consulunt sapientiam. [VEL SVPERIORVM IVDICVM CONSILIVM EXPECTANDVM] cum teneantur consultationes inferiorum iudicum pro sua iurisdictione recipere, & de iure consulentibus respondere, sup.const. statuimus: & iura in hac materia maiores iudices vocant, qui proximiores sunt consuluntur, vel ad quos appellatur, Spec.tit.de appellat.§.4.num.20.in princ. [MAGISTER IVSTITIARIVS PRAEDICTVS PER SE, VEL 9 VNVM EX IVDICIBVS] nam non refert per se, vel alium fiat, vbi idem resultat effectus, Abb. c.pen. post princ.de testi. [CIRCVMSPECTIONI NOSTRAE] accuratæ considerationis nostræ, Nizol.in ver.circumspicio. [RESPONSVM EXQVIRAT] inquirat, quod idem est, Bald.l.1.§.si quando ff.de magistr. conue. [IN ILLIS TANTVM] quæ non solum restringit, sed declarat, Cass.consuet.Burg. rub.7.§.6. ibi c.estas rauir. [CASIBVS IN QVIBVS NOBIS INCONSVLTIS PROCEDI NON POTEST] nec debet, in fim.Bal.l.3.cir. princ. de iure dot. & sic primo inquirendo, & examinando consulitur, deinde vt eligat, & deliberet, Iser.c.1.post nu.8.hic finit lex. Quando verbum potest, præcedit negatiua, necessariò, & præcisè ponitur: quando affirmatiuè, quæ subintelliguntur, Bal.c.sciseitatus, post nu.3.de rescriptis. [VT] si est lis [IN IIS QVAE CVRIA TENET] vltra quod procedi debet coram iudicibus suis, infra in const.quæstiones, de quæst.inter fis.& priua. 10 [VEL SI NOVVS EMERSERIT] casus, non iure scriptus, nec consuetudine roboratus, glo. l.1.in ver. noui iuris in fi. quod quisque iuris, tunc nouum factum, nouum habet consilium, sicut vetus, vetus habet consilium, Ir.in gl.in ver. apponat ff.de ventre inspic. Princeps adiri debet, l.humanū C.de legib. [ALII VERO IVDICES SI SIMILIS CASVS] etiam diuersus, dummodo habeat cum illo aliquā conuenientiam, Bal.l.Gallus §.nunc de lege col.2.de lib.& posth. dummodò eadem sit ratio, tacitè cautum videtur, idem Bald.l.curatoris num.4.& 5. C.de neg.gest. Et dicuntur similia quorū qualitas est vna: æqualia quorum quantitas est vna, 5. Metaphysices 14. & similitudo parilitas rationis in diuersis terminis, Bald.c.translato nu. 3. de constit. c.inter cæteras in fi. de rescript. vbi etiam quando habet locum argumentū de similibus ad similia, nu.8. vsque in fi.c.Sedis Apostolica, post nu.6.eo.tit. Adeo quod statutum in vno, censetur statutum in eius simili, glo.l.loci in ver.proderit si ser.vend. 11 l.fin.C.de legi. Similitudo autem est triplex, & vbi sunt duo similia, magis simile eligitur, & quid sit identitas, Bald.l.data opera, post nu.10.& 11. de his, qui accus.non poss. Istud simile quærimus etiā in contractibus, quia quilibet contractus iudicatur secundū contractum cui assimilatur, Bal.l.1.num.2. C.comm.vtriusq; iud.& l.2.in fi.C.de act.& oblig. Vnde similium cōtractuum similis est natura, Bal.l.1.nu.2.cir.princ.C.de rer.permut.secus in statutis, quę quia in se non habent aliam rationem, nisi quia sic placuit statuenti, non extenduntur de similibus ad similia,

similia, Bald.l.5.num.5.in fi. C.de iure dot. adeo quod modica verborũ differentia sensum variat, D.Th.2.2.q.68.art.2. nihilominus si [EMERSERIT FIDELI RELATIONE FACTA] instructo processu,& relatione parti exhibita, l.1.C.de relat.gl.c.cum olim magister in ver. Vrię de off.deleg.c.licet in gl.1. de off.lega.& c.intimasti de appell. [SVPERIORVM SVORVM] ad quos pertinet ratione loci,& situs, Bal.l.1.2.repet.col.8. in princ. C.de emanc.lib. vel eorum qui eos iudicãt, nam qui te iudicat, ille superior est, Afflict. sup.const.literas in fi. [RESPONSVM EXQVIRANT] respondendo autem debet ab eo incipere ex cuius decisione posset inferri ad decisionem aliorum, Abb.c.quoniã autem, nu.1.in fi.de rescriptis, vt duplici quæstioni possit satisfieri per vnicam responsionem, idem Abb. c. fraternitatis 1.not. de testib.
12 [IDEM] quæ dictio significat eandem censuram in pluribus casibus, l.cum ij §.si vni in ver.obligatus ff.de transact. idem dicitur cu ius non est differentia, 4.Physic.textu 134. & idem repetit gl.l.si hæreditas in ver.confirmatũ de testa.tute. [INQVISITIONIBVS, ET APPELLATIONIBVS DIGNOSCITVR OBSERVANDVM] seruandum, l.filiam de auro, & arg.leg. [VIDELICET] quæ stat expositiuè, Bal.l.si cũ dotem §.fin.in princ.sol.mat. [VT CVRRAT DECENNIVM IN INQVISITIONIBVS POST RESPONSIONES FACTAS] affirmando, vel negãdo per quod inducitur litis cõtestatio, Bal.l.quod si dubitet de acq. hære. [IN APPELLATIONIBVS POST EARVM RECEPTIONEM] vel delationem, quia recipere,& deferre, pro eodẽ capitur,& recipit, si nihil contra eam attentet, Spec.tit.de appellat. §.9.nu.11.& 12. vbi Bal.in add.in fi. col.6. cir.med. declarat quid sit deferre, & quot modis fit. [NISI AMBAE PARTES NON SINT PRAESENTES] nam si actor non venit in tempore quo citari fecit reum, non auditur, nisi refectis expẽsis, Spec.tit.de satisdat. §.1.num.2. [SED APPELLATOR TANTVM]
13 si iudex à quo præfixit terminum partibus ad prosequendam appellationem coram superiore, Spec.tit.de remissio. §.4.post nu.2. potest prosequi tam appellans, quam appellatus, l.ampliorem vbi Bart.C.de appellat. quia est commune remedium, not.in clem. vni.de cau.poss.& propr. [VBI] .i. quando, Luc.l.facultas col.4.post princ.de iure fisci, alibi habet loci significationem, D.Aug. in principijs Rhetoricæ col.6.in princ. [SVNT PRAESENTES] puta in eadem ciuitate, Inn. c.fin.vt lite non contest. [POST RENVNCIATIONEM] seu conclusionem [FACTAM] & sic
14 processum plenè instructũ, adeo quod nihil remanet allegandum, Bal.c.1.nu.13.cir.fin. si de inuest.inter dom.& vasallis oria, Abb. c.cum Bertoldus nu.4.de sent. & re iud. sed adsunt allegationes vtriusque partis, not. d.c.cum Bertoldus, tunc currunt decẽ dies. [VT SVPRA] l.Titia ff.de inoff.testam. & est
15 taxatiua, sicut dictio scilicet, Bal.l.in æqualibus de hæred.inst. aliter capitur in l.si verò in ver.supra, de his qui deiecer.vel effud. Bal.l.cum furti ff.de in litem iur.
16 Sed videtur contra, nam tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, c.ponderet 50.dist. nam non potest esse præmeditatum, quod est nimis festinatum, Alex.cons. 218.nu.9.in fi.2.vol. vnde oritur præsumptio iniustitiæ contra sententiam illico à iudice latam, puta si lata est in principio sui officij, vel si ita sero accepit acta, quod non potuit plenè instrui de meritis causæ, Abbas c.tum ex literis 8.not.nu.6.de rest.in integ. Quãdo enim propere agitur, multa per subreptionem eueniunt, adeo quod ex temporis breuitate mala præsumptio sequitur, vnde si in causa ardua inuenitur intra breue tempus lis contestata, probationes inductæ, lata sententia, & cæteræ solemnitates obseruatæ, fraus interuenisse præsumitur: econtra ex diuturnitate, & longinquitate temporis præsumitur solemnitatem inuenisse, Lucas l.quamuis circa fin.de decurio.

Dic, quod prædicta procedunt, quando magna præcipitatione fit, puta quia semel tantum, & de sero fuit citatus pro mane ad dicendum causam, quare non debet condemnari,& de mane fuit condemnatus, Paul.de Cast.cons.468.nu.2. in fi.1.vol. Hic autem mandat, quod determinetur infra decẽ dies à tempore conclusionis numerandos, si am-
17 bæ partes sunt præsentes, alias nõ festinabit iudex ad sententiam, vbi iuxta causa abfuerit, glo.1.post med.c.præsentium 7.quæst.1. & tempus de quo hic videtur impositus iudici non instantiæ, Affl.hic post num.3.Zab. clem.1.num.27.de decimis, alias perempta instantia, quæ est triennium in ciuilibus, & biennium in criminalibus, l.properandum
18 C.de iud.pereũt acta ordinatoria, fideiussio, confessio, & alia non, Luc.l.litibus col.3.in princ.de agric. & censi. vel ordinatoria sic, decisoria nõ, Zab.clem.2.post nu.8.de testi. seu pereunt acta, sed iurisdictio iudicis non tollitur, Spec.tit.de contumacia §.2.in fi. & licet perierit instantia, nõ est perditum ius agendi, vel defendendi, §.fin.in ver.per restitutionem in fi.auth.de hæret.& falc. & tunc pacto contrahentium non potest prorogari, sicut nec citatio nulla legitimari, Luc.l.pen. col.7.cir.med.de prox.sacr.scrin. Non perit tamẽ in R.Camera, Affl.sup.const.iusti, post nu.6. vel quando Princeps est consulendus, idem

Idem Affl. const. accusatorē 2. not. de desist. ab accus. Biennio causæ criminales debent tractari, postea non, l.3.& toto tit. c. vt infra cer. term. quæst. crim. term. Qua exceptione per me opposita in Reg. Camera in quadam causa, non fuit in ea amplius processum, nam quod fit finita instantia nō valet, Paris de synd. in ver. sententia c.6. num.4. Et ius actoris si perit pendente iudicio lite contestata, reus debet absolui, not. Bal. l. si reus in princ. ff. de cond. furt. quia nata est absolutoria ab obseruatione iudicij, idē Bal. l. iusiurandū §. fin. in princ. de iureiur. Sed quare triennio de iure ciuili perimitur instantia, & aliter de iure canonico, Abb. c. super nu.
19 5. de appell. cum de iure canonico, secūdum communem opinionem, non detur instātia, Alex. cōs. 23. col. 2. in princ. post nu. 2. vol. 3. & 64. post nu. 3. vol. 4. nec in causis quæ fiūt in consistorio Principis, c. ex insinuatione de appellat.

20 Nota, quod idem ius est de eo quod est perpetuum, & eo quod potest esse perpetuū, Abb. c. vni. nu.6. in fi. de cogn. leg. & dicitur perpetuū aptitudine, in fin. Abb. c. clericos in fi. de cohab. cler. & mulier. vel dum viuit, gl. l.4. ff. de procu. & actio dicitur perpetua, quia semper opponi potest, Spec. tit. de except. & replic. §.4. post nu.49. efficitur perpetua per litis contestationem, & durat 40. annis, Abb. c. illud autem nu.19. de præscrip. ita prohibitio perpetua, idem Abb. c.3. vlt. not. de eo qui duxit in matr. quā polluit per adulter. & secundum diuersas materias perpetuo, diuersificat intellectum, add. ad Spec. tit. de instr. edit. §.13. in ver. expressit, alibi perpetuo .i. tanto tempore quantum durat actio, Abb. c. si autem post nu.3. de rescript. Et æternum, pro perpetuo capitur, l. vnica in ver. æternum de iust. C. confir.

21 Secundo nota, tempus infra quod debet causa terminari, adeo quod non posset consensu partiū prorogari, & postea terminata non tenet, Luc. l.3. in 3.& 4.q. de Primipilo, Affl. hic distinguit nu.3. vt per eum, sed non obseruatur, vt per Bart. de Capua hic: in terminis tamen huius constit. non procederet quando Princeps esset consulendus, vt sup. nam ad diuersum finem consulitur, l. cum à nobis in ver. ve, C. de dilatio. & d.l.1. de relatio. Et facilitas expediendi probatur quā-
22 do duo pariter sunt expedibilia, nā probata facilitate vnius, præsumitur affuisse facilitatem expediendi alium, Abb. c. cum dilecti nu.6. post med. de dolo, & contum. c. constitutus nu.4. de appell. alias perimitur instantia, quæ diuersimodè coram Magistro Iustitiario Baiulo, & in feudalibus est statuta, Affl. hic post num.4.& 5.

23 Tertio notō quid sit similitudo, & quomodo insit, Bal. l.1. in 1. rep. in princ. de iust. & iure, & quæ sint similia, eadem & æqualia, idem Bal. l. neque leges post med. ff. de legib. l. non possunt 2. repet. in fi. eod. tit. de leg. & l. itē veniunt 2. rep. post princ. de pet. hæred. & l. illud 1.& 2. repet. in princ. ad leg. Aquil. Similis, vel maior ratio cum æquitate, quæ iungit similes casus, similitudinē operatur, & procedit etiam in consuetudine, non data tamen dissimilitudine in illo casu de quo quæritur, etiā quod sit dissimilitudo in alijs: qui verò allegat, similitudinem debet pro-
24 bare, Arno. in 1. Top. Vnde eadem dicitur causa in specie, vel saltem in genere ratione similitudinis, & similitudo aliud est, & aliud identitas, Abb. c.2. post nu.2. & 17. de translat. præl. Nec dicitur species distincta, sed eadem extensa ad alias res, idem Abb. c. nouit post nu.7. de off. leg. Vnde connexorum, seu coniunctorum vna est ratio, & propositio, sim. Bal. c. translato nu.1. de constit. Ita consuetudo circa vnum actum etiam contra ius extenditur ad alium, qui quodāmodo per similitudinem videtur includi sub priore, Abb. c. dilecti filij nu.5. de arbitris: nam eatenus extenditur dictum, quatenus ratio extenditur, Bald. l. quod dicitur 1. rep. in princ. ff. de pactis. & proceditur de similibus ad similia, Bal. l. qua actione §. proinde ad leg. Aquil. etiam in pœnis quando non est prouisum, idem Bal. l. si quis 1. rep. circa princ. de iurisdict. omn. iud. facit l. si mulier §. si metu, lo primo, quod met. cau. l. hæc autem de seruit. vrb. præd. & iudex habet potestatē assimilandi, Bal. l. omnes populi nu.21. & post nu.25. d. tit. de iust. & iure. isto modo
25 iura dicuntur trahi ad consequentiam .i. ad similes casus, Bal. l. de quibus 1. repe. nu.11. in fi. ff. de legi. per rationē Bal. l. quod vero 2. rep. eo. tit. de legi. ita ad exemplum institori fit extensio per l. liberto ff. de neg. gest. & si qua talia sunt, l. vt tantum §. his consequenter de seruo corrup. quædam, sed non omnia, gl. 2. l. si quis Sempronium de hæred. inst. & quando comprehendatur ex verbis, & quando ex mente, l. Gallus §. nunc de lege vbi Bal. in fi. de lib. & posthum. Et dicuntur similia in quibus per omnia eadē ratio reperitur, idem Bald. l. si quis non dicam post princ. de Episc. & cler. & l. illud num. 4. in princ. de sacrosf. eccl. & tunc dicitur interpretatio Principis, quæ est generalis, & necessaria, cum eam omnes sequi teneantur, Abb. c.1. nu.18. eir. fin. de postul. præl. isto modo
26 videtur posse probari per simile, c. per tuas qui filij sint leg. & licet non sit iudicandum exemplis, non procedit contra obtinentem ius iniquum, Bald. l.1. in 1. repet. in fi. quod

quisque

27 quisque iuris. Ideo lex municipalis non extenditur extra suum casum, Bald. l. quemadmodum a. rep. cir. fin. ad leg. Aquil. Et remedium si est fundatum super maxima æquitate non extenditur ad alium casum, maxime ubi non est omnimoda similitudo rationis, Abb. c. 2. num. 12. post med. de ordine cogn. ex quo si in vno sunt dissimilia, non infertur ad alium, Baldus l. in actionibus de his qui not. infam. & diuersa sunt quorum diuersa est substantia, Bald. l. si vnus §. quod in specie num. 15. circa med. ff. de pactis, ita & contractus si est translatus ad qualitatem certi gradus, recipit extensionem iurium de gradu loquentium, Ant. de Butrio cap. pen. post princ. de seruis non ordinan. Verum quoad pœnam infamiæ non proceditur de similibus ad similia, Baldus l. furti §. fin. & d. l. in actionibus de his qui notan. infam.

28 Vltimo nota, quod Princeps consulitur in iis quæ ipsum tangunt, l. bene à Zenone de quatri. præscript. ita & qui tanum iudicium habet, quia in hoc superior est habendus, D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 3. Vltra quod remedium contra remedium priuilegii Principis est vt imploretur remedium ipsius Principis, Abb. cap. 2. post num. 22. de ammun. eccl. Ex quibus autem cognoscatur lex generalis, vel particularis, Baldus l. 3. C. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Aequales omnes natura genuit, sed propter peccatum vnus subest alteri.*
2 *Magnum magna decent.*
3 *Magna Curia, & Curia Vicaria sunt diuersæ.*
4 *Magna Curia propter præminentias, & quia cognoscit de magnis causis, dicitur magna. Quando committitur à lege, non sunt delegati, num. 29.*
5 *Curias plures potest habere ciuitas, quæ diuersis nominibus vocantur.*
6 *Magna Curia habet iurisdictionem ordinariam.*
7 *Speculum, speculari, speculator, & specula, & quid requiritur vt quis videri possint in speculo, nu. 26.*
8 *Exempla validiora sunt verbis, de exemplari, & exemplato.*
9 *Species consistit in gradu dignitatis.*
10 *Proprium cuique debetur secundum qualitatem officij.*
11 *Causa specialis videtur exempta à commissione generali.*
12 *Baroniæ sunt feuda, & in quibus consistunt.*
13 *Castra vniuersitatem significant, & continent iurisdictionem.*
14 *Feudum quaternatum quod sit in regno.*
15 *Curialis, medicus, officialis non potest recedere, & quæ sit pœna.*
16 *Examen cum discretione, & vero iudicio est facienda.*
17 *Euocare, remitte, & quid euocatus.*
18 *Appellatur ab inferioribus ad superiores.*
19 *Seu, pro et, & natura eius est ampliare.*
20 *Solium Regis, thronus Iudicis, & cathedra Magistri.*
21 *Iurisdictio quæ sit, & quotuplex.*
22 *Iudicandum quomodo non sit exemplis, num. 23.*
24 *Exempla sicut digitus ostendunt quomodo res se habeat.*
25 *Iudicum minor non est qui iudicet facit.*
27 *Cõmissum specialiter alicui est exemptum ab officio generali.*
28 *Potestas per vsum innotescit.*



1 MAGNAE CVRIAE] natura omnes æquales genuit, sed inæqualitas quæ accessit ex vitio, est ordinata ex Dei iudicio, vnde nos oportet obedire hominibus, quia propter peccatum subiecti sumus, D. August. sermone 5. de obedientia, col. 1. ad fratres in heremo, minor subditur maiori, sicut seruus domino, bonus bono, & malus malo, idẽ D. Aug. 6. contra Iulianum c. 9. col. 2. cir. princ. & ñ. Honorem sustinenti, nõ potest imponi munus ab alio, qui habet par imperium, quia par imparem &c. Bal. l. actores post num. 2. de exact. trib. & dixi supra in const. cũ nou. Sipodamus autem Milesius, qui diuisionem ciuitatum inuenit, ponebat vnum iudicium principale ad quod omnia male iudicata reducerentur. Philosophus 2. Politicorum 6. nam suppositaliter licet plures sint indices, tamen vnus tanquam superior inferiorum

iuriſdictiones eminenter continet, addit.ad
D.Th.3.par.de Sacram.q.55.alias 24.art.3.
ibi not.1. Ita Magna Curia vti maior preeſt
Iuſtitiarijs, vt conſt.ſequen. vnde debet eſſe
ſpeculum, & norma iuſtitiæ, vt quod obſer-
uat in ſua curia aliæ obſeruent, ita ritus
Magnæ Curiæ 11. vbi Gra. & ſupra conſt.
ſi quis in poſterum num. 3. 21. & 25. & hic
in textu, qui diuiditur, & ſum. vt per Affl.
2 & dicit [MAGNAE] & ſucceſſiuè cum ſit ma-
gna, decent magna, D. Auguſt. in ſoliloquijs
col. antepen. circa med. [CVRIAE] quæ
à cruore, c. forus de verb. ſign. vel à cura di-
citur, gl. & Affl. ſup. conſt. ſtatuimus nu. 55.
aliter curia, Bal. c. quæ in eccleſiarum nu. 5.
& poſt nu. 19. de conſt. [NOSTRAE] dicitur
curia Regis, Affl. hic nu. 2. in fi. & conſt. ap-
pellationum tempora 6. not. ad differentiā
curiæ Vicarij: vnde Magna Curia conſiſtit
in duobus tribunalibus, quorum vnum eſt
3 Magna Curia, quæ eſt tribunal Magiſtri Iu-
ſtitiarij, & aliud tribunal Vicarij regni, &
vocatur Curia Vicariæ, Gra. c. reg. Rober-
tus, quod eſt vltimum, & incipit, cum ſcele-
ratis, num. 6. inde à Vicario regni exortum
eſt nomen Vicariæ, Frecc. de ſubfeud. lib. 1.
de antiquo ſtatu reg. nu. 33. cir. med. & hoc
alludunt ritus, quando in eis dicitur in cu-
rijs, & qualibet ipſarum, Gra. dec. 34. nu. 9.
& Curia Vicariæ in regno eſt dignitas, Luc.
l. vnica de comi. qui prou. reg. inde Vicariæ
præfecturæ, D. Aug. in ſim. in breuiculo col-
lationis tertij diei cū Donatiſtis, col. 6. poſt
princ. Quæ ſunt matres decurionum, Bald.
4 l. 2. not. 5. de prædijs curial. Et Curia Ma-
giſtri Iuſtitiarij dicitur Magna, propter pre-
eminentias quas habet, & cauſas magnas,
quæ ibi tractantur, licet Curia dicatur plu-
ribus modis, Foller. hic num. 1. vſque ad 14.
& dicitur à cruore, vt ſup. l. conſtitutum eſt
de teſtibus in Longob. Et vnam, quandoque
plures habent ſingulæ ciuitates, Roma verò
habebat triginta, l. 2. in princ. de orig. iuris,
vel trigintaquinque, Hebræi duodecim, quas
Tribus appellabant, D. Aug. Pſal. 121. col. 8.
Athenienſes Areopagos dicebant, idem D.
Aug. lib. de Epicureis, & Stoicis col. 2. poſt
princ. alibi diſtinctæ erāt iuriſdictiones per
portas; & porta habebat ſe ad inſtar ciuita-
tis, Bald. l. 1. in fi. C. ſi vbi quis de curia. vel
cohar. Vnde Deute. 16. Iudices, & magiſtros
conſtitues in omnibus portis tuis vt iudicet
populum iuſto iudicio. Et Amos 5. Cōſtitue
iudiciū in porta. Et mos fuit apud veteres
vt in portis ciuitatis ſederent ſeniores, qui
certantium iurgia iudiciaria examinatione
diſcernerent, vt vrbem nō intrarent diſcor-
des, cum in ea cōcorditer viuere oporteret,
Guliel. Pipin. feria 3. Paſchæ col. 18. Hic ve-
5 rò iudices Magnæ Curiæ ex antiqua con-
ſuetudine ordinariam obtinent iuriſdictio-
nem, ex quibus quidam ſunt criminales,
alij ciuiles, ſupra conſtit. non ſine, in fine,
criminales ſunt digniores, Frecc. vbi ſupra
de officio Magiſtri Iuſtitiarij, num. 11. poſt
num. 15. 20. 25. 28. 34. 37. cum ſequent.
[MAGISTRVM IVSTITIARIVM] qui ſumpſit
nomen ab effectu, glo. hic, & Affl. num. 3. &
ſupra conſtit. inconſutilem num. 7. circa fin.
[VELVT] alibi vel vt, l. 1. §. nunciatio in
ver. velut; de noui operis nunciat. & eſt ve-
ritatis expreſſiuum, Io. And. c. dudum circa
princ. de præben. in vj. [IVSTITIAE SPECV-
6 LVM] tanquam ſpeculo ante oculos ſuos
mente recta conſpiciāt, appendix ad D.Th.
3. par. de Sacram. quæſt. 60. alias 29. art. 3.
& quaſi ſpecula ad mores ciuiū intuendos,
Ariſt. 5. Politic. 8. Vel ad ipſam tanquam
menſuram, & exemplar inſpici debet, dicta
parte quæſt. 78. alias 47. art. 3. ibi examc.
ſeu in qua tanquam ſpeculo ſingulari relu-
cet ſydus, Bald. l. 3. §. ſed ſi quis num. 7. poſt
med. comm. deleg. Et cæteri iudices ſpecu-
lari debent qualiter in iudicijs ordinarijs,
& extraordinarijs, ciuilibus, & criminali-
bus, & ſingulis iudiciorum capitulis ſua au-
ctoritate officia moderare debēt, Spec. proœ.
ſui operis poſt nu. 26. vt in ea velut in ſpecu-
lo alij eorum prauitatem inſpectam, ſi vo-
luerint, corrigere poſſint. D. Auguſt. 4. con-
7 tra Creſco. Gramm. col. 26. poſt princ. Ita
videre aliquid per ſpeculum, eſt videre cau-
ſam per effectum, in quo eius ſimilitudo re-
lucet, D. Thom. 2. 2. quæſt. 180. art. 3. Purum
diligenter oſtendit quidquid excipit cauſa
infectionis eius eſt ex viſu meſtruatę, ſi no-
uum macula difficilius tollitur, quam ſi ve-
tus, Ariſt. de ſomnijs cap. 2. Iſto modo lex
ſpeculatur ſe in natura, Bal. l. fin. nu. 1. circa
med. C. de ſuis, & legit. In ſpeculo inſpici-
mus imaginem noſtram turpem, ſi turpis
eſt, & conſcientia noſtra in ſemetipſa videt
maculam, & inſpicit pœnam, Bald. l. quæ
fortuitis num. 5. in fi. C. de pign. act. Quid
ſit neceſſarium vt forma appareat in ſpecu-
lo, D. Thom. 3. par. de Sacramen. quæſt. 113.
alias 82. art. 4. inde ſpeculari, proſpicere,
& conſpicere, vel intendere, vt videas, D.
Auguſt. Pſalm. 98. col. 5. nominis ſui ſpecu-
lum, D. Hieronymus in vitas Patrum par. 3.
cap. 49. in princ. Et ſpeculator, iuxta illud,
Speculatorē dedi te domui Iſrael, Ezech. 3.
& 33. & Eccleſia in hymno ad Laudes fer. 5.
cantat, Speculator adeſt deſuper, Qui nos
diebus omnibus, Actuſq; noſtros proſpicit,
A prima vſque ad veſperam. Et Epiſcopi
ſpeculatores c. cleros 21. diſt. non ſpeculan-
tur vt theoricam habeant, niſi meditantes,
9. Me-

9. Metaphysices 6. ibi, sic igitur. & specu-
la locus altus in quo ponuntur custodes.
D. Aug. psal. 101. ibi concio. col. 3. circ. fi. [In
Cognitionum Nostrarum Iudiciis]
cum eadẽ sit curia in omnibus officialibus
regni, Iser. cõst. humanitate cir. princ. [Col-
locatum] dispositum, & statutum, Nizol. in
ver. colloco. [Non Magis] comparatiuè,
Arch. c. quia post med. 56. dist. [Magiste-
rii] magistri dignitate, Nizol. in ver. magi-
sterium. [Nomine] quod debet esse conse-
quẽs rei §. est & aliud inst. de donat. [Iusti-
tiarium Caeteris] alijs, sup. in const. su-
per incisionibus, & raro inuenitur in singu-
lari, glo. 2. l. cancellauerat de his quæ in test.
dele. [Praefici] præponi, Niz. in ver. præ-
ficio. [Voluimus] dum cæteris præferimus,
8 vt const. seq. [Quam Exemplo] nã exempla
validiora sunt verbis, D. Th. ad Gal. 2. ibi eũ
autem col. 2. in fi. Verum exemplar debet
esse conforme exemplato, vt per exemplar
ducatur in cognitionem exemplati: semper
tamen perfectissimũ est exemplar eius quod
est minus perfectum: Deus autẽ non indiget
videre aliquod exemplar extra se, idẽ D. Th.
3. de Saluatore q. 24. art. 3. & q. 56. art. 1.
In alijs quotidianis exemplis plena sunt om
nia, D. Aug. serm. 1. col. pen. post med. fer. 4.
post Dominicam pass. [Vt In Ipso] velut
speculo diligenter intueantur, Spec. tit. de
teste §. 6. nu. 3. alibi sicut sincerissimũ specu-
lum i. proposita hominibus oracula cælestiũ
paginarũ, vbi quisque videat quodlibet pec
catum quantum sit, D. Aug. 3. contra epist.
Parmen. col. 9. post princ. [Caeteri Gra-
9 dus Inferiores] cum species consistat in
gradu dignitatis, Bald. l. 1. 2. rep. post princ.
de off. eius. [Aspiciant Quod In Seipsos
Observent] adimpleant, quod de sui natu-
ra non importat necessitatem, sed quandam
decentiam, Affl. hic nu. 1. E contra quærentes
licentiam malefaciendi, quærunt sibi exẽpla
male viuentium, & multos infamant, vt so-
cios inuenisse videantur, D. Aug. serm. 53.
col. 7. ad fratres in heremo. [Quaedam
Tamen Eius In Tantum Specialiter]
idest nominatim, l. cum plures ff. de euictio.
[Sunt Annexa Iudicio] .i. discretioni,
l. eũ prætor in ver. iudicio, vbi Bal. ff. de iud.
Et adeo sunt inseparabilia à persona, vt ad
nomen alterius accommodari non possint,
idem Bald. l. 2. nu. 5. de his qui accus. nõ poss.
10 Ita vnicuique personæ secundum proprium
officium aliquid propriũ debetur, vt in scien
tia legali, quę adeo est annexa officio Sacer-
dotis, vt simul cum iniunctione officij intel-
ligatur & scientiæ legalis iniunctio, D. Th.
2. 2. q. 16. art. 2. & q. 57. art. 4. in fi. [Vt De
Eis] supple alijs [Absque Delatione]
delegatione, Affl. hic 2. not. nu. 4. [Nostri
Nominis Specialius] proprio nomine,
glo. l. quod in rerum §. fin. in ver. & speciali-
ter de leg. 1. [Cognoscere Non Prae-
sumat] c. 2. & 3. de postul. Et sic species de-
rogat generi in eadem dispositione, siue di-
uersa in eodem rescripto, siue pluribus ab
eodem emanatis: & specialis prouisio dero-
gat generali, siue indefinite, Bal. c. 1. num. 2.
& 17. & generalis loquutio non comprehen
dit quæ specialiter debent designari, in cap.
Sedes Apostolica num. 3. de rescriptis. nam
11 specialis causa videtur exempta à generali
commissione, adeo quod habens generalem
commissionem non potest se impedire in ijs
quæ sunt specialiter commissa, Abb. cap. 2.
1. not. & post num. 2. de offic. leg. & vni de-
stinatum, alij ademptum esse videtur, Bald.
l. post aditam in fi. de impub. & alijs substit.
ex quo censetur commissa tanquam pru-
denti, idem Bald. l. 1. num. 3. C. de tuto. vel
cur. illust. pers. Et quod certis personis, &
magistratibus est concessum à iure, alij sci-
re debent sibi esse negatum, Bald. l. edicto
num. 35. post med. de edicto diui Adria. toll.
nam quod vni attribuit, alijs negare vide-
tur, in l. 3. num. 11. in princ. C. de leg. [De
Comitatibus] nunc ponit præeminentias
Magnæ Curiæ, quarum prima quod cogno-
scit de Comitatibus, de quibus cap. 1. quis
dicatur Dux. [Videlicet] dic vt const.
12 præcedenti. [Baroniis] quæ feuda sunt,
& consistunt in rebus singularibus feudo-
rum redditibus, vassallorum excadentijs,
& alijs, Isern. c. 1. post num. 3. & §. similiter,
lo vltimo, num. 10. & 11. de cap. qui curiam
vend. [Civitatibus] municipijs, vel op-
pidis, l. in ver. propriè ad municipal.
villis, vel casalibus, inf. in const. prosequen-
13 tes. [Castris] quæ vniuersitatem quan-
dam significant, & continent sub se iurisdi-
ctionem, & alia, vt per Affl. d. c. 1. in princ.
num. 9. de cap. qui cur. vend. [Et Magnis
Feudis] quæ Capitanei tenent à Rege,
cap. 1. hic mar. succe. vxo. in benef. alibi ma-
gnum, & paruum diuersificant, quantita-
tem, non essentiam, D. Thom. 3. par. de Sa-
cramen. quæst. 18. alias 77. artic. 8. Ideo
sequitur [Quae In Quaternionibus
Dohanae Nostrae Baronum Invenien-
tur In Scriptis] qui quaterniones non
erant tempore Isernie, vt ipse dicit, & se
remittit ad dicta per eum c. 1. de contr. feu.
14 apud pares term. In Regno autem dicitur
feudum quaternatũ quod est à Rege conces-
sum, vel scriptum in quinternionibus R. Ca-
meræ, tam si concedit, quã si assentitur Rex,
Fre. de subfeu. lib. 3. dũ ponit differentias in-
ter feuda quaternata, & plana, & de tabula.

Et sic cognitionem istorum feudorum Impe
rator Curiæ suæ reseruauit, inf.const.Iusti-
tiarij nomen,& normam in fi.& quod de feu
dis dicitur, idem in re singulari feudorum,
Gra.hic nu.3. Et sic non solum feudum, sed
eius pars habet, & habuit iudices priuile-
giatos, & proprios,dominum,pares,curtis,
& arbitros, dominus iudicat inter pares
curtis,pares iudicant inter feudatarium, &
dominum,arbitri iudicant vbi deficiunt pa-
res,his omnibus deficientibus iudicat ordi-
narius loci, Bald.c.cum ordinem post nu.7.
& 17.circa fin.de rescriptis. [CVRIALIVM
ETIAM] qui autem dicantur Curiales, &
quod Magister Iustitiarius cognoscat de
causis eorum, Foll.hic num.6.& 7. [QVAE-
STIONES] tam ciuiles,quã criminales, Affl.
hic 4.not. [QVI A CVRIA NOSTRA SINE
MANDATO NOSTRO] sup. in const.statui-
mus, & si recedunt puniuntur in duplicatis
gagijs eorum quæ debebant accipere, in c.
regni statuimus vt quotiens, vbi Io.Ant.de
Nig. [VEL ORDANARIORVM NOSTRORVM]
qui nostram effigiem repræsentãt,inf.const.
eos de repulsa off. [PRO VELLE]pro suæ vo-
luntatis arbitrio, inf. const.quam plurium.
15 [NON POSSVNT] ita iudex,medicus,& qui-
libet salariatus non possunt recedere sine li-
centia,Ambasciatores etiã reuerti non pos-
sunt nisi finita ambasciaria, & recepta re-
sponsione, Bal.& Ang.l.si quis decurio.C.de
decurio. dixi latè d.const.statuimus, hic ta-
men modificat,& se restringit ad eos. [QVI
TAMEN]Lucas l.1.in princ.de colo.fug.pat.
[IMMEDIATE NOBIS, ET OFFICIALIBVS
NOSTRIS] in Curia seruiunt, ad differentiã
foraneorum,in sim.Inn.c.fin.in princ.de off.
ord. [NON PRO EORVM SERVITIIS, SED
PRO NOSTRIS ASSISTANT] & sic istud pri-
uilegium non extenditur ad famulos offi-
cialium Regis, sed ad eos tantum qui Regi
seruiunt, Affl.hic 4.not. [IN ALIQVO FOR-
SAN] assertiuè, non dubitatiuè, Inn.c.tua
nos in princ.de spons. [OFFICIO CONSTI-
TVTI]obsequiales operas prestando,l.si non
sortem §. libertus in ver. officium de cond.
indeb. [AB EIS] officialibus nostris consti-
tuti. [SIVE AGANT, SIVE CONVENIANTVR]
siue actores sint,siue rei, infra const.hostici.
[MAGISTRI IVSTITIARII EXAMINENT]
16 cum discretione, & vero iudicio, Lucas l.1.
in fi. de frum. Alex. prout natura rei requi-
rit, Io.And.cap.statutum, lo secondo, post
nu.2.de hæret.in vj. [ET DECIDANT] debi-
tum finem imponentes, c.cum venisset,& c.
causam quæ de testi. [QVI ETIAM PRAE-
ROGATIVA] quæ dictum, vel factum liberè
significat, Nizolus in ver.prærogatiua in fi.
[SPECIALI]expressa,Io.And.c.a.post nu.1.
de rebus eccl.alien.vel non,in vj.vel quia in
contrarium est ius commune, c.cum sit ge-
nerale de fo.comp. [LAETENTVR VT ILLIC]
corã Magistro Iustitiario. [ADVERSARIOS
SVOS IN CIVILIBVS, ET CRIMINALIBVS
17 CAVSIS VALEANT EVOCARE] petere se re-
mitti, Bal.l.de diè 1.rep. §.iubet qui satisd.
cog. inde euocauerit, l.1.ff.de ferijs,& auo-
catus l.si prætor §.fin.ff.de iudic. Et sic cu-
riales in curia existentes habent electionem
vt agant, vel cõueniantur in curia Magistri
Iustitiarij,tam si sit causa ciuilis, quàm cri-
minalis, Gra.hic nu.1.& 3.cir.fin. Et si de-
linquũt an possint puniri ab ordinario loci,
Bal.l.pen.nu.1.quando prouo.non est neces.
18 [APPELLATIONES]inferiorum, à quibus ad
eos vti superiores appellatur, Spec. tit. de
appell.§.4.nu.20. [ET CONSVLTATIONES
INFERIORVM IVDICVM] vt d.const. statui-
19 mus.[SEV]pro et,ponitur,& eius natura est
ampliare,Bal.cum add.ad eum l.cum quidã
post num.4. de verb.sign. [DELEGATORVM
A NOBIS] de quibus inf.const.vt vniuersis,
de serua. hono. comi. [QVI AD NOSTRI
CVLMINIS] principalis culminis, auth.de
20 rapti.mul.in princ. [AVDIENTIAM] solium
est Regis, thronus Iudicis, & cathedra Do-
ctoris, D.Th.3.par.de Sacram.q.120. alias
89.art.3. [DEFERVNTVR]conferuntur,Niz.
in ver.defero. [DVM] .i.postquam, Archid.
c.quotiens 1. 2. q.6. [NOBISCVM IN NO-
STRA CVRIA COMMORANTVR] simul mo-
rantur, Affl.d.const.statuimus num.6. in fi.
& illustrem dignitatem ex administratione,
vel priuilegio sunt cõsecuti,l.3.C.vbi senat.
vel clar. [PRO] vel propter,Lucas l.1.circa
princ. de diuer.præd.vrb. vel rust. [IVRIS-
21 DICTIONE SVA] quæ,quid sit,& quotuplex,
Spec.tit.de iurisd.om.iud. cũ add.ad eum in
prin.vsq; ad nu.31.[SVSCIPIANT AVDIEN-
DAS, ET FINE DEBITO TERMINANDAS]
debito fine, Bal.l.petens nu.2.in princ.C.de
pactis; vel secundum dispositionem iurium
terminandas, c.ex parte vbi Abb.cir.fin.de
testi.modus autem rationabilis ex gestis in-
hærens,consueuit in sententijs adijci,quan-
doque fiunt reseruationes, Baldus l.1. post
num.50. de his qui accus.non poss.
22 Sed videtur, quod non exemplis, sed legi-
bus iudicandum sit, l.nemo C.de sent.& in-
terloquut.omnium iudic. tanto magis, quia
non omne simile est idem, l. quod Nerua
depositi. nam in quibusdam punitur consue-
tudo, infra constit. cum vniuersis circa fin.
& non in alijs, etiam quia ordinaria iuris-
dictio non requirit aliquorum capitulorum
specificationem, nam redigeretur ad instar
delegati; quod est impossibile, Bald.l.fin.de
vind.libert.

Dic,

23 Dic, quod iudicatur exemplis quando similiter, ideft in eundem modum eft prolatum, l. nam Imperator vbi glo. fin. ff. de legi. Vltra quod exempla magnorum virorum sequenda funt, Baldus l. nemo poft num. 1. de fentent. & interloquut. omnium iudic. & fi exemplis non iudicatur, confuetudine iudicatur, quæ probatur exemplis, glo. rubr. circa med. C. quæ fit longa confuet.
24 Exempla enim ficut digitus rem oftendunt, & actui quodammodo rem fubijciunt, Bal. conf. 257. num. 4. poft med. 1. volum. vnde ea fubijcere vtiliffimum eft, Abbas cap. 4. num. 2. de refcript. vbi autem cum eis ratio non concordat, non funt fequenda, Archid. cap. fana. 9. diftinct. Et dicitur indicere is qui mandat, cum non minoris, fed maioris fit poteftatis facere aliquid per alios, quàm per feipfum, D. Thom. 3. par. de Saluatore quæft. 42. art. 1.
25 Nota, quod de iudicibus dicitur, non eft minor eis, qui iudices facit, D. Auguft. libro de trinitate, & vnitate Dei col. 10. circa fin.
26 Ideo fpeculatores populorum funt præpofiti, D. Auguft. 1. de ciuitate Dei cap. 9. circa fin. Epifcopus debet effe fpeculator aliorum in moribus, Abb. cap. cum in cunctis 3. not. de electio. Poteftates debent effe fpeculum fucceſſoribus, l. 1. C. de priua. carcer. l. fin. C. ad legem Iuliam de vi publ. & vt hic Magifter Iuftitiarius fpeculum iuftitiæ: aliter autem fpeculatur intellectus, Bald. l. fi vnus §. quod in fpecie num. 15. circa med. col. 5. in fi. ff. de pactis.
27 Secundo nota, quod commiffum fpecialiter officio alterius, dicitur exemptum ab officio generale ordinarij, Bald. l. 2. num. 2. de iure fifci lib. 10. Et vbi mandatur iurifdictio vniuerfalis caufarum, cœpta vna caufa, perpetuatur iurifdictio quoad omnes. Et ex vno actu fcienter facto confirmatur iurifdictio in toto proceffu. Bald. l. man-
28 datum num. 4. C. mandati. Per folutionem partis prorogatur, in cap. cum ordinem poft num. 8. de refcriptis. Poteftas namque per vfum innotefcit, D. Thom. 3. parte de Sacramen. quæft. 65. alias 34. art. 4. Apud dignitatem enim eft habitus iudicãdi, apud perfonam autem eft actus tanquam apud viuum organum ipfius dignitatis, & per
29 actum in potẽtia deductum, efficitur vnum. Bal. l. eos in princ. poft num. 2. & 8. cir. med. de appell. Indices autem quibus caufæ committuntur à lege, non funt delegati, nec ordinarij, fed habent naturam mixtam, Bald. l. præcipimus circa princ. eod. tit. de appell. Verum cui non conueniunt minora, denegantur maiora. Bald. l. qui indignus 1. repet. in princ. ff. de fenat. Sed poteftas à iure conceffa, poteft per pactum modificari, l. iure noftro, vbi Bald. C. de fideiuffo.

Vltimo nota, quomodo in regno differantur appellationes Capitaneorum, Baiulorum, & aliorum, latè Affl. hic.

De eodem Magiftro Iuftitiario.



VIA conft. præcedens pofuit tres præeminentias Magiftri Iuftitiarij, hic continuãdo ponitur quarta, ideo dicitur de eodem Magiftro Iuftitiario, vt per Afflict. infra in textu, vbi videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Honor quibus, & quare debetur.*
2 *Honor quid, in quibus confiftit, & eius quid maximum.*
3 *Honor quare debetur, & quo iure debetur.*
4 *Dignitas, & auctoritas conferuanda eft.*
5 *Ciuitas eft nomen collectiuum, cui comparatur, & quid in conftruenda ea attendi debet.*
6 *Vnà, eft aduerbium congregandi, & idem quod fimul, & ponitur fine cum.*
7 *Poteftatem colligatã quis habet quando exercet cum alio.*
8 *Poteftas inferior includitur fuperiori ficut fenfus in intellectu.*
9 *Superius, & inferius funt oppofita, & loco differunt.*
10 *Papa, vel fuperiore legato fuperueniente, minoris ceffat officium.*
11 *Periclitatur quis eo magis quanto honoratur.*
12 *Magiftratũ ambientis periculofum, fecundum Themiftoclem.*
13 *Curijs eft fauendum, & earum officialibus.*
14 *Officium officio feruire abfurdum eft.*
15 *Honor te quærere debet, nõ tu ipfum.*
16 *Iudicibus potioris gradus ab inferioribus reuerentia debetur.*
17 *Homo inferioris gradus maiori reuerentiam exhibere tenetur.*

18 *Collegium si habet clericos, & laicos, de eo cognoscit Episcopus.*
19 *Maioris iudicis præsentia an impediat iurisdictionem minoris.*
20 *Honorem omnes ambiunt sicut aduocati.*
21 *Honor est testimonium boni quod est in eo qui honoratur.*
22 *Inferior silet per præsentiã superioris.*
23 *Maioritas quædam dignitatis, & alia senectutis, necnon administrationis.*

1 
Onorem] senibus honor, & reuerentia debetur, l. semper de iure immu. quia senectus excellentiam quandã homini præbet, D.Tho.2.2. q.149.art.4. Amantur homines propter virtutem, fortes, & iusti, & post eos liberales honorantur, D.Th.ea.par.q.117.art.6. ita propter periculum honor iudicum est seruãdus, not.Bal.l.fin. quando prouoc. non est necess. Vnde quia Magister Iustitiarius certis temporibus tenetur in prouincijs morari, vt c. reg. insuper ad fidelium eorundem, & dum discurrit prouincias, moratur in terris Baronũ, in c.reg. item quia sicut habetur. Ideo iure isto mãdatur, quod vsqueque Magister Iustitiarius regit curiam in loco Iustitiarij regionũ sileant, Arno.18.differentia vtriusque iuris, per istum textum, qui diuiditur, &
2 sum, vt per Affl. & dicit [Honorem] magistratus, potestatesq;, quos honores appellamus, Arist.3.Politic.7. qui cõsistit in signis exterioribus, & corporalibus, D.Thom.2.2. q.103.art.1. & sic dicitur, quia honor est cui datur, glo.1.l.si remunerandi ff.mandati. & dedecus cui aufertur, l.filiũ in ver. pleniore de leg.præst. Exhibentur enim excellentibus creaturis quædam exteriora ad reuerẽtiam pertinentia, inter quæ maximũ est adoratio. Soli autẽ Deo exhibetur sacrificium, D.Th. vbi supra 2.2.q.84.art.1. Sed alius patri, & alius Regi debetur, & sic de singulis, ea.par. q.81.art.4. Potentiæ, & deliciæ propter honorem expetuntur, qui habent, per illas honorari volunt, sed honorantur à quibusdam: secundũ veritatem solus bonus honorabilis est, at vti vtrunque est is magis honore di-
3 gnus est, 4.Ethic.9. [Debitvm] hominibus, inquantum in eis est aliquid diuinum, putã bonum gratiæ, virtutis, vel saltem naturalis Dei imaginis, D.Th.d.par.q.19.art.3. & est debitum iure cõmuni, vel statutario, Loffr. cons.36.nu.2. & debitum legale, & aliud morale, D.Th. vbi sup.q.102.art.2. necnon defertur in testimonium propriè virtutis, & respicit proprium bonum honorati, ea.par. q.25.art.1. secũdum tamen veritatem solus bonus est honorandus, idem D.Thom.d.par, q.145.art.1. [Atqve Praecipvvm] c.inter de purg.can. summum, vel proprium, Bald. l.iubere cauere 1.rep.de iurisd.omu.iud. vel proprium tantum cap.2. de cond.appositis l.legati de off.procons. & lega. [Nostrae
4 Cvriae Reservantes] quia dignitas, & auctoritas cõseruanda est, Bal.l.1.nu.1.ff.de postul. nec minus quis honorem amat, quam rẽ possessam, D.Th. qui sup. 2.2.q.73.art.2. Dolus verò omnem reuerentiam excludit, Bal.l.vni.§.cum autem in princ.de rei vxo. actio, [Edidimvs] foris emisimus, leges dedimus, Nizol.in ver.edo. [Vt Si Qvando Etiam] vltra præeminentias supradictas, nam dictio etiam, repetit, l.Aurelius §.testamento, vbi gl.2.de liber.lega. [Praedictvs] ante dictus, Nizol.in ver.prædico, [Magister Ivstitiarivs Civitatem
5 Aliqvam] quæ nomen est collectiuum, & vniuersale, Bal.de cap.qui cur.vend.num.2, cir.fin.quæ olim erat, & nunc sit, quo ordine fieri debeat, & quando de nouo ædificatur, Cap.in sua inuest. in ver.feudorum clausulæ ibi ciuitatem. Plato autem quem Labeo inter Semideos commemorandum putauit, in formanda ciuitate Poetas tanquam aduersarios ciuitatis censuit esse pellendos, quia fuscari, corrumpiq; figmentis animos ciuiũ noluit, D.Aug.2.de ciu.Dei, c.14. Scæuola etiam Poetarum genus respuit, & quare, idẽ 4.eiusdem c.27.& 8.c.13. Plato autem prædictus eam æquiparabat homini, quẽ si quis percussit in digito, totus simul afflictè condolet parti, ita in ciuitate si cuiquam ciuiũ mali, vel boni contingerit, adeo quod nihil perniciosius euenire potest, quam eam diuidere, vt ex vna plures fiant, Foller.in const. inconsutilem nu.5. [Vel Locvm] principalem illi inclusum, qui venit loci appellatione, sicut appellatione corporis veniunt ædificia inclusa in corpore not. Gem. c.si ciuitas de sent.excomm.in vj.Zab.clem.ne Romani §.sane nu.6.de elect. [Intraverit] per loca cõsueta, l.obseruare §.fin. vbi Bal. 1.rep.de off.procons.& leg. aliquo modo, & non cum Imperatore, vt const.præced. vnde const. ista est magis generalis, vt Gra. hic. [Qvovsqve] vsquequo, Psal.4. Cum inuocarem. [In Eodem Loco Magister Ivstitiarivs Ipse] non solus, Affl.hic post
6 princ.sed [Vna] insimul, Bal.l.vni.§.his ita nu.2.cir.princ.de cad.toll. [Cvm] alibi non ponitur cum, sed vna, & est aduerbium, glo.

pen.

pen. l.certum ff.de iniusto, rup.& irri.testa.
congregandi, D. August. lib.de Grammatica
col.30.cir.fin.& exponitur simul, gl.in l.qui
hæres de acq.hered. [IVDICIBVS NOSTRIS]
& ipsius Magistri Iustitiarij, nam alij erant
Iudices Vicarij, erant enim duo tribunalia,
Magistri Iustitiarij, & aliud Vicarij, Gra.
inf. const.cum noua cir.med. secus si essent
Iudices sine Magistro Iustitiario, Afflict.hic
post princ. sed omnes simul. [CVRIAM NO-
7 STRAM TENVERIT]nam cum vnus gerit par
officium cum alio, dicitur habere potestatē
colligatam, vt vnus non possit sine alio, Bal.
l.1.§.pen.cir.fin.de exercit. [IVSTITIARII
REGIONVM, QVI ILLIC] in illo loco, non in
tota prouincia, Affl.hic post princ. [INVEN-
TI FVERINT, SILERE DEBEBVNT]quia quod
à melioribus perficitur, melius est opus,
Arist. 1.Politic.3. & melior est, qui maiora
meretur, & qui optimus maxima, 4.Ethi.8.
Sed omnes reipublicæ regni communicant
in vno tribunali Regio, Caiet.ad D.Th.2.2.
q. 40. art.1. col.3. in princ. Inferior pote-
8 stas cōprehenditur in superiori virtute, sicut
sensus in intellectu, & Ducatus in regno,
idem D.Th. 3.par.de Sacram.q.66.alias 35.
art.5. Abb. c.vnico in fi.num.4. de cler.per
saltum promo. l. iudicium soluitur ff.de iu-
dicijs. Non tamen propter illius præsentiam
amittunt iurisdictionē, glo.hic in ver.silere,
Bal.l.vni.2.rep.§.consules nu.1.de off.cōsu.
& auth.de defens.ciui. nam secundum Arist.
9 superius, & inferius non solum loco differūt,
sed habent locū oppositorum.i.sunt opposi-
ta, Bal.l.cū te in fi.C.de nup. & habens ver-
bum superioris, nō indiget verbo inferioris,
idem Bal.l.2.circa princ.C.quando decreto
opus nō est, vel quia illi sunt officiales prin-
cipales, alij subalterni.i.sub illorū potestate,
in l.2.nu.2.in fi.si plures vna sent. verum in-
terim habent habitu, nō actu.i.quoad exer-
citiū, Bal.l.sed & si post princ. ff.de iureiur.
Sed per ademptionē oneris sequitur adem-
ptio honoris, Abb.c.in nostra vlt.not.de se-
pult. [VTPOTE] sup.const.asperitatem.
[MINORI LVMINE PER LVMINARE MAIVS]
c.solitæ de maior.& obed. [SVPERVENIENS
10 OBSCVRATO] sicut superueniente legato
maioris auctoritatis, minoris officiū cessat
quamdiu ille est præsens, c.volentes de offic.
leg.c.antiqua de priuil.multo fortius aduen
tu Papæ, Spec.tit.de legato §.superest num.
54.in fi.& §.fin.post nu.5. nam quod est mi-
nus potens non vincit magis potentem.
Bal.l.per minorem 2.rep.in fi.ff.de minor.
11 Contra, quanto magis quis honoratur, eo
plus periclitatur, D.Aug.psal.106.col.6.cir.
princ. quanto maior honor datur, tanto ma
ius periculum comparatur, idem serm. 62.
col.2. cir.fin. ad fratres in heremo, quia cui
plus cōmittitur, plus ab eo exigitur, Luc.12.
& quæ hic honorant, ibi onerant, & quæ hic
releuant, ibi grauāt, D.Aug.epist.200.col.3.
12 in fi. Vnde Themistocles ambiens quosdam
ambire magistratum, Si mihi (inquit) duas
ostenderetis vias, quarum vna ad infernum,
altera ad tribunal duceret, multo libentius
ingrederer eam quæ ducit ad infernum:
non ignorans vir sapientissimus quantæ cu-
ræ, molestiæ, & vexationes circūueniant eos
qui in magistratu constituti, omnibus expo
sitos esse cogūtur, refert Foll.const.præced.
13 post nu.4. Vltra quod fauendum est curijs,
& earum officialibus, Bal.l.communium.
C.de nat.lib.etiam quia quilibet in suo ter-
ritorio maior est quolibet alio, idem Bal.l.si
abducta nu.3.cir.fin. cum add.ad eum C.de
furtis, & habet tenendi potestatem, in l.1.
2.rep.col.5. cir.med. de emancip.lib. etiam
14 quia officium officio seruire absurdum est,
gl.fin.l.hæres de pet.hæred. Minor non im-
perat maiori, sed in territorio suo quilibet
est maior, Bald.l.hæres absens 2.repet. post
med.ff.de iudicijs.& in loco suæ iurisdictio-
nis quilibet est maior alio, Bal.l.3. 2.repet.
in fi.ff.de arbitris.
15 Dic, quod honor te quære debet, & non tu
ipsum, D.August.hom.13.col.1.in fi.& tunc
beati qui custodiunt iudicium, & faciunt
iustitiam in omni tempore, psal.105. Con-
fitemini Domino. Et munera super innocen-
tem non accepit. psal.14. Domine quis ha-
bitabit.& ista const.cum sit contra ius com-
mune, Iser.circa med.& Affl.nu.34.d.const.
statuimus, procedit cum Iustitiario, secus
cum Baiulo, adeo quod regula est in cōtra-
rium, sed fallit tribus modis, Affl.hic post
nu.3. Verum quod hic dicitur de Magistro
Iustitiario, idem in Iustitiario qui potest in
terris Baronum suæ prouinciæ pro arbitrio
voluntatis ius reddere, sicut Episcopus in
quocunque loco suæ diœcesis, vt in c.reg.ve
exercitium, vbi Io.Ant.de Nig. Nam potio-
16 ris gradus iudicibus ab inferioribus compe
tens, reuerentia tribuitur, l.potioris C.de
off. rect. prouinc. & maior potestas minori
ad obediendum præponitur, ita Deus omni-
bus, D.Aug.3.confess.c.8. Recto enim iudi-
cio Deus subdit minora maioribus, idem
D. August. 3.de libero arbitrio col.11. in fi.
nam humanum est illum vereri, cuius volun
tati: & arbitrio nunc erigitur, nunc depri-
mitur, Spec.tit.de aduocato §.5.nu.1. Ideo
17 homo inferioris dignitatis maiori exhibere
debet reuerentiam, glo.l.1.§.sed & si in ver.
seruitutem de aqua plu.arc. & maius dignū
trahit ad se minus dignum, quandoque econ
tra, secundū quod minus iuri præiudicatur,
Abb.

Abb.c.super quæstionum §.si vero nu.5.cir. fin.de off.deleg.c.eam te num.3.in fi.de iure pat.c.3.vbi Abb.num.4. de consec.eccl.vel alta: Et maius dignum quandoque accedit minus digno, Abb. c.ex literis nu.1.in fi.de
18 iurepat.Vnde si in eodem collegio sunt clerici,& laici, Episcopus est iudex totius collegij, Bald.add.3.col.2.in princ.ad Spec.tit. de appell. Nam perfectiora,& potiora confundũt imperfectiora,& debiliora,Bal.l.qui indignus 1.rep.cir.med.de Senato. Quando commissio est facta pluribus, quomodo cognoscitur si est facta collegio, vel non, idem Bal.c.cum omnes nu.18.de constit. An præ-
19 sentia maioris iudicis impediat iurisdictionem minoris, gl.pen.l.in hac, vbi quod sic in iurisdictione contentiosa, secus in voluntaria,vt per Bal.ibi C.de donat.& quod præsente maiore taceat inferior, & maior habeat iurisdictionem in minorem, Bald.l.qui indignus 2.rep.de Senato. l.& ideo de offic. proconf. & lega. Coram maiore an minor possit exercere officium suum, & quãdo habet iurisdictionem,sed non exercitium,vt in legato Papę,Abb.d.c.volẽtes 1.not.& nu.4. de off.leg. Hic quãdo Magister Iustitiarius, & eius curia vadit per regnum, omnes alij silẽt,& de quibus cognoscit, Cap.sua inuest. in ver.feuda officiorum col.11. circa med.

20 Nota, quod omnes ambiunt honorem sicut aduocati, l.1. in ver. ambitionem ff.de postul.& est lucro præferendus, glo.fin.l.Iulianus, vbi Bald.l.si quis omi. cau. testa. & consistit in præcedẽdo, not.in l.decernimus de sacrosan.eccl.est præmium virtutis,& in arbitrio Principis, quando,& cui deferatur, Lucas l.3.post princ.de consul.& non sparg.
21 Exhibetur in testimonium boni,quod in ipso est qui honoratur, ita si amatur, quia ostenditur in eo aliquod bonum,nam solum bonum amabile est, D.Tho.2.2.q.27.art.1. Et licet sola virtus sit causa honoris, honorantur Principes, Prælati,parentes,domini, senes, & diuites etiam mali, D. Thom. vbi Caiet.ad eum ead. par. quæst.63. art.3. sed pretiosa, & iocunda sunt illa, quæ studioso sunt talia, 10.Ethicorum 7. alias quod non indiget alio,& aliud indiget, eo præstantius est illo quod indiget alio, comm.ad eundem 1.Posteriorum textu 175.

22 Secundo noto,quòd per præsentiam superioris silet inferior, Baldus l. dies cautioni
23 §.pen.de damno infecto.Et maioritas quædam est ordinis,quædam dignitatis, alia senectutis, alia prælationis, siue administrationis, Abbas cap.statuimus 2.not. de maioritate, & obedientia, Foller. hic num. 2. Vnde iudices Magnæ Curiæ non possunt ferre sententias absque præsentia Regentis, etiam quod ipsum non nominent in sententia, Gra. infra constit. appellationum tempora num.7.

Vt Magister Iustitiarius possit euadere oppressiones officialium, & reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Vt, denotat veritatem.*
2 *Potest, potentiam & promptitudinem denotat.*
3 *Oppressiones valde pressiones, & afflictiones dicuntur.*
4 *Officiales plura mala sciunt, & committunt.*



Prosequendo Imperator quæ spectant ad Magistrum Iustitiarium dicit, quod potest releuare oppressos ab impijs iudici-
1 bus, & sic [Vt] quæ dictio denotat veritatem, l.cũ alijs in ver.vt à matre C.de secun.nup. [Magister Iustitiarius] cum iudicibus Magnæ Curiæ, Afflict.infra in textu 1.not.
2 [Possit] dum non solum potentiam,sed & promptitudinẽ habeat,D.Th.ad Hebręos 4. col.pen.cir.med. [Evadere] euadendi auxiliũ præbere,Nizol.in ver.euado post med.
3 [Oppressiones] valde pressiones,siue afflictiones,Lucas l.1.cir.fin.de prædijs curia.
4 [Officialium] qui plura mala sciunt, & committunt quàm alij, l.defensionis in ver. ad vsurpationem C.de iure fisci. [Et] male facta [Revocare] nam iure gestum reuocari non potest, l.si vt proponis C.de consi. tuto.

SVMMARIVM.

1 *Superioris est de inferioribus iudicari.*
2 *Magna Curia cognoscit de excessibus officialium etiam Baronalium.*
3 *Oppressiones quoad personas, & res, proprie quoad personas tantum.*
4 *Iurisdictione constituitur in gradu superioritatis respectu eius in quem habet.*
5 *Mandatum, manu datum dicitur, & quid sit.*
6 *Reuocare per modũ attentatorũ aliud est, & aliud si per modũ iniustitiæ.*

Factum

7 *Factum de facto, debet de facto reuocari.*
8 *Spoliator si vult Principem recognoscere sicut spoliatus an possit.*
9 *Iniuste, contra veritatem, vel sine culpa, & iniustitia delectatur diabolus.*
10 *Officio suo non contentus, si subripit alienum, corporis ordo cõturbatur.*
11 *Officia singula habent sua priuilegia.*
12 *Magna Curia cognoscit de excessibus suorum officialium, sic R. Camera, & ficla de suis.*
13 *Paupertate, & iustitiæ negligentia opprimuntur subditi.*
14 *Spoliatus vigore sententiæ nullæ, potest per viam restitutionis intentare possessorium.*

1 AGISTER IVSTITIARIVS]
ad superiorem pertinet de
inferioribus iudicare. D.
Tho. 1.2.q.57. art.6. ideo
pressi à rectoribus prouin
ciarum, ad auxilium Im-
peratorum decurrunt vt
erigantur, D.Aug. lib. quæstionũ ex vtroque
mixtim col.88. post princ. Officium Magi-
stri Iustitiarij est circuire prouincias sibi
decretas, inf. const. Capitaneorum in princ.
& eas malis hominibus purgare, Bald.l.fin.
1 rep.col.2.cir.med.de iust.& iure. Et maior
iudex ex inquisitione debet inhibere cona-
tus nefarios minorum, qui tendunt in præiu
dicium reipublicæ, not.Bal.l.3.nu.3.de can.
larg.tit. Curia Cæsaris est Curia generalis
totius orbis, & delegatus Cæsaris est iudex
competens omnes causæ, & personæ, Baldus
l.vlti.1.not.quando Imp.inter pupill.& vid.
& rector prouinciæ est iudex generalis to-
tius prouinciæ, & omnes sunt sub eius juris-
dictione, idem Bal.l.2. vbi quis de curia. vel
cohar. Ita Magna Curia cognoscit de exces-
2 sibus officialium etiam Baronalium, Gra.in
5. & 11. ritu Magnæ Curiæ, & hic in textu,
qui diuiditur, & sum. vt per Afflict. & dicit
[MAGISTER IVSTITIARIVS] cũ iudicibus
Magnæ Curiæ, vt sup. in rub. [INIVNCTIO-
NES] coactiones, astrictiones, & necessitatis
impositiones, Foll.hic nu.28. dum seruitia
petunt, infra const. sic nostra seruitia. [OP-
PRESSIONES] tam circa personas, quã res,
3 propriè quoad personas, Foller. hic nu. 31.
aliqua iniuria afficiendo, Arch. c. ideo circa
med. 2.q.6. [CONCVSSIONES] sine timores,
qui hominibus inferuntur, vt aliqua extor-
quantur, l. illicitas §. illicita in ver. concu- 3
tiendos de off. præsidis, vel superioritate
pecunia extorquatur, Abb.c.2.cir.med. de
Magistris. [INFERIORVM OMNIVM IVDI-
CVM] Auditorum, & aliorum officialium
etiam Baronum non habentium secundas
4 causas, Foller. hic nu.36.37.& 38. quia infe-
rior subest superiori, glo.fin.l.pen. C.de off.
præf.vrb. & per iurisdictionem constituitur
in gradu superioritatis respectu eius in quẽ
habet iurisdictionem, quia eius iudex est,
D.Th.3.par.de Sacram.q.53.alias 22.art.4.
[DESTITVTIONES ETIAM] factas per fisci
patronum, vel alium pro Regia Curia ali-
quem destituendo, vel spoliando possessione
sua, Affl.hic 2.not. [SINE SPECIALI] ex-
presso, Io. And.c.2.post nu.1.de reb.eccl.non
5 alien.in vj. [MANDATO] manu dato, nam
manu dat, quod quis per se facturus erat,
alteri gerendum committit: & quid sit man
datum, Bal.rub.ff.mandati. [NOSTRO] vel
eorum ad quorum officium pertinet, supra
const. Castellanis. licet non sit præsumẽdum
Princ pẽ velle subditos spoliari facere suis
bonis, Foll.hic nu.27. [PRO CVRIA] nomine
Curiæ, sicut pro te, tuo nomine, glo.l. Pom-
ponius in ver. pro te ff. quibus modis vsufr.
amit. [NOSTRA FACTAS] d.const. sic nostra
seruitia. [FACIAT] facere debeat, glo.l.2.
ff.de solut. [EMENDARE] vel corrigere per
6 modum iniustitiæ factæ, aliud si per modum
attentatorum, c.fin. vbi Io. And. in princ. de
appell. in vj. & emendat cognita iniustitia
destitutionis, Gra.hic, dummodo ad notitiã
perueniat ad partis querelã, vel officij de-
nunciationem, Bal.d.l.3.de can. larg.tit. sic
actus sunt de natura, & potestate alicuius
iurisdictionis, idem Bal.l.1. 2.rep.nu.22.de
emanc. lib. alibi purgatio morę appellatur
emendatio, l.si seruum §. sequitur vbi Bal.de
verb.oblig. [ET POSSESSIONES] i. natura-
les detẽtiones, l. stipulatio ista habere licere
§. hi qui in ver. de possessione & §. seq. in ver.
stipuletur de verb.obligat. [RESTITVI] ad
pristinum statum, & iura, glo.fin.post med.
l. Aquilicinus ff.de ser.rust.præd. [DESTITV-
TO] spoliato, Affl.hic 2.not. [NOBIS ETIAM
7 INCONSVLTIS] quia sicut de facto fecit, ita
de facto reuocari debet, Bal.l.verum 1.rep.
cir.fin.princ. ff.de mino. sicut de facto pro-
cessit, ita de facto rescinditur, idem Bal.rub.
in princ. C.de rescind.vend. & iudex qui fuit
facilis in mittendo, facilis debet esse in reuo
cando quod inordinatè fecit, Bald.l.2. in fi.
C. si propter publ. pensita. vend. fuerit celeb.
& dixi inf. in const. quæstiones. immo nõ so-
lum debet restitui, sed debet spoliatus tanto
tempore esse in pacifica possessione, quanto
tempore stetit spoliatus, Abb. c. venerabili
nu.7.

8 nu.7.de off.deleg. Quid ſi ſpoliator vult recognoſcere Principem ſicut faciebat ſpoliatus, vtrum Princeps poſſit propria auctoritate ſpoliare, Foll.hic nu.26. [CAPTIVOS] captos, & vinctos, Nizolus in ver.captiuus. [ETIAM NOBIS NON MANDANTIBVS] alias ſi cum mandato Regio eo inconſultò examinari, nec decidi poſſet, infra conſt.humanitate cir.fin. [VEL INCONSVLTIS] non interrogatis, vt conſt.ſeq. [PER IVSTITIARIOS] prouinciarum, infra conſt.Iuſtitiarij per prouincias. [VEL PER ALIOS CAPTOS,
9 ET INIVSTE] contra veritatem, Bal.l.ſi procurator §.ſi procurator rem ratam hab. vel ſine culpa, addit.ad D.Th.3.par.de Sacram. q.52.alias 21.art.4. ibi not. lo vltimo, in fi. iniuſtitia enim diabolus delectatur, idem D.Tho. 3.par. de Saluatore quæſt.41. art.2. [DETENTOS FACIAT LIBERARI] de facto, ſicut fuerunt de facto carcerati, Afflict.hic num.5.in fine.

Sed videtur quod culpa ſit ſe immiſcere rei ad ſuum officium non ſpectantis, infra conſt. colpam, nam inducitur confuſio officiorum, quæ periculoſa eſt; infra officiorum
10 periculoſa confuſio, nam ſi ſuo non contentus officio, ſurriperet alienum, corporis ordo conturbaretur, Lucas l.2. poſt princ. de exact.& executo.

11 Dic, quod ſingula officia habent ſua priuilegia, Luc.l.omnes qui cir.princ.de decur. Magiſter Iuſtitiarius vigore huius conſtit. poteſt prouidere ne ſubditi opprimantur ab officialibus, nam debet ſubueniri oppreſſo, Eſaias 1.& Pſal.81.ibi, Pauperem, & inopem de manu peccatoris liberate. Vltra quod de iure communi quis, & quando cognoſcit de delicto officialium, ponit Foll.hic nu.40.41.
12 & 42. Hodie R.Camera cognoſcit de exceſſibus ſuorum officialium, & R.Sicla ſimiliter de exceſſibus ſuorum, adeo quod dum textus dicit inferiorum omnium iudicum, intelligitur de inferioribus, & dependẽtibus à Magna Curia, non de inferioribus R.Cameræ, vel Regiæ Siclæ cognoſcunt prædicti, Foll.hic num.30. Et ſic homines hominibus principiantur, Angeli hominibus, Angeli Angelis, & dæmones dæmonibus, D.Thom. 3.par.de Sacram.q.120.alias 89.art.4.

13 Nota, quod ſubditi opprimuntur paupertate, & multo magis ſi negligitur iuſtitia, Abb.c.licet nu.7.circa princ.& poſt num.9. de foro comp. adeo quod ad negligentiam præſidentis videntur pertinere ea quæ ſunt male per ſubditos, D.Th.1.par.q.109.art.4. Vnde beati qui faciunt iuſtitiam, vt dixi conſtit.præced. quia mortis tempore poteſt dicere cũ Pſalm. poſt Pſal.118. Feci iudiciũ, & iuſtitiam, nõ tradas calumniantibus me.

14 Secundo nota, quod ſpoliatus vigore ſententiæ nullæ poteſt intentare poſſeſſorium petendo reſtitutionem, Abb.c.1.num.4. vbi etiam nu.8. ponit quatuor exceptiones impedientes reſtitutionem poſſeſſionis, de procurat. Spoliatus autem quando excipit dicitur potius ſe defendere, quàm agere, idem Abb.c.cum ſit deferendum nu.7.de appell.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet ſcire ſe eſſe iudicem, & quæ incumbunt vt iudicet.*
2 *Fiſcus habet ſuos iudices.*
3 *Cauſæ quæ ſint, & ſunt poſt litem conteſtatam.*
4 *Fiſcus ſiue agat, ſiue conueniatur, cognoſcit Magnus Camerarius, qui repræſentatur per eius Locumtenentem, & R. Cameram.*
5 *Barones Valuaſores olim dicebantur, & ſunt inueſtiti de plebe.*
6 *Item, includit.*
7 *Res mobilis pretioſa an veniat cum immobilibus, eſt arbitrarium.*
8 *Conſulere, pro interrogare capitur, vel conſilium capere.*
9 *Obſeruare, importat neceſſitatem.*
10 *Niſi, diſponit, quandoque non.*
11 *Iudicem dare quem vult pars, eſt mali exempli.*
12 *Vaſſallus poteſt eſſe iudex domini ſui, alias diſſaſitur.*
13 *Iudex ſi dum vult pronunciare dubitat, debet referre ſuperiori.*
14 *Relatio, ſiue ſuperioris conſultatio habet vim concluſionis in cauſa.*
15 *Confeſſio dotis recepta non nocet fiſco ſucceſſori, niſi probetur receptio.*
16 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur facta ſpe futuræ numerationis: fallit multis modis, nec pro dote confeſſata datur priuilegium.*

1 CAVSAS] quod eſt in potentia vt reducatur ad actum, D.Th.3.par.de Saluatore, q.9.art.2. Iudex debet ſcire ſe eſſe iudicem vt poſſit exercere iuriſdictionẽ, Bald. l.pen. col.3. poſt princ.ſi cert.pet. De iure canonico non acquiritur iuriſdictio ignoranti, ſed cũ literæ

ſunt

ſunt præſentatæ, de iure ciuili non requiritur ſcientia, Bald.c.ſciſcitatus nu.1.in fi.de reſcriptis. Et vt rectè iudicet,oportet quod notitiam habeat de omnibus iudicandis, & requiſitis ad iudicium,appendix ad D.Tho: vbi ſup.q.10.art.2. Fiſcus enim habet ſuos
2 iudices, Bald.l.cum mulier cir.fin.ſol. matr. nam licet iuriſdictio ſit indiuidua, eius tamen exercitium diuiditur, Bart. conſ.189. nu.7.cir.fi. adeo quod etiam quod Magiſter Iuſtitiarius emédet deſtitutiones factas per inferiores iudices in beneficium Regiæ Curiæ,vt conſt.præcedenti. Nunc modificando conſt. prædictam mandat omnes quæſtiones tam reales,quàm perſonales inter fiſcum,& priuatum cognoſci per Magiſtrum Camerarium,vt infra conſt.quæſtiones omnes, & hic in textu,qui diuiditur,& ſum.vt per Affl.
3 & ſequitur Foll.nu.3.in fi.& dicit[CAVSAS] quæ dicuntur poſt litem conteſtatam. Bald. l.cum non ſolum §.neceſſitate nu.19.de bonis quæ lib. & ſunt res quæ in ſe habent cõtrouerſiam in dicẽdo poſitæ, cum certarum perſonarum interpoſitione, glo.1. l.cauſas C.de tranſact.[PER MAGISTROS IVSTITIARIOS,CAMERARIOS] quorum loco ſunt Secreti,& in Apulia Magiſter Portulanus,ſup. conſt.Inſtitiarios,qui etiam quod ſint procuratores Regis ad bene gubernandum, & locandum cognoſcunt inter fiſcum, & priuatum vbi eſt quæſtio mobilium,vel ſtabilium modici præiudicij, non autem de feudis, hodie [IN REGNO] cognoſcunt Præſides. Luc.l.2.poſt princ. de priuil.ſchol. & tam ſi
4 agat, quàm conueniatur fiſcus, cognoſcit Magnus Camerarius,qui ſic dicitur quaſi ſit ſupremus omnium procuratorum Cæſaris, Magiſtrorum Portulanorum, Secretorum, Magiſtrorum Camerariorum Dohaneriorum, Aerariorum,& omnium percipientium iura,obuentiones,& introitus Regis, & differt ab officio Magiſtri Camerarij, Frec.de ſubfeu.lib.1.de off.Magni Cam.poſt num.2. Vltra quod de Magiſtro Camerario loquitur iſta conſt. officium Magiſtri Camerarij cœpit tempore Caroli I. Foll.conſt.præced. poſt nu.3.& hic nu.6. & regitur per eius Locumtenentem in R.Camera, Affl.hic 1.not. in fi.& Foll.nu.6.poſt med. prout fuit Illuſt. Franciſcus Antonius de Dauid,olim Regens in ſupremo Cõſilio Italiæ apud Catholicum Philippum II. qui poſtea eum in hoc regno ſupremum à latere Conſiliarium Magni Camerarij Locumtenentẽ,& titulo Comitatus Roccæ Rainolæ eius terræ decorauit meum affinem, cuius filium Io. Baptiſtã de Dauid Philippus III. titulo Ducatus ſuæ terræ Caſtellucij inſigniuit. [VEL PER CAPITANEOS] Barones qui ſunt inueſtiti de aliqua

5 plebe,vel eius parte, & maiores Valuaſores dicebantur, c.1.in gl.1. Quis dicatur Dux, vel qui ius dicunt in ciuitatibus,vt cõſt.ſeq. [IN IMPERIO] in terris Imperij,quas Imperator habet in Italia, Iſer.quæ ſint regal. in princ. nu.2.cir.med. Affl.c.1.in princ. Imp. Lothar. [CORAM EIS] præſentibus,& intelligentibus,l.coram de verb.ſign. [CONTRA FISCVM]ſiue dominum,Bal.de cap.qui cur. vend.nu.4. [MOTAS, ET AD CVRIAM] Magiſtri Iuſtitiarij,Gra.hic in princ. [TERMINANDAS] ſine debito,ſup.conſt.Magnæ Curiæ in fi. [DELATAS] virtute huius conſt. etiam per primam citationem, per quam dicitur quis trahi in iudicium. Bal.c.ſi autẽ aliquis nu.1.de reſcriptis. [SVPER] de qua ſupra conſt.locorum Baiuli. [DEBITIS] in quantitate,ſiue non, in genere,vel in ſpecie, gl.1.l.quod te ſi cer.pet. [ET REBVS MOBILIBVS] etiam redactis ex nominibus debitorum,in ſpecto fine, Spec.tit.de fruct.& intereſ.§.1.nu.6.& 7. Iſto modo credita debitorum veniũt appellatione mobilium, Gra. hic nu.2. [SVO IVRE DIFFINIAT] ratione oneris iudicandi quod habent, Luc.rub.cir. princ. de iure fiſci. [DIFFINIAT] terminet, Nizol.in ver.termino ſententialiter,infra in
6 conſt.vt vniuerſis. [ITEM]quæ dictio includit, Luc.l.1.col.2.in fi.de caſtr.pecul.mulie. & inducit parilitatem, Bal.c.Sedes Apoſtolica,poſt nu.1.de reſcriptis. [DE MODICIS IMMOBILIBVS, SICVT DE DOMO VNA, ET VINEA VNA, QVAE NON SVNT MAGNI PRETII] & ſic ſecundum Iſern. hic videtur tantum tributa cognitio in modicis, in magnis verò mobilibus, ſiue ſtabilibus videtur quod non ſit translata iuriſdictio, quia in prohibitis mobilia magna,vel pretioſa com prehendũtur ſub immobilibus, Foll.hic poſt nu.9.& 10.vel eſt iudicis arbitrio ſecundum
7 qualitatem perſonarum, Affliċt. hic 3.not. Paris de ſyndic.in ver.officialis c.3. num.4. [SVPER ALIIS AVTEM] grauaminibus, & quæ ſint, Abb.c.3.nu.4.de off.deleg. [CONSCIENTIAM NOSTRAM]ſiue conſilium,Bal. l.ex facto poſt princ. ff.de neg.geſt. [QVAM CITIVS POTERIT] ſup.conſt.omnes noſtri regiminis.[PER SE,VEL VNVM EX IVDICI-
8 BVS CONSVLTABIT] interrogabit. glo.l.ſi vſuſfructus in ver. conſultus de vſufruct. & quemad.quis vta.conſilium capiendo, l.pro hærede, vbi Bal.cir.princ.de acq.hæred. cui conſultationi,& ſugeſtioni iudicantis,l.pen. C.de legi. illi. vel eius ſucceſſori reſcribit, l.verum §.ex facto, vbi Bal.1.& 2.rep.circa princ.ff.de mino. & interim ad vlteriora nõ proceditur, Affl.hic 4.not. [HOC AVTEM] ſed, l.Stichum in glo.pen.ff.de noua. l.liber homo in ver. autem de verborum obligat.
[SPE-

[SPECIALITER] vt sup. in const. Magnæ Curiæ. [SVPER CVRIAE DEBITIS] successione priuatorum, Affl. hic cir. princ. [OBSERVATO] quod necessitatem importat, Afflict. d. const. Magnæ Curiæ nu. 1. [QVOD NON TANTVM] in tantum, vel adeo, l. si quemquã in ver. tantum de Episc. & cler. [PER INSTRVMENTA CONFESSIONVM] cum dos etiã confessata, si cum effectu non sit numerata reperi non possit, l. 1. C. de dote cau. non numer. Vnde instrumenta confessionum non admittuntur contra fiscum, Gra. hic num. 1. [SED PER TESTES, QVI NATVRALI] vere, & reali, Affl. hic nu. 5. cir. med. [NVMERATIONI INTERFVERINT] vt in deposito inf. const. in causa depositi. [DE DEBITO PROBETVR] & non per eos tantum, qui conscriptioni interfuerunt, vide in d. const. quæstiones. [NISI] l. si quis instituatur §. item si

10 de hæred. inst. quæ disponit, quandoque non, Bal. l. interloquutio, num. 1. comm. vel epist. Importat necessitatem, quandoque habilitatem, & aptitudinem, Bal. c. cũ accessissent nu. 7. de const. [IVDEX, NOTARIVS, ET TESTES IN INSTRVMENTO SVBSCRIPTI] inf. const. instrumentorum robur. Inde inoleuit quod in instrumento se subscribant iudex, notarius, & testes, Gra. hic nu. 5. [NON DE CONFESSIONE TANTVM] debiti [SED QVOD IPSI INTERFVERINT NVMERATIONI TESTENTVR] adeo quod si pecunia erat in marsupio, non debet dici, sed debet numerari parte, & testibus præsentibus, Bal. rub. nu. 14. C. de fide instr. Ita in reassumptione instrumenti subscripti loco mortuorum, se rei gestæ non interfuisse describente, infra

11 const. Baiulos, & omnes iudices.

Contra, mali exempli est in causa inter fiscum, & priuatum eũ dari iudicem, quem pars, & sic fiscus petit, l. obseruandum ff. de iudicijs, sicut esse iudicem rei suæ, l. Iulianus, la seconda, eo. tit. de iud. Vnde vassallus non potest esse testis in causa domini, latè Isern. c. 1. in ver. præterquam nu. 10. si de in-

12 uest. inter dom. & vass. quæst. oria.

Dic, quod vassallus potest esse iudex domini sui, & si non vult determinare potest per exquardium disasiri, inf. in const. si vas-

13 sallus, vbi Affl. 6. not. nu. 17. de fideiuss. dom.

Nota, quod iudex dum discurrit merita causæ, si dubitat pronunciare, debet referre negocium superiori, vt sibi respondeat qualiter in pronunciãdo se habere debeat. Spec. tit. de relatio. in princ. vt sic consultatione terminetur, l. 2. C. vt lite penden. Et si quid ambiguum videtur, hoc ad Imperiale culmen per iudices referri debet, l. 2. §. si quid vero de vet. iure enucl. Et Imperator quoties vsus exegerit singulis causis, atque personis præsentanea præstat constituta, l. fin. in princ. de his qui ad eccl. confug. Et ista

14 relatio, siue consultatio habet vim conclusionis in causa, Bal. l. fin. post nu. 10. ff. de ferijs. alias magistratus qui debet expedire causam, si differt, in euentum successoris punitur, Bal. l. 1. §. sciendum de mag. conue.

15 Secundo noto, quod confessio debitoris non nocet fisco successori, nisi probetur numeratio, nec instrumentum confessionatum sufficit, Iser. hic, & §. diffidamus de statut. &

16 consuet. contra lib. Eccl. Vnde confessio dotis receptæ præsumitur facta spe futuræ numerationis, sed limitat quinque modis Soc. col. 1. 3. concl. num. 75. vsque ad 81. fol. mat. & tangit Affl. hic 5. not. Quando præiudicat, & quando non, Spec. tit. de confess. §. 2. post nu. 10. & §. 3. post nu. 6. An præiudicet si præcessit promissio, vel sequatur, Bald. l. peu. §. mulier d. tit. sol. mat. Et si confessus fuit recepisse, & non obligauit bona, sed accepit mutuum, & demum ab vxore dotem quis præferatur, Spec. tit. de obligat. & solut. §. 1. num. 49. cum addit. ad eum in §. 2. ibi lex 2. Et pro tali confessione, quæ non statuit dotem, non habet mulier priuilegium dotis, Bal. cons. 397. circa fin. 1. vol. adeo quod qui confitetur ex causa dotis plus recepisse, quàm recepit, potest agere vt recipiat quod non recepit, l. si voluntate C. de dotis prom.

De officio Capitaneorum, & Magistri Iustitiarij.

SVMMARIVM.

1 *Capitanei sunt ad instar defensorum ciuitatis.*

2 *Officium est cura eorum quæ sunt ratione iurisdictionis.*



QVIA in regno vnus est Magister Iustitiarius, infra in textu in princ. Foll. const. præcedẽti nu. 7. & vbique esse debent, qui quotidianis actibus præsint, vt non permittãt crimina coalescere, l. per omnes C. de defens. ciuit. Et isti

1 dicuntur Capitanei, qui sunt ad instar defensorum ciuitatis, Lucas l. fin. col. 5. post princ. in quib. mune. vel præst. nem. liceat se excus. ne eorum, & Magistri Iustitiarij officia confundantur, infra const. Iustitiarij de cætero, vt cuncti agant quod singulis creditur, l. 2.

2 de exact. & execut. ponit [DE OFFICIO] seu cura eorum quę sunt ratione iurisdictionis.

Azo

Azo in sum. post num. 2. inst. de act. [CAPITANEORVM, ET MAGISTRI IVSTITIARII] de quibus videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio vna, & indiuisibilis exercitium potest diuidi cum territorio.*
2 *Feuda in partibus Vltramōtanis sunt ad instar allodialium, & iurisdictio diuiditur.*
3 *Feuda habent certos fines quos transgredere non est licitum.*
4 *Capitanei, Barones, qui purgant prouinciam, vel exercentes iurisdictionem dicuntur.*
5 *Officium administratio dicitur.*
6 *Solennitas, & solennis ex eo quod solent, dicuntur.*
7 *Cognitio expeditionem, & executionem sub se continet.*
8 *Magnum, vel paruum, intelligitur secūdum qualitatem personarum.*
9 *Maleficium malè, vel malignè actum dicitur.*
10 *Audire, in commissione appositum importat etiam appellationem.*
11 *Differre, propriè non est grauare.*
12 *Ordo est seruandus.*
13 *Appellatio est prouocatio, inde prouocare, idest appellare.*
14 *Inferior non rescindit, nec reuocat factum superioris.*
15 *Occasio est id quod per se, vel per accidens ordinatur ad aliquid.*
16 *Trahi quis non debet extra prouinciam.*
17 *Exilium triplex, & ad tempus, & in perpetuum, eius pœna, num. 18.*
19 *Condemnari non debet nisi ad petitū.*
20 *Eligit is qui dat facultatem eligendi.*
21 *Experiri, propriè actoris, rei autem defendere.*
22 *Audire, & intelligere differunt.*
23 *Officium iudicis est loco actionis quando ordinaria deficit.*
24 *Prout, limitat & qualificat.*
25 *Iudicis negligentia non debet quis sibi ius dicere, sed debet adire iudicis superiorem.*
26 *Negligentia non est sine culpa.*
27 *Transgressio dicitur si non seruatur modus adiectus.*
28 *Beneplacitum ex bene, & placeo componitur, quod in iudice importat arbitrium boni viri.*
29 *Puniri potest sine culpa, sed non sine causa.*
30 *Ministrum qui ponit inutilem, infidelis est domino, & qualis sit.*
31 *Sollicitudo est bona, & multiplex.*
32 *Iniqui ex malitia temporis absoluuntur, & non condemnantur.*
33 *Boni remunerantur, & mali puniuntur, ita & Deus.*
34 *Pecunia quid, & vbi est, ibi sordes.*
35 *Canes non sunt detestabiles eorū natura, & sunt animalia immunda.*
36 *Iudices quæ, & à quibus accipere possunt, num. 47. & 48.*
37 *Iurisdictio cœpit à familiaritate potestatiua.*
38 *Iurisdictio est ius.*
39 *Litigator agit ne secum agat, dum iudicem corrumpit.*
40 *Iurisdictio per vnū melius exercetur.*
41 *Iurisdictio est indiuisibilis, sicut seruitus.*
42 *Administratio solertiam requirit, & pigritia punitur.*
43 *Appellationes Regi interpositas, si non potest commodè adiri, cognoscit alter.*
44 *Papa in quibus cognoscit de causis secularium.*
45 *Exilium, animaduersio, interdictum, & relegatio quæ sint.*
46 *Iudex qualis debet esse.*
49 *Præmia virtutum merentibus debentur.*
50 *Pecunia si datur testi vt corrumpatur, an puniatur.*



1 APITANEORVM] iurisdictio castri, & territorij est in se vna, incorporalis, & per consequēs indiuisibilis, Bal. de cap. qui cur. vend. nu. 6. cir. fin. ibi octaue §. itē sciendum in fi. de notis feu. §. præterea ducatus nu. 3. cir. med vbi Affl. 3. not. nu. 4. de prohib. feu. alien. per

Ee Fred.

Fred. adeo quod est tota in toto territorio;
& tota in qualibet eius parte, vnde in an-
gulo potest tota exerceri, Barb.in add.2.ad
Bal.de alie.feu.pat.in princ. Administratio
potest diuidi, l.inter tutores in ver.nō iuris
ff.de administ.tut. Cura, & sollicitudo, non
officium, Bal.l.quoniam nu.1.de côuen.fisci
debit.quia cum cohæreat territorio, vel ca-
stro, sicut illud potest diuidi, ita & ipsa,
Alex.cons.7.nu.10. 5.vol. Dec.c.prudētiam
2 nu.12.de off.deleg. In partibus Vltramon-
tanis merum, & mixtum imperium diuidun-
tur, Comites, & Barones vendunt, donant,
& disponunt sicut de alijs rebus suis, Iacob.
in tract.feu.in ver.Dux, ibi, quid si Rex, post
3 nu.2.habent tamen certos fines quos trans-
gredi non licet, Inn.c.2.nu.2.de dilat.& eos
ignorare, qui in eis versari debent turpe est,
l.2.§.Seruius de orig.iuris. Ne ergo officio-
rum turbetur ordo, glo.fin. l.quisquis C.de
postul.ponit hic Imperator quæ spectant ad
officium Magistri Iustitiarij, & quæ ad offi-
cium Regiorum Capitaneorum, vt in tex.
qui diuiditur vt per Affl. secundum quem nō
potest sum. propter illius prolixitatem, di-
4 cit tamen [CAPITANEORVM] Comitum, vel
Baronum, qui Capitanei dicuntur, & habent
iurisdictionem, Foll.hic post nu.5.& dixi in
const. præced. vel Capitaneorum ciuitatis
Neapolis, vt ex ritu Magnæ Curiæ sub rub.
de iurisd.& cogn. Magnæ Curiæ, col.2.cir.fi.
& eorum qui deputātur ad purgandas pro-
uincias contumacibus, & exulibus, Foll.hic
nu.5.in fi. siue qui in loco sui officij tantam
habent iurisdictionem quantam Iustitiarij
in eorum prouincijs, adeo quod si habent
merum imperium dicuntur Præsides illius
loci, vel loco Præsidis succedunt, Gra.const.
seq.num.1.& 2.Io.Ant.de Nig.in c.reg.sub-
iungendo quoque num.12. [AVTEM] certè,
gl.l.fin.in ver.autem C.de legi. eorum dico,
qui in terris demanij habent à Rege pote-
statem non in feudum, sed in officium, Affl.
quis dicatur Dux, nu.26.cir.princ. [ET MA-
GISTRORVM IVSTITIARIORVM OFFICIVM]
5 administratio, Zab.clem.1. num.25. de de-
cimis. [TALE ERIT] erit huiusmodi, Ni-
zolus in ver.talis. [CIRCVIRE] suis sum-
ptibus, non de fiscalibus impendere, vel sub-
ditos grauare §.illud tamen auth.de mand.
Princ.§.1.auth.vt nulli iud. [PROVINCIAS
SIBI DECRETAS] ita Præses dum visitat
prouinciam sibi decretam debet visitare
suis sumptibus, Bald.l.obseruare 1.repet.in
princ.de off.proconſ. & leg. nisi faciat con-
templatione alterius, quia tunc ille tenetur
subministrare, l.si quis vbi Bal.ff.de donat.
inter vir. & vxorem. verum computatur
id quod domi impendisset, vt in iudice quan-
do extra domicilium proficiscitur, Abbas
c.venerabili post num.2. de censibus. [ET
6 IN DIES SOLENNES] qui ex eo quod solent
in anno, nomen acceperunt, vt de solenni-
tate dicit D.Aug. serm.2. in princ. feriæ 2.
Pentecostes. [CVRIAS] 8.Machab.1. [IN
LOCIS, ET TERMINIS] deputatis, in eis
deputatos audire, Afflict. hic circa princ.
[PROVT EA MELIVS VIDEBITVR] & pla-
cebit, quod importat arbitrium boni viri,
Abb. c. Quintauallis num.32. post med. de
iureiur.c.pen.nu.5.in fi.de instit. [EXPEDI-
RE] vt in const. & si generalis cura, quam
non habemus, sed ponit eam Affl. hic nu.7.
prouincialium arrengas audiendo, eos lau-
dantium, ac commendantium, Bal.l.si in aliquem
1.rep.in princ.de off.proconſ.& lega.
7 [COGNOSCERE] expedire, & exequi, Capyc.
in sua inuest. in ver. feudorum clausulæ ibi
cognitione primarum, & secundarum cau-
sarum. [DE MAGNIS MALEFICIIS, VIDE-
LICET PER VNIVERSITATES LOCORVM CO-
MITES, ET BARONES] & sic publicè perpe-
trata appellat magna maleficia per vniuer-
sitatem Comites, vel Barones, Affl.hic nu.8.
8 nam magnum, vel paruum intelligitur secū-
dum qualitatem personarum, gl.fin.in auth.
quod locum de collat. inde causæ maximæ,
mediæ, & minimæ, Bal.l.2.post princ.nu.3.
& 7. de peda.iud. glo. c.de appellationibus
de appellat. [PVBLICE PERPETRATIS] sub-
audi maxime, & sic non negat cognoscere
de delictis clam commissis, vt sup.in const.
si damna clandestina, sed cognoscit maxi-
mè de publicè perpetratis, Foller. hic post
num.10. [SVPER] insuper, amplius, Lucas
in rub. de superexacto. [IN ILLIS ETIAM
9 MALEFICIIS] malè, seu malignè actis, l.4.
ff.de inoff.testam. l.si ita stipulatus §.Chry-
sogonus de verb.obligat. [COGNITIONEM
SVAM IMPARTIRI DEBEBVNT] si est petitū,
Abb.c.fin.post num.15. de rescriptis. [QVI
PRAESENTIBVS IPSIS IN LOCIS, VEL PA-
RVM ANTE ADVENTVM IPSORVM CONTIN-
GIT PERPETRARI] quia cōmissa coram ipso,
vel parum ante aduentū videntur commissa
in vilipendium ipsius Magistri Iustitiarij,
Foll.hic post nu.19. & dictio vel, proposita
subiūctiue inducit similitudinē, Bal.c.Sedes
1 Apostolica nu.2.de rescriptis, nō tamen ex-
cludit quin possit cognoscere ante aduen-
tum eorum commissa cum Magna Curia
præsente cæteri sileant, Affl.hic 4.not. tam
ciuilia, quām criminalia, idem Affl. supra
constitut. statuimus 10. not. post num. 42.
sed de criminalibus tantum intelligit hic
Foller. cum de ciuilibus verbum nullum,
immo contrarium disponitur in d. constit.
statuimus. [VT TAMEN] ita tamen, & mo-
dificat

dificat quod prædixerat, Lucas l.1.in princ. de fug. colo. patr. [Si Regionvm Ivstitiarii] de quibus const.seq. [Sint Praesentes] & consentientes, Bart.l.1.§.tutor ff.de auct.tut. nam sæpè quis est præsens, & non intelligit, Lucas l. Princeps col.4. circa med. ibi 68. de Princip. agent. in rebus. [Cavsas Ipsas Per Eos] Iustitiarios [Sine Mora Aliqva Avdiri] admittendo etiam appellationem, quatenus opus
10 esset, quia verbum audiat, in commissione appositum hoc importat, Pau.de Cast.cons. 383. col.5.in princ.vol.1. [Ivbeant] quia quod præcipitur imperatur, c.in his de ver. sign. & sic potest fieri comminatio quando Barones denegant facere iustitiam, Io.Ant. de Nigris c. regni 23. quod incipit grauamina num.56. Debet tamen iudex requiri, vt dicatur stetisse per eum, idē in c.reg. 47. item Iustitiarij delatos, num.10.& 11. [Finiri] nam finis omnia respicit, Io. And. c.qui de non in princ.de præben in vj. alias per negligentiam iudicis recurritur ad su-
11 periorem per viam querelæ, cum differre propriè non sit grauare, Bald. l.fin. §.illud post num.3.cum add.ad eum, ibi & tarditatem cum seq.de temp.appell. [Absentibvs Avtem] sed, gl.l.ab intestato in ver.autem ff.de iure codicill. [Ivstitiariis Si Periculum] propter perniciem exempli, Io. And. c.2.in princ. ne cler.vel monac. in vj. [Evidens] euidenter, euidentissimè, l.si extraneus de cond.cau.data. [In Cognitionis Dilatione Praevidernt] cum talia sint, quorum vitio prius quàm culpa debeat ad superiorem peruenire, c.si custos & c.si homo 27.quæst.1. [Consequentes] insequentes, futuras, vel quæ consequuntur, Nizolus in ver. consequens, siue venientes ex quadam consequentia, Bald.l.4.in princ. C.de vsufr. [Avdiant] aures accommodent, Nizolus in ver.audio. [Et Diffiniant] sententialiter terminent, infra in const.vt vniuersis. [Qvaestiones] facti. Paris de synd. in ver.latro c.1. circa finem. [Alioqvin] alias, gl.l.liber homo de hæred.inst. [Non Officialivm Ordo Ser-
12 vetvr] cum ordo sit seruandus, Lucas l.fin. post princ. quemadmo. ciuili. mune. indi. [Ad Ivstitiarivm Primvm] in primis, infra const.dohanæ. [Deinde] postea, Niz. in ver.deinceps. [Ad Magistros Ivstitiarios] qui pro tempore erunt, cum vnus sit Magister Institiarius, sup. const.præcipimus cum duabus seq. vel plurale resoluitur in singulare, Foller. const.præcedenti nu.7. seu vnus est in isto regno, alter in regno Siciliæ vltra Pharum, idem Foll.hic in princ. cum const. istæ sint vtriusque Siciliæ, vt sup.

in procem. [Et Demvm] tandem, Nizol.in ver.demum. [In Defectvm Omnivm Ad Magnam Cvriam Nostram Volvmvs Proclamari] c.1.de frig.& malefic. vnde gradatim pergitur, sicut appellatur de minori ad maiorem, Spec.tit.de appellat.§.4.in princ.& num.12. Nec ad Principem appellatur omisso medio, l.additos C. de appell. [Appellationes A Sententiis Inferiorvm] gradu, Nizolus in ver. inferior. [Ivdicvm] ius dicentiū, c.forus de verb.sig. [Ad Ipsos] per ordinem, vt sup. [Volvmvs Interponi, Et Ab Ipsorvm Sententiis Ad Nostram Avdientiam] vel concistorium, l.humanū C.de legi. [Provocari] c.sæpe de appellat. l.& si §.item ff.de mino.
13 l. Herennius ff. de euict. & exponitur appellari, nam appellatio dicitur prouocatio ad causam, Abb.c.priore 1.not.c.bonæ memoriæ nu.5. c.dilecti filij post nu.6.& 7. c.cum sit Romana, c.pastoralis §.verum c.vt nostrum, & c.interposita de appell. Prouocationis formam quæ fit extra iudicium ponit Spec.tit.de appell. §.2.in princ.& nu.9. Bal. l.tale pactum §. qui prouocauit 2. repet. in princ. ff.de pact. quandoque prouocatur iniustè, l.si quis solutioni ff.de vsuris. & si est absolutoria, incontinenti absque facto iudicis trahit secum executionem, Bal.c.pastoralis nu.9. de appell. Alex. cons.94. num.4. vol.2. Gra.c.reg.plerunque contingit, sicut sententia excommunicationis, gl.c.ad reprimendam in ver. suspendatur de off.ord. [Ex Generali Etiam Commissione Nostra] causarum [Specialiter] proprio nomine, gl.l.quod in rerum in ver.& specialiter de leg.1. [Eis Facta Committimvs] de speciali gratia, Innoc.c.peruenit de sent. excom. & sic species euellitur, & separatur ab integritate sui generis, nec cōtinetur sub eius prędicamēto, Bal.c.1.nu.10.de rescrip. [Magistris Ivstitiariis Antedictis] primo dictis, glo.§.inter eas in ver. antea inst.de nupt. [Vt Nobis Circa] quę propriè refertur ad locum, vt moratur iste circa ecclesiam, Luc.l.1.in princ.de primic. & secundice. [Imperii Nostri Partes] aliter partes, in cōst.partes, inf.de interrog. part.à iud. [Extra] est aduerbium de foris, & significat interuallum, Io.And.c.statutū post nu.6.de rescrip.in vj. [Regnvm] Italicum, & Teutonicum, Isern.c.1.in fi.de noua forma fidelit.c.1.nu.2.circa fin.de pace ten. [Agentibvs] l.ciuitates quod cuiusq; vni. nom. [Appellationes A Sententiis Ivstitiariorvm, Sev Qvorvmlibet Inferiorvm Ivdicvm Ad Nostram Avdientiam] vel auditoriū, l.lecta si cer. pet. [Intariectis] quia versāt factū, & auctoritas

iudicis, nec inferior de iure, vel de facto se
intromittere potest, Bal.l.verũ in princ.post
14 nu.3.ff.de mino.eo magis, quia inferior non
rescindit, nec retractat factum superioris,
Bal.l.minor 1.rep.in princ.eo.tit.de minor.
Vult tamẽ hic, quòd Magistrorum Iustitia-
riorum sint annexa iudicio, sup.in const.Ma
gnæ Curiæ, & præsentis const.tenorem, inf.
cõst.dohanæ, vult quod [Ipsi Suscipiant,
Et Provt Viderint De Ivre] per calcu-
lum diffinitiuæ sententiæ, inf.const.Præsides
prouinciarũ. [Decidant, Ita Qvod Nvl-
li Nostrorvm Fidelivm Liceat] licitũ
15 sit, inf.const.licentiam. [Occasione] quæ
est id quod per se, vel per accidens ordina-
tur ad aliquid, Luc.l.vni.cir.princ.vt nom.
lic.in emp.speciei. [Appellationis Ad
Avditorivm Nostrvm] l.2. C.de leg.
[Factae] introductæ, d.l.2. [Adversa-
rios Suos] partem aduersam, c.cum super
de concess.præb. [Extra Regnvm Labo-
ribvs, Et Expensis Fatigare] & sic
16 quis non debet trahi extra prouinciam,
c.neminem 3.q.6. sed infra eam debet pro-
cedi, Abb.c.nouit post nu.2.de off.leg. quia
affliguntur, & interdum moriuntur, §.hæc
considerantes, auth.vt omnes obed.iudic.
Vnde aduocatus, vel procurator non tene-
tur præstare patrocinium extra patriam,
si causa est alibi mutata, glo. & Bal.l.sed &
hæ §.non solum ff.de procur. [Nisi] quæ
dictio excipit à superiore, Bald.auth.gene-
raliter num.5. in princ. de Episc. & cler.
[Forsitan] l.quo casu ff.de arbitris. [Sv-
per Crimine Laesae Maiestatis] quod
crimen perduellionis dicitur, Azo in sum.
post num.1.& 2.C.ad leg.Iul.Maiest. [Vel
Svper Eo Crimine] quod à carendo no-
mine dicitur, Lucas l.vnica in princ.de reis
postu. [De Qvo Condemnatvs] de neces-
sitate quam importat dictio de, Io.And.c.vt
commissi nu.8.de hæret.in vj. pœna punia-
tur cui delinquendo se subiecit de iust. &
confir.in ver.crimini. [Vitam, Vel Mem-
brvm Amitteret] per sententiã, Isern.q.r.
nu.3.in fi.de cap.Corra. [Vel Forsitan
17 Exvlaret] expelleretur à patria, glo.pen.
l.1.de off.præf.vrb.totaliter, quandoque ad
tempus, D.Th.3.par.de Sacram.q.130.alias
99.art.1.Et est grauis pœna, adeo quod Ro-
mani pro graui delicto mandabãt ciues ab
illa ciuitate exulare. Fr.Aloysius de Graua-
ta in parte meditatio. char. 86. Florentiæ
magnates delinquentes expelluntur à pro-
pria patria, nec ibi habitare possunt, Bald.
l.vnl.post princ.si quacunque præd. potesta.
Ista verò pœna non est de iure Mosayco,
quia tunc cum in solo populo Iudaico Deus
celebraretur, si ab eo aliquis excluderetur,
dabatur ei occasio idolatrandi, D.Th.1.2.
q.105.art.2.ibi ad decimũ. Vltra quod alia
est pœna expulsionis à ciuitate, alia expor-
tationis, bannitus, pro maleficio debet ex-
pelli, & redeundi licentiam quis concedit,
Bal.l.const.ff.in ver.hæc autem, lo secondo,
nu.12. [Avt Exilii Ivdicio] deporta-
tionis, vel relegationis, gl.l.sed & si quis in
ver. exilio, & in ver.exilium si quis cautio.
18 Et est triplex, vnum de propria patria, &
mittitur certo loco moraturus, aliud per
quod à certo loco repellitur, sed vbicunque
potest morari, tertium si in aliquam insu-
lam mittitur perpetuò, vel ad tempus per-
mansurus, Bal.l.1.post num.11.C.de hæred.
instit. & l.Papinianus 2. repet. vbi glo. 1.
exulem, idest relegatum exponit ff.de mino.
in perpetuum, & ad tempus, l.tutor §.fin.
& seq.de excusat.tut. [Statvm] quasi ser-
uitutem, Bal.l.non distinguemus §.de libe-
rali post nu.3.de arbitris, & infra const.hac
edictali de sala.aduoc. vnde status personæ,
& veritas negocij est intimanda c.mulieres
de sent.excomm. [Avt] disiunctiuè, gl.l.1.
in ver.aut, de his qui insidiando, aut subito
surg.in Longob. [Omnia Bona Sva, Vel
Maiorem Partem Ipsorvm Deberet]
posset, l.cum lege in ver.debeant, de Episc.
& cler. [Amittere Condemnatvs] si est
19 petitum, cum ad aliud non debeat condem
nari, l.vt fundus ff.comm.diuid. l.fin. C.de
fideicomm.liberta. [Appellationes Ad
Nos Contingerit Interponi] de iniu-
stitia ad nos exponendo querelam, c.sacro
de sent.excomm. [Tvnc In Electione
20 Esse Volvmvs Appellantes] quod est
vtile posse eligere, Bald.l.si qui accessionis
de fideiusso. & ipse dicitur eligere cum qui
dat facultatem eligendi, gl.fin.l.apertissimi
C.de iudicijs. [Vtrvm] quid eorum, gl.l.si
debeas ff.de compens. [Ad Praesentiam
Nostram Adire Volverit] c.sancimus,
lo vltimo, quo temp.miles. [Vel] quæ est
alternatiua, sicut dictio aut, Abb.c.4.nu.4.
de rescrip. [Cvpierit Ipsorvm Ivdicivm
Experiri] l.dominus horreorum §.1.ff.lo-
21 cati.& est propriè actoris, rei autem est de-
fendere, licet reus quãdoque etiam dicatur
experiri, Abb.c.1.post num.16.de iudicijs.
c.pastoralis num.11.circa med.de cau.poss.
& propriet. add.ad Specular.tit.de dilatio.
§.1.in ver.diffamari. & intelligitur agendo,
vel excipiendo, Bal.l.si quis 2.rep.§.si pro-
curator, lo secondo, in fi.quod quisque iuris.
[Qvae Simonias] c.postulasti de homic.
c.Michael de vsuris, vel appellationes, c.1.
de offic.lega. cap.venerabilibus de sentent.
excomm.in vj. aliter in c.1.de appellat.c.3.
de empt.& vend. & cap.suam de simonia.

[Etiam

[ETIAM QVAE FIENT CONTRA IVSTITIARIOS REGIONVM] de quibus conſt.ſequen. [SECRETOS CAMERAE] vt conſt.præcedẽti. [CASTELLANOS]inf.conſt.caſtellani,& ſup. conſt. Iuſtitiarios. [PROCVRATORES DEMANIORVM NOSTRORVM] qui illorum venditionem procurant, infra conſt. ſi quando.
22 [ET ALIOS OFFICIALES AVDIENT] quod differt ab intelligere, nam poteſt quis audire nudum verborum ſonum, & tamen non intelligere verborum efficaciam, Abb.c.auditis 1.not.de elect. [ET EX OFFICIO SVO]
23 quod ponitur loco principalis actionis, cum actio principalis deficit, ſiue ordinaria, Spec.tit.de off.omn.iud.§.2.in princ. In quibus caſibus poteſt procedi ex officio, Ioan. Ant.de Nig.c.reg.iniũxit nobis nu.14.& 15. [IPSORVM EXCESSVS] tam ciuiles, quàm criminales, infra conſt.caſtellanorum. [ET NEGLIGENTIAS]quæ in officiali puniuntur, l. ſi quis intra C. de bonis proſcript. [PVNIANT] cum ſint in culpa, alias ſine culpa nemo punitur, Abb.cap.2. 1.not.de conſtit. [ET INTERDVM] nonnunquam, Nizolus in ver.interdum. [DEFECTVM EORVM] nam ſuperior ſupplet defectum inferioris, & econtra, Arch.c.fin.in princ.8.q.3. [IVXTA SVBSCRIPTAM FORMAM]& quando aliquid ponitur pro forma, non eſt aliter faciendum.
24 Affl.hic nu.19.cir.med.7.not. [PROVT] quę eſt limitatiua, & qualificatiua, Alex.cõſ.23. nu.5.& 75.poſt nu.4.vol.7. [EXPEDIERIT] nam ſæpè expedit vni, quod non expedit alteri, Ant.de Alex.conſ.52. inter conſ. Loffr. nu.29.cir.fi. [SVPPLERE PROCVRENT]vnde
25 ſi negligit facere iuſtitiam, non debet quis ſibi ius dare, ſed debet haberi recurſus ad ſuperiorem ipſius iudicis, Abb. c.qualiter, & quando 1. not. de iudic. Ita ſi ſuperior non vult confirmare electionem, recurritur ad eius ſuperiorem, idem Abb.c.ſignificauerũt nu.3.circa mod.de except. [SPECIALITER] d.conſt.Magnæ Curiæ. [AVTEM] quæ licet ſit aduerſatiua, cum copula implicat, Bald. l.vni.1.rep.§.his videtur nu.3. ſi quis ius dicen.nõ obtemp. [SI CASTELLANOS] cuſtodes caſtrorum, inf.conſt.culpam. [VEL PROCVRATORES DEMANIORVM]d.conſt.ſi quãdo. [SEV] copulatiuè potius quàm disiunctiuè, Paulus de Caſt.conſ.334.nu.2. vol.2. [ANIMALIVM NOSTRORVM] d.l.ſi quis intra de bonis proſcrip. [ET CVSTODES DEFENSARVM] qui foreſtarij dicuntur, infra conſt. cum per partes Apuliæ, vel Magiſtri foreſtarum, & defenſarum, vt in c.reg.Magiſtri defenſarum de mag.foreſt.& ſub off.cor. [NOSTRORVM] cum poſſint eſſe aliorum, c.cum dilecti de donat. [INVENIVNT PER FRAVDEM] quæ etiam accipitur in damno pecuniario, l.1.cir.med.ſi quid infra.patro. [VEL MANIFESTAM] notoriam, ita quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, gl.1.cir. med. c.1. de offic.deleg.in vj. [NEGLIGEN-
26 TIAM] quæ non eſt ſine culpa, D.Th.ad Hebræos 5.ibi & quidem col.2.cir.fi. [MALE] non legitimè, Arch.c.nulla 62.diſt. [SIBI COMMISSA TRACTASSE] male tractabant, & cuſtodiebant, inf.conſt.peruenit. Et quid ſit male tractare, l.fin. qualiter mundualdus amittat mundium in Longob. [IPSOS CAPIANT] cum effectu, propria auctoritate, & differt ab accipere, Caſſan.conſuet.Burgun. rub.1.§.2.ibi prend. [DE PERSONIS]ſi perſonæ leuitas patitur, inf. conſt.humanitate. [ET NOBIS SIGNIFICENT TRANSGRESSIONEM IPSORVM] ſicut grauia, & difficilia ſunt ſuperioribus intimãda, Inn.c.pen.nu.2.
27 poſt princ.de ſta.mon. Et dicitur trãſgreſſio ſi non ſeruatũ modus adiectus, Io.And.c.non poteſt nu.1. in fi. de præb.in vj. & ſignificauit vt Apocal.1.mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni. [VT INDE]l.diem §.ſi plures ff.de arb. [FIERI MANDEMVS PROVT] ſecundum, vel iuxta, Bart.ad reprimendum in ver.prout poſt num.2. [NOSTRO BENEPLACITO RESIDEBIT] vel ad placitũ, c.nimis, lo primo, de exceſs.præl. Componitur
28 beneplacitum ex bene, & placeo, quod in iudice non importat liberam voluntatem, ſed refertur ad arbitriũ boni viri, Abb.c.verum vlt.not.nu.6.de foro comp. [VT]quæ eſt dictio modalis, l.ſi à primo in ver.idem cum add.in marg.de lib.& poſth. [TAMEN] modificat, Luc.d.l.1.in princ.de fug.colo.patr. [CASTELLANOS DE NOSTRA CONSCIENTIA]ſciẽtia electos vt bonos, Affl.hic 9.not. [DESTITVTOS]quia quod promiſerant, non præſtauerunt, Nizolus in ver.deſtituo. [DE CASTRIS NON AMOVEANT] quia ille ſolus deſtruit, qui conſtruxit, Affl.hic nu.22.circa
29 med. [SINE CAVSA]nam poteſt quis puniri ſine culpa, ſed non ſine cauſa, gl.c.quemadmodum in ver.oculos in fi. de iureiur. Inn. c.1.de ord.ab Epiſc. [QVORVM ALIQVEM QVI SE]cõſcientia læſa, ſup.in conſt.in quęſtionibus violentiarum. [EX PRAEDICTIS CAVSIS]& ſic reſtringit, Bal.conſ.283.nu.1. in fi. 2.vol. [REMOVERE] recuſare, add.ad Spec.tit.de recuſat.§.2. [CONTINGERIT] licet dominus ſcire nõ debeat ex neceſsitate res ſingulas, l.quã tuberonis in fi. princ. ff.de peculio. [PER EOSDEM] Magiſtrũ Iuſtitiariũ, & Capitaneũ. [REMOTI] propter delictum, quod eſt peccatum in committendo, Zab.clem.vni.10.not.de teſtam. [ET SVBSTITVTI NOMEN NOBIS SIGNIFICENT SERIATIM] infra conſt. citationis literæ, vbi Affl. ſingulariter Spec. tit. de electio. §. 1.

30 qui debet esse vtilis, alias si inutilem ponere-
ret, esset infidelis domino. D.Th.3.parte de
Sacram.q.67.alias 36.art.4.Debet esse con-
ueniens,& idoneus,& in certis casibus nun-
ciari domino, vt in c.reg.57. item Magistri
passuum.[Vt]causatiuè,Arch.c.fin.74.dist.
[De Svbstitvto Ipso]qui vices gerit sub-
stituentis,Frecc.de subfeu.lib.2.ibi quadra-
gesimo octauo,nu.4.cir.med.[Avt De Svb-
stitvendo Alio Mandatvm De Scri-
neo Conscientiae Nostrae Proce-
dat] ex certa nostra sciētia procedat, Affl.
hic post nu.21. [Indvstriam] solertiam,
§.cumque in proœ.inst.vel industriam circa
culturam, & negociationem, Bald.l.quod si
minor 2.rep.cir.med.de minor. [Sollici-
31 tvdinem]quæ est bona,& multiplex,D.Th.
1.ad Cor.7.ibi,Volo autem vos,col.2.circa
med.inde sollicitudo tutelæ,l.non solū §.qui
in primipilum, & l.idem Vlpianus §.1. & l.
scire §.1.ff.de excusat.tut. [Et Diligen-
tiam] quę est accurata obseruatio suorum,
& habet secum bonam fidem coniunctam,
Luc.l.vnica col.2.circa princ.de mend.vali.
[Castellanorvm Nostrorvm, Qvae In
Conservandis, Et Medicandis Ca-
stris] de prouentibus suæ administratio-
nis, vel de proprio expendent, inf.const.vt
officialibus.[Habverint Per Ipsos] Ma-
gistrum Iustitiarium,& Capitaneos vti ma-
gno officio præpositos, Afflict.hic num.23.
[Celsitvdini] sublimitati, Nizol.in ver.
celsus. [Nostrae Freqventivs] multo-
ties,sæpesæpius,Affl.hic nu.22.cir.fin. [Vo-
lvmvs Intimari] particulari notitia, l.2.
de indict. [Avt Qvemadmodvm] quæ no-
tat similitudinem, glo.l.si familia in ver.in
furto de iurisd.omn.iud. glo. rub. sol.matr.
[Inivstos, Et Iniqvos] contra ius ineptè
agentes, Bal.de pace constan.in ver.omnes
32 post num.2. [Poenis Affici] licet iniqui
interdum ex malitia temporis potius ab-
soluuntur, quàm condemnentur, Lucas l.ad
splendidiores col.2. post princ.de diuer.off.
[Sic Bonos] qui æqui, & innocentes præ-
toris officio funguntur,Bal.l.1.2.repet.ante
num.1.de leg.2. [Et Ivstos]qui cum æquo
conueniunt, Frecc.de subfeu.lib.2. ibi qua-
dragesimo secundo,nu.7.in fi.[Imperiali-
bvs Praemiis Volvmvs Decorari] be-
neficijs, nam præmium beneficium dicitur,
Abb.c.cum dilecti nu.14. de elect. volumus
decorari, honorari, Arch.c.pen.col.2.circa
med.de pœnit.dist.2.cum enim magistratus
sint absque lucro statuendi per legem, sunt
honores his qui optimè se gesserunt, Arist.
5. Politic. 8. legum enim latores aduersus
delinquentes pœnas, & his qui bene agunt,
præmia constituunt, idem 3. Ethicorum 8.
Nam quātum de reorum morte purgamur,
tantum de innocentium reditu gratulamur,
D.Aug.4.contra Cresco.Gramm.col.31.cir
33 ca med. Et sic sicut remunerantur boni pro
ijs quæ bene agunt, ita puniuntur mali pro
ijs quæ male agunt, D.Th.2.2.q.108.art.2.
in princ. quia punitio est effectus iustitiæ,
remuneratio misericordiæ. idem 3.parte de
Sacram.q.120. alias 89. art.6. & secundum
merita diuersificatur præmiū,ea.par.q.127.
alias 96.art.13. Imperator enim quos regni
sui ministros posuit, eo iure instituit vt po-
pulum suū gubernent,si fideles inueniuntur,
laude digni sint, si infideles pœnis subdātur,
ita populus lege seruata laudatur, ea con-
tempta dānatur,D.Aug.ex vtroque mixtim
col.92. Vnde delinquentes corripit,& punit,
obedientes fouet,& confortat,c.cum ad mo
nasterium de statu mon. Deteriores enim
fiunt quando melioribus non tribuitur me-
lius,& præmia virtutis,& vitij nō sunt præ-
posita, Arist.1.Oeconomicorum 5.Ita Deus
bonos prouehit sua gratia, & malos terret
sua iustitia, D. Aug.lib.de spiritu,& anima
col.45.cir.med.& benefacientes habēt præ-
mium nominis,& rei, malefacientes habent
demeritum in nomine,& effectu, Bal.l.cun-
ctos populos 4.not. de sum. Trin. nam spe-
ciali priuilegio illos decreuit honorare,
c.duo simul de off.ord. quia præmia meren-
tibus, & non demerentibus danda sunt, Bal.
l.2.in 2.rep.col.29. post med. de iureiur. vt
præmio inuitentur,glo.1.l.lege Cornelia ad
Syllan. quod correspōdet merito,adeo quod
excellentiori merito excellens debetur præ-
mium, D.Tho.3.par.de Sacram.q.127.alias
96. art.1. & mali timore pœnæ arceantur,
iuxta illud, Oderunt peccare mali formidi-
ne pœnæ, Aluar.§.si quis verò temerario in
princ.de pace iuram.firm. Verùm præmium
non debet præcedere meritum,D.Th.3.par.
de Saluatore q.2.art.11.ibi corrola.[Prae-
dictis Praeterea] insuper, etiam. Niz.
in ver.præterea. [Magistris Ivstitia-
riis, Et Capitaneis Nostris] terrarū
nostrarum demanialium, in quibus non est
Iustitiarius,Affl.sup.ea.rub.cir.fin. [Inivn-
ximvs Vt Si Invenerint Aliqvem Of-
ficialivm Nostrorvm Per Gratiam]
aut sordes, l.sed & si §.ait prætor ex quibus
cau.maio.l.3.§.1.l.sed & si §.si iudex de ar-
34 bitris, quia vbi pecunia ibi sordes,Bald.l.1.
2.rep.§.solet nu.4.de off.præf.vrbis. Vltra
quod pleraque quę homines iniustè faciunt,
per ambitionem,& auaritiam cōmittuntur,
Arist.2.Politic.7. [Avt Odivm Manife-
stvm] iram inueteratam,quæ vetustate ro-
bur accepit, D.Aug.2.de serm.Dom.in mon
te col.35.cir.princ. [Ivstitiam Detra-
xisse]

ZISSE] quia priuatus ſæpe obuiat iuſtitiæ,
c.1.de alien.feudi. [SEV] quæ eſt dictio al-
ternatiua, ſicut vel, Bart.l.generali nu.2.de
ſacroſ.eccl.[PECVNIAM]quæ teſtis eſt malę
conſcientiæ, Bal.l.3.nu.23.cir.fi. C.ex quib.
cau.infa.irrog. nec bona per ſe,ſed eſt men-
ſura bonorũ, Io.And.c.1.nu.2.de vſur.in vj.
Homines quidem cupidi, & pecuniarum ſtu
dioſi in magiſtratibus verſantur, Ariſt.5.Po
litic.12. [SEV IOIECTAS] inf.in conſt.apud
35 Iuſtitiarios. [SEV CANES]qui laudabiles,nõ
deteſtabiles ſunt,nam ſeruãt fidem domino,
& pro eis contra inimicos latrant, D.Aug.
Pſal.67. col.26. ante nonum diem non ſunt
cœci,nec vident, poſt nonum diem aut ſunt
cœci,aut vident, Caiet.ad D.Th.1.2.q.113.
art.2.col.3.cir.fin.Capacitatem ſignificant:
ſunt animalia immunda,& non ſacrificabã-
tur, idẽ D.Th.2.2.q.86.art.3. [AVT ACCI-
PITRES] & ſic ſi animalia immunda dari
prohibetur officialibus,multo magis boues,
vitulos, & hircos, Affl.hic 14.not. [AVT]
pro et, glo.1.auth.ſed nouo iure de Epiſc.&
cler. [ALIQVID ALIVD] ſimile prædictis,
Io.And.c.quia ſæpe nu.3.de præb.in vj.quia
tunc accepta reſtituit,& criminaliter puni-
tur,l.3.C.de cond.ob turp.cau. [PRAETER]
excludit, l.ſi ita legatum de leg.1. [ESCV-
LENTVM,AVT POCVLENTVM]collibia etiam,
quæ parua munuſcula fructuum appellãtur,
vt pera,poma,vel nuces, Guliel.Pipin.in fe-
ria 3.poſt 1.Dom.in Quadrag.col.9.in fine.
[QVOD AD PLVS DVOBVS DIEBVS SEMEL
IN ANNO TANTVM]quæ eſt dictio taxatiua,
Abb.c.quia nu.5.de pręb.[SIBI SVFFICIAT
RECEPISSE]l.plebiſcito ff.de off.præſi.nam
valde inhumanũ eſt à nemine accipere, ſed
paſſim viliſſimum, & omnia auariſsimum,
l.ſolet ff.de off. proconſ. & leg. vnde poteſt
36 accipere eſculenta, & poculenta moderata,
vt in cap.regni item nullus Iuſtitiarius,aut
officialis,ſub rub.quod nullus officialis reci
piat munera, quæ intra dies proximos con-
ſumentur, à donis autem, & muneribus ab-
ſtinebit, Specul.tit.delegato §.ſupereſt poſt
nu.44. & tit.de ſalarijs iud.§.1.poſt num.5.
latè Affl.hic 15.not.ſed per Eccleſiæ Recto-
res, nec xenia debent accipi, potius debent
augeri mercedes,vt de B.Ioanne Alexãdriæ
Epiſcopo D.Hiero.in vitas Patrum, in vita
prædicti Epiſcopi, char.67.col.3. [VT TA-
MEN A LITIGANTIBVS NIHIL OMNINO]
totaliter, Io.And.c.quorundam num.3.poſt
med.de elect.in vj. [NEC]quæ eſt negatiua,
& habet incluſam copulam, Affl.ſup.conſt.
ſi damna clandeſtina nu.72.in fi. & poſt 73.
[ESCVLENTVM RECIPIAT] etiam ab vni-
uerſitatibus tam Iuſtitiarij, iudices actorũ
notarij, & alij vt c.reg.itẽ quod Iuſtitiarij,
iudices, & actorum notarij, ſub rubr. quod
nihil recipiatur ab vniuerſitatibus, vbi Io.
Ant.de Nig. niſi ſit inops, & non poſſet ſuis
expẽſis itinerare, nam poſſet tunc expenſas
petere à partibus, Abb.c.prudẽtiam nu.23.
de off.deleg. c.cum ab omni nu.12.de vita,
& honeſt.cleric. [SI DE IVRISDICTIONE
37 SVA] quæ incępit à familiaritate poteſtati-
ua, Bald.l.1.nu.2.in princ.de Epiſc.& cler.
[AB ALIQVO LITIGANTE RECEPERIT,
CVM INFAMIA PRIVATVS OFFICIO PER
IPSORVM] pro ipſis, vel per ipſos Magiſtrũ
Iuſtitiarium, & Capitaneos. [BONORVM
SVORVM OMNIVM INFISCATIONE MVL-
CTETVR] condemnetur, l.fin. C. de modo
mulct. Nam cum quis lucro pecuniæ capi-
tur, velut deiectus, & degener,inter viliſſi-
mos numeratur, c.infames 3.q.7. Spec.tit.
de aduoc. §.fin.nu.10.in fi. Et ſententia eſt
nulla vbi ſordes interuenit,Bal l.filiusfam fi-
lias 2.rep.cir.med.ff de iudic. ſicut ſi eſt lata
per dolum iudicis, licet appelletur,idẽ Bal.
l.1.in 1.rep.col.4.in princ.quod quiſque iur.
Nam in ciuilibus ſi nõ rectè iudicetur, ſedi-
tiones gignuntur, Ariſt. 4.Politicorum 16.
[CAETERVM] alioquin, inf.conſt.in aliqui-
bus. [SI DE] i.à,Luc.l.omnes col.15.circa
med.de decur. [ALIIS NON LITIGANTI-
BVS,QVI TAMEN DE IVRISDICTIONE SVA]
38 ſuo iure,nam iuriſdictio eſt ius, Bal.l.Impe-
rium 2.rep. poſt nu.3. de iuriſd.omn.iudic.
[SINT OFFICIALES RECEPERINT ALI-
QVAS RES] cauſa captandæ amicitiæ,Bald.
l.3.§.ſi quis in fi.de cond.cau.data. [ACCE-
PTA DOMINO RESTITVTA] ſi dedit pecu-
niam, an poſsit repetere, & ſententia lata
mediãte pecunia an ſit ipſo iure nulla, Abb.
c.cum ab omni nu.7.& 8. de vita, & honeſt.
cler.[IN QVADRVPLVM]in quo an inſit ſim-
plum, gl.l.metum §.licet in ver.finiri quod
met.cau. quando inſit,& quando non,Bald.
l.in hæredem §.1.circa med.ff.de calumnia.
[FISCO NOSTRO DAMNATVR] ipſe, & non
procurator, nam damnari non dicitur, qui
nomine alieno damnatur, l.ſi cum venditor
§.ſi ſecundus in ver. ex ſtipulatu ff.de euict.
[LITIGATOR AVTEM QVI IVDICEM ALI-
QVEM DANDO] cũ effectu, gl.l.ſi apud ff.de
minor. [CORRVPERIT] licet non teneat.
c.qui rectè 11.q.3.c.fin.14.q.5. [VEL COR-
RVMPERE PROMITTENDO VOLVERIT]l.2.
& 3. vbi glo.& Bal.de cond.ob turpem cau.
[ETIAM SI BONAM CAVSAM HABET, IN
IPSA SVCCVMBAT] inf.conſt.litigator,nam
39 litigator agit ne ſecum agat, dum iudicem
corrumpit, l.ſed & ſi §.ait prætor ex quib.
cau.maior. amittit cauſam,ita ſi corruperit
aduocatum,vel procuratorẽ, Bal.l.1.2.not.
de calum. ſicut ſi alium trahit ad vetitum

examen, l.in criminali, vbi Bal. C. de iurisd. om. iud. [HOC IDEM] iuris, Zab. clem. dispẽdiosam nu. 7. de iudic. [IN EISDEM CAPITANEIS, ET MAGISTRIS ETIAM IVSTITIARIIS SI CIRCA] si citra, vel contra, in cons. feuda. diuer. 13. cir. fin. post nu. 11. alibi circa curam, Nizol. in ver. circa, & circum circa, Bal. l. Rutillia Polla de contrah. emp. [PROHIBITIONEM NOSTRAM RECEPERINT ALIQVID VOLVMVS OBSERVARI] quia similium idem est iudicium, sup. const. hac lege, & l. iam hoc iure de vulg. & pup. [ET] pro idest, Abb. c. licet de vitanda post nu. 5. de elect. [VT IN TALIBVS QVIBVSLIBET] d. const. litigator. [VEL OMNIBVS MATERIA DELINQVENDI SVBTRAHATVR] c. significatum de præb. c. 1. & 4. de test. cog. [EDICIMVS] edictum emisimus, foras dedimus, Nizol. in ver. edo. [VT OFFICIALIS CVI IN CORRVPTELAM SVI PROMISSIONEM FIERI CONTINGERIT] quam si officialis non acceptasset, non puniretur, Affl. in const. corruptelæ 4. not. tamen [PROMITTENTIS NOMEN, ET PROMISSIONIS, ETIAM QVANTITATEM, ET MODVM NOBIS, VEL ALICVI PER QVEM AD NOS NOTITIA] vel ad aures nostri culminis, inf. const. perueniat. capitur autem notitia quatuor modis, D. Th. quolib. 7. art. 4. [PERVENIAT] patefaciat, inf. const. Maiestati nostræ. [PRAECIPIMVS NVNCIARI] vt corrumpens amittat causam, & iudex puniatur, l. 1. & 2. cũ auth. nouo iure de pœna iud. qui male iudic. Et si vtraque pars est in dolo, deterior est conditio eius, qui incœpit, Baldus l. cum mulier 1. not. sol. matr. An sit locus pœnitentiæ: & quid si dat, vel promittat vt iustam ferat sententiam, Paris de syndic. in ver. corruptio cap. 1. & 2.

40 Videtur, quod per vnum melius iurisdictio exerceatur, l. item si vnus §. principaliter ff. de arbitris, arg. c. 1. eo. tit. de arbit. & cognoscere vnum de facto alterius, est confusio, quæ plerunque eos qui iustitiam sitiunt cõfundit, inf. const. officiorum, tanto magis,
41 quia iurisdictio est indiuisibilis, sicut seruitus, Inn. d. c. prudentiam num. 9. in princ. de off. deleg. Rursus, licitum est amicos habere à quibus dona proueniunt, Baldus l. 1. in fi. si quis aliq. testa. prohib.

Dic, quod licet certis iudicibus data sit cognitio certarum causarum, nõ propterea est à superioribus abdicata, Bald. cons. 253. vol. 5. qui si sunt constituti iudices in casu nullitatis, vel appellationis cuius alteri videtur inhibitum, Bal. ibi num. 2. ita hic Magister Iustitiarius, & Capitanei, & non alij virtute huius const. cognoscent, adeo quod nec ipsi possent alijs subdelegare, inf. in cõst. officia, & omnes dicuntur vnus, quia vnum repræsentant, inf. const. eos tantum de repulsa offic. Nec ista amicitia, quæ est virtus, sed eius contrarium inimicitia, siue odium est vitium, Bal. l. si quis testibus nu. 8. cir. med. C. de testibus.

42 Nota, quod administratio solertiam requirit, & pigritia punitur, Bal. l. amissi §. 1. ff. de fideiusso. Vnde officialis tenetur circuire prouinciam sicut Archiepiscopus, qui potest nedum visitare suam diœcesim, sed prouinciam, monasteria, & alia pia loca, & debetur ei conuiuium, siue procuratio in signum subiectionis, c. omnis anima de censi. cum nemo cogatur suis stipendijs militare, c. cum ex officij, vbi Abb. 1. & 2. not. num. 8. & post nu. 9. de præscript. nam cui committitur causa principalis, committitur & accessoria, & com missa cura ciuitatis, includitur Comitatus, Baldus l. 1. in 1. & 2. repet. in princ. & in ver. in initio de off. præf. vrbis.

43 Secundo nota, quòd si Rex vitam suam agit extra regnum, l. quicunque de Episc. & cler. quia non potest commodè ad eum haberi recursus, Abb. d. c. licet de vitanda post num. 8. de elect. cognoscit Magister Iustitiarius appellationes ad illum interpositas, vt hic, sicut deficiente superiore, de iure, vel de
44 facto, appellatur ad Papam, & iurisdictionẽ quam habet in habitu, deducit ad actũ, sicut in causis arduis, etiã superiore non deficiente, Abb. c. si duobus post num. 5. de appellat. Papa enim in temporalibus potest exercere iurisdictionem, quando omnino deficit iustitia, vacat Imperium, vel subest Princeps, & nõ vult exercere. Sexdecim casus in quibus potest per laicum adiri Papa, idem Abbas c. licet 2. not. & nu. 6. cum seq. de foro comp. Isto modo valet consuetudo, quod à seculari iudice appelletur ad Papam, vel iudicem ecclesiasticum, Abb. c. si duobus vlt. not. de appell. nisi vellet adire, de quo ver. l. si conuenerit, vbi gl. de iurisd. omn. iud. præsentiam Regis, vt hic: licet in casu negligentiæ Episcopi nõ deuolueretur iurisdictio ad Archiepiscopum, sed posset compellere Episcopũ ad iustitiam ministrandam, Abb. cap. 1. post num. 5. de foro comp.

45 Tertio noto, quòd habemus exilium, animaduersionem, interdictũ, & relegationem, de exilio meminit l. cum quis in princ. de solu. eius pœna est in auth. sed nouo iure de Episc. & cler. vnde si imponitur pœna perpetui exilij, & publicationis bonorum, non dicuntur deportati, sed forbanniti, nec assignatur insula quę assignatur deportatis, vt propter malum aerem citò moriantur, Bald. l. vnica in fi. C. de monopolijs. & si deportantur ad insulam declarandam, non

habet

habet executionem antequam ſuperior declaret, Bald.l.1.in 1.rep.in ver.relegandi de off.præfe.vrbis. Deportatio autem eſt priuatio omnium, quæ iuris ciuilis ſunt, Bald. l.fin.col.2.circa med. de ſent.pafs. Quæ retinet deportatus, & quæ non, Bal.l.3.num.3. circa fi.& 4.C.ad leg.Falc. Et licet confinati nõ videantur ibi contrahere domicilium, nec cõueniri, Bal.l.ex facto,la ſeconda,in fi. de hæred. inſt. durante tempore confinij nõ poſſunt eligi ad honores, Ang.l.vnica de his qui in exil.dati.de animaduerſione loquitur lex iubemus §.ijs de ſacroſ.eccl. §.cum autem inſt. quib. modis ius patr.poteſt.ſolui. Si interdicuntur minora, multo fortius maiora, adeo quod ſi interdicitur patria domicilij, videtur interdicta patria originis: ſi interdicitur caſtrum, non poterit morari in ciuitate, ſi eſt de iuriſdictione illius: quid de terris confederatis, Bal.l.executorẽ nu.26. vſque ad 30.de execut.rei iud. Relegare autem poteſt, qui poteſt facere ſtatuta. Ea eſt maior excommunicatio donec durat, Bald. l.nulli de ſent.& interloc.om.iud. Nec mittit ad confinia niſi qui habet merum imperium, Bal.l.quicunque nu.19.circa med.de ſer.fug. & tunc recipit promiſſionem de parendo confinibus ſub pœna pecuniaria, & perſonæ, Bal.d.l.executorem nu.29. in fi.de exec.rei iud. Et relegatus ad arbitrium relegantis, eo mortuo non expirat, Bald.l.3. §.ſed & ſi quis nu.18. comm.de leg.

46 Quarto nota, quod experiri capitur pro defendere, c.veritatis, vbi gl.de dolo, & contumac.c.pen.de ſent.& re iud. & ſic non ſolum agendo, ſed excipiendo, Bal.l.2.cir.princ. quib.res iudic.non nocet. alibi capitur pro probare, gl.l.idem Pomponius in ver.experiretur ff.de arbitris.

47 Quinto noto, quod iudex debet eſſe innocens, & bonus, Bald.l.cum mulier num.6.in princ. ſol.matr. Nam Imperator potius in odorem bonæ opinionis, quàm in eius infamia delectatur, c.licet in beato de accuſat. fateor tamen quod modicus defectus non impediret, l.euidens, vbi Bal.de ædil.edicto, ſed vendere iuſtitiam eſt crimen graue, c.fin. de purg.can. & grauius quàm vendere præbendam, Luc.l.1.col.16.cir.fin. de deſerto. corrumpi verò pretio deterius eſt, quã precibus, glo. l.ſi non in ver. inſolidum ff.quis opti.cau.teſta. Inde D.Aug.dicebat, ſe malle inter incognitos, quàm inter amicos cauſas cognoſcere, Poſsid.in vita illius, poſt med. Munera autem iniuſta accipere, vel donare ſunt negocia ſecularia, c.1.ne cler.vel mon.

48 Munus capitur tripliciter, & differt à dono, Abb.rub.de immu.eccl. gl.l.mortuo in ver. munus de leg.3.nam donum dicimus, quodcunque cõmodum temporale, propter quod iniquitates fiũt, D.Aug.in lib.annot.in Iob col.5.circa princ. Munus à manu dicimus, Abb.c.per tuas, lo.vltimo, cir.fin.de ſimon. aliter c. ſacro de ſent. excomm. & toto tit. de mun.& hon. Xenia poſſunt officiales capere, munera non, Io.And.c.1.nu.10.& 11. circa med.de cenſi.& ſunt munera quæ fiunt occaſione aduocationis, Bald.l.4. in princ. C.de aduoc.diuer.iud. Munus quando fit cũ cauſa, eſt species, donũ ſine cauſa, eſt genus. Munus quando eſt pretioſum, vel dona frequentia tranſeunt in munus, Arch.c.iudices in princ.1.q.1. Eo omne donum datum dicitur, ſed non omne datũ eſt donum, quia non omne quod datur, continuo datur, D.Aug. 4.locutionis de nume. col.5.poſt medium.
49 Poculentum verò dicitur edibile, vel potabile, Io.And.c.ſtatutũ nu.7.de reſcrip.in vj. Eulogia dona, ſeu munuſcula, vel exenia, ab eu, quod eſt bonum, & logos, quod eſt ſermo, quia cum bono ſermone recipiuntur, dum nuncijs benedicendo ſalutatur, & mittenti grates vberes referũtur, Arch.c.de eulogijs 18.diſt.& c.non licet 1.q.1. & licet offerentis liberalitas ſuſpicionem tollat, Io.And. d.c.ſtatutum nu.8. Agnatis, & vxori, dummodo ſine fraude, & non habenti ſalarium à publico, poteſt donari, Paris de ſynd.in ver. corruptio c.1. ſi habet ſalarium nihil vltra petere poteſt. Arch.c.quatuor in princ.12. q.2. nam officium non debet accipi vt quæſtui, & pecuniæ deſeruiant, Paris vbi ſup.in ver.officium c.1. etiam quia qui offert potentiori munera, electa offert, D.Aug.lib. quæſt. ex vtroque mixtim col.24.in fi.dicet ſecundum Ariſt.4.de mori.Philoſophi.cap.1. Plerique oblata munera recipere noluit ob animi probitatem, ne datoris cauſa, turpe aliquid facere compellantur, plerique recuſant ne quando ipſi reddant, rarò enim euenit vt quis recipiat, & nunquam det, ſed ſæpè iuſtæ cauſæ recuſandi ne ab inimico recipiat, vel quia animaduertit ad rem aliquam aſpirare, Alſa.in tract.de pollicita.in princ. num.13. quidquid fit vltra ius commune, & c.regni de quibus ſup. eſt pragm.Caroli V. & quia præcipua quæ prohibet etiam recipere à ſponte dantibus, ſeptem iura in hac materia cõſiderat Gra.in c.reg. hac edictali, & in d.c.item nullus Iuſtitiarius. Munera enim excæcant oculos ſapientum, & mutãt verba iuſtorum, Deutero.c.16.in fi. & ignis deuorat tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt, Iob 15.in fi. Exodus c.23. facit quod dicit Io.And. c.vni, poſt nu.2.de cler.non reſid.in vj. Alex.conſ.206. num.8. 2.vol. Et in omni republica legibus conſtituendum eſt ne ex magiſtratibus lucra proueniant.

ueniant, quia pauperes magistratus nó vellent si nihil insit lucri, Arist. 5. Politicorú 8. Accipere autem est quomodocunque accipere, Io. And. c. 2. post num. 1. d. tit. de censi. in vj.

49 Sexto nota, quòd virtutum præmia tribui merentibus cóuenit, l. fin. C. de stat. & imag. vnumquemque secundum labores suos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducendo, l. 2. §. comitatensibus de offic. præfe. Africæ, vt priuilegio decorati, c. cum in partibus de verb. signi. beneficiorum laude sint digni, non pœna, Bal. l. pen. post nu. 1. de cód. inst. cum multa enormia possint per iudices committi, Spec. tit. de requisit. consi. nu. 1. cir. med. & sententiæ ordinarij, vel delegati latè de consilio sapientum pecunia corruptorum non est deferendum, Spec. vbi sup. nu. 6. & filiusfamilias si male iudicat ad quid tenetur, l. filiusfamilius, vbi Bald. ff. de iudicijs. Quid si detur pecunia testi vt cor-
50 rumpatur, non tamen est corruptus, an sufficiat sola datio pecuniæ; Spec. tit. de teste §. 1. num. 49. & an sufficiat probare solam corruptionem absque falsitate, vel vtrúque, Abb. c. licet nu. 24. & 30. post med. de prob. nec potest quis dicere per iniuriam pro se iudicatum, glo. l. stipulatio habere licere in ver. successores, vbi Bal. §. sed quatenus post med. de verb. oblig. & amittit quod soluit, sicut qui soluit pro indigno, Bal. l. qui vtiliter in fi. princ. ff. de neg. gest. ita si soluit vt fiat, vel non aliquid calumniæ causa, l. 1. in princ. ff. de calum. nam iurisdictiones venales esse non debent, Bal. l. barbarius 2. repet. col. 2. in princ. de offic. præt. & extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent, D. Aug. epist. 54. col. 13. post med.

De officio Iustitiariatus.


ICTVM fuit de officio Capitaneorum, & Magistri Iustitiarij, & in quibus supplent defectum Iustitiariorum, nunc ponit de eorum officio, & in quibus consistit.

SVMMARIVM.

1 *Verba vsitata, & non extranea poni debent in legibus, & statutis, sicut & in alijs.*
2 *Iustitiarij nomen vulgare in Apulia, vnde dicatur, & eius officium.*
3 *Nomen, quasi notamen, quia ex eo notamus substantiam.*
4 *Affines connexi dicuntur.*
5 *Debent, idest possunt, & econtra.*
6 *Ius gladij iudicium dicitur.*
7 *Maxime, pluribus modis exponitur.*
8 *Assisia, taxa dicitur à rebus venalibus ad iustitiam concernentia deriuat.*
9 *Scilicet, est restrictiua, & declarando species, restringit genus.*
10 *Insultus, in alium saltus, & vt sit punibilis oportet quod sit cogitatus. per quos fit, & quid si cum baculo, num. 11.*
12 *Duella duorum bella, & crimine læsæ Maiestatis.*
13 *Alius, non semper facit relationem.*
14 *Conuincitur per testes, vel propriam confessionem.*
15 *Exercitij potentia in vno præsumitur, & in alio.*
16 *Accusari potest de crimine ciuiliter, exempla dantur multa, nu. 31.*
17 *Agendi nomine totus processus continetur.*
18 *Remedia plura si nascuntur ex eadem lege, vnum non tollit alium.*
19 *Supplere defectum aliorum est superioris, & melioris.*
20 *Iudex si ignorat fundamentum potestatis suæ, non valet quod agit.*
21 *Superior scribendo inferiori, non delegat, sed excitat suum officium.*
22 *Satisfacere, est facere æquale debito.*
23 *Iudex inferior quomodo conuincitur de negligentia, & tunc quid fit.*
24 *Non nolle, est medium inter nolle, & velle.*
25 *Superior cogit inferiorem ad iudicandum, non ad sic iudicandum.*
26 *Præter, est exceptiua, & posita ad excipiendum, non disponunt.*
27 *Princeps quædam grauia sibi reseruat, sicut superioritatem in feudis.*
28 *Iustitiarius à iustitia deriuat.*
29 *Vites dicuntur, quia nexibus quibus vinciuntur pendent.*
30 *Episcopis grauiora reseruãtur eorum maiora, quæ Papæ reseruntur.*

Potestas

32 *Potestas quæ emanat à lege est ordinaria.*
33 *Superior non potest inhibere inferiori ne sua iurisdictione vtatur.*
34 *Vassalli non possunt in præiudicium domini prorogare iurisdictionem.*

1 
IVSTITIARII] Omnis sciẽtia vtitur aliquo proprio, Auerroes ad Arist. 4. Metaphysices c.3. post nn.7. Vnaquæque ars terminis vtitur prout in illa arte cõsueuerunt accipi, Caiet. ad D.Tho. 1.par.q.29.art.1. in princ. Quilibet artifex iudicare debet secundum proprias sui generis causas, Medicus secundum humores, Astrologus secundum astra, inde diuersa ratio sermonis apud Theologos, & alios, idem Caiet. ad eundẽ 2.2.q.23. art. 7. quia gaudet vnaquæque scientia suis terminis, idem ad eundẽ ea. par. q.95. art.4. cir. fin. Et diuersæ linguæ habent diuersum modum loquendi, idem 1.par. q.39. art.3. adeo quod verba vsitata, seu magistralia debent proferri, & non extranea, Abbas de sum. Trin. in princ. num.2. post med. vbi Bal. ibi firmiter, post num.3. Quælibet pars orationis debet adaptari materiæ subiacenti, c.fin. nu.2. de constitut. etiam in legibus, & statutis, quæ secundũ vsum vulgarium loqui debent, Abb. c. cappellanus 1.not. de ferijs.
2 Inde Iustitiarij nomẽ de quo hic est vulgare Apuliæ, Io. And. c. quoniam nu.1. de immun. eccl. in vj. Eius officium fuit ante Frederi-cum, Affl. hic 4.not. & Foll. nu.21. est nomen generale, cuius appellatione veniunt etiam ministri officiorum, Cass. in consuet. Burg. rub. 1. §.6. ibi mistier, & fergens, nu.31. & dicitur Iustitiarius Regis, ex literis de pign. & eius nomen ab effectu rerũ nascitur, Bal. l. manumissiones cir. princ. de iust. & iure, quia dicitur à iustitia, vt præsupponit tex. qui diuiditur, & sum. vt per Afflict. & dicit [IVSTITIARII] regionum, inf. const. apud Iustitiarios, vel prouinciarũ, de quibus Affl.
3 supra in rub. [NOMEN] quod dicitur quasi notamen, nam ex eo notamus rei substantiam, & qualitatem, Lucas l. fin. col. 4. post princ. de bonis vac. vnde licitum est arguere à nomine, Affl. & Foll. hic in princ. & quod suum nomen significat consideratur, 1. Poste riorum textu 73. [ET NORMAM] regulam, Affl. hic 2.not. [IVS, ET IVSTITIA CONTVLERVNT] cum vt nomen sit consequens rei, §. est & aliud inst. de donat. Bal. l. si quis ad declinandam post nu.6. de Episc. & cler. hoc significet. [QVIBVS] iuri videlicet, & iustitiæ. [QVANTO MAGIS] multo magis, glo. 1. l. quanto magis de iureiur. [IN NOMINE]
4 non sunt contrarij, sed [AFFINES] connexi, Bal. add. vlt. ad Spec. post princ. tit. de posit. & in rub. de instr. editio. circa fin. & l. 2. vbi Bal. §. quod obseruari nu. 26. C. de iureiur. propter calum. dan. alibi licet discreta sit materia, in hoc tamen est affinis, glo. rub. de noui oper. nunc. [TANTO EORVM] iuris, & iustitiæ. [VERI] & non ficti, nam verũ adimplementum, & fictum differunt. [ET SOLLICITI] quia si mora est periculum allatura, vel non pertinet ad prætorem, Bald. l. de pupillo §. si quis riuos de noui operis nunc.
5 [DEBENT] quod necessitatẽ importat, Soc. cons. 73. nu.7. vol. 4. alibi debent .i. possunt, & econtra, gl. l. obseruare, & l. solet ff. de off. proconf. & leg. [EXECVTORES] vt sup. const. iusti cultores, alias si nõ esset iustitia, iudex, vel Iustitiarius vocari non mereretur, Spec. tit. de iudice deleg. §. excip. nu. 18. [HINC] ab hinc, ab isto tempore in antea, gl. l. placet in ver. ab hinc de sacrosf. eccl. vel vnde .i. ex hoc, Arch. c. cõstitutionem de reg. iur. in vj. [EST] de quo latè sup. in cõst. disputare. [QVOD IPSORVM IVDICIIS] cũ ius gladij habeant, l. illicita §. qui vniuersas ff. de off.
6 præsid. [CAVSAE CAPITALES] pro quibus imponitur pœna mutliationis membrorum, gl. 1. hic. [MAXIME] c. 1. de calumnia. l. Pa-
7 pinianus §. si conditioni ff. de inoffic. testam. glo. l. 2. si quis omi. cau. testa. & exponitur valde, glo. l. 1. in ver. maxime sol. mat. alibi tantum, Abb. c. 1. cir. med. de eo qui duxit in mat. quã polluit per adult. Spec. tit. de disp. & alleg. aduoc. §. 4. post nu. 9. gl. l. 1. si seruus de noxal. l. 1. ff. ad exhib. Abb. c. & si quæstiones nu.6. de simon. [RESERVANTVR] seruantur, conseruantur, Nizol. in ver. reseruo. [ET QVOD IPSORVM OFFICIVM DEBET ESSE GRATVITVM] sicut mãdatum, l. si tibi de præscri. verbis, nam voluntas iustitiam ministrantis, est voluntas ex debito dantis vnicuique quod suum est, Caiet. ad D. Tho. 3. par. de Saluatore q. 2. art. 10. circa princ. [NEC IPSVM LICET] licitum est, inf. const. licentiam. [ALICVI PRETII VENALITATE MERCARI] nam iudex non debet vendere iustum iudicium, cap. fin. 14. q. 5. c. non licet 11. q. 3. dixi latè cõst. præced. Foll. hic nu. 2. & seq. [QVAE ICITVR AD IPSORVM COGNITIONEM PERTINEANT] cũ singula officia habeant sua priuilegia, Luc. l. omnes qui circa princ. de decur. [PRAEDECESSORVM
8 NOSTRORVM ASSISTIIS] Tassis, Foll. hic post num. 21. & loquitur similitudinariè à rebus venalibus ad ea quæ concernunt iustitiam, Affl. hic 4. not. & cõst. si quando inf. de pœna forind. [COMPREHENSA, APERTIVS] mani-

manifestius, Nizolus in ver. apertins. [DEFINIMVS] quia vna lex supplet aliam, l. si furiosi C. de nuptijs. vnde ad eius cognitionē pertinent. [LATROCINIA] per famosos latrones facta, infra const. Iustitiarij non per
9 Kalendas. [SCILICET] quæ est restrictiua, & declarando species, arctat genus, Bal. cōs. 200. nu. 3. vol. 4. [MAGNA FVRTA] quæ pluribus parnis æquiparantur, Affl. hic 6. not. alibi magna. i. euidentia, glo. l. si quid enim de dolo malo. [FRACTVRAE DOMORVM] eorum qui effracto pariete pecuniam surripiunt, l. 1. & 2. de effra. & expilat. de quibus latè Foll. hic nu. 36. & seq. quorum fractura aggrauat delictum, & qua pœna puniantur honestiores, Alex. conf. 135. in fi. 1. vol. Et an sit pœna mortis, Boer. dec. 173. nu. 1. 4. & 7. Et si intrauit animo furandi, & non furauit, punitur extraordinariè, Bart. l. vulgaris §. qui furti ff. de furtis, & l. pen. de extra. crim.
10 [INSVLTVS] in alios saltus, Bar. l. respiciendum §. qui delinquunt post nu. 1. ff. de pœnis, Ang. & Aug. tract. malef. in ver. fecit insultum in princ. col. 1. & 2. & non est nisi impetus, Gra. hic nu. 9. cir. med. [EXCOGITATI] vnde insultus vt sint punibiles, oportet quod sint excogitati, Afflict. hic 8. not. cum possint esse casuales, vel erronei, Foller. hic nu. 53. in dubio præsumuntur excogitati, & probatur per extrinseca, gl. hic in ver. insultus. Quis sit insultus excogitatus, & quare
11 numeretur in atrocia, etiam quod cum vno possit fieri, & si fit cum baculo qua pœna puniatur, Gra. hic nu. 5. vsque ad 9. [INCENDIA] domorum, de quibus sup. const. super incisionibus. [INCISIONES ARBORVM FRVCTIFERARVM] alias non esset iudicium criminale, & quid in alijs arboribus latè Foll. hic nu. 88. & seq. & est magis generale, quàm si dixisset pomiferas, Affl. hic post num. 15. [ET VITIVM] tam si sunt erectæ, quā ferro excisæ, l. arbor in princ. vbi gl. ff. comm. diuid. l. 1. §. hoc autem, lo secondo, de no. ope. nunc. Et dixit de vitibus in particulari ad tollendam difficultatem si appellatione arborum veniūt vites, gl. hic licet aliter, Affl. nu. 15. cir. med. & Foll. nu. 96. Datur etiam pro arboribus cautio damni infecti, l. fluminum §. item de dam. infe. [VIS MVLIERIBVS ILLATA] violentia, Lucas l. 2. col. 1. in fi. de bonis vacan. tam virginibus, quàm corruptis, Affl. hic 11. not. num. 16. & maior est, quàm si masculo inferatur, Foll. hic nu.
12 97. & Affl. d. not. 11. [DVELLA] duorū bella, Abb. c. pen. in fi. ne cler. vel mon. latè infra const. monomachia. [CRIMINA MAIESTATIS] quorum plura sunt capita, l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest. appellantur crimina perduelliones, & quare, Arch. c. si quis circa fin. 6. q. 1. & per non subditum non cōmittuntur, Fely. c. 1. nu. 4. in fi. de off. deleg. [ARMA MOLITA] ne portentur, & portantes punire, Affl. hic 14. not. siue agatur de pœna pecuniaria, siue corporali, vt hic in glo. [DEFENSAE IMPOSITAE, ET CONTEMPTAE] sup. const. defensas, & const. iurisgentium, spretæ defensæ modus, quo iure sit, & imponitur, & quis cognoscit, Io. Ant. de Nig. c. reg. 87. terreni, nu. 6. 7. 12. 13. & 14. [AB ALIIS] quæ dictio
13 non semper relationem facit, sed implicat, vel includit, Spec. tit. de sponsal. §. 1. nu. 4. [VEL PRO ALIIS] nomine aliorum, sicut pro ecclesia, vel nomine ecclesiæ, Abb. cap. olim, lo terzo, nu. 1. in fi. de rest. spoliat. [AB EISDEM] Iustitiarijs, sup. const. fidelium. [ET GENERALITER] cognoscunt [OMNIA DE QVIBVS CONVICTI] vel confessi, quia
14 ex propria confessione conuincuntur, c. cōstitutus de pœn. [POENAM SVI CORPORIS, VEL MVTILATIONIS MEMBRORVM SVSTINERE DEBERENT] & sic Iustitiarius prouinciæ cognoscit generaliter de omnibus criminibus in quibus de iure communi const. vel cap. reg. venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel mutilationis membrorum, Affl. hic 16. not. Vltra quod multa sint quæ pertinent ad cognitionem Iustitiariorum, quæ hic nō enumerantur, gl. hic in ver.
15 latrocinia. Sed vbi duo æquiparantur, data potentia exercitij in vno, præsumitur & in alio, Abb. c. pen. nu. 8. de frig. & malef. non tamen maiora, vel graniora, sed paria, vel leuiora, Bal. in fim. c. Sedes Apostolica nu. 3. in princ. de rescriptis. [MAGNVM AVTEM FVRTVM ACCIPIMVS] particulam legis declarando per alias præcedētes, & subsequentes, sicut limitatur, & restringitur, Paulus de Cast. cōs. 258. nu. 2. 1. vol. [VLTRA VIGINTI AVGVSTALES] de quibus sup. const. quicunque, adeo quod si asseritur furtum 20. augustalium, & probatur minus, Iustitiarius nihilominus fert sententiā, Gra. hic nu. 9. cir. fin. modicum autē quo respectu dicatur, l. sed si vbi glo. & Bal. in princ. quod cum eo, etiam quod magis, & minus non diuersificant speciem, D. Thom. 1. 2. q. 60. art. 5. [ETIAM SI] idest quamuis, gl. l. ab hostibus ex quib. cau. maio. [CIVILITER DE IPSO FVRTO AGATVR] .i. tractatur, l. ædiles, la seconda, in ver.
16 agitur, de ædil. edi. & sic potest accusari de crimine ciuiliter, Abb. c. ex parte post nu. 5. & 7. & c. veniens ad nos 1. not. nu. 4. c. de cætero nu. 1. & 6. de testi. c. 1. nu. 7. de deposito. c. veniens nu. 12. & c. cum oporteat nu. 3. de accus. & c. per tuas 1. & 2. not. de simon. ita de crimine, Bal. l. transigere nu. 19. in fi. C. de transact. & quando ciuiliter agitur potest per procuratorem moueri, idem Bald. l. 4. in princ.

princ. C.de fur tis. & de falso agitur ciuiliter,& criminaliter, Spec.tit.de probat.§.1. post num.15. Bal.l.1.num.4.circa med. C.si aduer.libert. l.sicut,& l.pen. vbi Bald.C.de falsis, si ciuiliter, Abb. c.cum contra circa fin.de test.cog.c.2.post num.6.de præsump. c.fin.in princ. num.13. circa fin. de iureiur. tenetur ad interesse, Baldus l.fin.in fi. C.de mag.conue. de adulterio, quod ciuiliter cognoscatur, & criminaliter, & in vtroque quid venit, Abb.c.gaudeamus, post num.6. de conuer. coniug. in cognitione etiam suspecti tutoris, Bal.l.1. C.si tutor, vel curat. ita & in omni crimine, Ioan.And. ad Spec. tit.de iudicijs §.4. in ver. memoratos circa fin.& tit.de furtis, num.3. & de furto potest agi ciuiliter, & criminaliter, Ioan.Ant. de Nig. in pragmatica Ferdinandi Illustri Viceregi num. 52. Et ratio nam idem factum facit diuersa videri,& per consequens diuersas actiones,& diuersas obligationes, Bald. l.1.§.peu. circa med. de tutelis. Et semper ex omni delicto oritur ciuilis, vel actio rei persequutoria,idem Bal.l.sub prætextu,post
17 num.6. C.de transact. & sub nomine agendi totus processus significatur,Baldus ad Spec. tit.de procur.in fi.col.2.circa fin. [Vt] ita, Nizolus in ver.vt fi. [Tamen Etiam De Qvantitate Minori] viginti augustalium [Coram Ivstitiario Ad Corporalem Poenam] imponendam [Criminaliter Possit Accvsatio Intentari]
18 nam quando plura remedia nascuntur ex eadem lege,vnum non tollit aliud,Bald.l.3. §.1.circa fin.de noui operis nunc. & maius, & minus non differunt specie, idem Baldus l.imperium 1.repet.circa fin.de iurisd.omn. iud. [Cognitionem] & diffinitionem, Affl.hic num.24. [Civilivm Etiam Cavsarvm] quæ spectant ad Baiulos, Affl. hic 19. not. in princ. quorum iurisdictio an sit priuatiua ad alios,Foller.hic num.116. [In Defectv Etiam Camerariorvm] qui vt plurimum recesserunt ab aula, Affl.hic in fi. glo.11. etiam quod alibi assumptus in defe-
19 ctu, non præsumatur idoneus, Bald.l.1.post num.2. qui & aduer.quos. supplere autem defectum aliorũ est superioris, & melioris, D.Tho.2.2.q.30.art.4. [Et Baivlorvm] de quibus supra. [Ad Officivm Svvm Pertinere] iure magistratus, idest eoipso quod magistratus est,glo.l.1.in ver.quæ vero de offic.eius. [Cognoscat] alias vbi-
20 cunque ignorat fundamẽtum potestatis suæ, non valet quod agit, cum non intendat vti illa potestate, Abbas cap. fin. post num. 7. de procurat.Et potestas non est maior apud eum qui successit, quàm penes eum qui neglexit, Abbas c. possessiones in fi. de rebus eccl. non alien. vnde causa ad vtilitatem publicam pertinens, cœpta per vnum officialem,si ille moritur, potest per alium perfici,Ang.l.2.de delato. [Defectvs Vero] deficere autem quid sit, l. amissione, §.1. vbi Baldus 2. repet. num. 1. in fine de cap. dimin. [In Camerarijs] de quibus supra, alibi Camerarij, seu præpositi artium, Baldus l.1. 2.repet. §.ex hoc circa finem, nau.caupo.stabu. [Et Baivlis] locorum, supra constit.locorum Baiuli. [Tvnc Esse Videtvr,Videlicet] scilicet,Nizolus in ver.videlicet [Cvm Post Dvos Menses A] quæ litera coniuncta dierum numero,excludit illam diem à numero cui adiungitur, not.in clem.sicut de appell. [Dies Proclamationis] idest citationis,Gra.hic nu.10. post med. de qua proclamatione,vt in appellatione,vt in const.præcedenti loquitur, l.si præcedente §.Lucius ff.mandati. [Ad Ipsos Factae Cavsae Eis A Svperiore Commissae Fverint] remittendo causas, vt infra certum terminum expediat, Spec.
21 tit.de remiss. §.4.in princ. Et scribendo superior inferiori,non dicitur eum delegatum constituere, sed officium suum ordinarium excitare, Abb.cap.licet num.3. de off.ord. & facit comminationem in citatione, idem Abbas cap. licet num. 7. circa med. de foro compet. quod potest etiam inferior à Principe,Bald.l.properandum §.fin autem vtraque in fi. de iudicijs. licet solus Princeps possit auocare causas pendentes coram inferioribus,Foller.hic num.102. [Nec Conqverentibvs] ex quo iustitiam consequi non possunt, Baldus auth. clericus num. 4. de Episc. & cler. [In Rationibvs Svis Satisfacivnt] quæ, in quo, & quomodo consistat, Abbas cap.inter alia num.8. in fi. & c. aduersus num.17. circa fin. de immun.
22 eccl. alibi est facere æquale debito, Caiet. tractatu 6. de satisfactione cap.1. in princ. [Vt Tenentvr, Et Debent] possunt, & debent,quæ necessitatem important, Cassa. consuet.Burgund.rub.3.§.1.ibi doit, & subintelligitur [Nisi Instrvctionis Desideratae Necessitas Terminvm Exigat Largiorem] si fuit instatum per partem,& si infra illum terminum potest expe-
23 diri, Affl.hic in 21.not. Vnde practica conuincendi inferiorem de negligẽtia est quod statuatur terminus, puta semestre, Gra.hic num.3. ad actum faciendum, Foller.hic nu. 106.& 107. & supra constit. non sine nu.25. quo elapso poterit superior supplere, Abb. cap. irrefragabili num.1. in fi. de offic. ord. & in quibus supplet ex officio, Baldus l. 1. in 1. repet. quæst.8. de iurisdict.omn.iudic. Et iudex secularis si denegat iustitiam, de-

bet adiri ſuperior per viam querelæ, & co-
gnoſcit Epiſcopus, ſi non adeſſet ſuperior
ſecularis, Bald. l. ſed & ſi 2. repet. poſt princ.
ex quibus cau. maior. Ita ſi non poſſet iuſti-
tiam conſequi, propter euidentem iniquita-
tem iudicis illius loci, vel alicuius ſtatuti,
Bald. d. auth. clericus. Ita & Iuſtitiarius cum
vaſſallis Baronum in defectu dominorum,
Gra. hic num. 11. [Eadem Per Omnia]
per omnia ſimilem in hoc caſu eſſe iuris
euentum, l. ſi mulieri in fi. de vſufr. accreſc.
idem, nõ tamen omnino, vel ſi prorſus idem,
non tamen alteratum, glo. l. 3. in ver. vendi-
care, de rei vend. vel idem, ſed non per om-
nia, glo. 1. l. idem eſt ff. ad Velleian. hic per
omnia, cap. iudicante de teſtamen. l. 1. de
leg. 2. alibi non per omnia, l. ius ciuile, de
iuſtitia, & iure, l. & ſi §. ſed ff. de minor.
[Observanda] ſeruanda, pertractanda.
Nizolus in ver. obſeruo. [In Dominis,
De Qvibvs Constiterit Infra Prae-
dictvm Tempvs Ad Reqvisitionem]
poſtulationem, vel flagitationẽ, Nizolus in
ver. requiro. [Svperioris] etiam quod
non ſit ſuperior ſubiectorum ſui ſubiecti,
Abbas cap. paſtoralis num. 2. poſt med. de
offic. ord. [Vel Mandatvm Nostrvm]
quod à præcepto differt, Abbas c. eam te
3. not. de reſcriptis. [Hominibvs] vaſſallis,
inf. conſt. ſi quando de hom. Baro. [Nolle]
non velle, glo. l. quod ſi in ver. nollet ff. de
indi. adie. & vna negatio abundat, glo. l. ma-
24 nifeſte ff. de iureiuran. & inter nolle, & velle
eſt medium, ſcilicet non nolle, glo. l. 1. in
ver. velle, vbi Bald. in princ. de tributo. &
l. quam tuberonis §. fin. in ver. voluit ff. de
peculio. alibi non velle, ideſt non debere,
l. cæterum, vbi gloſ. 2. de vſufru. & habi. &
nolle facere, præſupponit actũ diſpoſitum,
vel potius enunciatiuum, vt volo eligere, &
ſimilia, Baldus l. ſerui electione circa fin. de
leg. 1. [Facere Ivstitiae Complemen-
tvm] ideo pati debent, quod alijs diſſimu-
lando conceſſerunt, l. fin. in fi. ne ſan. Baptiſ.
iter. verum non dicitur nolle, ſi velle non
poteſt, glo. 3. l. pater Seuerinam de cond. &
demonſtr. Quamuis quædam ſint in pote-
ſtate iudicis, quæ non trahuntur ad neceſſi-
tatem, Bald. l. non quidquid ff. de iudicijs.
Et ſic ſi cœpi cauſam coram vno iudice, &
ille negligit facere iuſtitiam, poſſum adire
ſuperiorem, & impetrare alium, Bald. c. di-
lectus filius, lo primo, num. 1. de reſcriptis.
25 & ſuperior poteſt cogere inferiorem vt cau-
ſam inceptam proſequatur, Angelus l. 2. de
dilatio. ad pronunciandum, vel non, non au-
tem ad ſic iudicandum, niſi ſit Princeps, Bal.
l. 1. num. 18. & 19. cum addit. in ver. ſed hic.
Et quando ordinatio ſcribitur ſub forma
communi, nulla neceſſitas de nouo imponi-
tur: cogitur tamen iudex laicus per eccle-
ſiaſticum ad iuſtitiam exequendam, num. 1.
& in ver. & in hoc c. quomodo, & quando iu-
dex, & alia de quibus Foller. hic num. 108.
[De Fevdis Etiam, Et Rebvs Fevda-
libvs] & eorum quotis, infra conſtit. con-
ſuetudinem prauam. [Ipsi Cognoscant]
& ſic ex magnitudine cauſæ cenſetur electa
induſtria perſonæ, Bal. l. vni. §. his cunabulis
poſt nu. 6. de off. præſ. præto. intellige de feu-
dis planis, & de tabula, non de quaternatis,
Affl. hic 23. not. [Praeter Qvaestiones
26 De Castris] quæ dictio eſt exceptiua, &
verba poſita ad excipiendum non diſponũt,
l. ſi ita legatum, vbi Bald. in princ. de leg. 1.
& includit quando tota oratio eſt affirma-
tiua, Bald. l. ſed & hæ §. præter de procurat.
[Et Baroniis, Et Magnis Fevdis,
Qvae In Qvaternionibvs Dohanae
Nostrae Scripta Svnt] vt ſupra conſt.
Magnæ Curiæ, vbi Iſernia dicit, quòd ſuo
tempore non erant, ſed hodie in Regia Ca-
mera appellantur cedularij, & quæſtiones
iſtæ feudales habent ſpecificam materiam,
& iudicantur per leges ſpeciales, & non ge-
nerales, Abb. c. ſi clericus num. 7. circa fin.
de foro compet. etiam ſi ſint cauſæ clerico-
rum, quia non iudicantur ſecundum ius ca-
nonicum, ſed ſecundum conſuetudinem
terræ, & Curiæ Regis, cuius eſt cognitio,
idem Abb. c. quod clericis num. 7. & 15. eo.
tit. de foro comp. [Qvae Omnia Singv-
lariter] ſpecialiter, l. ſed & ſi §. quæſitum
in ver. ſpecialiter ſi quis cautio. [Cogni-
tioni Nostrae Cvriae] d. conſt. Magnæ
Curiæ. [Reservamvs] retinemus, in eſſe
conſeruamus, Bald. l. Stichum §. quod vulgo
de ſolutio. Reſeruat enim ſibi quædam Prin
27 ceps, propter grauitatem, & altitudinem
rerum, infra conſt. ea quę ad ſpeciale decus,
Abb. c. extirpandæ §. qui verò 2. rep. nu. 29.
cir. fin. de præb. Ita quando concedit in feu-
dum ius ſuperioritatis ſibi reſeruat, Baldus
rub. poſt nu. 7. de nouo C. fac. Et iuriſdictio
conceſſa Iuſticiarijs eſt limitata ad certa
feuda, & non extenditur, ſicut iuriſdictio li-
mitata ad certum territorium, non produ-
cit effectus non limitatos, Bal. l. eius qui §. ſi
cui circa fin. ff. de teſtam.

Sed contra, pluralitas cauſarum dinume-
rat pluritatem effectuum, Bal. l. Pomponius,
la ſeconda, nu. 4. ff. de neg. geſt. Effectus à va
rietate facti diſtinguntur, Azo in ſum. ff. de
eo cui mand. eſt iuriſd. cir. fi. Factus diuerſi,
diuerſos debent habere iudices, cũ diſcreta
eſſe debeant officia, ſup. conſt. non ſine in fi.
Dic, quòd ſicut effectus diuerſus induci-
tur ex varietate temporum, Affl. c. ſi minori

num.

num. 3. ſi de feu.fuer.controuer. inter dom.
& agnat. ita ex varietate cauſarum iudex
ſingulorum deſideria perpendere oportet,
l.ſi quis à liberis poſt princ. de liber. aguo.
iuſtitiam faciendo.
28 Nota, quod Iuſtitiarius dicitur, co quod
debet iuſtitiam colere, & facere quod no-
men expoſcit, l.decernimus de Epiſc.& cler.
non habere officium venale, nam cum iuſti-
tia ſit regina virtutum, erubeſcit quouis
pretio permutari, Lucas l. nèminem col. 3.
circa princ.de ſuſcept.præpo.& archa.
29 Secundo noto, quòd vites dicuntur, quia
adminiculis quibus vinciuntur nexibus pen
dent, D. Auguſt. in Dialectica col. 8. circa
princ. de eis latè ſuprà in conſtit. ſuper in-
ciſionibus.
Tertio nota, quòd crimina dici maiora,
vel minora, relinquitur arbitrio iudicis,
Abb. cap. at ſi clerici §.de adulterijs nu. 7.
de iud. dicitur graue propter arduitatem,
& ipſius magnitudinem, ſeu præiudicium.
Abb.c.2. num.9. de procurat. c.ſi quis con-
tra 2. repet. num. 49. de foro compet. Pro
iſtis non compellitur quis litigare coram
iudice inferiore, Abb. c.vt debitus, vltimo
30 not.de appellat, Vnde omnia grauia, & ex-
cellentiora reſeruantur Epiſcopis, Abbas
cap.1.3.not.de priuileg. & cauſæ Epiſcopo-
rum maiores ſunt, quæ Papæ referuntur,
Abb.c.fin. num.10.in princ. de poſtul. præl.
c.1.4.not.num.2.de tranſlat.prælat. nam in
factis magnorum, vel in multum dubijs de-
bet recurri ad Papam, Abb.præd. c.quanto
num.8. poſt med.de iureiur.in cap. maiores
1.not.& num.3.de Bapti. & ſi citat, ſuperior
præferendus eſt, Abb.c.3.num.11.circa fin.
de officio ord. latè infra conſtit. ſi ciuiliter
agens.
31 Quarto nota, quòd de crimine poteſt agi
ciuiliter, c.teſtimonium de teſti. Bal.l.item
exigit in princ. ff.de dolo malo l.non diſtin-
guemus §.Iulianns, vbi glo.& Bal.ff.de arb.
Iſto modo cauſa capitalis quandoque eſt ci-
uilis, & in ea interuenit procurator, Baldus
l.ſeruum 2.rep.num.1. & d.l.ſed & hæ 2.rep.
ff.de procurat. & ciuilis incidit in crimina-
li, Bal.d.l.ſeruum §.publice nu.5. poſt med.
eod.tit. de procurat. Vnde ſi pro furto fuit
actum ciuiliter, & reus confeſſus eſt, an ex
tali confeſſione condemnetur actione cri-
minali, Spec.tit.de confeſſio. §.3. num.22.
& eodem proceſſu ciuiliter intentato poteſt
incidenter cumulari pœna criminalis, Bal.
l.quid ergo §.pœna grauior 1.rep.nu.4. cir-
ca princ.& 6.circa fin.de his qui not.infam.
Iſto modo ex eodem iudicio cognoſcitur ci-
uiliter, & criminaliter, & eodem libello in-
tentatur quando oritur ex eadem lege, Bal.
l.4.§.ſi dicantur ff.fin.regund. & licet ſit in-
ſpiciendum qua via ſit actum, l. interdum
la ſeconda, §.qui furem ff.de furtis. Si fuit
actum ciuiliter, & probatum, an poſſit pu-
niri criminaliter, Spec. tit. de inquiſitione
§.4. nu.2. & agitur pro priuato crimine ci-
uiliter, glo.l.pen.in ver.noxales ſi ex noxa.
cau. aga. ſed non pro crimine publico, niſi
ex noxali contra liberam perſonam, Baldus.
l.quis ſit fugitiuus §.pen.de ædilit. edi. vel
poteſt agi ciuiliter ad intereſſe ex quocun-
que delicto, etiam publico, Bald.l.ſi fratres
§.fin.in fi. ff.pro ſoc. alias in iudicio crimi-
nali non venit pœna ciuilis, ſed incidenter
venit intereſſe liquidandum, Bald.l.duobus
§.1.ff.de iureiur. ita agitur in cauſa adulte-
rij ad amiſſionem dotis, Bald.l.cum mulier
nu.2.in fi.ſol.mat. Quod autem dicatur cri-
men ciuile, & canonicum, idem Bal. d.auth.
clericus num.6.de Epiſc.& cler.
32 Quinto nota, quòd poteſtas quæ emanat
à lege eſt ordinaria, Bal.l.illud §.1.num.1.
in fi.quod cuiuſque vni.nom. iſte ſi delegat,
& delegatus non procedit in cauſa, eſt iuſta
cauſa auocandi, Abb.c.pen.1.not.de iuram.
calum.de qua materia latè Foll.hic nu.104.
33 & ſeq. Superior autem an poſſit inhibere
inferiori ne ſua iuriſdictione vtatur, Baldus
l.vnica 1.rep.quæſt.13. de off.conſu. Et de-
bet procurare quod ſeruentur ſententiæ in-
feriorum, & ipſas executioni mandare.
Abb.c.3.vltimo not.poſt num.3.& 4. de off.
ord. Inferior verò habens ſimplicem iuriſ-
dictionem poteſt in caſibus maioribus re-
currere ad ſuperiorem loci, vt ſuam ſenten-
tiam executioni mandet, idem Abb. c.dile-
cta, poſt num.3. de maior.& obed. & poteſt
committi abſentibus, Bald. l.cum furioſus
2.repet.ff.de iudicijs. & propter abſentiam
tabellionis ſubrogatur alter ad ſcribēdum,
ita in arbitro, & conſultore electo, Bald.l.ſi
longius 1.rep.in princ.ff.de arbitris.
34 Vltimo nota, quòd vaſſalli non poſſunt in
præiudicium domini prorogare iuriſdictio-
nem, Foll.hic num.112.ita pro ijs quæ con-
cernunt feudum non poteſt laicus proroga-
re iuriſdictionem iudicis abſque conſenſu
domini, Abb.c.ex tranſmiſſa 1.not. de foro
comp. fallit in perſonis miſerabilibus, quæ
poſſunt conuenire ſuum ſpoliatorem etiam
ſi agatur de re feudali coram non domino
feudi, Abb.c.ex parte 6.poſt num.11.d.tit.
de foro compet. Eodem modo ſi exemptus
eſt commiſſarius alicuius, & intromittit ſe
in commiſſaria ſub illo iudice tenetur re-
ſpondere, Baldus l.interdum 2. repet. ff.de
iudicijs.

Vbi clericus in maleficijs debeat conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Vbi, in quo loco, apud quem.*
2 *Clericus largè comprehendit omnes qui gaudent priuilegio clericali.*
3 *Maleficia largè, & strictè.*



VIA Iustitiarius cognoscit de feudis, vt constit. præcedenti, & ratione feudi cognoscit etiam de clericis, c. verum de foro competenti, nunc ponit quid 1 in maleficijs, & sic [VBI] in quo loco, Luc. l. facultas col. 4. post princ. de iure fisci. vel apud quem, Bal. l. 3. num. 5. 2 C. de probat. [CLERICVS] qui largè comprehendit omnes, qui gaudent priuilegio clericali, Abb. c. cum non ab homine post num. 2. de iudicijs. in quocunque ordine constitutos, c. 2. in 1. not. de foro compet. [IN] idest pro, Luc. l. 1. col. 5. in fi. de desert. [MALEFICIIS] largè, siue fiant re, siue verbis: strictè dicuntur malefacta, & comprehendunt male dicta, & male facta, Bar. l. aut facta in princ. ff. de pœnis. [DEBEAT CONVENIRI] & defendi, quia ibi debet defendi vbi agi debet, l. iam tamen §. fin. iud. solui, prout infra determinatur in textu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex est magna pars iudicij, si est competens, alias non.*
2 *Iurisdictiones Papæ, et Principis sunt distinctæ.*
3 *Statuta laicorum non intelliguntur de clericis.*
4 *De, est præpositio, & an includat, vel excludat.*
5 *Vniuersitas est persona ficta.*
6 *Clericorum, & Sacerdotum appellatione qui veniant.*
7 *Verba imperatiua obligant sicut præceptiua.*
8 *Appellatio est triste remedium.*
9 *Prælatus venit sub nomine Ecclesiæ, & econtra.*
10 *Canon græcè idem est quod regula.*
11 *Proditio fit pluribus modis.*
12 *Clericus vt de non suo suum possit facere iudicem plura requiruntur.*
13 *Domicilium est potissima pars iurisdictionis.*
14 *Territorium licet sit de esse ordinaria iurisdictionis, non tamen certarum personarum.*
15 *Clericus rebellis an deponatur ab officio, vel priuetur beneficio.*
16 *Laicus in quacunque existens dignitate non iudicat clericos.*
17 *Immunitas concessa clericis non potest ex pacto eis tolli.*
18 *Prorogatio non potest fieri inuito domino, etiam de vna re ad aliam.*
19 *Clericus contra laicum agit in foro seculari, laicus contra clericum in curia ecclesiastica.*
20 *Processus ex incompetentia iudicis, & actionis frangitur.*
21 *Fori declinatoria debet opponi ante litem contestatam, & debet pronunciari super ea, alias non teneret processus si procederet ad vlteriora, num. 22.*
23 *Constitutus in minoribus, & remissus, si ducit vxorem, non remittitur.*
24 *Condemnari, vel absolui quis non debet nisi à magistratu suo.*
25 *Clerici nomen vniuersale, & est de vniuersitate ciuium.*
26 *Episcopus si vendicat clericum, debet terminari causa clericatus, & postea delicti.*
27 *Iurisdictionis defectum allegat absens, non qui comparuit.*



1 DE PERSONIS] iudex est potissima pars iudicij, Baldus in rubr. in fi. si à non comp. iud. nam vbi est iudex incompetens, deficit persona, & ordo iudicij, idem Bal. l. testamenta in princ. C. de testa. Vnde circa iudicis incompetentiam quinque considerãtur, Bal. præd. l. 1. nu. 7. & 14. d. tit. si à non comp. iud. & dicitur incompetens, qui nõ habet primordia iurisdictionis, tunc sententia ab eo lata neminem cõstringit, l. fin. vbi Bal. in princ. eo. 2 tit. si à non comp. iud. Iurisdictiones enim Papæ,

Papæ, & Principis sunt distinctæ, §.1.auth.
quomo.opor.Epis.c.solitæ de maio.& obed.
adeo quod vnus nõ potest subtrahere alteri
de vniuersitate alterius, Bal.l.eã quam nu.
28.in fi.de fideicõ.Spiritualia non pertinent
ad Cæsarem, sed ad Papam, econtra Papa nõ
se intromittit in temporalibus ad se nõ per-
tinentibus, idẽ Bal.l.2.de crim.sacril. Iuris-
dictio ecclesiastica requirit proprios iudi-
ces, quia seculares non sunt capaces, Bald.
3 l.vni.nu.17.de cõfessis. Vnde statuta laico-
rum non intelliguntur de clericis, quia non
est rationabile de facto aliquid statuere, nõ
de iure, Bal.l.vnica nu.8.post med. C.si sec
exte. nam Papa exemit clericos à potestate
Imperatoris cum eius voluntate, Abb.c.2.
nu.1.& 2.d.tit.de maior.&.obed. Intantum
quod iure Lõgobardorum si clerici aliquod
negocium inter se habẽt, à suo Episcopo iu-
dicentur, l.vt si clerici de Episc. & cler. in
Longob. Iure canonico clericus pro omni
maleficio coram iudice ecclesiastico conue
niri debet, c.cũ non ab homine de iud. iure
auth. Imperator statuit, quod nullus personã
ecclesiasticã in ciuili, vel criminali questio-
ne trahere præsumat ad iudicium seculare,
auth. statuimus de Episc.& cler. Iure isto in
crimine læsæ Maiestatis, proditionis, & alijs
magnis cõmissis per clericum, potest per cu
riam Regis cognosci, vt latè videbimus cũ
tex. qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit
4 [De] quæ præpositio est, Abb.c.1.nu.36.in
princ.de iud. quid importet, & an sit inclu-
siua, vel exclusiua, Foll. hic nu.11. [Perso-
5 nis] veris, & nõ fictis, vt sunt vniuersitates,
Pau.de Cast.cons.284.nu.4.cir.fi.1.vol.& sic
de vassallis clericorum, quorum cognitio ad
quem, & in quibus causis spectet ad laicũ,
adest c.reg.item statuimus quod Iustitiarij,
6 vel alij officiales. [Clericorum] quorum
appellatione in lata significatione veniunt
Sacerdotes, licet ecõtra appellatione Sacer
dotum nõ veniunt clerici, Ant.de But.c.fin.
nu.1.de tẽp.ord. [Totius Regni Nostri]
quod in prouincijs consistit, de quibus Affl.
in rub.tit.preced. [Volumus, Et Iubemus]
7 quę verba cũ sint imperatiua obligant sicut
verba præceptiua, Abb.c.nouit num.36. de
iud. [Quod Si De Aliquo Foris Facto]
l.vni.de reb.for.factis in Longob. maleficio,
delicto, vel excessu, gl.c.ex parte, lo vltimo,
de priuil. vel male ablato, Spec.tit.de instr.
edit.§.13.nu.62.in fi.& 69.cir.med. vbi Bal.
in add.col.pen.cir.fin.& fin. seu pœna pecu-
niaria, & est vulgari loci, gl.c.ad audientiã,
vbi Abb.num.7.in fi.de præscrip.& Foll.hic
nu.22. [De Quo Persona Iudicari, Vel
Condemnari Debeat].i.possit, gl.l.obser
uare, & l.solet de off.procõs.& leg.præceden
te causa principali, Spec.tit.de remiss.§.4.
nu.4.& 5.vel grauamine, c.ex parte cum ibi
8 not.de priuil. [Appellatum Fuerit] quod
est triste auxilium, l.serui ff.de appell. [Non
A Nobis, Vel Curia Nostra] quæ per
Magistrum Iustitiarium, & iudices regitur,
Gra.const.præced. nu.11. & est Magna Cu-
ria, vt sup.const.Magnæ Curiæ. [Sed] quæ
dictio aduersatur, l.vbicũque in ver.sed etiã
ff.de ventre in poss.mitt. [Ab Ecclesia]
9 idest prelato, qui venit sub nomine Ecclesię,
& econtra sub nomine prælati venit Eccle-
sia, Inn.c.edoceri in princ.de rescript. [Et
In Curia Ecclesiae] sed aliud est Curia
Romana, & aliud Sedes Apostolica, Lucas
illmibus col.5.post princ. de agric. & censi.
[De Eo Quod Ad Personam Suam Per-
tinet] c.cũ venerabilis de relig.dom. tam
si ea pro quibus conueniuntur sunt spiritua
lia, quàm temporalia, Abb. c. si diligenti
2.not.de foro comp. [Iudicetur] alias nõ
subditus ratione rei, vel personæ non potest
corã illo iudice conueniri, l.2. vbi Bal.C.de
interdi. ab Ecclesia, & secundum iura Eccle
siæ, c.ecclesiæ S.Mariæ, vbi Bald.de constit.
[Et Secundum Canones] quasi dicat, &
non secundum leges, gl.2.in fin.& ibi Abb.
c.ex parte de arbit.& notat in hoc differen-
tiam inter legem, & canones, idẽ Abb.c.de
illis, nu.5.de sponsal. quamuis leges non de-
dignentur imitari sacros canones, c. clerici
de iud.& econtra c.1.de noui oper.nunciat.
10 Canon enim græcè idem est quod regula,
Abb. c.præterea in princ. de præb. quid, &
vnde, idem Abb.rub.post nu.1.de constit.&
c.cum à nobis 1.not.de testi. [Et Ius Ec-
clesiasticum] adeo quod iudex secularis
indistinctè pronunciare non potest, Bal.l.1.
in fi.de sent.quæ sine cer.quant. [Condem-
netur] vt sententia teneat, alias non dice-
retur condemnatus, l.4.§.condemnatum de
re iudic. ita promissio nulla non potest dici
promissio, Ant.de Alex.cons.52.inter cons.
Loffr.nu.17. Adeo quod nec consuetudo te-
net quod rectores puniant clericos, Angel.
l.omnes de decur.lib.10. [Excepto Si] vt
supra const. si quis in posterum post med.de
11 defen.in pos. [De Proditione] quæ fit plu-
ribus modis, Cassa.consuet.Burgund.rub.1.
ibi, des iustices, & droiz de icelles num.61.
[Aliquis] clericorum [Fuerit Appel-
latus] l.1. ex quib.cau.maio.prouocatus,
Abb.cap.2.post num.13. de ord.cogn. alibi
inuocatus, inde Actuum Apost.25. Ad Cæ-
sarem appello, idest inuoco, Bald.l.2.circa
med.princ.de orig.iuris. [Vel De Alio]
simile præcedente, Io.And.c.quia sępe nu.3.
de præbend. in vj. [Magno Huiusmodi]
generis eiusdem, Nizolus in ver.huiusmodi.

12 [Maleficio] nam clericus, vt de non suo suum posśit iudicem facere, nouem requiruntur, Abb. c. significasti nu. 17. 18. & 25. de foro comp. vel si agit vt posśit reconueniri coram iudice seculari, Bald. auth. & consequenter nu. 15. de sent. & interloc. omn. iud. & est ritus Magnæ Curiæ, item quod si clericus sub rub. quod teneatur cler. resp. per viam recon. [Qvod Spectat Ad Maiestatem Nostram] vel quod ad læsam Maiestatem Imperatoris pertinet, l. meminisse C. ad leg. Iul. Maiest. [Volvmvs, Et Praecipimvs] præcipiendo volumus, sup. const. præcipimus. [Vt De Hoc Quod Spectat Ad Curiam Nostram, In Nostra Curia Iudicetvr] ius dicetur, add. ad D. Th. 3. par. de Sacram. q. 120. alias 89. art. 1. ibi concl. 3. quod natura causæ facit, non personæ, Bal. auth. habita num. 37. in fi. ne fil. pro pat. vt habeat suæ iniuriæ vltionem §. denique, quæ sit pri. cau. benef. amit. & illi puniantur in quo deliquerunt, supra const. si quis aliquem.

13 Sed contra, domicilium est potisśima pars iurisdictionis pasśiuæ, c. statutum §. cũ autem de rescript. in vj. Bal. d. rub. in princ. si à non compet. iud. vel saltem incedens in habitu, in quocunque casu remitti debet ad iudicem ecclesiasticum, c. si iudex laicus de sent. excomm. in vj. cum quo concordant prag. 1. 4. & 5. sub rub. de cler. seu diac. salua. vnde secundum Gra. hic nu. 2. & 5. ista cõst. corrigitur per d. c. si iudex laicus, vel secundum Foller. per c. reg. item statuimus, quod clerici, vbi ex conuentione habita inter Romanam Ecclesiam, & Carolum Regem præcipitur non aliter trahi clericos ad iudicia secularia, nisi pro bonis feudalibus, hic nu. 7. in fi. & 23. nec seruatur nisi in feudis, Affl. c. si clericus de pace ten. & territorium licet

14 sit de esse ordinariæ iurisdictionis, non tamen est de esse iurisdictionis certarum personarum, Bal. d. auth. habita nu. 48. ne filius pro patre, nec vt glo. Affl. & alij const. ista affert parum vtilitatis, nam Foll. hic nu. 2. vsque ad 11. enumerat multos casus in quibus dubitari poterat si iudex secularis posśit de causis clericorum cognoscere, & tamen secundum eum videtur determinare, quod non nisi in crimine læsæ Maiestatis, & magno crimine, prout vidi seruari primo anno Regnorum Philippi Tertij, contra clericos, & monachos, qui cum laicis conspirauerunt contra Regem prædictum, tentantes tradere Teucris quandam terram prouinciæ Calabriæ, & propterea fuerũt suspensi in maiori portu huius fidelissimæ ciuitatis, sed, vt audiui, fuit cum interuentu deputati Summi Pontificis: & sic non videtur verum quod Foll. hic dicit nõ reperiri pœnam statutam clerico committenti rebellionem contra dominum temporalem, num. 24. in fi.

15 An autem deponatur ab officio, vel priuetur beneficio, Affl. hic nu. 5. & 6. & Foll. num. 16. cir. med. vbi multa pro, & contra. Quid in feudo, Bal. c. quę in ecclesiarũ nu. 6. de const. & videtur quod Episcopus posśit, quia non priuatur clericus beneficio nisi propter graues excessus, Abb. c. dilectus filius 3. not. de rescriptis.

16 Nota, quod laicus quacunque fulgens dignitate non potest iudicare clericos, Abbas c. cum non ab homine 1. not. de iudic. etiam volentes non solum in actione personali, sed etiam reali, idem Abb. c. qualiter, & quãdo, eod. tit. de iudic. etiam quod moram trahat extra locum domicilij, Abb. c. quod clericis 2. not. de foro comp. adeo quod nec testator per legatum potest subijcere clericum iurisdictioni seculari, Bal. l. 2. nu. 4. cum addit. ad eum C. vt in poss. leg. Prohibetur laicus iudicare causam spiritualem etiam si compromittatur, nisi procedat ex delegatione Summi Pontificis, Abb. c. contingit de arbitris.

17 Nec potest se subijcere ex pacto, nam licet posset ex pacto fieri, ne immunitas à lege concessa locum habeat, non habet locum in clericis, Ang. l. 2. de legatio. lib. 10. Vnde nõ valet consuetudo quod clericus respondeat in alieno foro, c. consuetudo 10. dist. secus in laicis, Bal. in proœ. Decr. num. 16. circa fin. Non potest clericus prorogare iurisdictionẽ expresśè in laicum sine licentia Papæ, tacitè sic, nisi causa sit feudalis, Abb. c. P. & G. nu. 16. & 18. de off. deleg. Gra. hic nu. 3. & 4. In prorogatione enim iurisdictionis requiritur consensus vtriusque partis, & valet tunc processus, & in criminali tenet quando proceditur per accusationem, secus si per inquisitionẽ, Bal. l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar. Immo ab alio iniustè detẽtum potest iudex ecclesiasticus repetere, Abbas cap. dilectis

18 3. not. de appell. quia prorogatio non potest fieri inuito domino, etiã de vna re ad aliã, differt tamen à reconuentione, Bald. l. 1. nu. 5. 6. & 15. in fi. si à non comp. iud. limita nisi teneret clericus ab Imperatore temporalia in feudum, nam tũc posset cognoscere, Abb. c. 2. post nu. 3. & c. solitæ nu. 3. 4. & 8. de maior. & obed. Posset etiã ratione tributi trahi coram iudice seculari, Abb. d. c. qualiter, & quãdo nu. 9. de iud. Potest etiam esse assessor iudicis ecclesiastici, Abb. d. c. contingit de arb. intellige de laico in terris Ecclesiæ degente, idem Abb. c. si duobus num. 6. & 7. de appell. sunt & viginti sex casus in quibus laicus cognoscit de clericis, de quibus Gra. hic nu. 6. vsque in fi. & Foll. vbi sup. nu. 3. vsque

ad

19 ad 11. Regulariter si clericus vult agere contra laicum, debet agere in foro seculari, quia actor sequitur forum rei, l.1.de vend. rer.fisc.si laicus agit contra clericum, debet agere in foro ecclesiastico, Bald.l.2. 1.not. C.de iurisd.omn.iud. alias citatus à iudice incompetente, vel sub conditione, quæ non tangit eum, non tenetur comparere, quia iudex incompetens citare non potest, Bald. l.ea quidem 1.& 3.not.C.si mancip.ita fuerit alien.vt manu.vel tenetur comparere, & priuilegium allegare, vt in ritu Mag.Curię. Bald.l.2.C.de excus.vetera.l.2.nu.8.de ann. excep.vel si vocatus à seculari, replicat non posse in ius vocari, quia excludit processum, Bal.l.exceptionem nu.16.C.de prob. Adeo quod non valet consuetudo, quod clericus respondeat coram non suo iudice, & clericus quoad ius fori non est sui iuris, Bald.in

20 rub.extra de cõsuet.nu.17.Infringitur enim processus ex duabus causis, ex incompetentia iudicis, & incompetentia iuris, idẽ Bald. l.ea quidem 3.not. d.tit.si mancip.ita fuerit alien.vt manumi. Vnde citatus si venit coram iudice, cum necesse habet hoc facere, non videtur renunciare priuilegio, secus si non allegato priuilegio litigat, quia tunc videtur renunciasse: idem si satisdedit de parendo mandatis, Bal.l.2.num.2.in fi.& 3.de

21 bonis auct.iud.possi. Et ista fori declinatoria debet ante litem contestatam opponi i vnde sit cautus aduocatus vt cum citatur corã iudice incompetente, protestatur quod per nullum actum intendit consentire, alias post litem contestatam videtur iurisdictio iudicis prorogata, nisi sit rusticus, vel imperitus, Bal.l.fin.C.de excep.& præscrip. Non potest eam procurator allegare sine mãdato, Bal.l.3.nu.38.C.de accus. Quæ autẽ sint exceptiones declinatoriæ iurisdictionis, Baldus auth.& consequenter nu.7.de sent.& interloc.om.iud. Verum quando qualitas, vel causa est introducendi aliquem in iudicio, debet probari, sed quomodo probatur clericus vt remittatur, Bal.l.nõ ignorat nu.2.7. circa fin.& post nu.14. de his qui accus.non poss. & talem non esse officialem, vel de iurisdictione sua Præses declarabit, Bald. l.2. num.2. si seruus, aut liber ad decur. aspira.

22 lib. 10. & debet pronunciari super essentia iurisdictionis tanquam super fundamento, alias si prætermissa exceptione iurisdictionis, iudex procederet ad vlteriora, non teneret processus, Bal.l.2.num.6.& post nu.7.de

23 ord. cogn. Clericus autem in minoribus si declinauit forum potestatis, deinde duxit vxorem, non potest iterum procedere, quia cõsideratur tempus delicti, Bal.l.affinitatis in fi.comm.de success. In dubio iudex habet iurisdictionẽ, Bal.l.1.cir.fin.comm.vel epist. In quo habitu reperitur, talis esse præsumitur, Bal.l.nõ ignorat nu.4.de his qui accus. non poss. & firmatur per comparitionem Foll.sup.const.Capitaneorum, post nu.108.

24 Et sequitur actor forum rei, quia ab alio, quàm à magistratu suo condemnari, vel absolui non potest, Bal.l.fin.post nu.2.si à non comp. iud. Scholaris autem trahit, & non trahitur, vel magis trahit, quàm trahatur, Bald.auth.& consequenter cir.fin.de sent.& interloc.omn.iud. secus in aduersario, l.fin. nu.4.cir.fin. de fruct.& lit.expen. Declinatoriæ autem, & dilatoriæ valet renunciatio etiam in criminalibus, Bal.l.4.nu.11, C.de accusat.

25 Secundo nota, quod nomen clerici est generale, est de vniuersitate ciuium, Foller.hic nu.26. cir. fin. adeo quod si conceditur priuilegium hominibus alicuius loci, comprehendit etiam clericos loci illius, Abbas cap. constitutus num.4. in fi. de restitut. in integr.eorum appellatione veniunt presbyteri, Ant.de Butr. cap.clericos in princ. de offic.vicar.admittuntur pro ecclesia in qua sunt beneficiati, Abb.c.coram num.5.circa fin.de offic.deleg. Conueniuntur coram suo Episcopo, & sine illius licentia non possunt consentire in alium, Abb. c. 1. in princ. de

26 foro compet. Episcopus verò si vendicat suum clericum, prius debet terminari quæstio clericatus, quàm pœna delicti, l.3.vbi Bald.de ord. cogn. Pro delicto autem an possit imponere pœnam pecuniariam, Abb. c.vt clericorum num.10.de vita, & honestate clericorum. Debent tamen probationes esse dilucidiores contra clericum, quàm contra laicum, idem Abb. c. licet post num.1. de testib. Canonici autem non veniunt appellatione clericorum, quia vbi species ponit aliquid vltra genus, appellatione generis non venit illa species, Abb. cap. bonæ, lo primo, in 1.not.de postul.prælatorum.

27 Vltimo defectum iurisdictionis, qui comparuit non potest allegare, si proceditur contra absentem sic, Abb.cap.cum in iure post num.7. de officio deleg.

De præstatione sacramenti à Magistro Iustitiario, & Iustitiarijs.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non habet iurisdictionem antequam iuret.*

DICTVM



ICTVM fuit de his quæ pertinent ad Magistrum Iustitiarium, & Iustitiarios, & quia prædicti non habent iurisdictionem antequam iurent, Paris de syndicatu in ver. iuramentum c.1.nu.2. in princ. ideo Imperator mandat eos præstare iuramentum, cui inter cætera addit quædam, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, & iudicium vt sit bonum, quæ requiruntur.*
2 *Iuramentum solenne quomodo, & vbi præstatur.*
3 *Cum, est monosyllaba, quæ, vnde dicatur, & importet.*
4 *Suscipere, actũ corporeum importat.*
5 *Bis dictum, uel factum præsumitur deliberatè factum.*
6 *Quamcitius, celerius, mox, incontinenti, statim, quamprimum.*
7 *Princeps non est auctor periurij.*
8 *Attenditur quod fieri debet, non quod fit.*
9 *Iurant multi post assumptum officium, sed ante administrationem.*
10 *Assessores actorum notarij quid, & in manu euius, & in commissione de eo fit mentio.*
11 *Paria sunt iuramentum apparere, uel per confessionem constare.*

1 

NTER CAETERA] quatuor sunt substantialia iudicij, iudex, actor, reus, & causa, Bal.c.super literis nu. 3.de rescript. & iudicium vt sit bonum requiritur iustitia, auctoritas, & prudentia, nam si deficit iustitia, erit iudicium peruersum: si auctoritas vsurpatũ: sine prudentia esset temerarium, D.Th.cum addit. ad eum 2.2.q.60.art.2.ibi proba. Iudex etiã non posset exercere imperium, nisi iuret in manu superioris, Bal.l.1.2.rep.post num.4. C.de emancip.liber. Et iurat publicè quod officium exercebit bona fide sine fraude, remoto pretio, & qualibet illicita petitione, l.fin. vbi Bald. C.ad leg.Iul.repetund. iurat facere iustitiam, & obligat istud iuramentũ de iure diuino, Bal.l.1.nu.17.si à non comp. iud. & præstat officialis in ingressu sui officij. eius formam posuit Iusti. in l. rem non nouam cum auth.hodie, vbi Bal.de iudicijs, & auth. iusiuran.quod præst.ab his Fredericus §.statuimus de statut.& consuet.contra libert.Eccl. & addidit in auth.statuimus de Episc.aud. videlicet quod damnatos de hæresi ab Ecclesia pro viribus suis exterminabit, alibi quod iuxta suam intelligentiam rectum iudicabit, & pro muneribus, vel humana gratia iustitiam non peruertet, nec differet, & quod iudicabit, sua districtione confirmare nõ dissimulabit, l.fin.de off.iud. in Longobar. Caro.I. per eius cap.char.17, col.1.de sacram.pręst.ab offic.vult quod iuret non dedisse, vel aliquid promisisse pro habendo officio, & tandem quod illud fideliter exequetur, Lucas l.vnicuique col.2.in princ. de prox.sacro.scrin. hæc verò lex superueniens non tollendo, sed addendo superiori, l.item ait in ver.inquietari ff.ex quib. cau. maior. mandat quod inter alia iuret, quod Deum, & iustitiam habẽdo præ oculis, vnicuique conquærenti iustitiam faciet sine fraude, & quamcitius poterit, vt in tex.qui non diuiditur, sed sum. vt per Affl. & dicit [INTER CAETERA] l.inter cætera de lib.& posth. [CAPITVLA] capita, Abb.c.capitulum sanctæ Crucis 1.not.de rescrip. [QVAE
2 IN SACRAMENTO PRAESTANDO] solẽniter, corporaliter, tactis scriptis manu, nõ pede, vel capite, ad sancta Dei Euangelia, nisi aliter se habeat consuetudo, Bal.l.1.cum add. ad eum, & auth.sacramenta puberum nu.8. si aduer.vend.l.3.num.6. si minor se maior. dixe. [A MAGISTRO IVSTITIARIO, SEV] et, alibi capitur pro idest, Io.And.c.in gene-
3 rali de elect. in vj. [IVSTITIARIIS CVM] quæ est monosyllaba, facit conditionem, & dicitur à monos, quod est vnum, & syllaba, idest vna syllaba, Bal.l.ex his nu.1. C.quando dies leg.cedat.& iuncta verbo repræsentat effectum statim cũ fieri potest, id de quo agitur Io.And. c.quãuis post nu.2. de præb. in vj. [ADMINISTRATIONEM] ministerium, vel artificium, Bal.rub.de iust.& iure. [SV-
4 SCIPIVNT] per actum corporalem, quod denotat verbũ prædictum, Io.And.c.1.post nu.1.de cogn.spir.in vj. [CONTINENTVR] complectuntur, includuntur, Nizolus in ver. contineo. [HOC SPECIALITER] .i.expresśè, glo. l.3. in ver.cum specialiter ff.pro socio.
5 [ET EXPRESSIVS] vt sic res bis dicta, & facta, præsumatur deliberatè facta, Paul.de Cast.conf.386.col.2.cir.fin.2.vol.& est quędam respectiua multiplicatio, Bald. l.si ad magistratum post princ. de decur. [VOLVMVS] & præcipimus, vt coust.præced. [CONTINERI] etiam quod iuramenti vinculum habeat vim casus expressi, Bal.l.1.num.4.in fi.C.commo. [VT DEVM, ET IVSTITIAM HA-

Habendo Prae Oculis] vt inf.constit.in aliquibus [Vnicuique]habili, Bal.c.1.post nu.4.de const. [Conquerenti]deploranti, Nizol.in ver.conqueror. [Iustitiam Faciant]secundum conscientiam,quæ nō debet lędi, Bald. l.militis C.de relig. & sumsun.Licet iustitiam melius faciunt infideles, quàm Christiani,Paris de synd.in ver.sententia c.6.nu.10.cir.med. [Sine Fraude] in causis ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus ea vti posset ad eruendam veritatē, Affl.hic 3.not. [Et Quamcitius]celerius,
6 l.si decem cum petiero de verb.oblig. mox, incontinenti,statim,quamprimum, sine dilatione,Spec.tit.de disput.& alleg.aduoc.§.4. post nu.9. [Poterunt] nam ægritudo impedit expeditionem, litis contestationē, sed non solutionem, venditionem,vel immissionē,l.si quis instituatur,§.fin. vbi gl.vlt.ff.de hæred.inst. [Litigantes Expedire Curabunt] cum causæ omnes in regno sint summariæ, vt in c.reg.detestantes, & prag. dispendia litium, alias qui differunt iustitiā tenentur ad interesse, & ad totius rei restitutionem, Paris de syndic.in ver.de excess. Princ.in feu.nu.9.quia litibus debet finis imponi,Bal.l.fratris C.de transact. sed iudices ponunt apud lites fluentem aquam, vt illa finita finiatur controuersia in iudicio,commento ad Arist. 1.Posteriorum textu 77.

Videtur contra, nam secundum Gra.in d. c.reg. de sacram.præst.ab offic. male seruatur, ergo non debet iurare, alias Imperator
7 esset auctor periurij, c.si verò de iureiuran. & tamen Princeps non est auctor,nec factor periurij,& perfidię,Bal.d.l.1.2.not.si aduer. vend. & non via est aperienda periurijs, c.pen. de his quæ vi metusve can. immo est obuiandum, Bal.l.4. 1.not.C.de arbitris.
8 Dic, quod non attenditur quod fit, sed quod fieri debet,l.sed licet ff.de off.præsid.

Nota, quod iudex, missus Regis, Comes, Scabini iustitiam dilatare non debent. l. vt nullus, la seconda,de off.iudicis in Longob.
9 Nota, quod officiales post assumptum officium, ante tamen administrationem iurabunt ea de quibus hic, non solum ordinarij,sed extraordinarij,sicut & syndici villarum iurant rectè vti,Bal.l.fin.3.not.de bon. vac. & consiliarij Principis tenentur iurare fideliter consulere, Paris de synd.in ver.iuramentum c.1.nu.1.post med. Clericus etiā iurat seruare statuta suę ecclesię.Multos casus ponit Bald.c.significasti nu.4.de electio. Abb.c.1.in 1.not.de iureiur. ita & iudex sicut legis minister iurat seruare leges,& statuta: olim in exordio causæ solebat iurare, quod rectè iudicabit, quod hodie nō seruat, sed eius loco debet semper habere ante se præsentiam sacrorum Euangeliorum,Arch.
10 c.quod bene in princ.6.q.4. Officiales assessores actorū notarij quid iurare debeant,est, c.reg.itē quod omnes officiales in futurum & d.c.officiales omnes, vbi Io.Ant.de Nigquis recipit, & an inferi debeat in commissione,c.reg.37. item recipiant sacramētum. Simplex iuramentum intelligitur secundum naturam contractus, Bal.c.quæ in ecclesiarum nu.25.in princ.de const. licet videatur quod assessor non iuret,quia non iudicat,sed consulit,quia sententia fertur in persona potestatis, videlicet, Nos talis cum consilio assessoris, Bald.l.1.nu.31.cir.princ.C.de his qui accus.non poss. Verum quando requiri-
11 tur,paria sunt apparere, esse præstitum, vel adesse confessionem quod sit iuratum, Bald. d.l.4.2.not.de arbitris. An autem possit remitti,& periurus quomodo punitur, Bal.l.si cum comm.vtriusq. iud. Et qua pœna venit puniendus qui nocentem absoluit, & innocentem condemnat, Angel.& August.tract. malef.ibi & dico,char.56.& 57. Episcopus, & arbitri licet non iurent, leges seruare tenentur, Bal.c.cum omnes nu.33.c.ex literis nu.23.de constit. Princeps,& lex possunt remittere iusiurandum, ibi nu.25.in fine.

De seruando honorem Comitibus,Baronibus,& Militibus.

SVMMARIVM.

1 *Fides ex ante gestis optimè commendatur.*

2 *Dignitas subtrahit aliquos à iurisdictione iudicis.*



Continuatur vt per Afflictum, vel ad magis proxima dictū fuit de iuramēto Magistri Iustitiarij, & Iustitiariorum, cū quibus in causis Comitum, vel Baronum interueniūt pares Curiæ, qui feuda tenent in capite à Repite à Regia Curia, cap.1. de contro.feud. apud pares term. ad hoc vt seruetur honor Comitibus,& Baronibus,ac Militibus,quo-
1 rum fides ex ante gestis optimè commen-
2 datur, & eorum dignitas à iurisdictione iudicis subtraxit,glo.in l.vir bonus iud.solui. l.fin. C.de officio mag.milit. Et quia pares prædicti tenentur etiam iurare, ideo de eorum iuramento, & qualiter in causis prædictorum procedant, dicetur cum textu.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Gratia eadem non omnibus indifferenter conceditur.*
2 *Dignitas debet prodesse, non obesse, vnde vbi dignitas ibi vtilitas.*
3 *Honorari debet, qui à Principe honoratur, num. 39.*
4 *Nobiles feudatarios appellamus.*
5 *Honor est quod reputatur honor, vile quod reputatur vile.*
6 *Dignitas sine diuitijs sordescit, per diuitias conseruatur decus.*
7 *Integrum, plenum, sine diminutione dicitur.*
8 *Paria sunt de crimine agere ciuiliter, vel ciuiliter solum.*
9 *Pares curiæ, qui feuda in capite à Rege tenent dicuntur, num. 14.*
10 *Sententia diffinitiua, & quasi, vnde dicantur, & in quo diffinitiua, & interloquutoria differunt.*
11 *Grauamina in appellatione non discutiuntur, sed melius est protestari.*
12 *Literati æquiparantur nobilibus.*
13 *Interdum, facti non iuris notat varietatem.*
15 *Plenè, legitimè, nam non est plenum nisi legitimum.*
16 *Causæ cognitio non pertinet ad priuatos, sed ad habentes auctoritatem.*
17 *Enunciari, & referre differunt.*
18 *Consuetudo quæ, & vnde sumit originem.*
19 *Princeps quando dubitatur, consulendus est super facto.*
20 *Sententia quid, & quo ordine debet iudicari, num. 38.*
21 *Iudicis appellatione quis venit, & iurisdictio ordinaria, & delegata, quæ sit, & delegata subalternatur ordinariæ, num. 22. & 42.*
23 *Iudex quis erit inter Regem, & priuatos, & quis inter duos priuatos.*
24 *Iudicis factum debet esse completum, & ad quid condemnabit.*
25 *Delegatio est iurisdictio extraordinaria, & delegatus de quibus cognoscit.*
26 *Abesse, scriptum cum b, significat absentiam.*
27 *Iudex quid iurat, & quid arbiter, & iuramento firmatur.*
28 *Conscientia quid, & in quibus consistit.*
29 *Sanctionis verbum æquiuocum, & sanctiones leges dicuntur.*
30 *Conscientiæ verbo in rescriptis censetur electa industria personæ.*
31 *Sententiæ imponunt terminum discussioni, & sunt iudicij magnæ partes.*
32 *Modus est forma sententiæ.*
33 *Aequalitas debet seruari, nec pro vno iustum, pro alio iniustum videri.*
34 *Nobilis, & gratus non conuenitur de facili.*
35 *Nobilitatis, & scientiæ habetur ratio in collatione beneficij.*
36 *Honorari qui desiderant, alios honorent, & honor duplex, nu. 40.*
37 *Magnates qui sint, & quos lex appellat.*
40 *Pares cum quibus, & de quibus cognoscunt.*
43 *Decreta, & mandata quæ fiunt sine causæ cognitione, sunt citationes.*



T VNIVERSIS] cognatis gentilibus, ac ciuilibus, & reliquis omnibus semper conandum est debitum tribuere, & discernere quid cuique cōueniat, secundum dignitatem, & vsum, sed de cognatis facile est iudicium de extraneis difficilius, non tamen ob id desistendum est, sed vt fieri potest ita determi-
1 nandum, Arist. 9. Ethic. 2. Vnde nō omnibus indifferenter eadem cōceditur gratia, Abb. c. per venerabilem nu. 8. qui filij sint legit. sed defertur honori personarum, Bal. l. sed & si §. 1. in princ. ff. de iudic. quidam enim fiducia dignitatis, qua prædicti sunt possunt familiariter intrare ad Principem, D. Aug. 3. de consensu Euang. c. 22. in fi. & tunc quis audebit aduersus eum quē scit esse Regis amicum? idem D. Aug. lib. quæstionum ex vtroque testam. col. 47. post med. Vnde ratione dignitatis, & nobilitatis præsumitur liberalitas, sicut occasione diuitiarum, Bald. l. 1.
2 nu. 6. in fi. C. ad Velleia. Et vbi dignitas, ibi vtilitas, quia dignitas debet prodesse, non obesse, Bal. l. si longius §. 1. post num. 3. d. tit. de iudic. & l. ad inuidiam C. quod met. cau. Inde homo naturaliter appetit honorem.

Spec.

Spec.tit.de citatio.§.5.nu.14.in fi.prout ho-
3 noratur, qui à Principe honoratur, Hester 6.
nam qui beneficium de publicis beneficijs
Regis, aut de ecclesiarum prædijs tenet, ea
non amittit sine certa, & cognita culpa iu-
dicio parium suorum, qui si iudicauerint il-
lum suo beneficio carere, ibit cum paribus
ad Regem infra sex hebdomadas, l.fin.de be
nef.& terris trib.in Longob.Iudices ordina-
rij, vel delegati tam in prima, quam secūda
instantia, tam in causis ciuilibus, quàm cri-
minalibus Comitum, Baronum, vel Militum
iudicabunt cum consilio parium, qui etiam
iurabunt, vt hic in textu, ad cuius dilucida-
tionē emanauit c.reg. item statuimus quod
si Comites, secundum Gra. ibi licet hic in
princ. dicat, quod per illud ista const.corri-
gatur, vt videbimus latè cum tex.qui diui-
ditur, & sum. vt per Afflict.in princ. & post
nu.43.& dicit [VT] statuimus, glo.1.c.3.de
peculio cler. c.2.de paroch.& alien.paroch.
vt [VNIVERSIS, ET SINGVLIS] sup.const.
non sine grandi cir.fi. Vniuersaliter singuli,
& vniuersaliter vniuersi, includit vniuersita
tes, & singulares personas, Bald.c.cū omnes
post nu.16.de constit. verum aliud sunt sin-
guli, & aliud vniuersi, adeo quod debetur
vniuersis, non debetur singulis, in c.eam te,
post nu.16.de rescriptis. [REGNI NOSTRI
4 NOBILIBVS] quos feudatarios appellamus,
Spec.tit.de feudis §.2.post nu.5. [HONOR]
5 qui est quod reputatur honor, sicut vile,
quod reputatur vile, Ang.l.vni.nu.7. de mul.
& in quo loco, simplex sine administratione,
glo.1.nuper in ver.honoris ff.de donat.inter
vir.& vxor. & est facientis, vel eius cui fit,
Bald. l.si remunerandi in princ. ff.mandati.
[DEBITVS] excellentiæ constitutorum in
dignitate, debetur enim honor ratione subli
mioris gradus, timur ratione potestatis quā
habet ad coercendū, D.Th.2.2.q.102.art.2.
in fi.& in præmium virtutis debetur futura
beatitudo, Affl.hic nu.7.cir.fi. Licet sine di-
6 uitijs sordescat dignitas familiarum, & per
diuitias in familijs decus, & honor conser-
uetur, addit.ad Bald.in l.si defunctus in ver.
quæro, de suis & leg. tamen ex nobilitate
augetur animus nobilium, nam non est ani-
mus eorum limitatus sicut animus fœnera-
torum, & similium, Bal.l.filia post nu.3.C.de
7 leg. [INTEGRE] sine diminutione, illud enim
dicitur integrum, quod est plenum, cuique
nihil adijci potest, Luc.l.pen.de prox.sacro.
scri.inde integritas, c.relatū & seq.de præb.
& res integra, cum aliquid non est cœptum,
Bal.l.mandatū nu.1.cir.med.& 15.C.mand.
[CONSERVETVR] custodiatur, retineatur, &
seruetur. Nic.in ver.conseruo, alibi vt debi-
tam reuerentiam exhibeamus, & honorem,
c.2.de excess.prel. Nam opulentioribus do-
ctrina, atque nobilitas magis adesse consue-
uerunt, Arist.4.Politic.8. [COMITIBVS] de
quibus c.1.quis dic.Dux. [BARONIBVS] qui
proceres, & magni capitanei dicūtur, à qui-
bus alij feuda tenent, Isern.c.Imperialis in
ver.pro iustitia, post num.2. de prohib.feu.
alie.per Loth. [AC CAETERIS MILITARI-
BVS VIRIS] quando quæstio est super feudo,
vel rebus feudalibus, vt hic in gl.in ver.mi-
litaribus. [EORVM IVDICIA] i.iura, quibus
eorum iudicia intentantur, gl.& Bar.in rub.
ff.de publ.iud. [SIBI INVICEM] vicissim, inf.
const. præsenti lege qual.camp.ten. [RESER-
VAMVS] & sic declaratur animus Imperato-
ris, quod tollere noluit, Paulus de Cast.cons.
312.post nu.4.1.vol. [VIDELICET] sup.cōst.
Iustitiarij nomen, & normam. [VT PRAE-
DICTI] Comites, Barones, vel Milites.
[CRIMINALITER ACCVSATI] & sic accusa-
re licet intelligatur criminaliter, alibi accu
satio ponitur pro petitione, Bal.l.1.§.super
peculio num.5. in fi.de assertio.toll. [VEL
ETIAM CONVENTI CIVILITER] conuenti
actione ciuili, Gra.hic nu.3.cir.med. vel ci-
uiliter actum fuit de crimine, d.const.Iusti-
tiarij nomen, & normā, c.super his de accus.
c.3.1.not.de testi.ciuiliter probatū c.2.in fi.
8 de ord.cogn. Et paria sunt quādo merè agi-
tur de crimine ciuiliter, vel de crimine ci-
uiliter, l.fin.ff.de priua.delictis, Abb.c.quo-
niā frequenter nu.5.in fi.vt lite non contest.
[NON NISI] quæ dictio non semper facit
conditionem, Bal.l.muto §.1.cir.med.de tu-
telis, sed aliquid ponit Spec.tit.de sponsal.
§.1. post nu.3. cum add.in ver.negatiuam.
[PER COMITES, ET BARONES, ET EOS QVI
TANTVM A NOBIS FEVDA IN CAPITE TE-
9 NENT] qui pares curtis dicuntur, Bald.l.1.
q.35.de rerum diuis. [NON QVI A COMI-
TIBVS, BARONIBVS, ET ALIIS TENENT]
cum isti subfeudatarij Comitum, vel Baro-
num dicantur non pares nobilium, ex quo
per illorum subinfeudationem non cōtrahi-
tur nobilitas, siue paradagium, sicut per in-
feudationem factam per Regem, Iser.d.c.1.
nu.3.cir.fi.quis dicatur Dux, Affl.hic 5.not.
nu.25. [DIFFINITIVAS, ET INTERLOQVV-
TORIAS SENTENTIAS; ETIAM QVI PRIN-
CIPALI NEGOCIO PRAEIVDICIVM POS-
SENT AFFERRE RECIPIANT] cum consilio
pariū, Affl.hic 6.not. adhibito, & annutato
cōsilio peritorum, Spec.tit.de sent.§.6.post
10 nu.1.5.& 12. Quare autem dicatur diffini-
tiua, vel quasi diffinitiua sententia, idē Spec.
eo.tit.de sent. vbi Bal.add.vltima in princ.
differentiam inter diffinitiuā, & interloquu-
toriam ponit idem Bald.l.quia 2.rep. col.2.
post princ.de ferijs. appellatione sententiæ
venit

venit diffinitiua, Bal.l.2.nu.5.circa fin. C.ſi
contra ius, vel vtil.publ. Iuſſus iudicis, vel
arbitri dicitur interloquutoria, Bal.l.qualẽ
2.rep. & l.ſeq. §.fin. quando non reſpicit fa-
ctum principale, ff.de arb. Largè interloqu-
toria comprehendit omnem quæ non eſt diſ-
finitiua, Bal.d.l.quia 2.rep. in fi. Illius ſpe-
cies ſunt tres, Bal.in addit.ad Spec.d.tit.de
ſententia col.1.in fi.& 2.in princ.vel eſt mul
tiplex, & quando poſsit iudex eã reuocare,
Bal.d.l.quia 2.rep.col.2.cir.med.3. & nu.4.
Pronunciatio ſuper deſertione eſt interlo-
quutoria, Bal.auth.ſi quis litigantium nu.2.
cir.fin.de Epiſc.aud. Et poteſt iudex ex cau-
ſa reuocare, idem Bal.l.2.cir.fin.ff.vbi pup.
11 educari debeat. Nec diſputatur de grauami-
ne in appellatione à diffinitiua, ſed appella-
tur, quia trahit ſecum præiudicium, vnde fa-
tuè facit appellando, prudentius faceret ſe
proteſtando, Bal.auth.habita poſt nu.38.ne
filius pro pat. [Cvm Proborvm Virorvm
Ivdicio].i.bonorum virorum iudicio, nam
probitas non eſt aliud niſi bonitas, & impor
tat hominis bonitatem intrinſecã, Affl.hic
7.not. [Et Aliorvm Nobilivm] c.conſti-
tutis, lo ſecondo, de teſtib. vel literatorum,
12 nam literati æquiparantur nobilibus, Abb.
c.de multa nu.5.de præb. Bal.l.4.ff.pro ſoc.
[Consilio Proferendas] ita conſuetudo
aſsignat tribunalia, & principalem ſedem
in prouincia, Bald.c.cum olim nu.2.de con-
ſuetudine. Vnde ſi aliquid debet fieri cum
conſilio alicuius, ſi non fit non valet, Bald.
l.1. §.ſi plures cir.med.ff.de exerciro. Adeo
quod Imperator non poſſet ſtatuere cõtra-
rium, & abuſiuas conferre dignitates, Bald.
auth.omnes peregrini nu.7.comm.de ſucc.
[Et Per Eosdem Comites, Et Barones
13 Interdvm] quæ dictio facti notat, & non
iuris varietatem, l.ſi plures in gl.fin.ff.de vi,
& vi arm. [Etiam] auget, & non reſtringit,
Baldus conſilio 209. num.2. & 4. volum. 3.
[De Commissione Ipsorvm] ipſis com-
mittentibus, quando eſſet quæſtio inter do-
minum, & vaſſallum, quia hoc caſu habent
commiſsionem à lege, in alijs caſibus rema-
net iuriſdictio penes ordinarium, alias iſti
pares eſſent iudices, & Iuſtitiarij executo-
14 res, Affl.hic nu.18.poſt med. Quæ ſint pares,
vbi procedunt, & in procedendo quod ſeruãt
ordinem iudiciarium ab eis appellatur, &
ad quem, Abb.c.cæterum nu.13.14.& 22.de
iud.aliter in c.grauem nu.6. de ſent.excom.
dixi latè d.c.1.de controuer.feu.apud pares
termi. [Et Qvamqvam] quæ aduerſatiuè
ponitur, & exponitur quamuis, Io.And.c.1.
nu.1.de pactis in vj. [Comites Aliqvan-
do] interdum, aliquo tempore, Niz.in ver.
aliquando. [Examinationi] executioni,
diſputationi, & ponderationi, Nizol.in ver.
examino. [Totivs Negocii].i. cauſæ,
Io.And.c.1.poſt nu.2.de reſt.ſpol.in vj.alibi
negocij, ideſt pacti, gl. 2.l.2.de cond.indeb.
[Non Intersint, Avditam Tamen Cav-
sam] cuius cognitio quomodo fiat, & in
quibus conſiſtat, Lucas l.fin. col.2.poſt med.
15 de agric.& cenſi. [Et Plene].i. legitimè,
nam non eſt legitimum, niſi ſit plenum, Bal.
l.item 2. rep. l. ſed & ſi §.hæc clauſula in fi.
ex quib.cau.maio. alibi plenum.i.validum,
gl.l.litigarores in ver.plenum, & l.ita demũ
in gl.fin.ff.de arbitris, ad plenum, l.fideicom
miſſa §.ſi fideicommiſſum in ver. plenum de
leg.3. Bald.l.indebiti §.1.circa fin.de cond.
indeb.pleniſsime, l.1.& 2.ff.ad Velleia.l.lo-
cum ff.de vſufr.& quemadmodum quis vta.
[Discvssam Ivstitiarii, Et Ivdices]
16 quia cauſæ cognitio non pertinet ad priua-
tos, ſed ad eos qui habent auctoritatem.
Bal.l.item lapilli poſt nu.5. de rerum diuiſ.
[Nobilibvs] Comitibus, Gra.hic nu.3.poſt
med.vel peritiſsimis Doctoribus, ſecundum
Affl.hic poſt nu.1. [Qvi Sententiam De-
bebvnt Ferre] iubendo dare, l. dicere in
ver.dari de arbit. [Seriatim] ſerioſè, inde
ſeries, c.pen.de purg.can. & eſt tenor totius
ſcripturæ, Affl.hic 9.not. alibi generatim,
l.videamus, la ſeconda, ff.de vſuris. [Envn-
17 cient] quod differt à referre, nã enunciare
eſt æquali, vel inferiori referre ſuperiori,
Affl.inf.eo.9.not.cir.fin. [Vt Sicvt] quæ
dictio relata ad diuerſa, denotat varios effe
ctus, quandoque denotat omnimodam ſimi-
litudinẽ, Abb.c.inquiſitionis nu.8.de accuſ.
ſed ratione diuerſorum iurium concurren-
tium in eadem perſona cenſetur quis diuer
ſo iure, idem Abb.c.cũ cappella nu.5.cir.fi.
de priuil. Vnde ordo qui eſt in diuerſis per-
ſonis, eſt in eadem ſi in ea concurrunt diuer
ſa iura, Bal.l.in pluriũ de acq.hæred. & l.1.
§.communis de ſtipul. ſeruo. [Antedicti
Comites, Et Barones Secvndvm] quæ
de ſui natura reſpicit moderationem, Ioan.
And.c.2.in princ.de reſtit.ſpol.in vj. [Con-
stitvtiones Nostras Sacras] auth.ha-
bita in gl.2.ne filius pro pat. [Avt In De-
fectv Ipsarvm Secvndvm Consvetvdi-
nes Regni Approbatas] inf. conſt.puri-
18 tatem, præſcriptas.i.tempore roboratas, nã
ſumunt originem ex multis actibus, & con-
tinuatis conſenſibus populi, Bald.l.2.col.1.
in fi. quæ ſit longa conſuet. Quomodo præ-
ſcribuntur, & probentur, in rub.extra de cõ-
ſuet.nu.8. Et naſcuntur ex conſultationibus
Principum, interloquutorijs iudicum, vel
conſilijs prudentum virorũ deductis in no-
titiam populi, qui ex diuturnitate temporis
tacitè conſentit, Bal.l.nemo num.2.de ſent.
& in-

& interlocut.om.iud.& l.3.in princ. de iure dom.impetr.[ET DEMVM]quæ est taxatiua, l.ita demum ff.de arbitris. [SECVNDVM IVRA COMMVNIA] Longobarda videlicet, & Romana, d.const.puritatem. Nam consuetudo gentis Gallicanæ,vel alterius regni potest dici iusgentium ipsorum,quod apud eos semper reputatur iustum,& æquum, Baldus c.significauit nu.2. de rescriptis. [QVIBVS CONSTITVTIONES PRAEDECESSORVM NOSTRORVM, ET NOSTRAE NON OBVIANT] nam licet legum Romanorum non sit vilis auctoritas,non tamen adeo vim suam extẽdunt, vt constitutiones vincant, aut mores, c.1.de feu.cogn.& in defectu legum,morum, & consuetudinum loci,secundum quas tenetur iudex iudicare, Bald.auth. iubemus,vlt. not.de iudicijs.recurrit ad rationes,& argumenta, Bal.l.1.2.repet.col.5.circa princ. de leg.2.[AC DENIQVE]in defectu iuris communis, Gra.hic nu.3.post med. vel omnium ad nostram notitiam perferre curent, l.pen. circa fi.de his, qui ad palatium venire contempserint in Longobar. [RECEPTO RESPONSO CELSITVDINIS NOSTRAE] quiã
19 Princeps consulendus est super facto, glo. l.Diuus in ver.Consules ff.de officio præsid. [SI CAVSAE DVBIETAS HOC REQVIRAT] secus si nemo dubitat,l.stipulatio ista habere licere, §.hæc quoque de verb.oblig. cum alias causa dubitationis quis habeat iurisdictionem , quam alias non haberet, l.2. in glo.fin. in princ. C.si contra ius , vel vtilit. publ. [CAVSAM SECVNDVM DEVM , ET IVSTITIAM] per diffinitiuam sententiam , c.proposuit de cler.excomm. minist. [SENTENTIALITER TERMINARE PROCVRENT] sententialiter decernentes , c. post electionem de concess.præben. controuersiæ finem
20 imponendo, l.non distinguemus §.quæsitum ff. de arbitris , nam sententia est iudicialis diffinitio controuersiæ finem imponens, cõdemnationem,vel absolutionem continens, Spec.tit.de sent.prola. in princ. Arno.c.55. pract.iudic. & sic nota ordinem iurium secundum quæ est iudicandum,Gra.hic nu.3. post med. & const. seq. [A QVORVM SENTENTIIS SI CONTINGERIT AD AVDIENTIAM] auditorium , l.lecta , si certum pet. [SVPERIORVM IVDICVM] cum nequierit obtinere, sed sententialiter condemnari , Bald. l. Papinianus §. meminisse ff.de inoff. testam. & in prima instantia succumbuit , glo.1. l.etiam eod. tit. de inoffic. testamen. [VEL NOSTRI CVLMINIS] supra constit. castellanis. [PROVOCARI] appellari , l.si quis tutor in glo.pen. ff.de ritu nupt. introducta causa in consistorio Principis,& procerum iuxta morem dirimatur , cap. ex insinuatione de appellat. [APPELLATIONIS
21 IVDEX ORDINARIVS] cuius appellatione venit omnis habens ordinariam potestatem in loco, Abbas cap.cum olim, post num.2. de præscriptio. non solum generalis, sed inferior specialis, idem Abbas cap. post cessionem, 1.not. de probatio. Quis dicatur , à quo constituitur, & quid sit eius officium, Speculat. tit. de officio ordi. per totum. Vnde si habes iudicem ordinarium , nolo mihi adducas ex diuersis partibus alias, atque alias potestates, D.Augustinus libro de quinque hæresibus, col.14.in princ. Quæ sit iurisdictio ordinaria,& quæ delegata, Bald. l.more maiorum num.4.5.& 6. de iurisdict. omn.iud.l.& quia 1.repet.circa med.eo.tit. de iurisdict. omn. iudic. [VEL DELEGATVS A NOBIS] qui datus dicitur,Bald.l.2.§.sed & iudex in princ.ff.de iudicijs . cuius iuris-
22 dictio est species de per se,& alternatur ordinariæ, Bald. l.1.in 1.repet. col.1. in fine , & 2. in princ. eod.tit.de iudic. Et si est delegatus à Principe , supremum inter Principes obtinet locum , Spec. tit. de iud. deleg. in princ.num.2.& §.delegatus,& habet potestatem siue habeat ordinariam , siue per commissionem, D.Tho.2.2.quæst.67.art.1. [QVI COMES SIMILITER] simili modo , idest,vt tantum §.fin.de fer. corrup. [SIT , VT BARO] sic pares illius curiæ, cap.1. de controu.inter Episc.& vass. [DE ALIORVM COMITVM, BARONVM] qui iurauerunt fidelitatem,alias pares non dicuntur,Bal.auth. & qui iurat nu.28.circa med.de bonis auct.
23 iudic.possid.Ita si de feudo est quæstio cum Rege, optimates regni, qui habent Regias dignitates in feudum , quæ pares Capitanei vocantur , cognoscunt : si quæstio est inter inferiores, cognoscit Rex, vel suum Consilium ex Regis commissione,Bald.ead.auth. & qui iurat, post num.21. [AC IVDICVM, ET PROBORVM VIRORVM] probata facientium , quorum probitas potissime circa iustitiam , pudorem , verecundiam , modestiamq; versatur , Lucas l. vnica , in princ. de professo. qui in vrbe consta. [CONSILIO] quod de honestate est , non de necessitate, Innocent. cap.ne pro defectu in fine, de electio. & infertur ad dicta per Baldum l.1. num.3. C.si aduer.liberta. [APPELLATIONIS CAVSAS HONORI NOSTRO , ET IVSTITIAE DEFERENTES] cum sit vnus ex casibus in quibus Rege inconsultò procedi non potest, vt sup.in const.hac lege. [CONFIRMANDO, VEL INFIRMANDO] etiam quod valeat non apposito verbo confirmo , vel infirmo, bene , vel male appellatum , nec si fit mentio primæ sententiæ , dummodo pronuncietur super facto principali ,

& si pronunciat non deberi, quomodo intelligitur, Baldus l. creditor §. 1. de solutio. [Priorem Sententiam] tam si verba sint præposita, vel postposita idem significant, Baldus l. 2. §. fin. de vulg. & pupill. [Decidere Procurent] certam ferendo sententiam, Spec. d. tit. de sentent. §. 5. num. 7. & 8.
24 secundum formam libelli, Baldus l. Pomponius, la seconda, 4. not. ff. de neg. gest. quia factum iudicis debet esse omnino completum, idem Baldus l. muto §. 1. circa fin. de tutelis, finem huiusmodi adhibendo, l. videamus ff. de in litem iur. & sic tam in prima, quàm in secunda instantia causarum Comitis, vel Baronis debet interuenire iudicium parium, Affl. hic 11. not. sententiam dicere, l. dicere ff. de arbitris. [Quod Non Solum] idest solummodo, Arch. c. si Romanorum in princ. 19. dist. [In Iudiciis Cognitionum Nostrarum] quando nos cognoscimus, quæ sunt de reseruatis Principi, supra constit. de personis. [Sed In Aliis Etiam Generaliter] l. 1. §. generaliter de leg. præst. [Sive Delegationis Iure]
25 quæ iurisdictio extraordinaria dicitur, Bal. l. 2. de dilatio. [Sive Ordinarie Cognoscatur] cum iurisdictio quædam sit ordinaria, alia delegata, Bald. l. iudicium soluitur, 2. repet. circa fin. ff. de iudicijs. & delegatus cognoscit de incidētibus absque alia commissione, Bal. l. 3. num. 3. C. vbi, & apud quem. [Inviolabiliter Volumus Obtineri] inuiolabiliter obseruari, c. pen. de sta. mon. siue agant, siue conueniantur realiter, siue personaliter, d. c. itē statuimus, & Gra. hic nu. 4. [Et Ut Omnis Omnino] totaliter, Io. And. c. quorundam nu. 3. post med. de elect. in vj. [Ab Antedictis Iudiciis] qui recto iudicio, idest debito agi debent, Iser. §. in quibusdam post nu. 10. de consuet. recti feu. [Possit] debeat, l. 2. in fi. C. de peda. indic. l. si mandauero §. fin. ff. mandati.
26 [Abesse] quod scriptum cum b, notat absentiam, Bar. l. quoties num. 4. de dign. [Dubietas] ne propter eorum incertas vias titubent, l. 1. in ver. titubat de lati. liber. toll. [Comites, Et Barones] qui militariter viuunt cum equis, & armis, & sunt plusquā milites, Iser. §. similiter, lo vltimo, nu. 23. in princ. de cap. qui cur. vend. [Et] pro etiam, glo. l. si stipulatus fuerim in ver. et, de verb. oblig. [Similes] cuius idem est iudicium, Inn. c. cum contra in princ. de testi. cog. [Et Qui Vel In Magna Curia Nostra] cum Magistro Iustitiario, & Iudicibus, dicta const. Magnæ Curiæ. [Vel Alibi] ad alium locū, Bal. l. prætor 1. rep. §. fin. in princ. ff. de edendo. [Debebunt] necesse habebunt, Aluar. de feud. dato inuicem legis com.

[De Caetero] c. ex parte de conuer. coniuga. [Interesse Sententiis] vt cum iudicibus votent in casu, de quo Afflict. hic num. 18. & 19. [Corporalia] cum tactura scripturæ, adeo quod non sufficeret iuramentum tantum, Abb. c. 1. nu. 2. circa med. de regula. & transeun. ad relig. [Volumus] & iubemus, sup. const. de personis. [Sacramenta Praestare] præstito sacramento
27 firmare, sup. const. statuimus. Quid autem iuret arbiter, & quid iudex, Bal. l. 4. in 5. not. C. de arbitris hic. [Quod De Purae] idest absolute, Bald. l. Latinus largus, de leg. 2.
28 [Conscientiae] quæ est cordis sui scientia, Lucas l. fin. in princ. de iure fisci, & consistit in duobus, quod quæ facit bona sint, & quod intentio ad Deum sit recta, D. Thom. ad Cor. 1. ibi, nam gloria, col. 1. in fi. & 2. in princ. Quæ sit bona, & quæ mala, Bald. c. ne innitaris nu. 3. de const. Bona est necessaria nobis propter nos, fama autem propter proximum, Lucas l. 1. col. 2. circa med. de cond. in publ. horreis. [Gremio] sinu, vel complexu, Nizolus in ver. gremium. [Nulli Favori, Vel Gratiae] l. 1. §. 1. ff. de mag. conue. affectioni, vel amicitiæ, in sim. Bald. l. affectionis ff. de donatio. [Defsrentes] referentes, Nizolus in ver. defero. [Iuxta] c. inter alia de immun. eccl. c. nuper de sent. excomm. & ponitur relatiuè, quandoque localiter, Baldus l. 1. 2. not. de Episc. & cler. [Sacratissimas Praedecessorum Nostrorum Regum Siciliae] retro Principum, l. priuilegia de sacrosanct. eccl. [Et
29 Nostri Nominis Sanctiones] .i. leges, l. 1. in glo. 1. de Episc. & cler. Inde Romana sanctio, l. 1. post princ. & l. 2. in glo. 2. de vet. iure enucl. cuius verbum est æquiuocum. Bal. 1. const. ff. in princ. nu. 1. [Ac Deinde] in defectu ipsarum, Gra. hic nu. 3. post med. alibi cum temporis interuallo, Baldus l. 2. §. prius de vulgar. & pupill. [Secundum] iuxta, glo. 1. & seq. & l. inter eos de acquir. rerum dom. [Regni Nostri Obtentas Consuetudines] non cassatas, sup. const. post mundi machinam in fi. & sic iudex debet iudicare secundum mores ciuitatis, Bal. l. 2. rep. antiq. C. de nuptijs. [Et Iura] communia, vt sup. [Et] quę dictio habet diuersa copulare, Bal. l. si cū dotem §. si maritus post nu. 2. sol. mat. [Postremo] nouissimè, Niz. in ver. postremo. [De Conscientiae Nostrae] sicut de conscientia, vel propter cōsciētiam iudicum, c. inter dilectos de excess.
30 præl. per quam in rescriptis censetur electa industria personæ, vt non possit alteri demandare, Bald. l. nulli nu. 4. de Episc. & cler. Et in Sacerdote est triplex, add. ad Spec. tit. de disp. & alleg. aduoc. §. 6. ibi vero cir. med.

[Con-

[CONSILIO] consensu, vel licentia, Abb.c.1. nu.3.in fi.de fo.comp.alibi animo.i.cõsilio, Bal.l.cũ nemo 2.rep.cir.med.C.de acq.poss.

31 [SENTENTIAS] quę magna pars iudicij sunt, Bal.l.solet 1.rep. in princ. de off.proconf. & leg. cum imponant terminos disceptationi, Bal.l.ingenuum 1.rep. in princ. de sta.hom. l.1.nu.4.in fi. C.si aduer.rẽ iud. [FORMARE CVRABVNT] secundum suum sensum iura interpretãdo, & rectum intellectum, Abb.c.1. nu.13.in fi. de const. magnum iudicando vt paruum, non data exceptione personarum, c.nouit de iud.[SENTENTIAE TAMEN QVAE ANTE TEMPORA PRAESENTIS LEGIS CITRA] quæ tẽpus limitat ex parte ante, Pau. de Cast.cons.315.nu.6. vol.1. aliter c.nouimus de verb.sig. alibi exponitur contra, vel præter, cons.feu.diner.13.cir.fin.post nu.11.

32 [PRAEDICTAM FORMAM] .i. modum, nam modus est forma sententiæ, Bal.l.admonẽdi col.2.cir.med.de iureiur. [CONTRA COMITES, BARONES, ET SIMILES LATAE SVNT] quia lex non trahitur ad præterita, l. pen. C. de vsuris, nisi dicatur c. Imperialem §.Imperator Lotharius de prohib. feu.alie. per Fred.iura vetera seruentur, §.1.auth.de nuptijs, & sic [IN SVO ROBORE PERSEVERENT] robore firmitatis durent, c.ex parte de conces.præben.

Sed videtur, quòd ista differentia de qua hic, non debeat fieri in causis Comitum, & Baronum, & aliorum, nã debet seruari ęqualitas, inf.const.speciale quodam. Nec debet

33 idem pro vno iustum, & pro alio iniustum videri, & reputare iustũ pro se, pro alijs iniustum, inf.const.monomachiam circa fin. vel vnum statuere pro subditis, & aliud pro se, Affl.hic nu.17.post med. tanto magis, quia ratione dignitatis, & potentiæ præsumitur contra aliquem, Bal.l.non dubium in princ. C.de testam. Nec dicitur mutari, cum eius dignitas augetur, idem Bal.c.cum accessissent, post num.14.de constitutio.

34 Dic, quòd nobilis, & gratus, Bal.l.1.in fi. ff.de solut. est priuilegiatus ne de facili conueniatur, Spec.tit.de reo, nu.2. Et in pœnis imponendis mitius agitur cum eo, quam cũ ignobili, quia nobiles non luunt in corpore sicut ignobiles, Bal.l.3.5.not.3.de sum.Tri. Et est differentia an aliquid fiat facto honoris, an ordine naturæ, idẽ Bal.l.filius à patre §.filiusfamilias de lib.& posth. Vnde Canonici dicuntur minimi ex defectu scientiæ, Abb.c.quæsiuit 1.not.de his quę fiunt à ma-

35 iori par.cap. Et in collatione beneficiorum habetur respectus nobilitatis, & sciẽtię, quibus pinguius prouidetur, quàm alijs, Abb. c.dudum, post nu.2.de elect. Sic inter clericos habetur honoris distinctio, vt secũdum ordines, & dignitates inuicem præferantur, Abb. c. statuimus 1.not. de maior. & obed. Et qui deserit superiorẽ, pœnas patitur per inferiorẽ, D.Aug.serm.12.de verbis Apost. col. 3. nam per dignitatem nõ minuitur status, Ang.in l.Alexandrinis de decur.lib.10. In religiosis non attenditur nobilitas, Abb. d.c.dudum, sed respectu bonorum monasterij debet seruari æqualitas, idem Abb.c.fin.

36 nu.12.de sta.mon. Alij verò honorem quem sibi fieri cupiunt, alijs impendant, Spec.tit. de aduocato §.4. nu.9. nec debent cum detrimento honoris alieni aliquid vsurpare. l.3.C.de off.præf.vrbis. Vnde Papa dicebat, Honorem meum non reputo in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco, c.ecce 99.dist. refert glo. c.fin.circa med.de confirm. vtili, vel inuti. c. de ecclesiasticis 25.quæst.2. quia singulorum ius inspicitur, Bal.l.2.de iure codicill. Hodie verò videtur, quòd magnatibus magis sit obuiandum.

37 Bald.l.3.num.3.in fi.de sum.Trin. Lex enim nobiles in dignitate positos magnates appellat, Bal.auth.sed nouo iure de natur.lib. Sunt pro maiori parte superbi, & inimici popularium, gulosi, & luxuriosi plusquàm populares, non dico de illis quos virtus nobilitauit, quia illi sunt perfecti nobiles, quãuis careant diuitijs, sed de illis qui abundãt diuitijs, & nesciunt aliquid nisi comedere, bibere, & superbire, Bal.l.adoptionẽ 1.rep. de adoptio. Vnde const. ista non habet locum contra Comites, & Barones malefieos, & ijs qui se latrocinijs immiscuerunt, Gra. hic nu. 3. sed tantum in crimine læsæ Maiestatis, add.ad glo.hic in ver.vel, etiam conuenti, & ita vidit Affl. practicari in sententijs latis tempore Ferdinandi primi in crimine læsæ Maiestatis contra tenentes feuda in capite à Rege, nam fuerunt latæ sub nomine Regio cum voto parium, Affl.hic nu. 17.circa fin. Et sic quæstio inter dominum, & vassallum circa feloniam, vel infidelitatem debet per pares, Bal.l.pen.C.de inge. & manum. ita & omnis quæstio feudalis vbi vtraque pars confitetur habere eundem dominum, dirimitur per pares, vel dominum cognoscentem quantum ad meram naturam feudi. Præses verò prouinciæ cognoscit de iniurijs, Bal.l.3.nu.3. si à non comp.iud.

38 Quid si nunc pronuncietur sine consilio parium, Afflictus hic nu.27.vsque 31. videtur tenere quod sit nulla, sed Lucas tenet contrarium l.3.cir.fin.de decur. & statio. Et sit differentia si dicatur de consilio, vel cũ consilio, Abb.c.cum olim nu.5.cir.med. de arb. cum de substãtia alicuius id dicitur, quo posito, illud ponitur, & quo remoto, illud remouetur, nec id de substantia dicitur, ad cuius

remotionem non remouetur, sed remanet, Abb.c.2.nn.15. cir.fin. de transl.prael. Quid si Comes condemnetur pro furto, vel falso milite, an amittat Comitatum, Baldus l.2. 1.repet.num.1.de Senato.

39 Nota, quod honor debetur nobilibus ex debito. Gra.hic nu.2. & reuerentia,quae debetur marito,debetur vxori, l.1.vbi Baldus C.de in ius voc. & datur in iure maioritas, vnde Legatus est maior Comite, Comes Iudice, & Iudex Ministro, Abb.c.1.nn.2.in fi. de immun.eccl. Et nulli dubium, quòd qui iudicat, eo de quo iudicat esse meliorem. D.Aug. 2.de libero arbitrio col.9. cir.med.

40 Honor verò est duplex,verbalis per cômendationem, l.si verò §.cum quid, vbi glo.ff. mandati, & alter realis, tunc maioritas,seu prioritas loci denotat maioritatē,seu prioritatem dignitatis, Abb.c.antiqua 1.not. & nu.6.de priuil. Isto modo creatura differt à creatura in claritate, & quidquid prope sedem attenditur, clariora sunt ministeria. D.Aug.lib.quaestio.ex veteri testam. col. 35. post princ. In eadem dioecesi,eadē dignitas est multiplicabilis,Abb.c.3.1.not.de poenis. Sed non debet quis imprudenter appetere populares concursus,& mundanos honores, & vltra, oblatos respuere, iuxta decentiam sui status, Spec.tit.de lega.§.nunc, lo terzo, num.2. nam honor te quaerere debet,non tu ipsum, D.Aug.hom.13.col.1. in fi. Sed de Catone Salust.dicit,quòd quanto magis gloriam fugiebat, eo magis eum sequebatur. D.Th.2.2.q.32.art.3.Causa autem in omnibus est attendenda, Abb.c.1.num.2.in fi. de magistris. Magis qualitas accidentalis,quā naturalis, seu econtra magis veritas, quàm fictio,Bal.l.filio quem de lib.& posth. Et est differentia an fiat aliquid facto honoris, an ordine naturae,Bal.l.filius à patre §.filiusfamilias de lib.& posth. Verum qui quotidie honoratur,non est necesse quod ei deferatur honor soléniter,sicut ei qui raro honoratur, Abb. c.2.vlt.not.de ferijs. adeo quod idem operatur praesentia honestarum personarū, quod praesentia iudicis, Bal.l.1.§.si pecunia depositi.

41 Secundo nota,quòd de re feudali,vel iniuria facta feudo quaeritur coram paribus curiae,Spec.tit.de appell.§.4.in fi.habent exercitium habitu,sed dormit, idem Spec.tit.de compen.iudicis aditio.§.3.in fi. Istorum, & iudicis potestas pendet à iure,& illud est primum agens,secundarium sunt ipsi,addit.vlt. ad Spec. tit.de dilatio. §.1. Et sicut Praeses prouinciae potest pronunciare deportādum, sed non potest deportare, Bald.l.si quis filia §.eius qui in princ. ff.de iniusto, rup.& irri. testam.Ferre sententiam declaratoriam per verbum videtur,vel credo, Bald.l.cum quis num.7. post med. C.de iuris, & facti ignor. Ita isti cum proborum virorum iudicio, seu iudices Magnae Curiae de commissione ipsorum,vt hic, controuersiam inter dominum, & vassallum determinabunt,d.c.1.de côtro. feu.apud pares term. Et vbi plures sunt additi, vnus ipsorū potest citare sine collega, sed non causam diffinire, Bal.l.vnica 1.rep. post princ.de off.consu. Plenè autem discussum dicitur si aliquid non remanet iuris,vel facti, Bald.l.huiusmodi §.aedes de leg.1. Et determinabunt secundum iura, vt hic, & in defectu consulendus est Princeps: nam rescriptum statutum, priuilegium, & beneficiū recipiunt vires ab intellectu scribentis, Bal.l.1.in 1.rep.post nu.8. ff.de const.Princ. Et inter partes dominus feudi habet iurisdictionem ordinariam respectu causae concernentis feudum, Abbas cap.caeterum 1.not. dummodo velit, cum possit etiam quoad clericos exercere iurisdictionem actiuè, & passiuè, num.5.& 6. de iudicijs, & c.verum num.17.de foro comp. Regulariter qui cognoscit iudicat, Affl.hic circa fin. num.65. post med. Et quod debuit tractare coram domino, si tractatur coram ordinario an sit nullum, Abb.d.c.caeterum num.9.

42 Tertio nota, quòd ordinarius dicitur,qui certo praeest territorio,Bal.l.eum qui 1.rep. in princ.de iurisdict.omn.iud. Habet iurisdictionem inseparabilem, secus in delegato si pronunciet se non iudicem, idem Bal.l.1. in 1.rep. col.2.in princ. ff.de iudicijs. Qui est in quasi possessione iurisdictionis tanquam ordinarius, praesumitur ordinarius, nisi probetur contrarium, Bald.l.ab ea ff.de probatio. Delegata nunquam praesumitur nisi probetur, ideo rescriptum semper est custodiendum, Baldus l.vnica C.de manda. Princ. est stricti iuris, & nunquam recipit prorogationem, Baldus l.si qui num.8.circa fin.de Episc.aud. Est odiosa,nisi ordinarius requisitus deneget facere iustitiam, Baldus l.2.post num.9.C.vt lite pendente. Vnde indices delegati non dicuntur praeesse tribunali, ordinarij sic, Baldus l.1.in 1.rep.nu.4. ff.de iudicijs. & erit vnus vt duo, & duo insolidum ratione repraesentationis, Bald.l.si ex re §.si ipsi de stipula.seruo. nam vbi duo propter vnum, vtrobique tamen vnum, idem Bald.l.fin.circa fin.si à non comp.iud. l.fin.cir.fin.nu.7.de executio.rei iud.

43 Quarto nota, quòd decreta, & mandata, quae fiunt sine causae cognitione, habentur pro nuda citatione,nam non debet iudex sine causae cognitione decernere, Bal.l.2.§.1. post med.vbi pup.educ.deb. Vnde ab interloquutoria appellat,& quomodo,Bal.add.1. post

post med. ad Spec. in fi. de appell. & d.l. quia 2. rep. nu. 2. & 3. ff. de arb. Nec decreta recipiunt cōditionem, & quare tutor poteſt dari ſub conditione à teſtatore, & non à iudice, Bal. l. muto §. 1. de tutelis. Verum tam ordinarius, quàm delegatus poteſt ſuam interloquutoriam reuocare etiam ſi fuerit appellatum, quod fallit octo modis, Abb. c. cum ceſſante 2. not. & nu. 11. vſque ad 17. de appell. Vltimo, quando agitur de crimine ciuiliter, dicitur actio mixta, Abb. c. 2. poſt nu. 4. & 8. circa med. de iuram. calum. dixi latè ſupra conſt. Iuſtitiarij nomen, & normam. nec in maleficijs vtimur iure Longobardorum. Gra. hic in princ. & conſt. ſeq. in fine.

De prohibita officialium noſtrorum occaſione.

SVMMARIVM.

1 *Legis antiquæ duricies moderatur per nouam.*



DICTVM fuit de Iuſtitiarijs creatis per Regē, & quia illi faciebant loci ſeruatores, cum non ſit iure permiſſum, auth. vt nulli iudic. liceat habere loci ſerua. per tot. vt tollatur
1 occaſio illos faciendi, recitando legis antiquę duritiem, illam ſua lege moderatur, l. leges, la vltima, C. de legi. & pœnam capitalem de qua in ea reduxit ad publicationem bonorum, vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Officio à quo dantur ſine commiſſione ſe ingerere, & condemnare eſt iniuſtum.*

2 *Vicem gerentes habent eandem poteſtatem quàm principales, præter mortis illationem, & membri abſciſſionem.*

3 *Pœna eſt læſio, quæ punit, et vindicat.*

4 *Ordinare, idem quod prouidere.*

5 *Nutus quid, quotuplex, & quid importet.*

6 *Imperator dicitur Rex.*

7 *Officium à lege, legis miniſtro, ſiue priuatæ fortunæ homini prætenditur.*

8 *Iudicium per vſurpationem redditur peruerſum.*

9 *Quod recipienti non quæritur, remanet penes dantem.*

10 *Iuriſdictionem Regiam vſurpans etiam clericus punitur.*

11 *Malis non debet parci, ne perdantur boni.*

12 *Lex iuſta poteſt per tempora iuſtè commutari.*

13 *Ratio cum tempore fuit ſepulta.*

14 *Rex creat Locumtenentem Prothonotarij, Magni Camerarij, & Magni Iuſtitiarij.*

15 *Mitius eſt mitigatiuum.*

16 *Manſuetudo, & clementia cum temperantia conueniunt.*



1 DVRAM] officia ſecularia in ciuitatibus diſtribuuntur ab eo qui habet excellentiorē poteſtatem, ſicut à Rege, D.Th. 3. par. de Sacra. q. 69. alias 38. art. 1. & facere ſe magiſtratum, vel officialē ſine motu imperij iure Romano eſt crimen læſæ Maieſtatis, Iſern. & Gra. hic in princ. & puniebatur pœna capitis, quod licet durum etiam quod inducat vitium, debet ſeruari, donec vitium antiquæ legis per legiſlatorem corrigatur, Bal. conſ. 459. nu. 1. 5. vol. & l. lege duodecim tabula-
2 rum in fi. de leg. hæred. & quia vices gerentes habent eandem poteſtatem, & iuriſdictionem, quam primus, præter mortis illationem, & membri abſciſſionem, Bal. l. certa forma num. 4. de iure fiſci lib. 10. ideo corrigendo legem antiquam circa pœnam capitalem, prohibet fieri loci ſeruatores ſub pœna publicationis omnium bonorum, vt in textu, qui non diuiditur, ſed ſum. vt per Affl. & dicit [DVRAM] c. dura de crim. falſi. [ET DIRAM] aſperam, ſiue crudelem, Affl. hic 1. not. vel duram, & diram in conſpectu hominum, D. Aug. lib. de cura pro mortuis gerenda, col. 3. poſt med. & 1. de ciu. Dei c. 12. col. 2. alibi duras, & diras neceſſitates, ſicut dignum eſt eloqui vellem, licet nequaquam ſicut res poſtulat poſſim, idem 19. eiuſdē c. 7.
3 [POENAM] læſionem, quæ punit, & vindicat. Archid. c. quæ de cauſa circa fin. 2. q. 4. [ET QVALITATEM CRIMINIS MINIME CONGRVENTEM] cum debeat proportionari delicto, Paris de ſynd. in ver. pœna c. 5. cir. fin. [REGIS GVLIELMI DIVAE MEMORIAE] vel Diui Gulielmi, ſicut Diuus Seuerus, Diuus Auguſtus, Diuus Titus, & Diuus Nerua, l. cū

hic status ff. de don. inter vir. & vxor. l. 2. de orig. iuris. & diui, l. in vrbe de sta. hom. diuæ memoriæ, infra in constit. diuæ memoriæ. [PRAEDECESSORIS] ac consobrini. [NOSTRI] sup. const. quanto de decimis. [CONSTITVTIONE] regni officia. [CONTENTAM, QVA] propter quam, glo. l. hæredes in ver. qua, ff. fam. hercisc. [ORDINATORES] qui sine licentia Regis ordinant, & concedunt, Affl. hic post princ. [ET ORDINATI] prouisi, 4 nã ordinare, sonat prouidere, Abb. c. ne pro defectu, nu. 4. in princ. de elect. [IN VICARIATVS] vicedominatus, nam vicarius vicedominus appellatur, Abb. c. examinata, nu. 4. circa fin. de confir. vtil. vel inuti. c. 2. post nu. 3. & c. 3. post num. 1. ne præl. vices suas. [ET IVSTITIARIATVS OFFICIO] ministerio, vel dignitate, Zab. clem. 2. §. statuimus in ver. hac deinde nu. 1. in fi. de sepult. [SINE NVTV] siue consensu, Bald. l. 1. §. nutus de hæred. inst. Et sic populus nihil potest statuere nisi nutu Regis concedentis, Bal. c. canonum nu. 31. post med. de constit. Nec dicitur liberum quod ex nutu alterius depen-5 det, Bal. c. cum terra nu. 3. de elect. Et nutus capitur pro signo, Abb. rub. nu. 9. circa med. de testa. nam nutus nihil aliud est, quàm signum voluntatis, cuius executio fit per ministros, D. Th. 3. par. de Sacram. q. 107. alias 76. art. 2. Inde in priuilegio, & instrumento solet Princeps facere signum, quod procedit de aula Cæsarea, Bal. l. bene à Zenone 1. rep. nu. 4. & 2. in princ. de longi temp. præscript. & nutu quodam regali fieri dicitur, D. Aug. 2. contra epist. Parmen. col. 2. in fi. nutu diuino, c. non liceat 3. q. 6. & nutu testatoris, l. & in epistola, vbi Bal. cum addit. ad eum C. de fideicomm. & est duplex, & an delegatio, vel consensus possit fieri nutu, idem Bal. l. 2. nu. 19. de iure fisci lib. 10. & sic sine voluntate, c. 2. cum ibi not. per Ant. de Butr. post nu. 1. de supple. negl. præl. [ET LICENTIA] & licet videatur vtrumque necessarium, nutus, vel signum capitis confunditur cum licentia. Affl. hic 2. not. vbi etiã quomodo probatur, Bald. l. delegare de nouatio. inde auctoritas nutu interponitur, Bal. l. si pater, la vltima,
6 1. & 2. rep. ff. de adoptio. Et prælati ad nutũ Papæ mouetur, Abb. c. illa quotidiana nu. 1. in fi. de elect. [REGIAE POTESTATIS] & sic Imperator dicitur Rex, Bald. l. vni. §. his cunabulis, nu. 6. de off. præf. præto. [CAPITALI SENTENTIA FERIVNTVR] gerentes se pro magistratu, cum non sint, l. 3. in fi. ff. ad leg. Iul. Maiest. & etiam quod iniustum sit quod quis iudicetur ab illo, qui publicam auctoritatem non habet, D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6. [IMPERIALI MANSVETVDINE] mansuetudine nostra, l. 2. de offic. Comi. sacri palat.

[MITIGANTES] cum sit durum, ita temperandum visum fuit, l. si cum exceptione §. sed & si quis cir. fin. ff. de eo quod met. cau. competenti moderamine moderantes, inf. const. vt delicti fines. [DECERNIMVS] decernendo statuimus, Archid. c. 2. 76. dist. [SVPRADICTOS] ordinatores, & ordinatos, Afflict. hic nu. 9. cir. fin. [PVBLICATIS OMNIBVS BONIS SVIS] quid in iuribus, actionibus, feudo, & emphyteosi, dixi infra const. pœnam eorum.
7 [AB OFFICIO] quod à lege, vel legis ministro homine priuato, siue priuatæ fortunæ prætendit, Bal. l. falsus nu. 14. in fi. C. de furt. [QVOD SIC ILLICITE] absque licentia domini, Aluar. c. 1. circa princ. quid iuris sit si post alien. feu. id vass. recup. à non habente auctoritatem concedendi, Bal. l. 1. in princ. de peda. iud. [VSVRPAVERANT] in malum vsum deduxerant, prauo vsu ad se trahẽdo,
8 Affl. hic 4. not. Inde iudicium per vsurpationem redditur peruersum, D. Th. vbi supra 2. 2. q. 60. art. 6. & per malum vsum prætendunt, Gra. in c. reg. contra effrænatas, nu. 3. circa med. [REMOVERI] i. recusari, add. ad Spec. tit. de recus. §. 2. ex defectu potestatis, cum potestas, & voluntas dent actibus perfectionem, Bald. c. ex parte nu. 8. de constit.
9 & tunc quod non acquiritur recipienti, remanet penes dantem, Bal. l. barbarius col. 5. cir. fin. de off. præto. licet nihil possideat, sed labia sua dum eligit, in fim. Bald. l. 2. circa med. C. de præscript. longi temp. quæ pro libert. Vnde electus per abusum à potestate seculari, fit ineligibilis ad dignitatem, & electio est nulla, c. quisquis, & ibi Abb. de elect. Et pœna exercentis dignitatem, quam non habet, est vt ad eam amplius non admittatur, Abb. c. 2. 1. not. de cler. non ord. minist.
10 Vsurpans iurisdictionem Regiam, etiam clericus, punitur per iudicem secularem, Cass. consuet. Burg. rub. 1. §. 5. ibi, fil nel agrace, num. 82. sed truffa est, Iser. §. si quis clericus, vbi dixi, de pace tenenda.

Videtur contra, qui gerit nomine alieno, tenetur pœna falsi, l. qui nomine ff. de falsis. quæ est deportatio cum publicatione bonorum, l. 1. §. fin. eod. tit. de falsis. Et malis non
11 debet parci, ne perdantur boni, & qui nequã sunt, fiant nequiores propter spem veniæ, Luc. l. 1. col. 13. cir. med. de desert. & quatenus videtur absurdum, absurdius est non obedire: nam quod Rex præcipit, ferendum est, & quod imperat, tolerandum, idem Luc. l. fin. col. 2. in princ. de consul. & non sparg.
12 Responde, quod lex temporalis quamuis iusta sit, cõmutari per tempora iuste potest, D. Aug. 1. de lib. arbit. col. 9. cir. med. Vnde pœna capitalis tũc iusta, potuit iuste reduci ad publicationem bonorum, vt hic.

Vnde

13 Vnde nota primo,quod nunc durum, fuit
congruum illo tempore, sed ratio cum ipso
tempore fuit sepulta,D.Aug.in serm.2.con-
tra Academicos,in princ. nam vt dixi supra
in rub.prohibentur fieri loci seruatores,nec
Iustitiarij possunt facere vicarios in singulis
terris sine mandato Regis , Gra. in c.regni
quod de vicarijs, & in pri.confir.cap.edito.
14 in planitie Sancti Martini. Immo Rex creat
Locumtenentem Prothonotarij,Magni Ca-
merarij, & Magistri Iustitiarij , facit com-
missionem,& concedit gagia, Affl.sup.cōst.
statuimus nu.7.de off.Mag.Iust. Et Rex etiā
quod possit disponere quoad perpetuam di-
spositionem, tamen quoad iurisdictionem
officij non potest disponere in tempus suc-
cessoris,Bal.rub.post num.8.de nouo C.fac.
Ideo officiales nunquam sua faciat esse for-
tuna , quæ à se natura rerum fecit aliena .
Boetius, quem refert Spec.tit.de aduocato,
§.5.num.14. circa med. & ordinatores , &
ordinati capitali pœna puniuntur , quam
Imperator mitigauit,mitius enim est miti-
15 gatiuum , Abb. c.2.post nu.10. de dolo., &
contum. reducendo ad publicationem bo-
norum,mansuetudo enim,& clementia cum
16 temperantia in modo conueniunt , D.Tho.
2.2. q.157. art. 3. Sed an inferiores populi
possint facere constitutionem pœnalem, &
pœna cui applicatur , & si consensus Prin-
cipis sit necessarius , Baldus rub. num. 21.
in fi. 22. & 25. & an habeant iurisdictio-
nem, in cap.cum omnes num.22.23.& post
num. 37. & 38. c. cum accessissent , num.9.
10. & 11. & 24. de constitut. Vltra quod
olim decuriones creabant magistratus, inf.
constit. cum satis , vel præsides mandabant
magistratibus,vt crearent, Bal.l.1.in princ.
ff.de mag. conue. nunc superior assumendo
inhabilem ad officium videtur dispensare .
Abb.c.præterea nu.11.de testi.cog.dixi sup.
in const.disputare .

Quod nullus Prælatus, Comes, Baro officium Iustitiarij gerat.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus est procurator , & non dominus, & cui comparatur .*

2 *Barones erant capitanei ad vitam , & nunc quid.*

3 *Merum imperium non venit in concessione castri .*



Ictvm fuit de gerentibus
officiū Iustitiariatus per
alios , nunc ponit de his ,
qui prohibentur gerere
per se, videlicet [Qvod
1 Nvllvs Praelatvs] qui
procurator est, & non do-
minus,& vsuario comparatur. Pau.de Cast.
cons.338.nu.2.cir.med, & in fi. 1.vol. cuius
ius in sola administratione cōsistit, Bal.qui
succ.ten.post nu.2.vbi Affl.nu.23. [Comes,
2 Et Baro] qui olim erant capitanei ad vitā
in terris eorum cū mero,& mixto imperio,
Affl.inf.in tex.nu.3. cir.fin. hodie sunt offi-
ciales Regij, & nomine Regio exercēt me-
rum,& mixtum imperium,& sunt plusquàm
Capitanei, idem Affl. inf.const. pœnam eo-
rum nu.37.in fi. non possunt tamen exerce-
3 re officium Iustitiariatus, quia in cōcessio-
ne castri non venit merum imperium,Præp.
de cap.qui cur.vendidit,nu.5. Nam iurisdi-
ctio causarum temporalium in toto regno
pertinet ad Regem , Abb. c. causam 2.not.
qui filij sint legit. Ideo officium prædictum
per se , vel per alium geri non potest , l.ita
autem §.gessisse ff.de administ.tut.& vt inf.

S V M M A R I V M.

1 *Imperium cœpit à Deo in populum , à populo in Imperatorem,qui quædam retinuit, alia commisit , sicut Deus.*

2 *Papæ quædam spectant, quædam Sedi Apostolicæ .*

3 *Papa creando Regem , transfert Regalia, Rex autem quæ non potest.*

4 *Papæ, & Imperatori singulari priuilegio reseruata , non transeunt in alium , etiam consuetudine .*

5 *Rector in omni republica signo singulari honoratur .*

6 *Imperium lex dat magistratibus , & ipsi conferre non possunt; quid est , & quotuplex .*

7 *Iurisdictiones sunt indiuiduæ , pertinent ad excellentiam Imperatoris, & nemo sine eius concessione tenere potest .*

8 *Præsumptio licita, & illicita quid,& differt a superbia .*

9 *Honorem Principi debitum , qui alij defert occiditur .*

10 *Inhibitio continet in se præceptum .*

Exercere

11 *Exercere, est frequenter agere, impropriè etiam semel.*

12 *Barones olim, non hodie, sic habent merum imperium.*

13 *Mulcta, & mulctare quid.*

14 *Mulcta contra ius dantur, nec nulla, vel non data dicuntur.*

15 *Iurisdictio alta non potest descendere ad paruos, qui non sunt capaces nisi bassæ iurisdictionis.*

16 *Locus causarum facit locum insignem etiam quod sit castrum.*

17 *Iurisdictionis species diuersæ, & diuersas habent differentias.*

18 *Merum, & mixtum imperium quid, & vnde dicantur, post num. 40.*

19 *Meri imperij casus nonnulli, & quæ mixti, num. 20.*

21 *In casibus mixtis an interueniat procurator.*

22 *Iurisdictiones simplices, vel bassæ, quæ sint.*

23 *Verba si desunt, sententia concordat.*

24 *Alfonsus primus curru triumphando, concessit multa priuilegia meri, & mixti imperij.*

25 *Ferdinandus primus concessit primas causas Baronibus.*

26 *Priuilegium potest facere quem capacem.*

27 *Castrum si conceditur cum omni iurisdictione, non venit merum imperium, num. 29.*

28 *Concessio si fit ecclesia, non acquiritur personis personaliter, sed ecclesijs realiter.*

30 *Concessio iurisdictionalium potest reuocari ad nutum concedentis.*

31 *Iurisdictio feudalis, & prædia allodialia.*

32 *Administrandi potestas descendit ex confirmatione.*

33 *Iudici non censentur translata, quæ sunt Principi reseruata.*

34 *Principi reseruata in signum priuilegij acquiruntur consuetudine.*

35 *Merum, & mixtum imperium an possit præscribi vacante imperio.*

36 *Quasi possessio in incorporalibus, vt acquiratur quæ requiruntur.*

37 *Iurisdictio non est propriè seruitus, & quomodo in nobis cadit.*

38 *Castri, vel villæ in concessione quid venit.*

39 *Beneficium si conceditur, intelligitur pleno iure.*

40 *Appellationes non veniunt in concessione nisi dicatur.*



1 EA QVAE] imperium cœ-
pit à permissu diuino in
populum, voluit enim po-
pulo Romano totũ orbem
subijcere, populus verò
constituit Imperatorem,
Baldus l. bene à Zenone
1. rep. in fi. de quatri. præscrip. in quẽ omnia
transtulit, supra in const. non fine. Sed sicut
Christus auctoritatem, quæ ei competit se-
cũdum quod Deus nulli communicauit, nec
diuinam essentiam, sed potestatem excellen-
tiæ, quæ ei competit vt homini, talem pote-
statem ministris cõmunicauit, D.Th. 3. par.
de Sacram. q. 5. alias 64. art. 4. ita & Impe-
rator quædam inferioribus communicauit,
quędam maioribus tantum, quodam sibi re-
seruauit, Pau. de Cast. cons. pen. col. 3. in fi. &
4. in princ. 2. vol. vel quædam cõmunicauit
Proconsuli, quædam Præsidi, & alia Præfecto
Prætorio, Affl. quæ sint reg. in princ. Bal. l. eã
quam num. 30. & 31. de fideicomm. quædam
habent in se excellentiam, vt non concedan
tur nisi maioribus magistratibus, idem Bal.
cõs. 387. post princ. vol. 1. Multa potest solus
Princeps, nec licet alicui committere, Luc.
l. contra publicã col. 1. cum tribus seq. & 6.
cir. med. de re mil. Bal. l. 1. nu. 1. de iure aur.
2 anul. & l. 2. nu. 1. com. de vsucap. Ita Papa
quædã exercet ex ordinaria potestate, quæ-
dam sunt ex reseruatis, alia ad eum spectant
ex deuolutione iuris, quædam ex plenitudi-
ne potestatis, Pau. de Cast. d. cons. pen. 2. vol.
Sedi Apostolicæ in signũ generalis dominij
sunt 89. casus reseruati, Spec. cum add. ad eũ
tit. de leg. §. nunc, lo secondo, num. 52. circa
3 med. Et si facit aliquẽ Regem, videtur om-
nia Regalia quasi specialiter concedere,
Bal. d. tit. quę sint regal. nu. 8. adeo quod non
recognoscens superiorem, saltem de facto in
temporalibus posset exercere ea quæ sunt
reseruata Imperatori, Abb. c. per venerabi-
lem nu. 10. qui filij sint leg. non tamen posset
alienare bona, & iura ipsius regni, quia non
sunt propriè Regis, sed dignitatis Regalis,
Abb. c. intellecto 1. not. & post nu. 4. de iu-
reiur. nec à se in totum iurisdictionem reij-
cere, Inn. c. cum venerabilis de cens. quia
quod est in dignitate dignius est agendum,

Io.

Io.And.ad Spec.tit.de cau.poss.& propriet.
4 Adeo quod reseruata in præmium supremæ potestatis,vel priuilegij singularis Papæ,vel Imperatoris consuetudine nō acquiruntur, Ant.de But. c.cum satis 2.not. de off.Arch. vnde quasdam causas Papa, & Episcopi sibi reseruāt,appendix ad D.Th.3.par.de Sacra. q.51. alias 20. art.1. & 2. quæ de facili non cōceduntur,Bal.l.2.nu.14.de peda.iud.nulli attentare licet,Abb.c.quoad translationem 1.not.de off.leg. & à nemine vsurpari, vt in textu, cuius sum.ponit gl.1. Affl.in princ.& nu.32.& dicit [EA QVAE] quæ habent dominium præfixum, & determinatum à iure, vt iurisdictiones, decimæ,& similia, Bal.l.1. post nu.1.C.de reb.alie.non alien.[AD SPECIALE] quod differt à singulare. [DECVS] honorem, glos.3. l.1. ff.de postula. Regis. Afflict.hic num.22.circa finem. Nam videmus in omni republica obseruari summum
5 Rectorem aliquo signo singulari honorari, D.Th.2.2.q.85.art.2. [ET MERVM] primū, & præcipuum gradum iurisdictionis, Bald. d.l.2.nu.10.de peda.iud. ab omni qualitate iurisdictionis absolutum, idem Bal.l.imperium de iurisd.omn.iud.l.2.nu.8.circa fi. de iure fisci lib. 10. cuius species plures sunt,
6 Bal.l.3.C.de obse.patr.præst. [IMPERIVM] quod lex dat magistratibus, & ipsi conferre non possunt alteri,Bal.auth.sed nouo iure in princ.de ser.fug. Consistit in quatuor, sicut quatuor sunt elementa, Cassa.consue.Burg. rub.1.§.1.ibi,hault Iusticier,nu.1. Consistit in territorio,Bal.l.1.2.rep.nu.6.C.de emāc. lib. Et est iurisdictio, quæ exercetur iudicis officio nobili publicā vtilitatem respiciens, Abb.c.quod sedem post num.5.de off.ord. & est triplex,magnum,medium,& mixtū, Bal. l.si in aliquam 2.repet. §. cum plenissimam nu.1.de off.procons.& leg.Et dicuntur iura, quæ magis intellectu, quàm corpore percipiūtur, Bal.l.2.nu.58.in fi.C.de ser.& aqua. [CELSITVDINIS NOSTRAE] sublimitatis nostræ,D.Aug.2.de nuptijs,& concupiscentia,c.1. in princ. Amplitudinis, potentiæ Maiestatis, & copiam abundantiæ nostræ, idem lib.octuagintatrium quæstionū col.12. cir.fin.[SPECTARE NOSCVNTVR]quia quod ad excellentiam pertinet,non competit om-
7 nibus,D.Th.3.par.de Sacram.q.13.alias 72. art.8. vltra quod existentia boni est nō esse diuisibile,2.Posteriorum 28. Omnes iurisdictiones sunt indiuiduæ,& pertinēt ad supremam proprietatem Imperatoris,vnde nemo potest habere iurisdictionē,nisi ex eius concessione,vel permissione, Bald.l.si plures in princ.C.de cōd.inser. & cōs.161.nu.3.vol.3. ab eo fluunt,& refluunt,Gra.hic nu.5.& cōsistunt in auctoritate iuris magis quàm in cōsensu, Bal.l.falsus post nu.25.C.de furtis.
8 [PER PRAESVMPTIONES ILLICITAS] nequissimas, iuxta illud Eccl.37. O præsumptio nequissima vbi creata es? alias posset virtutibus præditus attentare cum auxilio Dei, D.Th.2.2.q.130.art.1. Et differūt à superbia,quæ est peruersæ celsitudinis appetitus:vnde superbus dicitur,qui super vult videri,quàm est:præsumptio est qua quis tendit supra id quod est quoad administrationes, idem D.Th.vbi sup.q.162.art.1. Caiet. col.3.in fi. propria auctoritate,& non superioris, Alex.cons.123.nu.9.vol.4.non obstāte prohibitione, Dec.c.2.nu.6. de indicijs. [VOLVMVS A NEMINE VSVRPARI]vt cōst. præced.& inf.ad subiectorum,in detrimentū honoris nostri, l.3. C.de off.præf.vrb. Adeo quod qui vsurpat merum imperium est reus læsæ Maiestatis, Bald.l.vnica nu.1.de priua.
9 carce. Ita qui singularem honorem Principi debitum, alij cuicunque defert,tanquā reus læsæ Maiestatis occiditur, D.Th.cum addit. ad eum 2.2.q.85.art.2.ibi probatur: nam quantum in se est, totum reipublicæ perturbat ordinem,qui alteri quàm vero Regi honorem Regium impendit, d.par.q.94.art.3. [HOC] quod est rei præsentis demonstratiuum,Imo.l.nemo dubitat nu.1.de hered.inst. [IGITVR] inceptiuè,vel illatiuè,Luc.l.vni. col.3.circa med. de stud.liber.vrbis Romæ. [PIAE MAIESTATIS NOSTRAE]animi pietate nostræ Maiestatis,l.1.de sum.Trin.l.Imperialis C.de nuptijs. [EDICTO]non solum publico, sed in actu populoso facto adeo quod ignorantia allegari non posit. Paris de synd.in ver.officiales c.5.post nu.2. [IN PERPETVVM] generaliter, sup.cōst.hac lege. [VALITVRO FIRMITER] c.Imperialē, §.firmiter de prohib. feu. alien. per Fred. Vnde quod firmiter creditur, pro vero habetur, adeo quod testis deponēs de credulitate,debet dicere,firmiter credo,quod in conscientia sua non dubitat, Bal.extra de sum.Trin. ibi firmiter in princ.& nu.2. [INHIBEMVS]
10 quæ inhibitio continet in se præceptū,Abb. c.nam concupiscentiam,nu.3.in fi.de const. [PRAELATIS ECCLESIARVM] qui tenent à nobis feuda,d.const.ad subiectorum nostrorum.[COMITIBVS, BARONIBVS, ET MILITIBVS]qui sunt in matricula militū stigmate insigniti, & iurauerunt non euitare mortem causa reipublicæ, legibus subiacent, & disciplinis militū, Bal.cons.446.nu.2.vol.5. [LOCORVM VNIVERSITATIBVS] quæ non veniunt appellatione Prælatorum, Comitū, & Baronum,& habent terras, vt de ciuitate Capuæ, Affl.hic 5.not.num. 20. [NE IVSTITIARIATVS OFFICIVM] de quo inf.in cōst. Iustitiarij per prouincias. [IN TERRIS SVIS EXER-

11 Exercere]quod propriè est frequẽter agere, impropriè si actum illicitũ etiam semel egerit, Luc.l.1.col.fin.in princ.de cohart.& princ. cornicula. Inde exercitium est actus per quem possidetur,non ipsa res possessa. Bal.l.3.in 2.rep.in prin.de vsufr.& quemad. quis vta. [Avdeant] ausu temerario,infra const.cum vniuersis, & singulis. [Vel Gerendvm Alicvi Demandari] etiã quod aliud sit facere per se, aliud per alium, gl.1. c.quando de consecrat.dist.4. tamen in hoc casu non potest per se, nec per alium, glos. c.Episcopus,lo terzo, 88.dist.gl.2.circa fin. 93.dist.Et quando mandatur iurisdictio non expletur animo inferioris, sed indicis superioris,Bal.l.falsus nu.16.cir.med.C.de furt.

12 Ex hoc sequitur, quòd iure isto nullus Comes,vel Baro habet merum imperium in regno,nam habent Iustitiarij mandato Regis, nec istos constituere possunt Comites, vel Barones,sed solus Rex, & successiuè ipse solus habet merum imperium, quod cõmittit Magistro Iustitiario, Iustitiarijs,& Capitaneis,Affl.hic 7.not. Hodie verò habent merum,& mixtum imperium,ideo,vt supra,dicuntur officiales Regis,si non habent secundas causas:qui non habent merum,& mixtũ imperium dicuntur Baiuli,Foller.sup.const. Capitaneorum nu.143.& 145.in fine. [Sed Magistris Ivstitiariis, Et Ivstitiariis Ab Excellentia Nostra] c.1. de probat. l.1.de sanctimonialibus in Longob. [Statvtis] vt const.seq.in princ. [Intendant] animum dirigant,& desingant,Niz. in ver.intẽdo. [Contra] .i.præter,gl.l.pacisci ff.de pact. [Praesentem Avtem Prohibitionem] per quam repellimus,& vitamus,Luc.l.prohibitum in princ.de iure fisci. huiusmodi erectionem, & exercitium Iustitiariatus. [Nostri Cvlminis] supra const. quanto. [Satagentes] satis agentes, vt exerceãt merum imperium absque mandato,& licentia Regis, Affl.hic 8.not. [Tam Statventes Ivstitiarios, Qvam Statvtos Totivs Terrae Svae] etiam quod sit prælatus, Affl.hic 4.not. [Pvblicatio-

13 ne Mvlctamvs] pecuniariter punimus, Spec.tit.de dolo,& contum. §.2.nu.8. Inde mulcta est species iudicialis sententiæ consistentis in pecunia, & extraiudicialiter imponitur ad contumaciam coerceudã, Abb. c.de causis num.12. de offic.deleg. Dicitur autem mulcta, quia emulget sanguinem, idest marsupium, Bald.c.cum ecclesia, post princ. de electione.

14 Contra,mulcta contra ius dantur,nec tamen ideo nulla,vel non data dicunt,D.Aug. 5. de Baptismo contra Donatistas 13. col. post princ. tãto magis,quia Comites,& Barones non possunt dare,vel exercere, quia non habent merum imperium. In partibus verò Vltramontanis vendunt, & donãt merum,& mixtum imperium, & disponunt sicut de alijs rebus suis, Iacob.in tract.feud. in ver.Dux, ibi quid si Rex.

Dic, quòd facta pro infectis haberi non possunt, l.in bello §.factæ de capt. & postli. reuer. nõ tamen tenent,sed annullantur,nisi de consuetudine seruetur contrarium,prout in partibus Vltramontanis, Præp.c.1.nu.2. de feu.mar.

Nota,quòd sicut Deus inferiora gubernat per superiora non propter defectum suę potestatis,sed propter abundãtiam bonitatis, propter quam dignitatem causalitatis communicat etiã creaturis, Nic.Nysse tract.1. par.3.port.2.q.1. ita Princeps per eius officiales,qui eius imaginem repræsentant, inf. in const.eos. si sunt maiores, exercet altam iurisdictionem,Bal.c.1.nu.8.de const. Bassa iurisdictio altam non includit, in cap.Sedes Apostolica nu.6.post med.de rescrip. Iuris-

15 dictio alta non potest descendere ad paruos iudices,qui nõ sunt capaces nisi bassæ iurisdictionis,Bal.d.l.2.nu.6.circa med.de peda. iud.nec reseruata Principi propter eius absentiam vsurpare possũt,nót.Bal.in l.arrogationes, C.de adoptio. adeo quod demanialia,& merum impetium nõ tenentur nisi speciali priuilegio Principis, Gra.c.reg.ad

16 Regale fastigium num. 10. Et vbi est locus causarum merum, & mixtum imperium,dicitur locus insignis, etiam quod non sit ciuitas, sed castrum, quia præsumitur esse ibi copia peritorum, Bald.l.iuris ignorantiam post princ.qui admic. Dicitur autem iurisdictio meri imperij, quædam mixti, & alia modica coercio, Spec.tit.de iurisd.om.iud. nu.10. vel merum imperium,mixtũ,& bassa iurisdictio, tres sunt species iurisdictionis

17 diuersæ,& habent in se proprias,diuersas,& discretas differentias,Cassan.consuet.Burg. rub.1.in princ.ibi,des iustices, num.31. seu quædam pertinent ad iurisdictionem ciuilem,quædam ad criminalem,declarat prag. Ferd.I. quæ est 2.sub rub.de iurisd.inui.non

18 turba. Dicitur autem merum imperiũ vltra superius dicta,eo quod purum est,& separatum ab omni pecuniaria controuersia,mixtum quasi ex vtroque, sed quia ita inhæret iurisdictioni, & iurisdictio ei, vt neutrum possit esse sine altero, Azo in sũm.nu.15. ante,& post,de iurisd.om.iud. vel mixtum vocamus,quia concernit interesse pecuniariũ, Bal.auth.& qui iurat nu.13.post med.de bonis anct.iud.posid. Inde mixtum,& quid dicatur, Loffr.de mil.vass.qui contu.est, facit c.tuæ de procurat. Occidere autem est meri

imperij,

19 imperij, ideo domino priuato nõ competit, nec minoribus magistratibus, Bal. l. & si certus §. fin. in fi. ad Syllan. tunc in causis capitalibus non solum sententia, sed causa, processus, & executio est de mero imperio, Bal. l. si quis filio §. irritum in princ. de iniusto, rup. & irrito testam. ita pœna corporalis, & mutilatio membrorum, Affl. inf. const. locorum Baiuli, post nu. 12. Bal. l. data opera nu. 46. in princ. de his qui accus. non poss. & fustigatio, quæ æquiparatã pœnæ mortis, Cassa. consuet. Burg. rub. 1. §. 5. ibi, corporelment. & vbi est pœna sanguinis, ibidem in ver. si ne agrace, nu. 129. Carcer etiam, & erectio furcharum est meri imperij, Bal. auth. causa quæ nu. 6. de Episc. & cler. Cass. consue. Burg. rub. 1. ibi, dest iudices, in princ. num. 23. Ita iubere duci in carcerẽ, nisi fiat gratia tuendæ iurisdictionis, Bal. l. 2. nu. 8. cir. fi. de iure fisci lib. 10. vel si fit causa custodiæ, Isern. & Gra. infra const. dilationes nu. 3. Isto modo Baiulus habet carcerem, Affl. ea. const. dilationes post nu. 51. vbi etiam Bart. de Capua in addit. pen. & antepen. Torquere est meri imperij, & pertinet ad iudicẽ, Bal. l. 3. nu. 1. C. de his quib. vt indig. Bannire, Bal. l. illicitas §. qui vniuersas 1. rep. in fi. & 2. nu. 2. de off. præsid. Mittere ad confinia, Bal. l. quicunque nu. 19. cir. med. C. de ser. fugit. Statuta condere, in l. nulli nu. 2. de sent. & interloq. omn. iud. Vltimo non potest omnia bona adimere nisi qui potest de sanguine punire, Bal. l. certa forma in fi. d. tit. de iu. fis. lib. 10. Adeo quod fustigatio, & pœnæ pecuniariæ non sunt meri imperij, nisi esset publicatio bonorum, Bald. l. fin. 1. rep. de off. præf. vigil.

20 nam condemnationes pecuniariæ quædam sunt mixti imperij, quædam ciuiles, & quædã criminales, Bal. l. si aliquam 2. rep. cir. fi. de off. proconf. & leg. Vnde in duabus potestatibus mixta non retinent propriæ qualitates extremorũ, sed quodlibet est de per se, Bal. l. 2. in princ. post med. de verb. obligat. Statuta pœnalia pertinent ad mixtum imperium, Bal. l. 2. nu. 3. cir. fin. quomo. & quando iud. Ita creare custodes, & pignorare in forestis, Cassan. consuet. Burg. rub. 1. ibi, des iustices, in princ. nu. 18. & §. 6. ibi, misiers, & sergens, post nu. 19. Appellatio, Bal. l. eos, post princ. nu. 4. & l. cum post in fi. C. de appellat. & l. fin. §. fin. cir. fin. de temp. appell. In possessionem mittere, gl. l. 2. de iurisd. om. iudic. Bald. l. nec quidquam §. vbi decretum nu. 8. cir. fi. de off. proconf. & leg. l. pen. 2. rep. de off. eius, & in l. 1. de dam. infe. Executio est mixti imperij, & mandari non potest, glo. 2. l. 4. C. si contra ius, vel vtil. publ. Abb. c. quo ad cõsultationem, nu. 28. in fi. de sent. & re iud. Cognitio etiam quæ cõpetit maioribus iudicibus, Bal. l. magis puto §. nõ passim circa princ. de reb. eorũ, gl. l. 2. de assess. & domest. Querela inofficiosi testamenti est mixti imperij, mixta inter ciuilem, & criminalem, vnde plerũque dicitur accusatio, aliquando querela, & tamen non est actio, nec accusatio, sed quodam tenens medium, rescindens testamentum, Arch. c. si quis circa med. 13. q. 2. Isto modo actio iniuriarum est criminalis, & mixta, Affl. sup. in const. varietates pœnarum, nu. 6. cir. fin. 7. & 8. Furtum est de mero imperio, quandoque de bassa iurisdictione, Cassa. vbi sup. rub. 1. §. 5. ibi, oy mutilacion in princ. Datio tutoris, vel curatoris, & cognoscere de mutilatione est mixti imperij, Affl. inf. const. Baiuli locorum, post nu. 3. & 5. de off. Bain. Cassan. vbi sup. rub. 6. §. 4. ibi, si par, nu. 17. Mulctare, & mittere in possessionẽ ex primo decreto sunt reseruata habenti iurisdictionem mixti imperij, Bald. l. dies cautioni §. duas cir. princ. de dam. inf. Vltimo quædam sunt causæ mediæ, quæ non sunt capitales, nec simplices pecuniariæ, sed ius ciuile imponit relegationem, & amotionem ab ordine, Canonistę amotionem à beneficio ecclesiastico, & plures casus possunt sub isto genere includi, Bal. l. seruum §. publice col. 6. circa fin. post nu. 8. ff. de procurat.

21 In istis casibus mixtis an interueniat procurator, Bal. l. seruum 2. rep. nu. 2. & l. sed & hæ, 2. rep. eo. tit. de procur. Territorium autem sequitur eum cuius est mixtum imperium, primum, & secundum decretum, & commissionem, quæ fit nuncio de immissione reali, Bal. d. auth. & qui iurat, post nu. 12. & 42. de bonis auct. iud. possid. Ita & causa liberalis licet dicatur meri imperij, secundum quosdam, Spec. tit. de iurisd. omn. iud. nu. 18. Quæ

22 autẽ sint simplicis iurisdictionis, Bar. l. imperium cir. fin. cognoscere de causis centum, vel tercentum aureorum, de iurisd. om. iud. vel bassæ, Cassan. vbi sup. ibi, dest iustices, & droiz de icelles nu. 98. alibi tres sunt iurisdictiones cardinales, seu præcipuæ, pecuniaria, decreti, & correctionis facinorum, Bal. c. cum dilectus in princ. de consuet. differũt gradu, non specie, vt maior, & minor, c. fin. nu. 14. eo. tit. In regno per istum tex. fundat Affl. 6. not. quod nullus Comes, vel Baro ha-

23 bet merum imperium, nam si verba desunt, sententia cõcordat, Spec. tit. de oblig. & sol. §. 4. nu. 5. & tit. de testam. §. 2. post nu. 4. Nec Barones habebant nisi iurisdictionem ciuilem in terris eorum, & erant sicut Baiuli, hodie, vt sup. communiter ex priuilegio habent merum, & mixtum imperium, etiam dominus villæ, & videmus castra, & villas vendi cũ mero, & mixto imperio gladij potestate, & omnimoda iurisdictione, Cap. in

sua

sua inest.in ver.feudorum genera,ibi in re-
gno nostro,in fi.& ibi commercia, in fine.
Quid possit habens merum, & mixtum im-
perium, vel si habet omnimodā iurisdictio-
nem, Iacob.in ver.cū mero mixto imperio,
ante,& post num.4.vsque ad 13.Et ista licet
cōcedantur cum magna deliberatione, Bal.
in fim.l.liberti, libertæq; num.20.post med.
24 C.de oper.lib.Alfonsus I.adoptatus à Ioan-
na,vt sup.in prælu.dum ruptis mœnijs ascen
dit currum triumphalem causa triumphādi
per ciuitatem, concessit infinita priuilegia
meri,& mixti imperij Ducibus,& Marchio-
nibus quos creauit, cū clausula priuatiua:
vnde citati per Magnam Curiam allegando
dicta priuilegia,remittuntur ad eorum iudi
cem competentem, Gra.in princ. rituum
25 Mag.Curiæ. Ferdinandus I. concessit quasi
omnes primas causas Baronibus, Affl.§.fin.
post nu.7.& 8. quib.modis feu.amitt. Et sic
potest quæri per priuilegium, & consuetudi
nem merum,& mixtum imperium, Bal.cōs.
430.post nu.3.vol.4.Abb.c.quod translatio-
nem 2.not.de off.leg.c.cum contingat nu.5.
26 & 10. de foro comp. Nam priuilegiū potest
facere quem capacem, Abb.c.causam, post
nu.3.de præscrip. Ex priuilegio concedūtur
insignia dignitatis ei qui non habet, Abbas
c.pen.2.not.de præsum. sed à solo Principe,
idē Abb.c.accedentibus post nu.2.de excess.
præl. & nō per verba generalia,sed specifica
debent concedi, Affl.de cap.qui cur.vend.in
princ.nu.8. vel specialiter dictum valet, se-
cus si generaliter dicatur, glo.l.vel, in ver.
specialiter ff.de relig. & sumpt.fun. Verum
si consuetudo dat cognitionem causarum
ciuilium,non ei dat cognitionem causarum
mixti imperij cum sint articuli separati,Io.
Faber inst.de actilia.tut.in princ.post nu.6.
27 Et si conceditur castrum cum omni iurisdi-
ctione,non venit merum imperium, Arnon.
55.dialogo. In concessione generali Duca-
tus, vel Comitatus non veniunt reseruata
Principi,sed requiritur specialis mētio,Pau.
de Cast.cons.34.cir.princ.2.vol. In conces-
sione castri cum territorio veniunt loca ste-
rilia,sed non flumina publica,& cætera Re-
galia. Et si fit concessio cum iurisdictione,
intelligitur in prima instantia,non in causa
appellationis,nisi aliud esset ratione rei cō-
missæ,vt in Castellanis Galliæ: & intelligi-
tur de iurisdictione simplici, non mero, vel
mixto imperio,nisi dicatur cum omnimoda
iurisdictione, siue plenaria, Affl.hic nu.24.
Bal.d.l.2.post nu.12.de peda.iud.vel si con-
cessio fuit facta cū castro à supremo Rege,
Bal.d.c.1.nu.5.de cap.qui cur.vend.nā tunc
transit cum vniuersitate castri,& ei adhæret
velut capiti territorij,& nihil habet cōmu-
ne cum proprietate prædiorū,in dubio cen-
setur concessa personæ, & non territorio, &
non præsumitur esse feudalis nisi cum Rege.
Consuetudo dat iurisdictionem realē,quan-
do eam dat territorio,nā territorium sonat
iurisdictionem,quando dat communitati su
per eo, quod non est de iure communitatis
dat personalem,Bal.rub.nu.20.extra de con
28 suetudine. Si fit ecclesiæ, acquiritur ius non
personis personaliter, sed ecclesijs realiter.
Abb.c.1. post nu.9. vt lite pend. Isto modo
possunt competere ecclesiæ speciali titulo,
& pleno iure, Abb.c.conquestus 2.not.de fo.
comp. Si simpliciter conceditur,in nullo te-
netur, & si donator retinuit aliqua,reserua-
tio non detrahit superiori potestati,sed eam
eminentiorem reddit, quia fit in signum su-
perioritatis, Bald.d.l.2.num.6.de peda.iud.
verum debetur si est honestum, Abb.c.verū
post nu.25.d.tit.de foro comp. In alijs con-
29 cessio castri, vel villæ generaliter,vel inde-
finitè facta etiam per Principem,non trans-
fert quæ sunt meri imperij, nisi expressè di-
catur, Spec.tit.de iurisd.om.iud.nu.16. & si
concessit, an censeatur se spoliasse iurisdi-
ctione sua,& imperio, Gra.cōs.2.in fi.decis.
num.6. Et si concessit propter seruitia, vel
ad beneplacitum, an possit reuocare, Cap.
30 decis.116.nu.8. etiam quod concessio iuris-
dictionalium possit reuocari ad nutum con
cedentis, idem Cap.decis.121.post num.13.
Et si concedit aliqua de sibi reseruatis,intel
ligitur illa concedere vt exerceat cū debita
causæ cognitione, Cap.præd.decis.130.post
nu.44. & causas concessas posset alijs com-
mittere, Affl.d.§.fin.quib.modis feu.amitt.
31 Et possunt prædia teneri iure proprio,vt al-
lodium,& iurisdictio in feudū, Præp.de cap.
qui cur.vend.in princ.col.4.cir.fin. Quid de
consuetudine,vel de iure,Præpo.§.ex eadem
lege circa fin.de leg.Corra. adeo quod dans
pecuniam,vt habeat iurisdictionem tempo-
ralem non committit simoniam,Abb.c.1.in
1.not.cir.med.ne prælati vices suas. Reddi-
tus regales possunt vendi etiam Iudæis, &
Saracenis,c.1.vbi Abb.de Iudæis, etiā quod
à iurisdictione deriuent pœnæ,Abb.c.quę in
ecclesiarum,post nu.5.de cōst. sicut ex con-
32 firmatione descendit potestas administrādi
nō ex electione,Abb.c.nostri 1.not.de elect.
c.1.post nu.2. de translat.præl. Vnde electo
à prædone,& à superiore confirmato,omnes
vt legitimo respondent, Bal.l.2.nu.81. C.de
33 seruit.& aqua. Iudici in dubio non censetur
translata,quæ sunt Principi reseruata, supe-
rior enim principalem, & perfectum actum
operatur per se, dispositiones prauias per
suos ministros, Nic.de Nysse tract.5.par.1.
port.2.quæst.10. Quæ transeunt,& concessa
simpli-


simpliciter censentur semper concessa, vt exerceat cum causæ cognitione, Loffr.cons. 29.nu.10.& 11.& iurisdictio ordinaria præsumitur nō delegata, Bal.l.ea quidem nu.14. post med.C.de accusat. Rursus potest quæri per consuetudinem, Abb.c.quod translationem 2.not. de offic.leg. cap. cum contingat
34 num.5.& 10.de foro compet. adeo quod res seruata Principi in signum specialis priuilegij possunt acquiri consuetudine tanti tēporis, cuius initij memoria non existat, idem Abb. c.super quibusdam nu.2.de verb. significat. cap.1. num.10.circa med. vt lite pend. nam consuetudo dat iurisdictionem, & sicut dat, ita eam tollit, Bald.l.1.repet.1. in princ. & 3. num.1. & 2. circa med. C.de emancip. liber. & valet consuetudo disponens circa Principi reseruata, Abb. c. cum dilectus num.2.de fide instrum. Contra autem obedientiam non præscribitur à subdito, quia non potest esse sine capite, Baldus c.cum inter vos, circa med. de consuetud.
35 An autem vacante Imperio potuit in Italia præscribi merum imperium, & mixtum, Abb. c.1.num.5.& 6. de præscript. Insuper
36 vt acquiratur quasi possessio in incorporalibus duo requiruntur, Abb. c.bonæ, lo secondo, num.20.de postul.prælat. & requiritur generalis possessio per generale bannū, non in singulis, Bald.l.sed si 2.rep.cir.princ. de in ius voc. In genere quomodo probetur, & quomodo in specie, in l.data operâ num. 28. de his, qui accus. non possunt. Quasi possessio verò iurisdictionis iniustè habitæ non causat actum validum, Abb. cap. pen. num.4.de relig.domib.exercetur tamen sine alia possessione, si non est ab alio occupata, Bal.l.3.2.rep.post princ.de vsufr.& quemadmodum quis vta. alias petenti restitutionē, obstaret defectus notorij iuris, Abb.c.significasti num.5.de diuortijs. Libellum quando quis turbatur in possessione iurisdictionis, ponit Spec.rit.de cau.possess. & propr. §.1.num.16.
37 Secundo nota, quòd iurisdictio non est propriè seruitus, sicut ius præsentandi, & similia, sed quasi seruitus, siue ad similitudinem seruitutis, vnde cōtra impedientes datur quasi confessoria, Bald.rub.post num.1. C.de vsufr. De per se, sui origine, & effectu non est in commercio, potest tamen infeudari, & cadit in dominio nostro. Ordinaria, & contentiosa cohæret territorio, secus in voluntaria, Bal.l.dum virum nu.3.de decur. Eius limites sunt secundum limites territorij, & est in territorio tanquam in re, in iudice tanquam in persona, idem Baldus l.fin. num.2.C.vbi,& apud quem. Isto modo con-
38 cesso castro, vel villa, videtur datus honor, iurisdictio, districtus, & iuspatronatus, Lucas l.vnica col.fin. post med. de castr.omn. palesi. pecu. Alias regulariter Barones non habent merum imperium, idem Luc.l.2.post princ.& circa fin.de fun limi. Cap. in sua inuest. in ver. prærogatiue, ibi Barones, licet
39 in dubio quando alicui conceditur beneficium, intelligitur concedi pleno iure, Bald. l.beneficium 1.rep.nu.2. ff.de const.Princip. Et de his quæ possunt conuenire Baroni, Paris de synd. in ver.de excess.Baro. erga subditos, in princ.nu.8. Et sic non potestas cōdendi leges, cudendi monetam, & similia, Lucas l.1.col.pen.cir.fin. de priuil.schol. sed reseruari consueta semper censentur reseruata, vt cognitio hæresis, falsæ monetæ, & læsæ Maiestatis, Affl. quæ sint regalia, in ver.& bona committentium nu.10.non venit ius Regiū, quia illud ius non fuisset verisimiliter concessurus, Capyc. sua inuest. in ver. feudorum accessoria, col.4. circa fin. Criminalia in regno Siciliæ exceptuantur in priuilegijs, Pernus cōs.5.col.3.post princ. Restitutio etiam est de specialiter reseruatis Principi, ideo non venit in concessione generali, Pernus præd. tract. de Principe col. 6. in princ. ita legitimare, & famæ restituere, Baldus d.l.2. num.14.de peda.iud. Quindecim quæ olim non veniebant de stylu Cancellariæ in concessione feudorum, Affl. §.præterea inter duos num.8.de prohib.feu.alien.per Freder. Loffr.c.filij col.6.circa med.si de feu.defun. mil.fue.contro. Et si donatur castrum, non venit merum imperium, Pernus d. cons. 5. col.2.in fi.& 3.in princ. & quare, Paulus de Cast. cons. 407. post nu.4.vol.1. & si conce-
40 ditur iurisdictio in castro, non veniunt causæ appellationis nisi sit dictum, Frecc. de subfeud. lib. 2. ibi decima tertia auctoritas nu. 6. ita si vendit omnes possessiones quas habet in castro, non venit iurisdictio, Bal.de capit.qui cur.vend.num.16.vel si Baro vendit prædia in quibus sunt erectæ furchæ, vel domus ad colligendum pedagia, etiam quod in venditione dicatur cum omnibus iuribus, intelligitur de proprietate fundorum, idem Bal. l. procuratore C.mandati. Quomodo autem sit iurisdictio in territorio, Baldus l.1.in 1.repet. §.in initio num.3. de offic.præfe.vrbis.& quæ iurisdictiones concernunt vassallos, & feuda, Paulus de Castro cons.173.num.1. in fine 2.volum. Vnde habens merum imperium potest condemnare ad mortem, Bald. l.illicitas §.qui vniuersas 3.repe, in princ.de offic.præsid. Quid autem sit merum, & mixtum imperium, vltra superius dicta, Baldus l.imperium 1.& 2.repet. de iurisdict.omn.iud.l.1.3.rep.in princ.ff.de const.Princ.& d.l.2.nu.10.& 11.de ped.iud.

Quæ sint,& quæ ad ea pertinent,Spec.tit.de iurisd.omn.iud. in princ.post num.10.vsque ad 31. Et licet iurisdictiones Imperiales nõ possint vendi, & contractus super eis sint nulli, Aluar.§.ad hæc num.2.de pace iuram. firm.quia non separantur à republica Papa, vel Imperatore, quemadmodum radij Solis non separantur à Sole: de consuetudine seruatur contrarium,Præpo.d.c.1.nu.2.de feu. Mar. nam ex consuetudine tanti temporis, cuius memoria non sit in contrarium, præscribitur facultas legitimandi, & creandi notarios, Arnon.21.epitomate. Et si concessit merum imperium alicui in terris suis, etiam quod concesserit vniuersitatibus, posset reuocare ad libitum,nisi esset concessum propter seruitia, Gra.hic ferè per totum. Et si dat officiali iurisdictionem ad vitam, non propterea videtur à se abdicare potentiam ad libitum reuocandi, & concedendi alteri, idem Gra.hic num.3. Et si concedit castrum cum bancho iustitiæ,non venit merum imperium, Arno.35.dialogo.

Qua pœna vniuersitates teneantur, quæ creant Potestates, & alios officiales.

SVMMARIVM.

1 *Pœna præsupponit delictum.*



VIA dictum fuit qua pœna puniantur Comites, & Barones, qui iurisdictionẽ exercent vltra quam habent, & poterat dubitari de officialibus creatis per vniuersitates, & de officialibus ipsis, ad remouendam hanc difficultatem ponit [QVA POENA PVNIANTVR VNIVERSITATES, QVAE CREANT POTESTATES, ET ALIOS OFFICIALES] & dum
1 creant, præsupponit esse delictum, quia si non esset non imponeretur pœna,l.lege duodecim tabularum in ver. vitium C.de legi. hæred. de qua pœna videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas nostrũ non facit aliquid licitum,vel non,sed lex.*
2 *Iurisdictio ex lege, consuetudine, & priuilegio Principis datur.*
3 *Iurisdictionem habens à consuetudine, non potest delegare.*
4 *Sufficienter aliquid præstare sufficit, licet non sufficientissimè.*
5 *Causæ criminales quæ,et quæ ciuiles.*
6 *Abolitio quid, & vnde descendit.*
7 *Potestates quæ sint, & in masculino, & fœminino reperiuntur.*
8 *Mercatorum causas qui cognoscunt, & quomodo citant.*
9 *Iurisdictio potest acquiri consuetudine.*
10 *Populus est humanæ multitudinis cœtus, & dicitur à polis, quæ est ciuitas.*
11 *Iurisdictio idem est quod potestas, inde iurisdictio potestas ius dicendi.*
12 *Nominatus ab eligente, videtur nominatus à committente.*
13 *Vniuersitas est plurium inter se distantium collectio sub vno nomine.*
14 *Angarij qui sint, & qui perangarij, obligati ad seruitia an sint.*
15 *Regimen populare penes nullum, sed in totam vniuersitatem residet.*
16 *Vniuersitas ex consuetudine potest eligere, vel priuilegio, num.18.*
17 *Iurisdictiones dominio æquiparãtur.*
19 *Plebs potest deputare aliquos, qui cognoscant causas priuatorum.*
20 *Auctoritatẽ nõ concedet qui nõ habet.*
21 *Iurisdictio amittitur si flagitiosis, & sceleratis committitur.*
22 *Ciuitates regentium diuersa nomina.*
23 *Consules mercatorum, & Magistratus municipales etiam quoad suos non possunt dare tenutam,nec mittere in possessionem.*
24 *Syndicus est Potestas loci, appellatur pater, quandoque Princeps.*
25 *Ordinariam potestatem lex, Princeps, & consuetudo dant.*
26 *Iurisdictio quid significet, & quo iure sit.*
27 *Potestatem ordinariam quis, & quomodo habet.*
28 *Merum imperium vsurpans quomodo punitur.*
29 *Officialium vniuersitatum nomina à iure imposita.*
30 *Delictum populi in iniquitate statuti non retorquetur in quemlibet.*

1 C[Vm Satis] voluntas
noſtra nõ facit aliquid
licitum, vel non, ſed
lex, cui voluntas ſubdi
debet, D. Tho. 3. par. de
Sacram. q. 83. alias 82.
art. 1. Ideo quæcunque
gerimus, niſi initium
legitimum ſumant, inanem noſtrum actum
efficiũt, Bal. quæſt. de ſchiſmate 1. par. nu. 9.
in princ. quia iuriſdictionem propria aucto
ritate exercere eſt contra omnes leges, Bal.
l. 4. 2. rep. col. 4. in princ. C. de emancip. libe.
2 Iuriſdictio enim ordinaria competit ex tri-
bus, lege, conſuetudine, & priuilegio Princi-
pis, Abb. c. duo ſimul nu. 2. de off. ord. à lege
datur cum ea exercetur iure poteſtatis Re-
giæ, Bal. l. 1. 3. rep. circa princ. C. de emanc.
liber. conſuetudo ſicut dat iuriſdictionem,
Bal. l. ſed et a 2. rep. ff. de legib. ita poteſt dare
hanc poteſtatem dandi iuriſdictionem,
Abb. c. 2. nu. 4. ne præl. vices ſuas. Iſto modo
priores ciuitatum Tuſciæ vocantur. Magi-
ſtratus, quia vſurpant ſibi poteſtatem, Bald.
l. ſi quis decurio num. 20. in fi. C. de falſis, &
l. 2. 1. not. de decurio. Spoletani eligunt ſibi
Conſules, & Communitates Italiæ per vſur-
pationem exercent merum, & mixtum im-
perium, Abb. c. 2. in 3. not. de purg. vulga.
3 iſtam vſurpationem tollit Imperator, quia
ille cui conſuetudo dat iuriſdictionem, non
poteſt delegare, Baldus l. miſsi opinatores
1. not. de exacto. tribu. & propterea prohi-
bet per vniuerſitates creari officiales per
quos merum, & mixtum imperium exer-
ceatur, vt in textu, qui diuiditur, & ſumma-
tur vt per Afflict. & dicit [Cum] quamuis,
vel quia, glo. pen. l. per ſeruum, & l. pen. in
glo. pen. ff. de pet. hæred. [Satis, Abunde-
que] largiter, copioſè, plena manu, Nizol.
in ver. abunde. [Sufficiant] ſufficere cre-
dimus, infra conſt. cum vniuerſis, & ſingulis,
4 & ſufficit aliquid ſufficienter præſtari, licet
non ſufficientiſsimè, Bal. de pace conſtan. in
ver. omnes, poſt princ. [Officiales] vel
iudices reipublicæ, ſupra conſtit. officiales
reipublicæ. [A Nostro Culmine] ideſt
à nobis, qui ſumus in culmine Regali, vel
Imperiali, l. fin. C. de profeſs. & domeſt. [Sta-
bilitis] infra conſt. caſtra, in ciuilibus quæ-
ſtionibus quoſdam alios quæſtionibus cri-
minalibus præponentes, ſup. conſt. non ſine
in fi. [Ad Hoc Vt Tam In Civilibus]
ciuili iudicio, infra conſt. ſi quis poſt litem,
de pœna contu. Quæ ſint cauſæ ciuiles, &
quæ criminales, adeſt prag. Ferdinandi Illu-
ſtri Viceregi ſub rub. de cau. crim. & ciuili,
vbi latè Io. Ant. de Nig. [Quam Criminalibus Causis] quæ differunt à proceſsibus
criminalibus, nam aliud eſt agere cauſam
criminalem, & aliud proceſſum criminale,
Bal. l. 3. nu. 24. de his qui accuſ. non poſſunt,
5 dicuntur autem cauſæ criminales, quæ prin
cipaliter tendunt ad publicam vtilitatem, &
à commodo priuatorum ſunt abſtractæ, Bal
dus l. 5. num. 11. de peda. iud. vel ſunt quan-
do pœna venit applicanda fiſco, & ordo iu-
diciarius requiritur, Arnon. 75. differentia
vtriuſque iuris. [Iustitiam Unusquisque
Valeat Invenire] cum nemini ſit dene-
ganda, not. in c. qualiter, & quando, de iudi-
cijs. [Usurpationem] l. additos de Epiſc.
audien. conſuetudinem obtentam, vt Afflict.
hic 1. not. [Illicitam] & ſic aliâ licita re-
peritur, vt per Affl. hic, cum vſurpare ca-
piatur in bonam, & malam partem, Iſern.
§. in feudo Comitatus in fi. de alien. feu. &
cap. 1. num. 11. circa med. de feu. Marchiæ.
[Quae In Quibusdam Partibus Regni
Nostri] in aliquibus regni noſtri partibus,
infra conſt. in aliquibus. [Invaluit Abo-
6 lendis] experimentes, nã abolitio eſt perem-
ptio, & deſcendit ab aboleo aboles, quod
idem eſt quod abſtergere, & obliuiſci, Arch.
cap. præuaricatorem 2. quæſt. 3. [Praeci-
pimus] præcipiendo mandamus, cap. ſane
de celebrat. Miſſarum. [Ut A Modo] ideſt
poſt iſtam conſtitutionem, Abbas cap. pen.
num. 10. circa med. de trig. & maleſ. [Pote-
7 states] in maſculino, & fœminino, Abbas
cap. fin. poſt num. 3. de iudicijs, & de eis,
cap. tua nos §. fin. de homicid. c. 3. de ſenten.
excom. c. cauſa, & c. nouimus de verb. ſign.
poteſtatem habentes cum iuriſdictione,
Bal. l. vnica poſt princ. C. ſi quacũque præd.
pote. dicuntur Principes, ſeu Poteſtates lo-
corum, c. Iudæi, lo ſecondo, de Iudæis. terre-
næ poteſtates, c. ſicut eo. tit. de Iudæis. po-
teſtates communes, cap. conqueſtus de foro
comp. qui habent ius permittendi, gl. l. fide-
iuſſor, la ſeconda, ff. de pign. vnde dicantur,
Abb. c. excommunicamus, poſt nu. 7. de hære-
ticis, & c. poſt miſerabilem de vſuris, & idem
l. 1. vbi Bal. in princ. ff. de tributo. & qui ve-
niunt appellatione poteſtatis, l. 3. ff. de don.
inter vir. & vxorem. [Consules] c. licet de
foro compet. c. pen. de ſtatu mon. c. veniens
de iureiur. Conſules ciuitatum, c. ita quo-
rundam de Iudæis. villarum, & oppidorum,
l. fin. poſt princ. de Epiſc. & cler. in Longob.
8 Qui cognoſcant de cauſis mercatorum, Bal.
l. vnica 1. rep. quæſt. 4. de off. conſu. & citant
per edictum, ponendo in foribus ſuæ audien
tiæ, Bal. l. 2. nu. 3. quomodo, & quando iudex.
[Seu Rectores] alibi Cõſules, & Rectores,
c. aduerſus de immun. eccl. c. 2. de purg. vulg.
Poteſtates, Rectores, & Conſules ciuitatum,
c. ad abolendã, c. vergentes, & ſeq. de hæret.

Potestates terrarum, l.certi iuris in fi. C.de
iud. seu Scabini, qui more Francorũ habent
iurisdictionem, l.1. vbi gl.de his qui fueriut
ad mortem iudicati in Longob. [IN LOCIS
ALIQVIBVS NON CREENTVR] nec simplici-
ter respondit Imperator, sed præcipit, Abb.
c.quia post nu.5.de iudicijs. [NEC] quæ di-
ctio copulatiuè ponitur, Bal.cons.482.nu.2.
vol.5. [ALIQVIS AVCTORITATE CONSVE-
9 TVDINIS ALICVIVS] cum iurisdictio posit
acquiri cõsuetudine, Abb.c.ad nostrã 1.not.
de consuet. nam dat priuilegium, declarat,
& extendit factum, Bal.rub, extra de consue
tudine nu.15. [VEL EX COLLATIONE POPV-
10 LI] qui à polis, quæ est ciuitas, dicitur, & est
humanæ multitudinis cœtus, Io. And.c.fun-
damenta nu.13. de elect.in vj. & non habet
fisci regalia, Bald.l.3.C.ad Trebell. [OFFI-
CIVM] ministerium, vel artificiũ, Bal.in rub.
de iust.& iure, alibi officium.i.officialis, gl.
l.nemo, la seconda, de Episc.aud. [ALIQVOD
AVT] quod vtrumque verificat quoad effe-
ctũ significati, licet in verbis sit disiunctiua,
11 Affl.hic 5.not. [IVRISDICTIONEM] quæ di-
citur iuris datio, & dictio idem est quod po-
testas, inde iurisdictio quasi potestas ius di-
cendi, Abb.c.quod sedem, post nu.5.de off.
ord, vel prout est acta ius dicere, Bal.l.pen.
cir.fi.ne de sta.defunct.& est quodã mixtum
rerum, & personarum, & exercetur in perso-
nis tantum, quandoque tantũ in rebus, quan
doque in rebus, & personis simul, Bal.l.data
opera nu.28.de his qui accus.non poss. alibi
imperium, i.iurisdictionem, Bal.l.pen.de off.
præsid. quæ æquiparatur seruituti prædiali,
idem Bal.l.si ego §.1, in fi.de public. [VSVR-
PET] in vsu habet, gl.l.si constante §.quoties
in ver.vsurpetur sol.matr. Et eligebatur per
breuia, vel per sortes in Italia vsitatas, sed
non eliguntur banniti, Io.And.ad Spec.tit.
de accusatio.§.fin.in ver.vt intra col.4.cir-
ca fin. alias qui gerit se pro magistratu, &
non est, incidit in crimen læsæ Maiestatis,
Bal.l.1.2.repet.num.3.C.de emancip.liber.
[SED OFFICIALES TANTVM] per quam di-
ctionem cæteros prohibuisse videtur, Cam.
c.Imperialem char.60.col.4.cir.fin. [A NO-
STRA MAIESTATE STATVTOS, VEL DE
12 MANDATO NOSTRO] quia nominatus ab
eligente, videtur nominatus à cõmittente,
Bald.l.vnum ex familia, §.1.de leg.2. & qui
confirmat, eligere videtur, licet propriè lo-
quendo eligere, & cõfirmare competunt di-
uerso iure, Bal.c.cum dilectus nu.3.de con-
suetudine, videlicet [MAGISTROS IVSTI-
TIARIOS] de quibus locis suis. [CAMERA-
RIOS, BAIVLOS] terrarum, qui habent iu-
risdictionem mere ciuilem, & quando non
erant Barones, habebant merum, & mixtum,
imperium, sed hodie à Baiulis appellatur ad
Capitaneum. Capitanei sunt ad instar defen
sorum ciuitatum, Baiuli ad instar Magistra-
tuum municipalium, & si in priuilegijs dica-
tur, cum baiulatione venit iurisdictio cau-
sarum ciuilium, Cap.sua inuest.ver.feudorũ
clausulæ, ibi baiulatione. [ET IVDICES]
quorum appellatione veniunt omnes, qui
præpositi sunt ad iustitiam ministrandam,
Affl. §.iudices s.not. de pace iuram. firma.
[VBIQVE] seu vbicumque, Pau.de Cast.cons.
203. nu.5. 1.vol. [PER REGNVM NOSTRVM
VOLVMVS ESSE, ET TAM IVRA NOSTRA,
QVAM NOSTRORVM FIDELIVM MINI-
STRARE] cum omnis iustitia sit æqualis, se-
cundum Anselmum, Io.And. c.felicis nu.4.
circa med.de pœnis in vj. & sic fiunt in mini-
strando ministri, sup.io const.nõ sine grandi.
[QVICVNQVE] quod est signum vniuersale
distributiuum, Luc.l.quicunque in princ.de
apochis publ. & nihil excepit, Io.And. c.si
tibi, post nu.3.de præb.in vj. [AVTEM] quæ
dictio in iure aduersatur, Bald.l.centesimis
13 §.fin.de verb.oblig. [VNIVERSITAS] quæ est
plurium corporum collectio inter se distan-
tium vno nomine specialiter eis deputato,
Azo in sum. ff. quod cuiusque vniuer. nom.
[IN POSTERVM] l.fin.§.sed & alijs C.de tẽp.
& repar.appell. [TALES ORDINAVERIT]
elegerit, licet aliquando capiatur pro conse
cratione, Ant.de But.c.Archiepiscopus nu.
2.de temp.ord. [DESOLATIONEM] destru-
ctionem, D.Hiero.in hom.super Matt.c.24.
[PERPETVAM PATIATVR] ita quod locus il-
le perpetuò non habitetur ab hominibus,
Affl.hic nu.10.cir.med. nec est verum quod
subijciatur aratro, & seminetur sal, de quo
Hern.§.& iterum si clericus, addit.nu.23.de
cap. Corra. [ET OMNES HOMINES EIVS-
14 DEM CIVITATIS ANGARII] obligati ad
seruitia personalia suis sumptibus, Affl.hic
num.10. post med. An obligati ad seruitia
personalia dicantur angarij, & possint rece-
dere à loco, Cap.decis.118. per c.reg. item
statuimus quod vassalli ecclesiarũ. [IN PER-
PETVVM] dum viuunt, gl.l.4.ff.de procurat.
[HABEANTVR] de angarijs, & perangarijs,
l.nemioem, vbi glo.de sacros.eccl.de peran-
garia l.2.cum seq.de Episc.& cler. Quid, &
vnde, Abb.c.nõ minus nu.20.& 24.de immu.
eccl. Quam seruitutis pœnam potest impo-
nere etiam Ecclesia, Abb.d.c.ita quorum
vlt.not.de iud. [EVM VERO QVI ALIQVID
DE SVPRADICTIS OFFICIIS SVBIERIT,
CAPITE PVNIRI CENSEMVS] statuimus, &
decernimus, Niz.in ver.censeo. & sic susci-
piens officium meri, & mixti imperij ab eo
qui non habet facultatẽ concedendi, & illud
exercet, puniĩ pœna capitis, Affl.hic 11.not.

Contra,

Contra, regimen democraticum, ſeu popu-
15 lare apud nullum reſidet, ſed in tota communitate, Caie. in tract. de auct. Papæ, & Conc. c.6. in fi. & 2. par. c.4. Vnde ſtatutum in municipio ita poteſt diſponere ſicut Imperator in toto orbe, Bald. l. bene à Zenone 1. rep. in princ. de quatr. preſcrip. Rurſus, poteſtas ciuitatis tanta eſt quanta Principis, in l.2. in princ. & 2. rep. eo. tit. de quatri. præſcrip. Et ciuitas conſtituit Magiſtratum, vt quotidie facit ciuitas Bononiæ, & aliæ ciuitates Italiæ, in l.2. poſt num. 8. de ſent. quæ ſine certa quant. Vltra quod conſuetudo dat poteſtatē nominandi, & eligendi, & electio ſimpliciter facta, videtur facta cum ſalario, & familia conſueta, idem Bal. l. pen. poſt nu. 1. de iu. fiſ.
16 lib. 10. etiam, quia ex conſuetudine poteſt induci, quod vniuerſitas eligat ſibi rectorē, Bal. rub. extra de cōſuetudine nu. 26. de alia ciuitate, Abb. c. Abbate 3. not. de verb. ſig. & tunc conſuetudo inducit priuilegium, & dat iuriſdictionem etiam contētioſam, Bal. l. ſed reprobari, in fi. de excuſ. tut. Ita & monaſterium poteſt habere facultatē eligendi poteſtatem ſecularem, Abb. c. fin. nu. 5. poſt med. de iud. Et Princeps ſicut non debet auferre dominium alicui ſine cauſa, ita nec propriā iuriſdictionem, Bald. l. 1. in 1. rep. nu. 7. in fi.
17 de conſt. Princ. nam iuriſdictiones dominio equiparantur, Bal. l. fin. nu. 3. ne de ſta. defun. & omnia dominia tam rerum, quàm iuriſdictionum à poſſeſſione cœperunt, idem Bald. l. 1. 2. rep. col. 5. circa fin. de emancip. liberorum.

Dic, quòd lex municipalis eſt ſeruanda quoad municipales honores, Bal. prædictus l. illud in princ. nu. 2. quod cuiuſque vniuer. nom. & Magiſtratus municipales non poſſunt interdicere patriæ, Bald. l. nulli nu. 4. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. Iuriſdictio verò, vel imperium non eſt penes ciuitatem niſi in defectu Magiſtratus, & tunc reſidet penes conſules ciuitatis, l. vbi abſunt, vbi Bal. de tut. vel curat. datis ab his. & quam-
18 nis vniuerſitas poſſit habere electionem quando eſt libera, vel facit auctoritate conſuetudinis, ſeu priuilegij, Bald. d. l. 2. de ſent. quæ ſine cer. quant. vel confirmatur à ſuperiore, Paris de ſyndic. in ver. electio officialium c. 3. num. 4. tunc effectum iuriſdictionis electus non habet, niſi per confirmationem ſuperioris, Bal. l. 3. & fin. cir. fin. C. de iuriſd. omn. iud. Dixi in conſt. præced. & præſumitur confirmationem præceſsiſſe ſi electus ſciente eo ad quem pertinet confirmatio, diu poſſedit, Bal. l. ſi filiusfamilias C. de pet. hæred. Iſto modo plebs eliget, c. ſi in ple-
19 bibus 63. diſt. & poteſt deputare aliquos, qui cognoſcant cauſas priuatorum ciuium, Bald. l. qui iuriſdictioni 2. repet. de iuriſdict. omn. iudic. & eligendo tribuit iuriſdictionem electo ſaltem in ipſos de collegio, Abbas d. c. 2. num. 17. de iudicijs: adeo quod priores artium ſunt iudices in cauſis ipſorum, Baldus l. 3. in fi. C. de infant. expoſ. & dant ius quod habent, cap. paſtoralis de donatio. Ita per conſilium populi committitur aliquid ſapientibus, Bald. l. 2. ibi poſtea de orig. iuris. Et rectores ciuitatum habent vim maiorum iudicum, Angelus l. vnica de vſuris fiſcal. & commodius eſt vt eligatur is qui placet eis, quàm Regi, Bald. l. 2. col. 1. in fi. de decurio. Extra prædictos caſus vniuerſitas non poteſt eligere, & electus non
20 habet poteſtatem, Gra. hic, quia non habens auctoritatem, eam non concedit, Bald. l. 1. in princ. de peda. iud. & priuatus in priuatum nullam habet iuriſdictionem, ſicut Magiſtratus in non ſubditum, Baldus l. 1. 2. rep. col. 5. poſt princ. de leg. 2. adeo quod ſi aliquem domi tenuit, & ligauit vt percuteret, vel occideret, tenetur de priuato carcere. Gra. ſupra conſtit. Comes, vel Baro. Inſuper ciuitates non poſſunt alicui dare merum imperiū, poſſunt tamen ſe ſubmittere quantum ad perſonales præſtationes, gabellas ſuas vendere, locare, donare, procuratorem facere, & exigere, Bal. l. etiam poſt num. 13. de execut. rei iud. Poſſet populus bene moderatus creare ſibi Magiſtratus per quos reſpublica adminiſtraretur. Idem populus deprauatus ſi habet venale ſuffragium, &
21 regimen flagitioſis, ſceleratiſq; committeret, rectè adimeretur populo talis poteſtas dandi honores, D. Tho. 1.2. quæſt. 97. art. 1. Nec poſſet ſtatuere de his, quæ ſunt mixti imperij, puta quod certi ſint iudices appellationum, ſed ſolus Imperator, Bald. l. cum appellatio C. de appellat. Nullus populus habet ius fiſci, Baldus l. 1. num. 28. C. de hæred. inſtit. Non poteſt creare tutores, vel curatores in eius concilijs niſi habeat in priuilegium, Bal. l. muto §. tutoris ff. de tutelis. Non habet gladij poteſtatem, l. Magiſtratibus, vbi Bal. de iuriſdict. omn. iud. adeo quod ſi ciuitas obſeſſa à tyranno, in illum transfert poteſtatem, non tenet, Abb. c. 2. poſt num. 12. de his, quæ vi, metusve cauſa. Et electus ſi impugnatur in ſua electione, quid fiet, & interim an adminiſtrabit, Spec. tit. de cenſi. §. 2. num. 16. de ſecundo decreto §. 4. num. 12. Vltimo alias leges oportet ſtatuere in ciuitate, quæ regitur à Rege; & alias in ea quæ regitur per populum, vel aliquos potentes ciuitatis, D. Thom. vbi ſupra 1.2. quæſt. 100. art. 2.
22 Nota diuerſa nomina regentium ciuitatem, Rectores, Conſules, & Poteſtates, Abb.

c.non minus 1.not.de immun.eccl.inde Cõsulum,& antianorum officium, Bald.l.vnica 1.rep.q.19. & in 2.circa princ.de off.consu. ciuitates consules, c.pen.de don.inter vir,& vxor. Consiliarij Principis, siue ciuitatis si non rectè consulunt, amittunt nomen consiliariorum,& deceptores appellantur, Abb. c.quanto 1.not.de iureiur.Consules mercatorum, & alij magistratus municipales etiã
23 quoad suos collegiatos non possunt dare tenutam, nec mittere in possessionem nisi expressè lex municipalis cõcedat, Bal.l.iubere cauere, 1.rep.post princ.de iurisd.omn.iud. Et quomodo procedatur coram ipsis, idem Bal.l.si fideiussor §.quædam ff.mandati.Habent iurisdictionem ordinariam,Bal.l.si cui libertus de cond.& demonst. intellige vt supra,inter suos homines, & quando cũ mandato Regis exercent, Affl.hic nu.8.cit.med. Potestas loci de iure communi est syndicus, appellatur pater, quãdoque Princeps,& po-
24 test iura illius exercere, Bald.l.3.1.rep.post num.1.quod cuiusque vni.nom. Actorem in bonis ciuitatis creat Magistratus, & Decuriones,Bal.l.cũ alicui 1.rep.2.not.ff.de neg. gest. secus in Consulibus, Proconsulibus, & alijs, qui sunt iudices ordinarij, Spec. tit. præd.de iurisd.om.iud.in princ. Prædicti officiales vniuersitatũ non possunt sibi eligere Magistratus, vt hic, quia ordinariam potestatem solus Princeps,vel lex cõcedit, Abb.
25 c.pen. 1.not.cir.fin.de rest.in integ.c.cæterũ nu.2.de iud.& qui alienam occupat iurisdictionem,capitali pœna punitur, Arnon.40. problem.nisi à tanto tempore cuius memoria non extat in contrarium vniuersitas fuerit consueta facere officialem, Affl. hic post nu.2.nam per dictum tempus iura Principis possunt præscribi, Abb. c. per venerabilem nu.10. in fi. qui filij sint legit. c.innouamus in fi.de censi. c.2.nu.11. de immun.eccl. Ità consuetudo potest dare iurisdictionem arbitris,& alijs personis, Bal.rub.nu.7.de cõsue.

Secundo noto, quòd iurisdictio ius significat, Bal.l.1.2.rep.col.2.in fi. C.de emanc. lib. & vno nomine omnes iurisdictiones vo-
26 cabãtur,postea iure ciuili processit differentia nominum, & formarum iurisdictionum, Bal.l.ex hoc iure, post nu.11.de iust.& iure. Isto modo iurisdictio, & omnia iudicia sunt de iure ciuili,Bal.l.1.nu.30.C.de hered.inst. Et si datur cũ distinctione territorij, vel administrarione aliquorum iurium dicitur habere ordinariam cũ administratione , Abb.
27 c.pen. 1.not.de rest.in integ. ista non potest dari à priuatis, Bal.l.si quis in conscribẽdo, nu.2.de Episc.& cler.sed lex,Princeps,& cõsuetudo faciunt ordinarium, Spec.tit.de off. ord.§.2.gl.2.l.3.quod cuius.vni.nom. Datur iurisdictio,& merum imperium, Bald.l.cum prætor ff.de iud. Eius quasi possessio acquiritur per actus generales,puta bannum generale, & similia, Bal.l.2.nu.48.in fi. C.de seruit.& aqua.verum non habent plus iurisdictiones, quã sibi conferatur à statuto,Bal.auth.cassa post princ.de sacrosf.eccl. nã consuetudo dat iurisdictionem,idem Bal.l.sed ea 2.rep.ff.de legi.ita & tolerantia Principis.verum tenẽt quasi precario à Principe , adeo quod cum Princeps vult,non erit,Bald.cons.388.circa princ.4.vol. Istã contentiosam habent Consules,qui pendente officio non possunt in ius vocari,Bal.l.sed & si 2.rep.in princ.ex quib. cau.maio. Quid si Potestates vsurpant merũ imperium,amputando capita, Spec.d.tit.de iurisd.omn.iud.§.1.nu.7.in fi. Ciuitates au-
28 tem quæ habent fiscalia , seu regalia in suo territorio, Viceprincipis funguntur, Baldus c.fin.post num.3.de constitutio.

Vltimo nota , quòd omnes vniuersitates habent nomina officialium à iure imposita, Baldus l.3.in princ.ff.de rei vend. videlicet
29 Duumuiros .i. defensores , vel Magistratus municipij,qui habent iurisdictionem principalem, gl.1.l.1. vbi Bal.nu.2.si quis ius dic. non obtemp. Magistratus municipales, vel pares ciuitatis dicũtur, idem Bal.l.1.2.rep. col.1.in fi.post nu.1.de emancip.lib. Habent gladij potestatem, idẽ Bal.auth.sed omnino nu.4.in fi.ne vxor pro mar. Eorũ executores dicuntur Camerlinghi , Bal.d.l.1.si quis ius dic.non obtemp. Magistratus prædicti non debent esse ignobiles,vilem artem exercentes,alias non debent promoueri ad regimen ciuitatis,Abb.c.3.nu.6.circa fin.de cler.non resid. Et populus si fecit, vel consentijt fieri iniquum statutũ per Magistratus , an retorqueatur in quemlibet de populo,glo.l.1.vbi Bal.1.rep. ibi, sed iuxta hoc quæritur, quod quisq; iuris.Et si potestates temporales,c.2. de maledicis, Comites,& Barones exercent iurisdictionem vltra quam habẽt, quomodo puniantur, Cassan.consue.Burg.rub.1.ibi,& droizs deicellis,nu.67.cir.fi.Monasteriũ autẽ quomodo est capax iurisdictionis tẽporalis,Abb.c.inter dilectos 2.not.de fide instr.

De Iustitiarijs, assessoribus,actorum notarijs ordinandis, & officio Iustitiariatus.

SVMMARIVM.

1 *Defectus electi vitiat electionem , sicut defectus eligentium.*

2 *Officialis quis esse non potest in propria patria.*

QVIA



1 Via defectus in persona eligẽtium vitiat, sicut defectus in persona electi, cap.1.in ver.personam de elect. in vj. in præcedenti tit. reijciuntur officiales ex defectu vniuersitatum nõ habentium facultatem eligendi, hic reij-
2 ciuntur ex defectu electorum, quia sunt electi officiales in propria patria, l.fin.C.de off. rect.prouin.& qui sunt isti de quibus in rub. dicetur infra cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Iudices non esse inimicos, vel suspectos ratio dictat.*

2 *Iustitiarij sunt officiales secularium, & ita dicuntur in certis locis.*

3 *De, significat originem.*

4 *Orti, & originarij, qui sint, & inter se differunt.*

5 *Ciuis, municeps, incola, aduena, & accola differunt.*

6 *Ciuem quid facere, & facit eum præsumere.*

7 *Clericus, & religiosus cuius loci sint ciues.*

8 *Solitum fieri, semper fieri creditur.*

9 *Assessores qui, & eorum officium, & ad quid tenentur.*

10 *Laicus an possit esse assessor Episcopi, & cogatur suscipere eius delegationem.*

11 *Notarios actorum quis deputat, eorum officium in quibus consistit.*

12 *Orti qui, & qui oriundi, & num.13. in fine.*

13 *Assessor, iudex, vel notarius non possunt esse de eadem terrà. amplia, & limita num.21.& 22.*

14 *Municeps est genus, ciuis, & incola species.*

15 *Magistratus est nomen generale comprehendens omnem iudicem.*

16 *Iudex, vel arbiter quis non potest esse in facto proprio.*

17 *Ius suum prosequi nemo prohibetur.*

18 *Crimẽ largè pro omni delicto capitur.*

19 *Officialis debet esse eiusdem ciuitatis, & non alterius, sed quomodo.*

20 *Officialis non debet esse in propria patria, & quare.*

23 *Delegatus Papæ non subdelegat, nisi quibus Papa delegat.*

24 *Ciuis potest esse locumtenens in propria patria, multa pro, & contra.*

25 *Aduocare quis potest in propria patria, sed non contra eam.*

26 *Dominus an possit vassallum delinquentem capere.*

27 *Consultor vnius partis potest consulere iudici.*

28 *Vicarij castrorum possunt imponere mulctas secundum consuetudinem loci, & fori.*

29 *Iudex quis, an possit esse, & tabellio.*

30 *Actuarij suspicio qualiter probetur.*

31 *Ciuis quis potest esse in duobus locis, quis præfertur.*



1 Vstitiarii Per Provincias] ratio dictat, quod suspecti, & inimici iudices esse non debent, cum secundo requiris in fine de appellat. ideo non potest quis assidere in propria patria, glo.fin.c.fundamenta de elect. in vj. nec exercere officiũ cui insit iurisdictio contentiosa, Bal.l.certa forma nu.3.de iure fis. lib.10. ne quid gratiosè agat, vel quia non timetur, nam nemo Propheta acceptus in patria sua, Lucas 4.glo.l.hi qui ff.ex quibus cau.maio. tã si loci illius fuerit originarius, quàm incola, l.3.de diuer.off.lib.12. tamẽ si fuerit Iustitiarius, assessor, baiulus, quàm actorum notarius, in.const.Magistri Camerarij, & hic in tex.qui diuiditur vt per Hert. quem sequitur Affl. secundum quem etiam sum.& dicit [Ivstitiarii] e.seu nec, no
2 cler.vel mon. c.pen. in princ.de immu.eccl. in vj.& sunt officiales secularium, qui ita in aliquibus locis appellantur, gl.& Abb.c.recolentes de statu mon. & sic recurrimus ad vulgare, Bal.c.eum accessissent, post nu.6.de const.& Iurisconsultus allegat vulgarẽ opinionem, in c.fin.nu.2.in fi.de consuetudine. [Per Provincias] regni quas enumerat, Affl. sup. rub.de off.Iust.prou. secus in alijs quæ erant de Imperio, sed nõ hodie, Iser.c.1. post nu.15. de controu. inter vasf. & alium de bene.& 2.quæst.prælud. post nu.28.& 30. [Statvantvr] constituantur, & decernant,
3 Niz.in ver.statuo.[Qvi Non Sint De] quę significat originem, cap.1.de sponsal. Bart. rub.sol.mat.[Provinciis] in quibus habẽt domicilium, vel perpetuos lares, quia statutum loquens de ciuibus, debet intelligi propriè

priè de perpetuo habitãtibus absque aliqua
fictione, Bal.cons.456.post nu.5.& 6. 1.vol.
etiam quod illi propriè dicantur de aliquo
loco, qui inde sunt ratione originis, add.ad
Spec.tit.de comp.iud.aditio.§.1. in ver.pa-
tris in fi. [QVAS] administrare est honor,
Bal.l.vni.nu.1. C.si rector prou. [SIBI MV-
NIFICENTIA NOSTRA] inf.const.cum circa
de ord.iud. Liberalitas nostra, Nizol.in ver.
munifice. [DECREVERIT] dederit, siue con-
stituerit, Spec.tit.de curatore §.fin.num.7.
4 [ORIVNDI] qui sint orti, & qui originarij,
& differentia inter eos, latè Foll.hic num.9.
& 10. & sic vult textus, quòd Iustitiarij non
sint illarum prouinciarum: & idẽ est dicere
commanentem, quod oriundum de commu-
nia, Bald.l.sed & reprobari, post princ.ff.de
excus.tut. Et patriæ nomen illi potissimum
conuenit, qui inde ducit originem, licet in
muneribus, & honoribus cognoscitur eiuis,
etiam quod sit adoptiuus, nõ naturalis, Bal.
l.si nõ speciali nu.6.& 8.cir.med.C.de testa.
[NEC IN EIS HABEANT INCOLATVM] val-
de colendo illam prouinciam in quã transtu
lit incolatum, propter quem efficitur illius
ciuis, gl.2.l.ciues de incolis lib.10. Inde ha-
5 bemus municipem, ciuem, incolam, aduenã,
& accolam, isti inter se differunt, gl.l.pupil-
lus in ver.cõsulit de verb.sig. Ang.d.l.ciues.
[NEC MAIOREM PARTEM FORTVNARVM
SVARVM STATVERINT] & sic habens maio-
6 rem partem fortunarum in loco, æquipara-
tur oriundo, Affl.hic 2.not.& Foll.num.20.
nã lares assidua conuersatio, & maior pars
bonorum domicilium demonstrant, Baldus
cons.434.post princ. 4.vol. & ibi quis intel-
ligitur habere domicilium, vbi habet maio-
rem partem fortunarum, & præsertim si ibi
assiduè animo, & corpore conuersatur, idem
Bal.cons.56.post num.3.eod.vol. Residentia
enim, vel necessitas residendi facit sortiri
7 domicilium, adeo quod clericus habet do-
micilium vbi est intitulatus, & religiosus in
claustro, etiam quod non desinant esse ciues
ciuitatis vbi nati sunt, Abb.c.postulasti nu.
4.& 5.de foro comp. [VT ASSOLET] solitum
8 est, & fieri solitum, semper fieri creditur,
Iac.de Ardizo.in sum. Quid si dubitet quid,
& quantum sit feudũ, cir.med. [IN EISDEM]
prouincijs. [NEC IBIDEM] ibi, & vbi locali-
ter ponuntur, Arch.c.clericum in fi.11.q.1.
[PER SE, AVT FILIOS SVOS] vel ex eis ne-
potes, qui dulci filiorum vocabulo nuncu-
pantur, sup.const.iurisgentium. [PRAESER-
TIM] tantum, Inn.c.cum voluntate nu.2.de
sent.excomm.vel maximè. [ACCEPTIS IN
DOTEM REBVS IMMOBILIBVS] pro quibus
tenetur subire onera, & munera, nisi vellent
cedere bonis, vel à loco recedere, Baldus in
prælud.feu.num.13. [CONTRAXERINT PA-
RENTELAS] c.3.de diuortijs, etiã quia post
assumptũ officium non possunt ibi contrahe
re, infra const.communiter. [ASSESSORES
9 ETIAM] quorũ officium est consulere, Abb.
c.2.nu.13.de iudic. Persuadere, non cogno-
scere, & iudicare, Bal.auth.ad hæc nu.2.eod.
tit.de iud. Consulere, non iudicare, in l.cum
sententiam nu.2.de sent.& interloc.om.iud.
licet dicantur iudicare, quia sicut iudices
sedent in eminentiori loco, D.Tho.3.par.de
Sacram.q.120.alias 89.art.1. & si male con
sulit punitur, & officiali iniustè facienti te-
netur restituere, & denunciare superiori, Io.
Ant.de Nig.c.reg. item caueant Iustitiarij.
Verũ sufficit esse scientiæ mediocris si aliud
non dicitur, Bal.l.si quid §.1.de ædil.edicto.
licet communiter non intelligant radicem
iuris, idẽ Bal.l.1.2.rep.post nu.18.de sacros.
eccl. consueuerunt tamen consilijs proprijs
administratores iuuare, l.veluti C.de assess.
& domest. Habent iurisdictionem, & formãt
sententias in sua persona, Bal.l.metum §.sed
quod vbi etiam 2.& 3.rep.nu.2.quod metus
cau. Qui sunt, & quale debet esse eorum offi-
cium, & pœna. An debeant habere salarium,
Spec.tit.de assessore, per tot. Debet etiam
inter assessorem, & aduocatũ esse distinctio
personarum, Bald.l.fin. d.tit.de off.assesso.
10 Laicus an possit esse assessor Episcopi, vel
cogatur suscipere eius delegationem, seu su-
scipere arbitrium in spiritualibus, Bald.l.1.
2.repet.eod.tit.de off.assess. [ET ACTORVM
NOTARIOS] deputatos per superiorem, Bal.
l.testamenta, post nu.1.C.de testa. Qui de-
11 bent tenere acta, & scribere, quod iudex in-
iungit, Gra.hic nu.2.& 3. etiam quod apud
eos non fiat nisi actorum productio, & rela-
tio nuncij, Ang.l.2.nu.3.in fi.de iure fisci, &
l.cum scimus in fi.de agric.& censi. Debent
tamen esse boni, & veraces, l.1.& 2.de Sca-
binis, & Cancellarijs in Longob. quia tota
victoria, & perditio causę depẽdet ab actua-
rio, Foll.hic nu.31.cir.fin.& propterea sicut
lites debent procedere sine suspicione iudi-
cis, ita & scriptura debet procedere sine su-
spicione tabellionis, Bal.l.apertissimi 3.not.
de iud.ideo Cancellarios datos per curiam,
Gra.sup.const.causas nu.8. & eos qui dome
sticorũ funguntur officio, l.3.d.tit.de assess.
& domest. quia interrogare possunt, Spec.
tit.de positio.§.3.nu.8.& 9. Debẽt esse sicut
iudices, in c.reg.vt status. [DE DECRETIS
SIBI PROVINCIIS] .i.de prouincijs quę per-
tinẽt ad iurisdictionem suam, nam dicimus
aliquem esse de terra aduersarij .i. de terra
quæ pertinet ad iurisdictionẽ aduersarij, vel
compatriota aduersarij, Abb. c. accidens,
lo secondo, num.7. vt lite non contestata.

[ORIVN-

12 [Oriundos] ex patris origine, non sua, gl.
rub. & in l. 1. ad municip. vbi sunt noti, Abb.
c. in Lateranensi post num. 6. de præb. [Vel
Qui In Praedicta Causa Fuerint]
substituti, nam quod de principali dicitur,
idem & de substituto, quod non possit eligi
in propria patria, l. fin. C. de off. rect. prouin.
si nõ potest esse principalis, prohibetur esse
accessorius, Bal. l. curialis 1. repet. C. locati.
& qui non potest assumi ad officium, nõ potest
assumi ad æquipollens, vel maius, idem
Bal. rub. post nu. 6. C. de exercito. aliter causa,
gl. l. sed & partus, vbi Bal. 1. rep. in princ.
quod metus cau. [Eisdem Saluberrima]
salutari, salutem afferente, inf. const. salubritatem.
[Provisione Negamus] negando
prohibemus. Aret. l. quoties §. idem Iulianus,
lo primo, ff. de iudi. adic. Et sic offi-
13 cialis, assessor, vel notarius non potest esse
de eadẽ terra, vel prouincia, Io. Ant. de Nig.
in c. reg. vt cũ nihil, nu. 9. [Et Illud Adiicimus]
l. 1. §. non fuit ff. de dolo malo, l. sed
& qui, & l. ait prætor ex quib. cau. maio. l. 3.
de sent. ex breuilo. recit. [Vt Post Assumptum
Officium] non vt quæstui pecuniæ,
aut lucro deseruiant, Luc. l. ad splendidiores
in princ. de diuer. off. alicui officio mancipatos,
Arch. c. frater in princ. 17. q. 4. [Originarios
] ratione propriæ, vel paternæ originis,
Boer. decis. 13. nu. 1. & 2. [Sive Mu-
14 niceps] quod est genus, ciuis, & incola species,
d. l. ciues in gl. 1. de incolis, & sic ciuilitas
prædicatur de multis speciebus, Bal. l. 2.
cir. med. C. de iure aur. anul. de quibus l. 2. &
l. sicut quod cuiusque vni. nom. [In Destinatis]
in animo, Bal. l. is qui destinauit de
rei vend. [Sibi Provinciis In Familia
Non Assumant] vnde post assumptum officium
in decreta sibi prouincia accipere in
familiares homines illius prouinciæ nõ licet
nisi prius habuisset, Afft. hic 5. & 6. not. Gra.
nu. 10. & Foller. nu. 33. 34. & 35. [Nec Ante
15 Magistratum] quod ust nomen generale
comprehendens omnem habentem officium
iudicandi, Abb. c. quod sedes nu. 6. post med.
de off. ord. [Susceptum] & iuramentum
præstitum, de quo sup. const. inter cætera.
[Assumptis] familiaribus, de quibus sup.
[De Criminibus, Et Offensis] peccatis
accusatione, & damnatione dignis, Luc. l. 2.
col. 2. in princ. in quib. cau. colo. [Contra
Eum Ante Officium Perpetratis] quia
etiam ex consensu partium non potest quis
16 esse iudex, vel arbiter in facto proprio, Abb.
c. in Genesi nu. 2. in princ. de electio. l. pen.
ff. de arbit. nec in causa suæ familiæ, vel mouere
accusationes priuatas, c. reg. itẽ quod
Magistri Iustitiarij, & Iustitiarij regionum,
vbi Io. Ant. de Nig. Potest tamen incidenter
pronunciare locum delicti esse suum territorium,
sed propter hoc nõ acquirit ius territorij,
Bal. c. super literis nu. 23. 24. & 25. de
rescrip. [Iustitiam Audeant] præsumãt,
inde ausi sunt, & præsumpserunt, Inn. c. cum
medicinalis cir. fin. de sent. excom. [Ministrare
] adeo quod diceretur ministrando
minister, sup. const. non sine grandi. [Nec]
vna negatio abundat, glo. l. si vsusfructus in
ver. legatus, & l. si seruo in ver. ne quidem de
vsufr. & quemad. quis vta. [Adversarios
Eorundem] familiariũ. [Ad Querelam]
interpellationem, Bal. l. cum multæ rep. antiqua
circa princ. C. de donat. ante nupt. vel
quæstionem, glo. l. cum filiusfamilias in ver.
neuter de verb. oblig. [Ipsorum Coram
Sua Praesentia Venire Compellant]
cæterũ impunè iubenti non parebitur, l. non
distinguemus in fi. de arbitris. [Nullo Per
Hoc Praeiudicio Familiaribus Suis]
rum. [Pertinet] iure aliquo, l. verbũ illud
pertinere, de verb. sign. [Eis] sicut omnibus
de iurisdictione sua, quam exercet in ho-
mines ipsius, non in ipsam ciuitatem, Præp.
de cap. qui cur. vend. in princ. col. pen. circa
princ. [Iustitiam Ministrare Procu-
rent] quæ nemini est denegãda, not. c. qua-
liter, & quando, de iudic. [Deinde] exinde,
Niz. in ver. deinde. [Generaliter] omnia
vna

vna comprehensione comprehendẽdo, Nic.
in ver. generaliter. [PROHIBEMVS] repellimus, vitamus, Luc. l. prohibitum in princ. de
iure fis. [VT IN CIVILIBVS CAVSIS] miserabilium personarum, vel aliorum in defectu Baiulorum, Comitum, vel Baronũ, Gfã.
const. causas num. 4. & 5. [PRAETERQVAM]
fine, Arch. c. quoniam cir. princ. 16. q. 7. [DE
FEVDIS NON QVATERNATIS] planis, & de
tabula. [SEV PARTE FEVDORVM IPSORVM]
quota ipsorum, infra const. consuetudinem
prauam, in alijs. [NEC PRINCIPALITER]
in prima instantia. [NEC PER APPELLATIONIS OFFICIVM SVVM ALIQVATENVS]
aliquo tenore, vel forma, Io. And. c. præsenti
post nu. 2. de pœnit. & remiss. in vj. [INTERPONANT] & sic Iustitiarius cognoscit de feudis non quaternatis, & hodie etiam de caussis ciuilibus, Affl. hic 9. & 10. not. num. 12.
& 13.
19 Videtur, quòd officialis debeat esse eiusdem ciuitatis, & non alterius, iuxta illud
Genesis 19. Ingressus es vt aduena, nunquid
iudices nos. Immo si sunt exteri, efficiuntur
ciues, Ang. d. l. ciues, post num. 1. de incolis.
Adeo quòd qui habet officium mensurandi
ex publico, debet esse illius domicilij vbi
officio fungitur, Bal. l. certa forma not. 1. de
iure fisci lib. 10. Ita beneficia ecclesiastica
ciuibus conferenda sunt, & iustum est, quòd
Episcopi prouideant clericis in propria patria, Abb. c. ad decorem cir. fin. de fide instr.
Foll. hic post num. 5. & 8. circa med.
Dic, quòd illud Genesis gl. intelligit de eo
qui venit moraturus ad tempus, in l. pupillus
in ver. appellant de verb. sign. cum iudices
exteri non solum esse possunt, inf. const. iudices, sed dicuntur foranei, eo quod de foris
veniunt, vt aduenæ, & peregrini, gl. 2. c. 1. de
off. ord. in vj. Et regula huius const. procedit
in officijs secularibus, nõ ecclesiasticis, Foll.
20 hic nu. 5. ciues autem à secularibus officijs
ideo prohibentur in propria patria ne amicis prodesse, & inimicis obesse possint, glo.
l. fin. ff. de off. assess. Foll. hic num. 6. Alciatus
tract. præsump. 1. par. præsump. 37. Et sic Iu-
21 stitiarius, assessores, actorum notarij non poterãt, nec possunt exercere officium in propria patria, Affl. & Foll. hic post nu. 1. ita nõ
potest esse defensor, Bal. l. fratis num. 4. ff. de
leg. nec assessor, quia facilius præsumitur dolus in assessore, qui est iurisperitus, quàm in
potestate, Bal. l. 1. in 1. replic. si quod quisq;
iuris, vnde tenetur de imperito consilio, etiã
quod sententiæ non formentur in eius persona, nec potestas excusetur, Bald. l. 1. 2. rep.
22 eod. tit. quod quisque iuris in alt. quod dicitur
de principali, idem in substituto, qui debet
esse regis, vel magis idoneus, quàm principa-
tu

lis, Affl. c. beneficiũ 1. not. nu. 2. si de feu. fue.
contro. inter dom. & agn. Luc. l. agentes col.
2. cir. med. de agen. in reb. & plus interdum
exigitur in vicario, quàm in principali, etiã
quod quandoque minus possit, idem Lucas
l. vnica cir. fin. de com. & archa. sacri pala.
23 Vnde delegatus Papæ non subdelegat, his
quibus Papa delegat, c. pastoralis in ver. superioribus de offic. deleg. quia subdelegatus
talis esse debet cui possit subdelegari, c. fin.
in gl. superius de off. deleg. in vj. Bar. l. agentes de præpo. agen. in reb. post nu. 4. facit suo
periculo, quod facit per substitutũ, l. 1. in gl.
fin. d. tit. de præpo. agen. in reb. Et si moritur
substituens an substitutus cessabit ab administratione, Luc. d. l. agentes in fi. Ampliatur
etiam dispositio huius textus non solum in
officialibus prouincialibus, sed etiam in deputatis ad regendas ciuitates, terras, & castra, & non solum in oriundis, sed etiam in
habẽtibus maiorem partem fortunarum in
prouincia, Foll. hic nu. 3. & 4. qui limitat vt
sup. in officijs secularibus, secus in ecclesiasticis nu. 5. vsque ad 9. item posset ex indulgẽtia Principis, l. si cui ff. ex quib. cau. maio.
l. fin. C. de off. rect. prou. nec procedit in prætore, l. 1. C. de off. præt. & officiali perpetuo,
Bald. d. l. certa forma nu. 5. de iure fisci, vt in
hac ciuitate, & regno Franciæ, Foll. hic nu.
12. nec in locũ tenentibus, vel vicem gerentibus prædictorum, idem Foll. hic nu. 2. quia
posset in subsidium, dummodo sit de iurisdictione substituentis, Baldus d. l. certa forma
24 num. 4. & quod possit esse Locumtenens in
propria patria, multa pro, & contra, Ias. l. si
eadem nu. 7. & 8. & ibi Dec. num. 8. ff. de off.
assess. & quid seruetur dicitur hic in add. ad
gl. Assessor, Actuarius, Locumtenens quando
possit esse in propria patria; Paris de synd.
in ver. assessor c. 1. nu. 16. & in ver. substitutus c. 2. post num. 3. Et potest officialis assumere assessorem in propria prouincia; Gra.
25 hic in princ. Ita & Doctor potest aduocare
in propria patria, Affl. inf. const. Iustitiarios
2. not. sed non contra rempublicam, Bal. l. 2.
C. de aduoc. diuer. iud. Et Iustitiarij possunt
committere officia hominibus prouinciæ;
sed non inquisitionem criminalem, in c. reg.
36. itẽ Iustitiarij inquisitiones, vbi Io. Anto.
26 de Nig. An dominus possit propria auctoritate capere vassallum delinquentem, Gra. in
c. reg. amplius. Et si nõ potest eligi officialis
nisi loci distantis per 40. miliaria, quomodo
accipiuntur, per lapidem, vel artificiũ geometriæ, Bal. l. 1. in 1. rep. in fi. si quis cautio-
27 ni. Iudex, qui consanguineus parti; potest consulere iudici, glo. non distinguemus §. cum
quidam in ver. ff. de arb. Et potest potestas à prioribus constitutis vices suas, &
vbi

vbi non est commißio, consueuerunt Decuriones exercere ex consuetudine loci, Bald. in addit.2. col.5. circa med. ad Spec. tit.de
28 appell. Adeo quod Vicarij castrorum, qui habent aliquam iurisdictionem, possunt imponere contumacibus minas, & mulctas secundum consuetudinem loci, & fori, Baldus l.vnica 1.rep. circa princ. si quis ius dicen. non obtemp. Et si deputauerunt assessorem, possunt illum reuocare, Bal.l.iudicium soluitur 1.& 2.rep.num.1. ff.de iudicijs: etiam quod ipsi facilius excusentur, quàm assessor, Baldus l.1. vlt.not.post num.9. d.tit.de leg.
29 Vltimo Magistratus habens facultatē conficiendorum actorum, l.2. C.de magistrat. muni. an poßit esse iudex, & tabellio, Bald. l.iubemus §.sane col.fin. de sacrosanct.eccl. & auth.nisi breues circa med.de sentent. ex breuilo.recit. Verum actorum notarius, qui incœpit debet perficere, Bal.l.vnica 1.rep. post num.11.& 2.num.5.in fi.de off.consul.
30 nisi sit suspectus, & qualiter probetur suspicio actorum magistri, Affl.hic post num.5. sed contrariū tenet Foll.nu.30.vsque ad 33. quod non sufficiat iuramentum, sed eligitur non suspectus sumptibus communibus, Bal. l.1.nu.1.in fi. C.de relatio.
31 Nota, quòd quis potest esse ciuis in duobus locis, & si in vno est originarius, & in alio incola, origo præfertur, Bald.l.si duos, post princ.de excus.tut. Quis dicatur municeps, l.etiam in glo.1.ff.de tutelis. Item nota quid sit magistratus, & quid potestas, l.qui furere, & ibi glo.de sta.hom.l.eum qui de iurisd.omn.iud. l.1. in ver.qui Magistratum, quod quisque iuris. Et sicut Magistratus est præses iudiciorum, ita Sacerdos præses animarum, Bald.l.1.§.huius num.6.post med. de iust.& iure. Vltimo Magistratus imperiti literarum sæpe eliguntur, glo. 2. quod quisque iuris. isti prohibentur habere familiares in loco administrationis, alibi non debent auocari ab officio, nec subtrahi famulatus seruorum, Bal.l.non alias 2.rep. in fi.ff.de iudicijs, cum distinctione si habuit ante, vel post, Foller.hic num.33.

Qualiter Iustitiarij se gerere debeant in prouincia sibi decreta.

SVMMARIVM.

1 Factum vltra commissa non valet.
2 Debet, importat necessitatem.



1 QVIA factum vltra sibi commissa non valet, Bal. l.si pupillorum §. si prætor in fi.ff.de reb. cor. ideo continuando quæ pertinent ad officium Iustitiariorum, vt Afflict. hic, dicitur [QVALITER IVSTITIARII SE GERERE] per se, vel alios, Io.And.c.sciant num.1.in fi.de
2 elect.in vj. [DEBEANT] quod necesſitatem importat, idem Ioan. And. c.non solum in princ.de appell.in vj. [IN PROVINCIA SIBI DECRETA] ad tempus, non in perpetuum demandata, Niz.in ver.decretus, quod quomodo fiat ponitur in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas est res antiquißima, habet insignia diuersa.*
2 *Iurisdictio duplex, nata, & data.*
3 *Iustitiarij à iustitia deriuant, quæ fieri quoad omnia debet.*
4 *Kalendæ primi dies mensium dicuntur, & qui idus.*
5 *Continuum dicitur etiam si habuit aliquod interuallum.*
6 *Cognoscit interdum vnus, & alter punit.*
7 *Impensæ pertinent ad quem spectat honor.*
8 *Vassalli non auocantur pro primis causis, & causæ remittuntur.*
9 *Fragantia delicta, & reperiri in fraganti sunt diuersa.*
10 *Modus sine modo est in dilectione Dei.*
11 *Crimina vndecunque claruerint sunt punienda.*
12 *Remißio non fit ad locum delicti, quomodo fit, num.26.& 27.*
13 *Verba desinentia in osus, significant plenitudinem.*
14 *Conuincitur delinquens confeßionibus testibus, vel instrumentis.*
15 *Peccatum succeßiuum est grauius, & grauiori pœna punitur.*
16 *Delinquens habet testimonium veritatis contra se.*
17 *Officialis habens arbitrium generale, non potest constituere salarium.*
18 *Fur punitur vbique reperitur cum*

re

re furtiua, secus si cum pretio.

19 *Iudex si dubitat impediri, cogit inquisitum ad renunciandum.*

20 *Temerariè, contra ius, temeritas, & temere quid.*

21 *Consuetudines seruari prouinciales magnificant.*

22 *Iustitia debet fieri omni tempore, etiam sine solennitatibus.*

23 *Forus in criminalibus est locus delicti, in ciuilibus locus domicilij.*

24 *Contrahere quis dicitur vbi constituit se soluturum.*

25 *Delictum tres fores, totidem iudices, & in tribus locis cognoscitur.*

28 *Delinquens an, & quando remittitur per superiorem.*

29 *Clericus à laico remittitur suo iudici in quacunque parte iudicij.*

30 *Remissio an fiat in contractibus.*

31 *Imperator vbique, dux exercitus vbi moratur cum exercitu punit.*

32 *Fur vbi cum furto deprehenditur punitur.*

33 *Bannitum insequi, & capi in alieno territorio potest.*

34 *Fragantia vnde, & quæ grauia sint delicta.*

35 *Fur, & latro differunt, & eorũ pœna.*

36 *Delinquens vbi punitur.*

37 *Mittens sagittam, vel mandans delinqui potest in vtraque puniri.*

38 *Regere, & gubernare differunt.*

1 
VSTITIARII NON PER KALENDAS] dignitas est res antiquissima, Bal. l. 3. §. sed & si quis post nu. 8. commu. de leg. cuius insignia quædam dicuntur dignitatis, alia denotãtia dignitatẽ, Abb. c. antiqua 1. not. nu. 9. & ro. de priuileg. l. proconsules de off. procons. & leg. Insignia propriæ dignitatis potest quis deferre in quocunque loco, Bal. l. 1. de offic. procons. & leg. Illa quæ denotant dignitatẽ non possunt deferri extra limites propriæ iurisdictionis, per ipsa enim notatur iurisdictio, vel præeminentia, Abb. c. 1. num. 4. de auct. & vsu pall. Ita ad dignitatẽ potestatis iudiciariæ pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam, & subiectionem inducũt, D. Th. 3. par. de Sacram. q. 104. alias 93.

1 art. 1. Ista quæ feruntur in loco, significant
quod locus in quo portantur subiacet iurisdictioni insigniti, Abb. c. pen. nu. 8. cir. med. vbi Ant. de But. in fi. d. tit. de auct. & vsu pal.
2 Inde iurisdictio duplex, nata, quæ competit
ratione territorij, & data quæ competit ratione personæ, seu priuilegij personalis, Bal. l. ingenui C. de inge. & manu. Vnde consuetudo inoleuit quod Reges, & Principes quos reuereri oportet, pretiosioribus vestibus ornentur, & ampliores, & pulchriores habitationes possideant, D. Th. 1. 2. q. 102. art. 4. col. 2. nam amictus corporis enunciat de homine, Eccl. 19. Quidquid sit suscepti fasces non patrocinantur indigno, Bal. l. barbarius 1. rep. col. 3. post med. de off. præto. sed tenetur sui copiam omnibus præbere, præter necessarias horas comestionis, & somni, inf. in const. Baiulos omnes de ferijs, & salarijs, & non per Kalendas curias regere, & alia, vt in tex. qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit
3 [IVSTITIARII] quorum nomina à iustitia
deriuant, & iustitia se habet ad omnes causas tã criminales, quàm ciuiles, Pernus cons. 5. col. 3. in fi. Præsules, c. ex ore de priuil. seu Barricelli, qui mittuntur ad compescendos facinorosos, & ius dicunt si negocia non recipiunt dilationem, Bal. l. fin. 1. rep. circa fi. de iust. & iure. & abesse dicuntur causa publicæ vtilitatis, Bal. l. qui mittuntur §. quæsitum ex quib. cau. maio. [NON PER KALENDAS] idest certis determinatis diebus, nam
4 Kalendæ dicuntur primi dies mensium, Foll.
hic nu. 3. sed omni tempore, Iser. & Affl. hic, iuxta illud Psal. 105. Confitemini Domino, Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. De Kalendis, & idibus l. dicere, & l. Celsus ff. de arbitris. [VT ASSOLENT] soliti erant facere Iustitiarij per prouincias, quia ista erat obseruatio Paganorum, c. non licet 26. q. 7. Affl. hic 1. not. [HACTENVS] c. 1. de deposito, c. quod Dei de sta. mon. l. 3. in ver. hactenus de in rẽ ver. adhuc etiam, c. postulastis §. fin. de cler.
5 excomm. minist. [SED CONTINVE] quod di-
citur etiam si habuerit aliquod modici temporis interuallum, Abb. c. cum causam nu. 2. de elect. [CVRIAS] c. quanto de offic. ord. quas Romani partes appellauerunt, l. 2. in princ. de orig. iuris. [PER SE, VEL ALIOS IVDICES SVOS] cum audientia non habeat iurisdictionem radicatam, sed ministerium, Bal. l. 1. §. qui mandatam 1. rep. circa princ.
6 de off. cius. sic interdum vnus cognoscit, &
alter pronunciat, Bal. l. vni. 1. rep. nu. 7. q. 11. & 12. de off. consu. [QVIBVS NIHIL] i. non, glo. l. qui foueas in ver. nihil, ad leg. Aquil. [ALIVD] contrarium, gl. l. 1. in ver. alio ff. de cond. inst. [QVAM AVDIENTIA QVAESTIONVM

svm Debet Committi]alias propter enor
mitatem delicti non concedenda conceduntur,
Bal.l.1.2.not.de prec.Imp.offer. nã istis
regulariter non potest committi,solum audientia,
non determinatio quæstionum,Affl.
hic post nu.5.& qui habent solam cognitionem,
non possunt pronunciare, Baldus l.2.in
princ.de sent.ex breuil.recit. Nec officialis
potest committere assessori, vel actorum no
tario vt regat curiã, sed potest sine illis decidere,
Affl.const.seq.nu.6.& 7.[Sed Regere
Debent Cavsas]de quibus cognoscere
possunt,Gra.hic [Avdiant]examinent,idẽ
Gra.hic. [Et Decidant] quia habent iurisdictionem
ordinariã, quam dat consuetudo,
gl.l.& quia in ver.nec ipsa de iurisd.om.
iud. [Civitates,Et Loca Svarvm Ivrisdictionvm
Continva]assidua horis com
petentibus, Ant.de But.c.1.nu.2. de off.Archipresb.
[Discvrsione]proprijs expẽsis,
7 quia ad illum spectant impensæ ad quẽ pertinet
honor, Bal.l.regula §.si quis in fi.ff.de
iur.& fa.ign. Et Iustitiarij, ac alij officiales
studere debẽt vt quo minus possint subditos
grauent in itineribus,& expensis, Foller.hic
nu.21.Vnde milites,familiares,& stipendiarij
non accipiunt paleã,& alia, sed Magistri
iurati assignant hospitia, vt in c.regni 48.&
seq.item stipendiarij, vbi Io.Ant.de Nigris.
[Perqverant]ciuitates,& loca causarum,
Bal.l.ex hoc iure nu. 12.cir.fi.de iust.& iure.
Et si datur potestas alicui in diuersis prouincijs,
seu ciuitatibus, potest facta vnius
ciuitatis cognoscere in alia, Abb.cap.nouit
nu.1.de off.leg. Et an posit citare prouinciales
in remotis partibus,& quid posit accipere
vltra domũ lectos,& paleam,Io.Ant.
de Nig.c.25.hac edictali.[Provincialivm
Dispendiis]quæ in curia morando impen
duntur,Luc.l.3.circa med.de specta. [Ipsos
Ad Remota Loca Propter Ivstitiam
8 Non Vocando] vnde emananerunt plures
pragmaticæ,quod pro primis causis non liceat
euocare vassallos extra districtum proprij
incolatus, & appellationes à sententijs
audientiarum ad Magnam Curiam, vel Sacrum
Consilium à ducatis centum infra remittantur
ad easdem audientias,quæ proce
dant cum consilio partibus non suspecti, &
quod Barones non trahant vassallos extra
territorium,nec à vassallis exigant angaria,
& perangaria, Foll.hic nu.22. vsque ad 27.
Ita Iustitiarius non debet vocare subditos
ad remota loca,nec inquisitos potest post se
trahere per prouinciã, vt in c.reg.42. quod
decretam,& 47. item Iustitiarij delatos,vbi
Io.Ant.de Nigr. [Qvanto Salvbriter]
saluberrima prouisione, vt const.præcedẽti.
[Poterrvnt Parcitvri] concessuri,vel remissuri,
Nizol.in ver.parco. [Fragantia
9 Maleficia] de recenti commissa, vel quæ
nulla tergiuersatione celari possunt, & differt
quod delictum sit fragans, vel quod delinquens
capiatur in fraganti, glo.Iser.Affl.
& Foll.hic nu.27.vsque ad 31. quæ sine accu
satore,vel denunciatore sunt notoria,glo.&
Affl.hic.In quibus potest procedi ex officio,
Gra.hic,& const.seq.nu.8.cir.med.Et potest
quilibet capere, Luc.l.1.col.5.cir.fin. de deserto.
Et quid sit deprehẽdi in crimine,Bal.
l.ictus fustiũ col.2.post med. de his qui not.
infa. Ratione casuum emergentium possunt
iudices ordinarij leges trãsgredi,& propter
periculum tumultus culpabilis punire pœna
mortis absque processu ordinato, Bald.c.1.
num.5.& 10.de constitution. Etiam quod
in notorijs nullæ sint partes iudicis, nisi
quoad sententiam, verum est in disceptando,
secus in fundando iudicium per citationem,
vel requisitionem, idem cap. ab excommunicato
num.15. de rescriptis. Iste
condemnatur sine processu, adeo quod nec
loqui potest, Gra. cap. regni in accusatis
num.2.& 3. quia in notorijs criminibus,vel
quasi, iuris ordo, & solemnitas non seruatur,
Baldus l.2. num.10. de exactor.tribut.
10 sicut est modus sine modo in dilectione Dei,
D.Thom. 2.2.quæst.27. art. 6. [Non Vlterivs
Protrahant] nam ad euitandum
scandalum punire permicatur, deinde scribere,
l.si quis filio §.hi autem in fine de iniusto,
rupto, & irrito testamento. Et ratione
scandali causa dicitur magis ardua,
Baldus cap. pastoralis num.6. post medium
de rescriptis. Vltra quod omnis sententia
in dubio videtur habere executionem paratam,
Baldus l. 1. num.9. de executione
rei iudic. [Sed Ipsa In Locis In Qvibvs
Ea Pertractata Repererint Pv-
11 nientes Maleficos] quia crimina vndecunque
claruerint, sunt punienda,vt malorum
refrænetur audacia, in cap. regni
cura nobis specialis, adeo quod latro vbi
capitur potest statim furcha suspendi, Baldus
l.2. post num.4. de sententia ex breuili.
recit. Rationem ponit Speculat.tit.de competente
iud.aditio.§.1.num.3. Abb.cap.fin.
2.not. in fi. de purga. cano. Et potest persequi
malefactor in aliena prouincia per
quindecim miliaria, in cap.regni diu iam.
Et is cognoscit apud quem commissum est
delictũ, quia huius priuilegium omne aliud
excludit, Hostiensis in summa de accusatio.
§. qualiter in accusatione col. 3. in princ.
Et fit remisio ad locum delicti, si petitur,
alioquin ipse puniet,Bal.in add.vlt.ad Spec.
post princ. d.tit. de competen. iud. aditio.
& l.1.post num.2. vbi de crim.agi oportet.

Iura autē quæ loquuntur de ista remissione
citat addit.ad Spec.prædict.in rub.& §.3.de
12 remiss.sed hodie de consuetudine non fit re-
missio,Bal.l.1.num.14.in fi.C.de hæred.inst.
c.nonnulli nu.12.in princ.de rescriptis,add.
præd.ad Spec.d.tit.de comp.iud.aditio. §.1.
ibi concord.post med.Priuato autē licet ca-
pere malefactorem, non vt remittat, sed vt
iudici repræsentet, Gra.inf.const.clementiæ
nu.6. [Vt Pvta Famosos] plenos infamia,
13 nam verba desiuentia in osus, designant ple-
nitudinem, Bal.l.2.§.fin.de his qui not.infa.
Vnde famosi,qui fecerunt tot furta,æstimã-
tur grassatores, Bal.auth.sed nouo iure,post
nu.3.de ser.fug. Inde famosa,quæ de iure in-
famant,Bald.l.1.col.1.in fi.C.de iure dotiũ.
[Latrones] c.ex parte, lo primo,de verb.
sign. publicos, vel nocturnos, & eorũ pœna,
c.inter alia, vbi Abb.nu.5. post nu.20.21. &
31.de immun.eccl.& latrunculos,qui aucto-
ritate iuris capiuntur, & fiunt serui, sed non
capientium, sed pœnæ, Bald.l.1.nu.24.C.de
hæred.inst.[Et Fvres]qui ponuntur vt spe-
cies differentes,Bal.l.congruit 2.rep.in fi.de
off.præsid. [Qvi Malefícia Sva Nvlla
Neqvevnt Tergivsrsatione Celare]
14 qui delinquens est conuictus, vel confessus,
conuincitur enim testibus,seu instrumentis,
vel per indicia indubitata, Foll. hic nu.33.
& Affl.nu.8.adeo quod cõuicti dicuntur,qui
nõ possunt negare crimen,Iser.hic post med.
intantum quod nõ dantur defensiones, Affl.
hic nu.11. Et præfectus vigilum in facinore
deprehensum, summo supplicio afficiebat,
l.pen.ff.de cond.cau.data. si dilatio pericu-
losa videbatur, l.pen. vbi Bal.de dam. infe.
nam temporis interuallum, multa cõmoda
affert,Foll.hic nu.28. alias remittebat,l.per
omnes,& seq.de defens.ciuit.[Pvblicorvm
Itinervm Aggressores] stratarum publi
carum aggressores,Affl.hic post princ. [Sev
Qvoslibet Recentes, Et Pvblicos Ho-
micidas] quia antiqua non puniunt morte
naturali, Affl.hic 4.not. alias ex post facto
nõ decrescit obligatio,l.si iustissime de ędil.
15 edi.l.si diutino de pœnis. Et peccatum suc-
cessiuum est grauius, & grauiori pœna pu-
nitur, Abb.c.cum in ecclesiæ 2.not.& c.non
satis de simon. [Per Nemora Forsitan
Fvgitivos, Vel Aliter Latitantes]
fugisse enim intelligit, qui latitat vt fugiat,
Bald.l.1.nu.9.in fi.C.de ædil.act. vocationi
iudicis nõ obedientes,Abb.c.consultationi-
bus nu.6.in fi.de off.deleg.[Ob Conscien-
tiam]scientiã cum veritate,Affl.hic 7.not.
sicut sciũt,gl.l.nulli in ver.pro sua de Episc.
& cler.[Criminvm Patratorvm]in publi
cum conscientia læsa producendo, sup.cõst.
16 inquisitionibus. vnde qui facit maleficium,
habet testem veritatis contra se,Affl.hic &
7.not.[Per Se, Interdvm Per Alios]vnde
priuati capientes delinquentes, non debent
eos occidere, sed iudici exhibere, l.fin.C.de
malef. & mathem. & sic contra insignes la-
trones,disrobatores stratarum,incēdiarios,
violentos raptores, notabiles, & famosos
proceditur ex arbitrio, iustitiam solum ha-
bendo præ oculis, Arno.comm.115.& 116.
[Expensa Etiam Si Viderit Expedire
De Cvriae Nostrae Pecvnia]etiã quod
17 potestas, quæ habet arbitrium generale non
possit constituere salariũ,Ang.l.vn.de præb.
sala.posset tamen vt capiatur malefactor,de
iure communi capiens delinquentem, debet
consequi expensas,add.ad Bald.l.is penes in
ver. publicum C. depositi. licet multa quæ
expediunt reipublicæ,fiunt priuatis expẽsis,
Io.And.ad Spec.in rub.col.2.cir.med.de iniu
iurijs. & fit expensis petentis, eo quod eius
interest, Baldus l.prætor §.fin.ff.de edendo.
[Diligentissime]inuestigatione exactis-
sima,sup.const.si damna clandestina. [Per-
qvisitos] etiã in territorio alieno, vt sup.
18 cum cõtra furem possit procedi in omni lo-
co vbi cũ re furtiua residet, Bal.l.qui furem
1.rep.de sta.hom. nisi vendidisset,etiã quod
secum asportaret pretium,in l.vnica nu.14.
cir.fi.de cõfessis.[Nvllis Dilationibvs]
quia quãdo constat de maleficio,iudices de-
bent esse prompti ad puniendum,Bal.l.si ita
vulneratus 1.rep.ad leg.Aquil. alias si negli
gunt,ipsi puniuntur, Bal.l.vn.nu.3.C.de mo-
nopolijs, cum velox pœna cõsumet scelera-
tos,idem Bal.l.fin.nu.16.cir.med.C.de ædil.
actio. [Se Accvsationvm Solemnitati-
bvs] de quibus in l.libellorũ de accus.[Ex-
pectatis, Si Deferentes, Vel Accv-
santes Defvervnt] absuerint [De Pro-
vincia]inf.const. accusatorũ temeritatem
[Poenas Legitimas] a lege expressis, Io.
And.c.statuimus nu.2.cir.med. de pœnit. &
remiss. in vj. iuris ordine non seruato, vt in
c. regni iuris censura, vbi Io. Ant. de Nig.
[Severitatis] mortis naturalis [Extir-
pent]punient,Affl.hic 12.not.nã nihil pro-
dessent iudicia, & sententiæ nisi forent qui
executioni mandarent,sed omnes gerere re-
cusant,nisi magna capiant emolumẽta,quia
inde magnæ proueniunt inimicitiæ, Arist.
6.Polit.8. Vnde factis probationibus iudex
19 festinare debet,& si dubitat impediri, cogit
inquisitũ renunciare dilationibus,& exequit
nõ obstante rescripto contra solitũ impetra
to,Bal.l.cũ reis,& l.si vindicari C.de pœnis,
quolibet die etiã feriato mittẽdo ad furcas,
l.prouinciarum,vbi Bal.C.de ferijs,secundũ
statutum, & consuetudinẽ loci delicti, idem
Bal.l.1.vbi senat.vel clar. auth.sed nouo iu-

re nu.3. post med.de ser.fug. [Nec Prae-
20 svmptioni Temerariae] & sic cõtra ius,
Abb.c.2.post nu.4. de appell. alibi temere,
c.ad nostrã C.de prob. l.eum quem de iud.
& temeritas quæ coercẽt,Bal.l.extat 3.rep.
post princ.quod met.cau. cum insolentia ad
nullũ obsequium vtilis sit, nisi forte ad illũ,
Arist.2.Politic.7. [Per Nos, Nostrvmqve
Officialem Credatvr] affirmatur,Pau.
de Cast.cõs.372.col.4.cir.ñ.1.vol. [Attri-
bvi]ascribi,Niz.in ver.attribuo.[Id Qvod
Officii Svi Debito]ex institutis,vel mo-
ribus agenda, Loffr.cons.21.num.12. [Ad
Plenitvdinem Svae Fragilitatis Ad-
ivnxerit] nostris constitutionibus, quod
ex debito sui officij incumbit,secundum ple
nitudinem suæ fragilitatis, quantum homi-
ni est possibile, §.sed etiam,auth.quo.opor.
Episc.institiam faciat, Affl.hic nu.2.in fi.
21 Contra, debet seruari solitum,nam pronin
ciales magni faciunt sibi consuetudines ser-
uari,l.obseruare de off.procons.& leg. Vnde
propter consuetudinem nostræ gentis Lon-
gobardorum legem impiam euitare non
possumus, l.1.in fi.de monomachijs in Lon-
gobar. Etiam,quia nulla consuetudo suppo-
nit Regi,l.pen.qual.iud.iud.deb.in Longob.
Responde, ꝙ Imperator vltra generalem
derogationem consuetudinum istis constitu
tionibus aduersantium,sup.1.const.§.fin.hic
ademit in specie dum voluit quod continuè
Iustitiarij per se, vel alios curias regant, &
non per Kalendas,sicut hactenus.
22 Et sic nota,quod iustitia debet fieri omni
tempore, Affl.hic 1.not. exceptis diebus fe-
riatis,secus in latronibus insignis, contra
quos proceditur etiam in diebus Paschali-
bus,non seruatis solennitatibus, Gra.& Io.
Ant.de Nig.in c.reg. prouisa iuris sanctio,
nam propter enormitatẽ delicti permissum
est leges transgredi,auth.pręd.sed nouo iure
post nu.3.de ser.fug. & ordo est non seruare
ordinem, vel dicitur ordo irregularis, idem
Bal.l.1.post nu.4.ne filius pro pat. vnde non
obstante appellatione sententia lata contra
conuictum sponte confessum, vel repertum
in fraganti exequi debet, Bald.l.vnica post
nu.10.C.ex deli.defun.in quan.hære.conue.
Ita si appellatio est notoriè calũniosa, Gra.
c.reg. accusatis nu.4. vel si est deprehensus
in crimine seditionis, tunc absque ordine iu
diciario punitur,Bal.l.fin.1.rep.nu.2.de rer.
23 diuis. sed non in omni loco,nam in crimini-
bus forus est locus delicti,in ciuilibus sortitũ
forum ex domicilio, Bal.l.de quibus 1.rep.
nu.25.post med.ff.de leg. vnde æquiparantur
maleficia,& contractus quantum ad forum,
Bal.l.pen. 1.rep.circa fin. de iurisd.om.iud.
Et ratione rei delicti, vel contractus quis
conuenitur,vbi res sita est,deliquit,vel con-
traxit, Abb.c.3.c.si diligenti nu.27.c.postu-
lasti 1.not. & c.fin.de fo.comp. c.fin. 4.not.
ne cler.vel mon. c.post miserabilem in fi.de
24 vsuris.Et dicitur ibi contrahere vbi consti-
tuit se soluturum, & tunc sortitur forum in-
declinabile,Bal.l.si quis in cõscribendo post
nu.2.C.de pact. vel si dixit vbique posse con
ueniri, Spec. d.tit.de comp.iud.aditio. §.1.
nu.18. Sed an ratione contractus posset dici
subditus,sicut ratione delicti,Bal.l.omnium
ff.de iudicijs. Potest autem iudex mittere in
possessionem bonorum alibi sitorum, Spec.
tit.de primo decreto §.4.nu.2. Et proroga-
tur tacitè iurisdictio si contrahit, vel pro-
mittit solutionẽ in aliquo loco, Arno. c.11.
practicæ iudiciariæ,sed pro primis causis nõ
extrahitur à proprio domicilio, vt supra,
pro secundis a prouincia propria, Arnon.
epito.71. verum debet opponi a principio,
alias si cœpit soluere,vel consentijt,non po-
test, Bal.l.si fideicõmissum §.fin.& l.sed & si
1.rep.in princ.ff.de iudic. Et si habet decli-
natoriam fori, quæ perditur tribus modis,
25 Bal.rub. si a non compet.iud. Effectus verò
qui nascitur ratione delicti, Abb.c.fin.nu.6.
& 7. de foro comp.est, quod in tribus locis
cognoscitur, & punitur delinquens, add.ad
Spec.tit.de comp.iud.adi.§.1.ibi & sequitur
circa med. tres sortitur iudices, Bald.l.1.in
princ.vbi de crim.agi oport. videlicet iudi-
cem delicti,domicilij,& originis, Bal.l.exe-
cutorem nu.23. de execut.rei iud. in tribus
locis cognoscitur, idem Bal.1.rep.l.1.nu.4.
cir.fin.ff.de iudicijs. Verum si condemnatur
in loco originis, non remittitur ad locum
delicti, nam remissio fit condemnandi, non
condemnati, sed non obstante cõdemnatio-
ne potest banniri in loco delicti,Bal.d.l.exe
26 cutorem. Vnde delinquens si recessit a loco
delicti,debet ad illum locum remitti,præce-
dente summaria cognitione, Abb.c.fin. nu.
15.& seq.de foro comp. Nam de maiore cri-
mine non debet cognoscere ordinarius, sed
ille in cuius territorio delictum est cõmis-
sum, Bald.c.nonnulli nu.13.post med.de re-
script. Dicitur ordinarius, qui iure proprio
potestatem habet,transit ad successorem,est
in rem scripta, & perpetua, in c.cum terra
num. 4. circa med. de electione. Et iudex
territorij potest repetere malefactorem ca-
ptum per alienum iudicem in territorio suo,
c.ex parte,lo primo,vbi not.Abb.de ver.sig.
nam ratione delicti factus est de foro illius
in cuius territorio deliquit,Spec.tit.de lega
to §.nunc,lo terzo,post nu.11. adeo quod si
natus in castro meo, deliquit in tuo, & ibi
condemnatus soluet, non possum condẽna-
tionẽ repetere,quia cum esset per me remit

tendus ad locũ delicti, ad illum pertinet con
demnatio, & commoda, quæ ex delicto pro-
ueniunt, Bal.l.1.in fi.si a non comp.iud.nam
pro delictis cõmissis extra territorium non
fit remissio, nec cognoscit Baro, etiam quod
habeat primas, & secundas causas nisi ha-
beat priuilegium cũ derogatione, auth.qua
in prouincia, Foll.sup.const.Capitaneorum
nu.29. Et sic iudex domicilij an possit sub-
ditum alibi delinquentem punire, Abb.c.1.
27 nu.6.8.9.& 10.de rapto. Quomodo olim, &
nũc fit remissio, Bal.l.hæres absens §.1. post
nu.2.& 2.rep.cir.fin.ff.de iud. Hodie cõmu-
niter fit, & an valeat consuetudo, quod non
fiat, Abb.d.c.fin.nu.23.de fo.comp. De con-
suetudine non fit nisi in terris, quæ sunt sub
eodem principatu, Bal.cum add.ad eum l.2.
nu.2.post med.de ser.fug. Vnde qui cõmitrit
homicidium in castro Spoleti, quod habet
Prætorem, qui est sub Præside Ducatus, ad
ipsum castrum etiam per Præsidem est remit
tendus, Bal.l.fin.cir.fin.si a non compet.iud.
In omnibus causis, & ab omnibus iudicibus
si non fit, an teneantur, Bal.d.l.si quis in con
scribendo nu.8.& 9.de pact. Et fit remissio
ad iudicẽ competentem, videlicet iudicem
rei, l.si quondam vbi Bald. C.de adulterijs.
Et remittitur cum custodibus suis expẽsis,
Bal.l.generaliter §.his de præsentibus in fi.
C.de reb.cred.& iureiur. & l.1.C.de exhib.
& transm.reis. Expensis petẽtis de quo fuisse
interrogatum a Iustitiario Apuliæ, dicit idẽ
Bal. c.nonnulli nu.9.circa med. de rescript.
vna cum actis, sicut quãdo remittitur iudici
ad quem, Bal.l.minime C.de appell. Affl.&
Foll.d.const.Capitaneorum nu.72.& agitur
corã iudice appellationis, & eius foro, Bal.
auth.qua in prouincia nu.6.vbi de crim.agi
28 oportet. & sic si conceditur iurisdictio cum
vassallis, non circumscribitur territorio: in
priuilegio si nulla iurisdictio reseruatur, &
si vassalli delinquunt extra territoriũ, si est
prouentum fit remissio per Regiam Curiã,
secus si iurisdictio est circumscripta territo
29 rio, Minad.decis.18. Quid in clerico quando
remittitur a laico suo iudici, Bal.l.eos §.su-
per his d. tit. de appellat. virtute priuilegij
quod habet Ecclesia ab Imperatore, in qua-
cunq; parte litis possunt litigantes petere se
remitti ad iudicẽ ecclesiasticum cum muni
mentis causę, Abb.c.super nu.4.de appell.&
tunc transfertur iudiciũ, & instantia de vno
iudice ad alium, Bal.d.l.sed & si §.pen.& 2.
30 rep.cir.princ.ff.de iud. Verũ in contractibus
non habet locum remissio, sicut in delictis,
Abb.d.c.fin.nu.37. de foro comp. vel habet
locum, Spec.d.tit.de primo decre.§.4.nu.2.
cum per contractum forum sortiatur, Arist.
3.Pol.1, Foll.d.const.Capitaneorũ, vbi facit
nonnullas conclusiones circa remissionem
prædictã, nu.20.& seq.& 125. Imperator pu-
nit subditos vbique delinquẽtes, quia est do-
minus mundi: inferiores quia habẽt terram
limitatam non possunt punire delinquentes
extra territoriũ, Bal.l.2.in prin.de eunuchis.
31 Dux exercitus potest condẽnare delinquen-
tem in territorio alieno vbi moratur cum
exercitu, Bal.l.3.nu.3.de off.præt. Deprehen
32 sus cum furto, vbi deprehendit debet puniri,
quia portando rẽ, videtur prorogare iurisdi
ctionẽ de loco ad locum, nã iurisdictio æqui-
paratur dominio, Bal.l.si abducta C.de furt.
punitur criminaliter, nec punitus relaxatur
nisi furtum restituat, Bal.in add.ad Spec.vlt.
in princ.tit.de execut.sent. Vnde caueãt cu-
stodes carcerum ne talem sic condemnatum
dimittant, nisi prius sit satisfactum fisco, &
parti, Bal.l.3.cir.fin.C.de cond.ob turp.cau.
33 Bannitum licitũ est capere in alieno territo
rio, Bal.l.sicuti §.Aristo si seruitus vẽd.nam
potest insequi per quindecim miliaria extra
prouinciã, vt sup.& Arno.in epit.68. Supe-
rior non cognoscit de delicto facto in terri-
torio inferioris, quia semper suus inferior
est, Abb.c.1.nu.12.de rapto. Ita ratione deli
cti non sortitur forũ si Archiepiscopus delin
quit in territorio, vel diœcesi sui suffraganei,
quia non dicitur delinquere extra terminos
suæ iurisdictionis, & minus dignũ cedit ma-
gis digno, Arno.92.comm. Nec corã Princi-
pe habet locũ declinatoria fori, Bal.l.proxi
me col.2.in princ. de his quæ in testa.delen.
34 Vltimo delicta fragantia puniuntur in loco
delicti, vt hic: vnde dicantur fragantia, Foll.
hic post nu.33.& 34. vel grauia cum habea-
mus leuia, grauiora, & grauissima latroci-
nia, computantur inter magna scelera, Abb.
c.tuæ discretionis, post num.3. & 2.not. de
35 pœnis. Inde fur, & latro differunt in iure,
sunt sinonima, Abb.vbi sup.& c.2.1.not.c.3.
cap.suscepimus, c.tua nos §.ad vltimum in
princ.de homic.volunt.c.2. 3.not.de furtis.
Quæ autem pœna sit furis, & quæ latronis,
Abb.c.fin.circa fi.d.tit.de furtis. Furcarum
pœna propriè est furum, Cassan.consuetud.
Burg.rub.1.§.5.zil in perdra la via, num.3.
Aluar.& Affl.§.publici latrones, de pa.ten.
Quid in latronibus, gl.in c.si quis fortitudi-
nem 23.q.3.& in loco delicti, vt hic, quia
delinquendo se astrinxerunt foro, Bal.l.nul-
36 lum nu.5.in fi.C.de testib. Facit pro iudici-
bus, qui mittunt furem ad suspendendum in
loco vbi fecit furtum, Bal.l.vni.in princ.de
Nili ageri. non rump. alij in loco iustitiæ,
Ang.& Aug.tract.malef.in ver.vsque ad lo-
cum iustitiæ, alibi seruus super foueã ipsius
mortui appenditur, l.1. de culpis seruo. in
Longobard.vel in loco consueto pœnarum,

licet

licet quandoque propter agnatos dispensatur, quod exequatur clam, Affl. const. monomachiam 6. not. post num. 10. regulariter in loco delicti. l. si cui §. idem, & §. fin. l. fin. de accusatio. l. si maritus §. 1. ff. de adult. l. capitalium §. famosos de pœnis, & l. 3. ff. de re mil. Semper tamen expensis curiæ iustitiari debent malefactores, Bal. l. 2. quibus ex cau. serui pro præm. libert. accep. Et condemnatos à suo iudice ad mortē, nullus debet violenter accipere, D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 12.

37 Quid si emittens sagittam ab vno loco, percussit in alio, vel mandauit in vno loco, & est executum in alio, seu deliquit in confinibus, in quo loco dicatur deliqnisse, vt fiat remissio, dixi sup. in const. si damna clandestina, & dic, quod erit locus præuentioni, quia in vtroq; loco deliquit, Abb. in d. c. fin. nu. 25. vsque ad 28. de foro comp. in c. 1. nu. 1. & 2. de præsump. Affl. sup. in const. asperitatem nu. 9. in fi. facit quod dicit Abb. in c. fin. nu. 11. de immu. eccl. c. patentibus nu. 5. & c. tuarum nu. 8. de priuil. Bal. in l. iurisperitos §. 1. de excus. tut. in l. 1. §. in initio post nu. 7. de off. præfe. vrb. in l. arbor 1. & 2. rep. ff. comm. diuid. in l. 3. §. 1. 2. & 3. quæst. ff. de iureiurando.

38 Secundo nota, quod regere propriè refertur ad alios, gubernare ad se, vnde gubernare respicit partem œconomicam, regere politicam, Ant. de Butr. in c. 3. in 2. not. de æta. & qualit. Statuta autem pœnalia an ligent delinquentes extra territorium, Bal. in l. fin. 1. rep. q. 2. de iurisd. omn. iud. & an de eo delicto possit inquiri, Bal. in l. quemadmodum 2. rep. in princ. ad leg. Aquil. dic, quod iura dant iurisdictionem in persona ratione delicti, c. 1. 3. q. 6. c. fin. d. tit. de foro compet. Et ligatur non solum corpus, sed anima, & quomodo punitur, secundum statuta, vel ius commune, Abb. in d. c. 1. nu. 4. & 7. de rapto. Vbi, & quando fit defensio, Bal. in l. fin. 1. & 2. rep. de noxali. Et remissio nou sui iudicis vt valeat oportet quod suus iudex specialiter id concedat, addit. ad Spec. in tit. de indulg. & remiss. in ver. dicitur. Quid in contractibus, vltra superius dicta, Bal. in l. 1. circa fin. de eo quod certo.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes fauore dotis legatorum, & causarũ criminaliũ abbreuiantur.*
2 *Causa ponitur pro processu.*
3 *Iudicij solennitates non omittuntur, ne processus irritetur.*
4 *Examinatur causa prout eius natura requirit.*
5 *Terminus etiam quod detur ad aliquid faciendum, debet expediri quamprimum potest.*
6 *Iudici si imponitur pœna nõ expediẽdo causam, intelligitur si pars petierit.*
7 *Iudex vt constituatur in mora requiritur trina monitio, & protestatio.*
8 *Necessitas facit probabile, quod alias non esset.*
9 *Dilatio nominationis per infra, et extra regnum quanto tempore duret.*
10 *Iudex in multis præfingit terminũ.*
11 *Dilatio debet esse sine damno.*
12 *Omissum simile expresso, pro expresso habetur.*
13 *Damnum est cogere, quia eius loco perdit liberum arbitrium.*
14 *Peregrinatione efficiuntur mendici, & pauperes.*
15 *Mentitur quis de facili propter lucrũ.*
16 *Actorum magistri grafferij dicuntur.*
17 *Pecunia est quidquid habẽt homines.*
18 *Pondus dicitur eo, quod in statera pendet, abusiuè libra est.*
19 *Olim, tria tempora significat.*
20 *Dies intelligitur inclusa nocte.*
21 *Apocha quid, & quid antapocha.*
22 *Debitor potest cogi ad faciendum creditori instrumentum authenticũ, ita si soluit, potest cogere creditorem ad faciendum quietatiouem.*
23 *Debitor non cogitur pro vno debito facere plures cautelas.*
24 *Hæres cogitur facere quietationem eius, quod solutum est defuncto.*
25 *Iudex non debet festinare, sed cognoscere donec instruatur.*
26 *Arbitri tenentur vigore statuti terminare causas infra trimestre.*
27 *Statutum si stringit iudicem ad determinandum infra certum terminum, quid faciet.*
28 *Causa potest committi per superiorem decidenda infra certum tempus.*
29 *Iudex potest cogi per superiorem suum ad causam decidendum.*
30 *Causa rescripto cõmittitur decidenda, & quando stat per iudicem, nu. 31.*
32 *Soluens agit vt fiat sibi apocha, & quid operetur antapocha.*

1 
Avsas] fauore dotis, & legatorū dilationes abbreuiātur causa originis decurionis, infra tres menses terminari debet, ita & fauore earcerati, l. generali, vbi Bald. in fi. de decurio. lib. 10. cuius instantia licet iure communi pereat per lapsum biennij, l. properandum C. de iudicijs l. 1. infra quan. tēp. detur actio crim. ne contrarium aliquid nostro eueniat proposito, l. fin. in C. de fide instr. vt finē accipiant, l. si fideiussor in fi. qui satisd. cog. Iure isto debent infra tremestris temporis spatium terminari, verum si non fuerint terminatæ, non perimitur instantia, Arnon. in 20. differen. vtriusque iur. Per istum textum qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [Cav-
2 sas] .i. processus, Bal. addit. 3. col. 5. in fi. ad Spec. tit. de appell. & sic non solum pro causis, sed processis ponuntur, Bal. l. pen. num. 1. cir. fin. quomo. & qnan. iudex. [Alias] criminales, ad differentiam ciuilium, spiritualium, atque mixtarum, Spec. tit. de contum. §. 3. nu. 1. vel alias criminales vltra notatas, Gra. hic in princ. in quibus non est seruādus ordo, alias vult terminari, vt infra, Foll. hic num. 4. est repetitiua qualitatum præcedentium, quæ possunt adaptari sequentibus, & fit ad construendum, non ad destruendum, quod dispositum est, Bald. c. Rodulphus post nu. 4. & 5. de rescriptis. [Ordinario Iv-
3 dicio] non omissis solennitatibus substantialibus, Abb. c. consultationibus 1. not. de off. deleg. ne ex post facto iudiciū irritetur, & sic processus sit in pendenti, Bald. l. fin. in fi. C. de iniurijs. [Avdiant] remouendo omnes cauillationes, & ad rem de qua agitur deueniendo, Bal. l. ita nobis circa princ.
4 C. de adulterijs. [Et Examinent] prout natura rei requirit, Io. Andr. c. statutū, lo. secondo, post nu. 2. de hæret. in vj. nam tantum examen non fit in accessorijs, quantum fit in principali, Inn. c. dudum nu. 4. de priuileg. & excess. priuileg. [Et Decidant] decisionē faciant, Nizol. in ver. decido. vel legalia faciant, non quia sententiæ sint leges, sed propter applicationem legum communium ad aliqua particularia facta, pro iure habētur, D. Th. 1. 2. q. 96. art. 1. [Infra Trimestris Temporis Spativm] sicut causa nunciationis noui operis, l. vnica C. de noui operis nunc. alibi infra duos menses, c. lator qui filij sint leg. verum requiritur citatio sicut in arbitris, Bald. auth. ei qui nu. 4. cir. princ. de temp. appell. Quomodo, & quas dabit dilationes, Spec. tit. de sententia §. 4. & etiam
5 quod assignetur terminus, debet impleri quamprimū potest, Bald. l. si quis institutus §. 1. post princ. de hæred. inst. & si plenè cognouit, differre non potest, secus si non cognouit, & sunt hæc vtilia, maxime in causis criminalibus, Bal. l. 2. nu. 20. post med. sent. rescin. non posse. nec sibi imputatur si per cauillationem aduersarij fuit impeditus, Abb. c. 2. in fi. de eo qui mitt. in poss. cau. rei seruan. nec currit ei qui iudicis copiam habere non potuit, Bal. c. plerunque num. 4. de rescrip. incipit autem currere terminus post litem contestatam, vel à die qua de meritis causæ cœpit tractari, Bal. d. l. properandum §. & si quidem 1. not. Debent etiam partes instare, & protestari, quia organa iudicis sunt ligata, nisi pars petat, Bal. auth. item si nu. 2. de temp. appell. & sic nūquam cogitur nisi in fine temporis parte petente, & si dimittit successori, an puniatur, Paris de synd. in ver. successor in officio, c. 1. & 2. circa fin.
6 Vnde si per statutum imponitur pœna iudici si non expedierit causam infra certum terminum, intelligitur si pars petierit, Abb. c. finem post nu. 34. de dolo, & contum. nam iudex nunquam procedit nisi ad instantiam partis, Bal. d. l. properandum §. & si quidem post nu. 3. adeo quod habet tacitam conditionem si fuit petitum à parte, Paris vbi supra in ver. iudex c. 2. nu. 8. cir. fin. & in ver. negligentia c. 2. nu. 5. & 6. & c. 3. post nu. 2. 5.
7 & 6. in fi. Et iudex vt constituatur in mora requiritur trina monitio, protestationes, & requisitiones sunt valde vtiles, & necessariæ, Bal. d. l. properandum §. fin autē vtraq; nu. 2. & c. 1. de suppl. negl. præl. sicut qui non vult consentire in iudice, est vtile quod protestet in quolibet actu, Bal. l. pacta nouissima nu. 8. in fi. C. de pact. Quid si nō potuit examinare propter tēporis breuitatē, vel tulit sub conditione, Bal. l. cum iudex de sent. & interloc. om. iud. & sic limitat, nisi testes essent de longinquo, vel alia manifesta causa, propter quā causa non potuit expediri, Paris vbi sup. in ver. instātia syndicatus c. 2. & [Nisi Forsitan Instrvctionis Desideratas Ne-
8 cessitas] quæ probabile facit, quod alias non esset, Bald. l. iubemus col. 2. in princ. de sacrosan. eccl. [Velvti] quæ ponitur exemplificatiuè, l. si quis curialis in ver. veluti de Episc. & cler. [Si Probationes Ex Longinqvo Petantvr] facta nominatione, & commissione in partibus pro eorum rece-
9 ptione, inf. const. in pecuniarijs, nam dilatio per infra est trium mensium, si in continentibus prouincijs sex, transmarina nouem. Azo in sum. post num. 8. C. de dilatio. Innoc. c. vltra tertiam col. 1. in fi. & 2. in princ. de testib. Abb. c. pen. nu. 5. vsque in fi. eo. tit. de testib. vel in prouincijs, & locis conuicinis est

est trium mensium, in transmarinis sex, & si
habet testes in prouincia, & extra, & vltra-
marinos nō habet integra tempora pro sin-
gulis, sed cōfunduntur dilationes, & tempus
in tempore computabitur, Spec.cū addit. ad
eum tit. de dilatio. §. 1. post nu. 22. & si non
vtitur, punitur pœna vnius vnciç, vt in prag.
sub rub. de dilatio. [TERMINVM EXIGAT
LONGIOREM] cū in multis iudex præfingat
10 terminum, Spec. tit. de dilatio. §. 1. num. 27.
[SVPER HOC SPECIALITER] expressè, Io.
And. c. 2. post nu. 2. de reb. eccl. nō aliç. in vj.
11 [A PETENTE DILATIONEM] quæ procedere
debet sine damno, glo. l. Senatusconsulto in
ver. restituantur ff. de off. præsid. [SACRA-
MENTO] calumniæ, inf. const. pœnam calum-
niæ. [PRAESTANDO, QVOD NON CAVSA
DIFFERENDI IVDICII, SED EX NECESSI-
TATAE PRAESCRIPTA] ante scripta, infra
const. pœnam eorum desideratæ instructio-
nis, vt sup. [DILATIONEM EXPOSCAT] iux-
ta loci distantiam, Bal. l. prætor 1. rep. §. fin.
in fi. ff. de edendo, sicut in exceptionibus, quç
proponuntur ante litis contestationem tria
seruat curia, quod excipiens iuret non ca-
lumniæ causa illam proponere, debet etiam
cauere aduersario idoneæ de soluēdo expen
sis, si defecerit in probando, interdum facit
depositū, & iurat de veritate dicenda, Arch.
c. si quis Episcoporum circa princ. 3. q. 6. sed
illud in foro Ecclesiæ. [NEC ILLVD OMIT-
12 TIMVS] etiam quod omissum quandoque sit
simile expresso, & habeē pro expresso, l. Gal-
lus §. & quid si tantum in ver. emancipatus
de lib. & posthu. [QVOD OCCASIONE FA-
CIENDARVM CVRIAE PROVISIONVM] offi-
ciales ipsi vexant subditos nunc in vna ter-
ra, nunc in alia, vt faciant prouentus; Affl.
hic 7. not. sed debet auferri occasio prædæ,
l. 1. de frum. Alex. [PRO SENTENTIIS PRO-
FERENDIS, PARTES VLTRA DEBITVM NON
AGGRAVENT] cum gratuitas, & non venales
ferre debeant sententias, maxime si habeat
salarium de publico, inf. const. cum circa iu-
stitiæ, & pro scriptura earū nihil debet sol-
ui, vt c. reg. itē statuimus, Gra. hic post nu. 2.
13 [NEC IPSOS] aggrauēt, quod fit dum cogit,
licet damnum non inferat, nam loco damni
habetur, quia amittunt arbitriū voluntatis,
Bal. l. 2. 2. rep. col. 5. cir. med. de leg. 2. [PER
PROVINCIAS TRAHENDO POST CVRIAM]
propriè autē reus trahitur à loco domicilij,
& à loco à quo inuitus potest ab Ordinario
conueniri, vnde trahere est ab inuito compa
ritionē exigere, Bal. c. nonnulli nu. 11. circa
med. & 13. cir. fin. de rescript. & intelligitur
cum effectu, & an verificetur in sollicitatio-
ne, idē in auth. habita nu. 46. ne fil. pro pat.
propriè non dicitur trahi nisi inuitus, in l. si
quādo post nu. 2. de testib. cum nec damnati
trahi debeant de vna prouincia ad aliā siue
iussu Principis, l. ad bestias ff. de pœnis, quod
hodie male obseruāt officiales, Gra. hic nu.
2. in fi. [PROPTER] quæ causam remotam im
portat, Imo. l. qui pretio nu. 1. de donat. cau.
mor. [HOC LABORVM, ET SVMPTVVM VE-
14 XATIONE FATIGENT] nam ex peregrinatio-
ne efficiuntur mendici, & pauperes, §. 1. vbi
Bar. num. 8. auth. vt omnes obed. iud. [SED
ILLAS PROVISIONES REPVTENT COMPE-
TENTES QVAS IVDEX, ET NOTARIVS ACTO-
RVM, QVI APVD EOS FVERINT SVFFICERE
PRO NEGOCIORVM QVALITATE CENSE-
15 BVNT] alias de facili quis mentitur propter
lucrum, Bal. l. magis §. in primis de reb. eor.
sed pro qualitate causæ vicissitudo salarij
compensatur, d. const. cum circa. & sic vide-
tur permitti solutio pro ferendis sententijs,
Gra. hic nu. 3. Et si de plano itur ad iudicem
de consensu partium res debet expediri sine
aliquo strepitu, Bald. l. si quos spontaneos in
fi. de decur. [PRAEDICTI] antedicti, Niz. in
ver. prædico. [ACTORVM NOTARII] qui
16 grafferij dicuntur, clem. constitutionē col. 3.
in positione casus cir. fin. de elect. sicut custo
des actorū, & carceris, qui est de actis, Paris
de synd. in ver. carcer, & carceratus, cap. 7.
nu. 2. [ET NON IVSTITIARII, SICVT OLIM
17 PECVNIAM OMNEM] quæ est quidquid habēt
homines, Io. And c. felicis nu. 1. de cēsi. in vj.
[TAM EX PROVISIONIBVS] annuis præsta-
tionibus in prouisionem datis, Affl. §. si verò
vassallus, quid sit inuest. [QVAM VNDECVN-
QVE] vndique, ex omni parte, Niz. qui sup. in
ver. vndique. [EX IVSTITIARIORVM OFFI-
CIIS PROVENTVRA] ex compositionibus,
Affl. hic 9. not. Quæ, in quibus casibus, & per
quos fieri possunt adest prag. Caroli V. & ne
sperata, quæ est prima, sub rub. de cōpositio.
Et si non permissæ à iure, fiunt, puniuntur
officiales, Paris de syndic. in ver. compositio
c. 9. nu. 3. [AD GENERALE PONDVS] non in-
cisam, vel minoris ponderis, Affl. hic 10. not.
18 inde pondus dicitur eo quod in statera pen-
det, abusiuè pondus libra est, Luc. l. fin. circa
med. de fun. rei priua. [RECEPIANT, ET
CONSERVENT] inf. const. cū iuxta de salario
Baiul. & non sicut olim, l. 1. quod met. cau.
19 quæ dictio tria tempora significat, Abb. c. ex
parte b, post nu. 2. de foro compet. [ET DE
RECEPTIS] cum effectu, Zab. clem. 1. nu. 19.
cir. med. de procur. [INFRA] quæ dictio an
includat, vel excludat, Cassa. consuet. Burg.
rub. 10. §. 1. ibi, de dans in fi. [DIEM RECE-
20 PTIONIS] inclusa nocte, quia appellatione
diei nox, & dies continetur, Bal. auth. hodie
nu. 5. in fi. de appell. & Gen. 1. Factum est ve-
spere, & mane dies vnus. [GRATIS] fine
præmio

præmio temporali, Io.And.in cap.ſtatutum
nu.6.in fi.de reſcrip.in vj. [FACIANT APODIXAS] per quas confiteatur ſolutio. [ET IPSI RECIPIANT ANTAPOCHAM DE SOLVTIS] quæ eſt contra apprehenſam,l.ſi acceptolatum in glo.fin.ff.de acceptilatio. l.plures cum ibi not. C.de fide inſtrum. gl.rub.de
21 apochis publ.vel apocha eſt dantis,antapocha recipientis, glo.pen.in c.ſignificauit de teſt.& atteſt.De iſtis apochis,& antapochis l.fin. §.Titius in ver.apochæ de cond.indeb. & fiunt ad ſecuritatẽ ſoluentium, l.1.in ver. ſecuritatibus d.tit. de apochis publ. l.4. de collat. fund. patr. Vnde ſicut debitor poteſt
22 cogi ad faciendum creditori inſtrumentum debiti authenticum, & in forma probante, cuius virtute poſſit incipi ab executione; ita qui ſoluit condicit inſtrumentum debiti, l.fin.C.ad exhiben. & ſi ſatisfacit,poteſt petere ſibi fieri inſtrumentum,l.ſolutione ff.ad exhiben.& ſi promiſit pluſquàm debet,condicit liberationem, l.is qui de cond. indeb. ſicut qui ſoluit indebitum, l. ſi quaſi de non num.pec. & fit cautio de ſuſcepto, l.2.in gl. 2.de conue.fiſci debit. quam ſi amiſerit poteſt petere vt iterum conficiatur,vel probare ſolutionem ex libris communis, l.2.& ibi
23 glo.fin.de diſcuſſo. Non tamen cogitur pro vno debito facere plures ſcripturas, nec illas permutare, ponendo ſe in duplicato periculo,Bal.in conſ.348.col.2.cir.med.1.vol.
24 Hæredes etiam poſſunt cogi ad faciendum quietationem eius,quod eſt ſolutum defuncto,idem Bal.in conſ.230 nu.2.vol.2.
25 Sed contra, iudex non debet feſtinare, Bal.in l.ſi finita §.ſi ſorte,vbi glo.in ver.induitum de dam.infe.& in auth.qui iurat nu. 42.cir.med.de bon.auct.iud.poſſid.ſed tamdiu cognoſcere de cauſa donec ſufficienter de ea inſtruatur,c.ſicut in fi.de ſponſ.iuſtius enim eſt differre;quàm feſtinare ſentẽtiam, idem Bal.in l. 1.nu.48.in fi.de his qui accuſ. non poſ. vnde ſententia non ſolet feſtinari, l.1.vbi not.Bald. C.de requi.reis. Secus in cauſis criminalibus,vt hic,in quibus inſtan-
26 tia durat tribus menſibus regulariter contra,& facit pro ſtatuto,quod arbitri teneantur terminare cauſam infra tres menſes, Ang. in l.generali de decurio. Ita in cauſis criminalibus detentorum celeriter eſt procedendum,nec differri debent,propter inueſtigationem ſociorum,Bal.in l.1.& fin.C.de cuſtod.& exhib.reorum l.1. 2. & 3. vt intra cert. tempus quæſt.crim. term. non tamen tolluntur, ſed abbreuiantur dilationes, Spec. in tit.de dilatio.§.1.nu.21. Ita ſi eſt iudiciũ ſepulturæ,vel damni infecti,quia eadem die terminari debet,idem Spec.in tit.de ſepultu
27 ris nu.10. Quid autem faciet iudex quando præciſè per ſtatutum reſtringitur ad terminum,Bal.in l.1.nu.50.d.tit.de his qui accuſ. non poſ. Et an poſſit poſtea finire,idẽ Bal. in d.l.properandum in princ.nu.6. de iudic. Limitatur hic ſi expectatur examen de longinquo. Quæ autem dicantur loca vicina, Abb.in c.ſuper ſpecula nu.5.de priuilegijs.
28 Nota, quod cauſa poteſt committi decidenda infra certum tempus, quo elapſo expiret iuriſdictio, Abb.in c.de cauſis 1.& 2. not.nu.9.& 10.de off.deleg.& huius termini præfixio eſt quædam comminatio, quæ non ſe extendit ad appellationem, Abb.in c.pa-
29 ſtoralis poſt nu.29.de except. quia iudex poteſt cogi per ſuperiorẽ ſuum, cui iuriſdictio ſubalternatur ad iudicandum, Paris in ver. ſententia c.2.nu.2.& tunc tempora computantur per dies,non per momenta, Bal.in l. qua ætate ff.de teſtam.& currunt a die præſentationis literarum,poſſunt tamen prorogari de communi partium conſenſu,cum ad earũ vtilitatem terminus ſit præfixus, ſicut iudex abbreuiare, Abb. in d. cap.de cauſis.
30 Quid ſi reſcripto committitur cauſa decidenda infra certum tempus, Spec. in tit.de reſcripti præſen.§.5.nu.9.intelligitur ſi pars petierit, nã iudex non tenetur impartiri officium ſuũ non imploranti,niſi eſſent perſonę miſerabiles, Abb.in c.ſi hæredes poſt nu.72
31 de teſtam. Quando dicatur ſtare, vel non per iudicem, Bald.in l.ſed & ſi §.ait prætor ex quib. cau.maio. Et ſufficit ſemel interpellaſſe iudicem, vt dicatur ſtetiſſe per eum, Ang.in l.fin.in fi. de anno.& tribut. Et per lapſum temporis ſtatuti iuriſdictio non eſt finita, niſi quoad cauſæ examinationem & diffinitionem,non quoad remiſsionem,nam poſſet vltima,vel penultima die termini remittere, Spec.in d.tit.de remiſsio.§. 4.nu.1. 6.& 9. Io.And.in c.commiſſa nu.1.de elect. in vj. Poſſet inſuper lata in termino exequi poſt terminum, Abb.c.ſignificaſti poſt nu. 2. de off.deleg. vel proferri cum reſeruatione, Paris de ſynd.in ver.ſententia c.8.& 9. Et ſi vltimus dies cadit in ferias poteſt expedire die præcedente, Bal.add.3.col.3.cir.med.ad Spec.tit.de appell.& intelligitur ſi delictum eſt manifeſtum,ſecus ſi occultum,idem Bal. l.fin.C.de dolo malo. Vltimo poteſt delegatus ferre ſententiam vltima die termini ſibi præfixi, Abb.c.conſuluit nu.3. de off.deleg. Quid ſi infra terminum deceſſerit,an ſucceſſor teneatur, Bal.nu.28.de conſt.
32 Secundo nota,quòd is qui ſoluit agit pro apocha,& libertus petit a patrono chartam manumiſſionis, Abb.c.ſignificauit nu.5. de teſtib.Cur autẽ fit antapocha,Caſſa.conſue. Burgund.rub.11.§.6.ibi,contre,lo ſecondo, num.14.

Vltimo nota, quòd Iustitiarius debet facere compositiones cum iudice, & actorum notario, Gra. hic nu. 9. Hodie quando, & per quos fit, est prag. Caroli V. & ne sperata delictorum venia, fit autem etiam pro pœna capitali, quando multorũ esset strages, Aug. in add. ad Ang. de malef. in ver. ex interuallo char. 100. col. 2. cir. med. Affl. supra const. termiuum vitæ 13. falleu. post nu. 18. & cõst. cum satis post nu. 10. & const. generalia iura nu. 6. nam propter multitudinem delinquentium sunt sublatæ pœnæ, idem Affl. in const. vt delicti fines 1. not. post num. 1. Et quando fit ad petitionem delinquentis cõfitetur delictum, Paris de synd. in ver. compositio c. 6. post num. 5. non fit autem cum solitis delinquere, idem Paris in ver. compositio c. 1. & Affl. sup. const. inconsutilem col. fin.

De inquisitionibus faciendis.

SVMMARIVM.

1 *Criminalibus in causis quatuor modis proceditur.*

2 *Inquisitio dicitur appetitus inueniẽdi.*



1 IN const. præcedẽti dictum fuit cognitionem causarum criminalium spectare ad Iustitiarios, & quia in eis quatuor modis proceditur, notoria puniendo, vt sup. Iustitiarij non per Kalendas, in alijs procedendo per accusationem, denũciationem, & inquisitionem, Abb. c. qualit. & quando, lo secondo, 14. not. de accus. fuit dictum de accusationibus, & infra quantum tempus expediri debeant, 2 sequitur nunc [DE INQVISITIONIBVS] quæ appetitus inueniendi dicuntur, D. Aug. 9. de Trinitate col. fin. post princ. [FACIENDIS] sed quomodo fiant videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia quibus modis cognoscũtur.*

2 *Inquisitio quid, quotuplex, & in quo differt à denunciatione.*

3 *Fama debet præcedere inquisitionẽ.*

4 *Inquisitio diuersum finem habet de iure ciuili, et aliũ de iure canonico.*

5 *Officium iudicis est mala prohibere, & inquirere sine accusatore.*

6 *Omissum censetur neglectum, quando factum requiritur.*

7 *Hominum tria genera virtuosi, & duo vitiosi.*

8 *Comminare quid, & quid comminatio, quod incutit timorem, & appellatur.*

9 *Mandatum iudicis contendi non debet, alias punitur contendens.*

10 *Quicunque, est signum vniuersale.*

11 *Inquisitionis modus differt ab accusatione.*

12 *Generale, apud Legistas est quidquid de pluribus prædicatur.*

13 *Fama bona, & mala quid operentur.*

14 *Præsumitur talis qualis ex actis colligitur, & in patria sua habetur.*

15 *Maleficium, est nomen generale actum comprehendere omne delictum quantumcunque graue.*

16 *Antea, in odiosis excludit, in fauorabilibus includit.*

17 *Nisi, si sequitur negatiua, facit positionem.*

18 *Timens potentiam aduersarij, petit ab eo securitatem.*

19 *Nemo sine accusatore punitur.*

20 *Inquisitione regulariter non proceditur, nisi propter scandalum.*

21 *Inquisitiones generales faciunt qui habent literas arbitrales.*

22 *Inquisitio certo modo, & in certis casibus locum habet.*

23 *Fama quomodo probatur, & testes per quos probatur non sunt proprij testes.*

24 *Officialis dicto non statur, si probatur contrarium.*

25 *Confessus in iudicio generali, compellitur stare in particulari.*

26 *Præceptum quando habet vim sententiæ, & quando non.*



1 INQVISITIONES] de maleficijs tribus modis cognoscitur, D. Thom. 3. par. de Sacram. q. 93. alias 62. art. 3. & quolibeto 1. art. 16. & 11. art. 13. vel quatuor modis, per accusationem, denũciationem, exceptionem, & inquisitionem, Bal. l. 3. nu. 5. in princ. de his qui accus. non poss. Gra. infra const. pœnam calumniæ nu.

nu. 13. & dixi sup. in rub. inquisitiones formandæ. Radices sunt duæ, indicia, & infamia, Bal.c.in præsentia num.5.post med. de renunc.Inquisitio autem,& denunciatio habent diuersos finês,Caie.ad D.Th.2.2.q.33.
2 art.7.circa fin. Est autem inquisitio iudicis remedium extraordinarium,Bal.l.1.num.3, post med. quorum appell. non recipiuntur, c.super literis nu.26.& 27. de rescript. non habens propriam formam iudicij, cum non adsit verus accusator, nec lis contestetur, idem Bal.l.1.nu.3.post med. d.tit. de his qui accus.non poss.Oritur ex præparata probatione,vt ibidem nu.50.cir.fi. Nemo citatur nisi testis,quia nô datur actor,nec reus,Bal. l.ea quidem post num.36.C.de accus.sed est iudicis imperium, & ei inhærens officium, tendens ad punitionem criminum, Bal.l.vn. nu.6. post med. C.ex deli.defun. inquantum hæres conue. Vnde dicitur anomalum.i.sine regula,Bal.c.consideramus nu.4.in fi.de electione. Et est duplex,generale,& particulare, Bal.l.iubemus nu.2.& 3. C.de probatio. & d.l.ea quidem nu.36.& 37. Generalis non potest fieri per alium, nec specialis potest committi. Magistri autem Portulani per se, & alios inquirût,Gra.c.reg. item quod prædicti Iustitiarij,& c.item quod prædicti officiales nullatenus de cætero.Generalis verò, de qua ibi, & in c. generales inquisitiones, debêt fieri per superiorem,cû teneatur purgare prouinciã malis hominibus,l.congruit de off.præsid.sicut & mare,l.vni.vbi Ang.de classicis. Ista facit fidem in speciali, Abbas o.graue nimis de præb. Vtraque tamen de-
3 bet præcedere fama,Arno.soliloq.65.De iure ciuili ad solam famam permittitur, Bald. d.l.ea quidem nu.39. Vnde inquiritur prius de infamia,quàm de veritate criminis, Abb. c.2.1.not.de purg.can.quia infamia est loco accusatoris, idem Abb.c.qualiter,& quâdo, lo secondo, nu.7.de accus. Et inquisitor repræsentat rempublicam, & partê offensam, Bal.l.1.nu.7.in fi.C.de iudic. locum iudicis, & partis, in l.vnica in fi.ne quis in sua cau. secus de iure canonico,cum per accusationê imponatur pœna afflictiua, per inquisitionê priuatina,Bal.l.3.in fi.d.tit.de accus. Et ad
4 vnum finem fit de iure ciuili, & ad alium de iure canonico,Bal.l.edita nu.31.& 32.C.de edendo.De iure canonico magis accedit ciuili remedio,quam criminali, idem Bal.l.3. num.23.post med.d.tit.de his qui accus.non poss.& habent ordinem suum sicut notoriû, Abb.c.qualit.& quando,lo primo, in 1.not. d.tit.de accus. vel seruatur iuris ordo circa defensionem,non circa præparationem,Bal. d.l.ea quidem nu.50.de accus.Modum ponit d.l.ea quidem,& c.præd. qualit. & quando, & c.præd. generales inquisitiones. & textus iste, qui diuiditur, & summatur vt per Affl. & dicit[Inquisitiones Generales]alibi inquisitio est particularium,& ex particularibus est ipsum vniuersale, comm.ad Arist. 1. Post. textu 134. hic generaliter facienda iudicis officio,nobili,vel mercenario, Bald. d.l.ea quidem nu.39. & l.iudices nu.1. C.de iudicijs.Gra.in c.regni item quod prædicti.
5 Cuius officium est mala prohibere,& de eis quærere etiam sine accusatore,Bald.l.2.C.si manci.ita vene.ne prostit.alias si non inquirit punitur vt conscius,in l.2.C.de commer. & merca. Cuius via non præcluditur ad petitionê partis, idem Bal.l.1.col.2.in fi.d.tit. de his,qui accus.non poss. Et fit quoad delicta,non quoad personas,vel quoad personas in genere, & specialiter quoad delictum: & est hoc permissum,Gra.c.reg.in generalibus inquisitionibus, post num.1. [Per Provincias, Et Partes Provinciarum] semel in anno.[Vbi, Et Quando Expedire Viderint Iustitiarii] sibi videbitur, Affl. hic 1.not.& Gra.in princ.per d.c.reg.inquisitiones,& c.16.item quod prædicti, vbi Io: Ant.de Nig. [Facere Non Omittant]
6 non negligant,nam omissum censetur neglectum, quando factum hominis requiritur, Frecc.lib.3.de formulis inuest. ibi, sed postquam nu.6.cir.fin.cum in eis procedatur ex officio, Gra.in c.reg.ab illo inchoandum in princ. [De Malefactoribus, Et Hominibus Malae Conversationis, Et Vi-
7 tae] nam hominum tria sunt genera, quidam sunt virtuosi,quidam auditis verbis in nullo contristantur, & hi sunt adulatores, quidam omni verbo resistunt,& hi sunt litigiosi, medium tenentes delectantur verbis, quandoq; contristantur,sunt virtuosi,D.Th. ad tit.vlt.in princ. col.1.in fi.& 2. in princ. quidam malam vitam, & conuersationem ducunt, vt const.seq. [Per] mediate, prout dictio prædicta significat, Pau.de Cast.cons. 91.cir.fin.2.vol. [Seipsos Iudices] quia causæ criminales non subdelegantur, vt inf. const.officia.[Et Notarios Suos,Et Non Per Aliôs]nam examen illarum non committitur, vt in const.in pecuniarijs,Affl. hic 2.not. [Simplices] inf.const.obscuritatê, maxime per certos homines simplices, Affl. hic 3.not.[Quibus Eas Hactenus]c.2.de secundis nupt. [Committebant] ad vnius petitionem,Abb.c.2.1.not.de calum, sed nô extranei,vel vniuersitates,Spec.tit.de inquisitione §.1.nu.27.& 32. expensis curiæ,Gra. côst.humanitate nu.39. [Comminabuntur
8 Autem]interloquendo pronunciabunt,Bal. cum add.ad eum l.2. cir.med. qui admitti. subitas ferendo sententias fulminabunt, in

l.2.

l.2.in princ.de sent.ex breui.recit.quatenus
cõtemneréntur, idem Bal.l.1.cir.med.com.
vel epist. Quomodo autem fiat cõminatio,
& per eam incutiatur timor, & si fit a iudi-
ce sæuiente, potest appellari, Bal.in rub.post
princ. nu.2.& 3.eo.tit.com.vel epist. & l.in
multis C.de appell. Nou possunt autẽ mul-
ctare, nisi maiores iudices delegati, nonnisi
in causis summarijs, quod est speciale, Bald.
l.missi opinatores in fi. de exact.trib. Præ-
ceptum nudum sine causa non valet, Bal.c.si
quando num.3.de rescriptis. [PRAEDICTI
IVSTITIARII] nunc ponitur modus quem 12
tenere debent Iustitiarij, quando procedunt
ad inquisitiones prædictas, nam debẽt ema-
nare bannum, quod tali die, in tali terra ve-
nient, cum iudicibus, & actorum notarijs
facturi generalem inquisitionem, & si quis
iniuriatus tali tempore nõ compareat, am-
plius non audietur, Affl.hic circa princ. &
4.not. Quæ comminatio est iusta, secundum
Isern. hic, & habet vim peremptorij, Abb.
c.fin.§.fin.post num.45. vt lite non contest.
cum latius extendatur officium inquirẽtis,
quam accusatio, licet accusatio sit remediũ
ordinarium, inquisitio extraordinariũ, Bald.
l.properandum in princ. post nu.7.& 10. de
iudicijs. Potest enim in ijs quæ spectant ad
officium superioris fieri præceptũ sine causæ
coguitione, Abb.c.2.post num.15.de rest.in
integ. sed non habet vim sententiæ, d. tit.
commi. vel epist. Et quando sit idem quod
sententia, & quãdo non, Bal.l.3.C.de re iud.
Si tamen iniustè fit, potest appellari, Abbas
c.cum cessante nu.5.& 8.de appell. Ita appel
latur si fit præceptum de soluendo, quia est
sententia, nisi sit in confessum, Gra.inf.cõst.
constitutionem, ita & a comminatione, quæ
fit extra ius, Spec.d.tit.de appell. §.2.nu.7.
[ET COMMINATIONES OBSERVENT] quia
9 mandatum iudicis contendi non debet, &
contemptor punitur, gl.pen.c.1.de matrim.
contr.contra inter.eccl.& comminabuntur,
l.1.de off.præf.vrb. nõ præcepto nudo, quod
in se iuris remedia non includit, Bal.l.quo-
ties, la prima, nu.3.in fi.de fideicomm. & est
interloquutoria, quæ non infamat, in l.fin.
post nu.1.de execut.rei iud. [QVOD QVI-
10 CVNQVE] quod est signũ vniuersale, & nihil
excipit, Io.And.c.quicunque post num.1.de
pœnit.& remiss.in vj. [DE HIS QVI PRAE-
SENTES] in eadem ciuitate, Inn.c.fin.num.3.
circa fin. vt lite non contest. [CORAM EIS
FVERIT] l.coram de verb.sign. [VEL] quæ
est disiunctiua, licet quandoque coniungat,
add.vlt.post Iser.sup.const.Iustitiarij nõ per
Kalendas circa med. [AD QVORVM NOTI-
TIAM EDICTVM] seu bannum, Affl.hic cir.
princ. aliter in l.prætor §.1. glo.1. de noui

11 oper.nunc. [DE INQVISITIONE] cuius mo-
dus ab accusatione differt, Abbas c.inquisi-
tionis d.tit.de accus.& denunciatione, Bal.
d.l.vn.nu.6.cir.med.ex deli.defunct.inquan.
hæres conue. In ea propriè non requiritur
litis contestatio, in c.per inquisitionem post
princ. de elect. [GENERALITER FACIEN-
12 DA] de pluribus, quia generale apud Legi-
stas est quidquid de pluribus prædicatur,
Bal.in add.ad Spec. tit.de procuratore in fi.
col.2.cir.med. [PERVENERIT] ex insinua-
tione aliorum, c.ex insinuatione de simon.
[SVPER] de, Nizol.in ver.super. [INIVRIIS
SVIS] quas sine culpa sua passus est, l.Papi-
nianus in gl.fin.ff.de publicia. [QVERELA]
querimonia, infra const.Maiestati nostræ, &
est nomen conueniens vtriusque parti, Bald.
c.si autem aliquis cir.fin. de rescrip. [AVT]
alternatiuè, Abb.c.si diligenti num.24.in fi.
13 de fo.comp. [DE MALA FAMA] quæ a cœtu
honestorũ segregat, quia scelus, & vitæ tur-
pitudo inquinant, l.2.de dignit.lib.12. Bona
autem fama præeminet diuitijs, pro cuius
defectu impeditur homo a multis bene agẽ-
dis, D.Th.2.2.q.73.art.2. Bonum nomen por-
tare, & famæ claræ studere congruit bono
viro, quia dulcis, & suauis est sonus bonæ fa-
mæ, Bal.c.innotuit num.11.de electio. [SEV
CONVERSATIONE CVIVSPIAM] nam talis
14 præsumitur, qualis ex actibus colligi potest,
Paulus de Cast. cons.366. post princ. 2.vol.
& habendus est prout æstimatur in ciuitate
sua, Abb.c.3.nu.6.& c.scriptum, post nu.2.
de electio. [VEL DE ALIQVO CRIMINE]
accusatione digno, Luc.l.2.col.2.in princ.in
quib.cau.coloni. Crimen enim, vt ait Aug.
est accusatione, & damnatione dignum,
Magister sent.lib.2.dist.42.ibi reatus. [VEL
15 MALEFICIO] quod est verbum generale,
actum comprehendere delictum quantum-
cunque graue, Abb.c.perpẽdimus nu.9. cir.
med.de sent.excomm. [IN PROVINCIA PA-
TRATO] nam de patratis per subditũ extra
territorium an possit inquiri dixi in d.const.
Iustitiarij non per Kalendas. [VERITATEM
NON DEPOSVERIT] vel verum tacuerit,
l.presbiteri, vbi Bart.de Episc.& cler. [VEL
QVERELAM] occasione peccati, quod in que
relam venit, D.Aug.epist.95.col.pen. in fi.
[DONEC] de qua dictione Spec.tit.de disp.
& alleg.aduoc.§.4.nu.9. [INSTANTIA IN-
QVISITIONIS FACIENDAE DVRAVERIT]
nam illud tempus succedit loco instantiæ
triennalis, Paris de syndic.in ver.instantia
syndicatus c.2.ante num.1. [DE MALEFI-
CIIS] malignè actis, l. si ita stipulatus §.
Chrysogonus de verb. oblig. [VSQVE AD
ILLVM DIEM IN ANTEA] nam in odiosis di-
16 ctio prædicta excludit, in fauorabilibus in-
cludit,

cludit, Affl. §. si quis de manso. nu. 28. de con
tro. inuest. [Perpetratis] commissis, Niz.
in ver. patro. [Et Iniuriis Sibi Illatis]
vel alicui ex suis, l. lex Cornelia ff. de iniur.
[Vt Accusator, Avt Testis Nullate-
nus] ipso iure, vt hic in add. ad gl. [Exau-
diatur] l. diffamari C. de inge. & manu.
Cap. dec. 18. An autem iudex possit præiu-
dicare contumacibus non prosequentibus
iura sua, Paulus de Cast. cons. 436. post nu. 3.
17 vol. 2. [Nisi] quæ dictio quando sequitur
negatiua, facit positiuam, Abb. c. ex parte,
post num. 8. de sponsal. & sic repellitur nisi.
[Iustam, Et Probabilem Timoris] qui
cadit in constantem virum, glo. in c. 2. de his
quæ vi, metusve cau. fiunt. [Vel Ignoran-
tiae Causam Ostenderit] sicut impe-
dito appellationem prosequi propter inimi-
citiam capitalem, non currunt fatalia, nisi
per iudicem remoueri potuisset impedimen
tum, Bal. l. quibus diebus in princ. de cond.
& demonst. [Repellendus] absque pœna
talionis, quæ non habet locum in inquisitio-
ne, Gra. in const. pœnam calumniæ nu. 12.
& 14. circa fin. [Propter Quem] timorem
[Tempore Eiecti] banni, vt sup. [Con-
queri] deplorare de eius iniuria, Nizol. in
ver. conqueror. [Vel Inquisitionem De-
ponere Minime Potuisset] causa timo-
18 ris, vt const. seq. licet qui timet potentiam
aduersarij, potest petere quod det sibi secu-
ritatem, Paris de syndicatu in ver. accusatio
circa finem.

19 Sed dubium facit regula, quæ se habet
quod nemo sine accusatore punitur, c. si quis
lo secondo 23. q. 4. & Io. 8. D. Tho. 2. 2. q. 67.
art. 3. Vbi sunt qui te accusant. Etiam, quia
alienam actionem nemo proponit sine man
dato, Bal. rub. nu. 5. de iure fisci lib. 10. Tan-
to magis, quia inquisitio plus loquitur, quã
inuentio, ex sententijs D. August. 182. Vnde
secundum Isern. hic in princ. ista constit. est
correcta, & inquisitio specialis non fit iure
Romano, sed isto, nisi in crimine læsæ Maie-
statis, vel quãdo Rex mandat, Gra. hic nu. 1.
Inquisitiones verò generales sunt prohibitæ
in regno, Foll. hic in princ. Io. Ant. de Nig.
d. c. generalis inquisitionis, nu. 10. & denun-
ciatio regulariter non permittitur, Bal. l. 1.
§. in initio nu. 7. post med. de off. præf. vrb.

20 Dic, quod regulariter non proceditur per
inquisitionem, nisi propter magnum scan-
dalum euitandum, vel deferente fama, Bald.
l. 2. C. si manci. vene. ne prox. Isto modo præ-
latus tenetur inquirere delicta subditorum,
vt corrigat propter seipsos, & commune bo
num, Caie. ad D. Th. 2. 2. q. 33. art. 2. & habet
vim coactiuam, non vt simplicem coactio-
nem fraternã, art. 6. nam si infamatur à ma-
lignis, melius est per patientiam occurrere,
quàm per rationes, si apud alios poterit ra-
tionibus adductis, suam innocentiam tran-
quillitate animi illis exponere, & sic a tali
infamia remoueri, add. ad D. Th. pręd. 3. par.
de Sacramen. q. 78. alias 47. art. 2. ibi exam.
Iudex autẽ ordinarius procedit ex frequenti
insinuatione, c. licet Eli, vbi Abb. num. 5. de
simon. Simpliciter, & de plano inquiret de
fama contra aliquem, Abb. cap. cum in tua
4. not. de sponsal. vel ad denunciationem ali-
cuius, idem Abb. c. cum oportet 1. & 2. not.
21 de accus. Inquisitiones verò generales ha-
bent locum in ijs qui habẽt literas arbitra-
les, quæ hodie omnibus Capitaneis solent
concedi: vnde pro furto potest procedi ex
officio, & non habet locum prædicta regula,
quod nemo sine accusatore punitur, nam
Magna Curia habet quasdam literas, quarũ
virtute procedit ex officio, Gra. cap. regni
ne tuorum, & c. vt delatas num. 5. Et iudex
cognoscit ad vtilitatem publicam, nemine
accusante, idem Gra. constit. vltima huius
1. libri num. 7. est tamen processus informis,
quia non est ibi vera forma trium persona-
rum, sed vna improprijssima, quia fama ha-
bet loco accusatoris, Bal. l. pen. nu. 2. d. tit. de
accus. & est modus deducendi in iudicium,
cum ius competens alij iudex repræsentet,
& locum accusatoris, idem Bal. l. transigere
nu. 11. de trãsact. Fuit inductus causa iuuan-
di ius commune, & concurrit cum auxilio
ordinario, Bal. l. ea quidẽ nu. 65. C. de accus.
verũ quia fit sine iuramento calumniæ, Bal.
l. 3. nu. 31. C. de eden. & proceditur effrenatè
dum non timetur pœna præsumptæ calum-
22 niæ; ideo sub certo modo, & in certis casi-
bus proceditur per inquisitionem, Bald. d. l.
iubemus nu. 1. cir. med. de prob. Debet offen-
sus, vel damnum passus citari, alias non va-
leret inquisitio, not. Bal. l. fin. 6. not. de bonis
vac. Nec inquisitio succedit in locum accu-
satoris, quia non est idem effectus, nec impo
nitur eadem pœna in d. l. ea quidem nu. 49.
in fi. de accus. Nec ex leui culpa proceditur,
quia respublica non reputatur offensa, Bal.
l. data opera nu. 5. de his qui accus. nõ poss.
& non fit nisi de crimine de quo est diffama-
tus, de alijs non de quibus nulla laborat in-
famia, Caiet. ad D. Th. 2. 2. q. 69. art. 1. circa
princ. & 70. art. 1. nec per Baronem, Io. Ant.
de Nig. in c. reg. item ad inquisitionẽ facien
dam. In ciuilibus non fit nisi contra vsura-
rium, Bal. d. l. ea quidẽ nu. 51. vel proceditur
ad publicam vtilitatem ad denunciam offi-
cialis, Aug. & Bal. l. fin. 1. not. & nu. 11. de bo
23 nis vacan. Et ista fama quomodo probatur,
Spec. d. tit. de inquisitio. §. 3. nu. 9. Recipiun-
tur testes ad informationem curiæ, nec ex
eis

eis sequitur condemnatio, sed deuenitur ad particularem, Bal.d.l.congruit 1.& 2.repet. de off.præsid. De eo potest iudex capere informationem in camera sua, nemine citato, in c.cum inter vos de consuetud. Et illi non sunt propriè testes, c.præterea, vbi Abbas 1.not.post nu.3.5.6.& 7. de test.cog. vel testes synodales, Spec.tit.de citatio.§.4.nu.6.
24 cir. med. Vnde si vigore statuti debet stari dicto alicuius officialis super aliquo maleficio, intelligitur nisi delatus, vel accusatus probauerit contrariũ per testes, Abb.c.continebatur, post nu.7.de desp.impub. Et confessus contra se in inquisitione generali non
25 potest puniri, sed in indicio particulari potest cõpelli ad perseuerandum in confessione, idem Abb.c.per inquisitionẽ nu.10.& 13. cir.princ.de elect. Verũ si proceditur ex officio extra casus permissos, potest quãdocunque opponi, Arn.155.com. & qui sunt isti casus Gra.in c.reg.de iniurijs,& c.cura nobis, & c.crescit culpa,& seq.& c.vt delatas, Bal. d.l.ea quidem nu.37.& 39.cir.fi.de accus.ex quibus impugnatur Spec.d.tit.de inquisitio. §.1. Et iudex si iniustè processit, potest per superiorem condemnari in expensis, idem in denunciatore si denunciationem non prosequitur. Gram.in c.reg.pridem per diuersas. Et debet præcedere fama, vt sup. nisi fiat ex conscientia Principis, quia ille supplet defectum cuiuslibet solemnitatis, Arno.in 84. dialogo. Et si inquisitio est formata de vno delicto,& constat de alio, an ex eo possit puniri, Io.Ant.de Nig.in c.reg.si de furto violentia, vel defensa, num.16.
26 Nota, quod præceptum quod fit cum causæ cognitione habet vim sententiæ, Spec.tit. de actione, seu petit.§.4.nu.11. & de appell. §.1.nu.1.in fi. factum sine causa non tenet, Bal.l.ait prætor §.permittitur 2.repet. ff.de mino. debet enim emanari cum causa, idem Bal.l.2.in 2.rep.ff.de his qui not.infa. Et iudex posset comminare contra contumacem de procedendo ad vlteriora, Abb.c.cum dilecti, post nu.5.de dolo,& contu. & mandare parti sub certa pœna, quod respoudeat veritatem quam requirit, & si non respondit, Bal.l.2.§.ius cir.fin.ff.vbi pup. educ.debeat. Verum post annum non potest agi de spreto mandato, Bal.l.vnica 2.rep.§.hoc iudicium nu.3.in fi. ff.quis ius dicen.non obtemp.

SVMMARIVM.

1 *Homines sunt curiosi ad cognoscendum vitam aliorum, & desidiosi ad corrigendum suam, num.40.*

2 *Infamare est graue peccatum, & nascitur ab inimicis.*

3 *Inquisitionis processus extraordinarius, vel ordinarius, & eius requisita, & quare fit, num. 5. & in quibus differt ab accusatione, num.42.*

4 *Qui, positum cum copula auget, sine copula determinat.*

6 *Testes si non deponunt, & iurant in præsentia partis, non deponunt in forma iudicij.*

7 *Fama à fando dicitur, & habet se ad bonum, & malum.*

8 *Rixa quid, vnde, & quod peccatũ sit.*

9 *Habitus ex quibus causatur, crescit, & tollitur.*

10 *Ludus quidam prohibiti, & quidam non.*

11 *Taberna quid, & vnde dicatur.*

12 *Expensas ex ijs quæ habet debet quis metire.*

13 *Arbitrium intelligitur datum secundum ius, non contra ius.*

14 *Licentia intelligitur data secundum consuetudinem concedentis.*

15 *Probationis finis est allicere animum iudicis ad credendum.*

16 *Copia inquisitionis cum nominibus testium datur inquisito.*

17 *Inquisitio est iudicium ordinarium, & extraordinarium.*

18 *Vita quod attribuitur, ad honestatem pertinet.*

19 *Fuga facit fugientem suspectum, adeo quod contra eum ordo non seruatur.*

20 *Decem homines faciunt populum, & eorum dictum inducunt notorium, faciunt turbam, & parochiam.*

21 *Nomina testium dantur, & quandoque non, quid in repertis.*

22 *Crimen læsæ Maiestatis per quos, & contra quos committitur.*

23 *Lites, & causæ differunt.*

24 *Relatio quid, quotuplex, & multis casibus fit superiori.*

25 *Fama quid, vnde, rumor, & opinio, & quid probent.*

26 *Numerus quid, & vnde.*

27 *Summaria probatio, summariè, & de plano quid.*

Kk 28 *Potest,*

28 *Potest, non inducit necessitatem.*
29 *Episcopus, & superior dum visitant, faciunt inquisitionem.*
30 *Crimen læsæ Maiestatis capita specialia, & quot modis committitur.*
31 *Videbitur, & prout videbitur quid importet.*
32 *Iudex debet inquirere, & interrogare qualitatem testium.*
33 *Zelus quid, vnde, & quotuplex.*
34 *Iudicis officium quomodo insit, & petitur.*
35 *Inquisitio potius est facti, quã iuris.*
36 *Conuersatio cum improbis non semper est prohibita.*
37 *Valent quædam ad præparandum, sed non ad decidendum.*
38 *Inquisitio cessat quando superuenit accusatio.*
39 *Cautela ad euitandam inquisitionẽ.*
41 *Cognoscitur de criminibus quinque modis.*
43 *Denunciare quis tenebatur, & hodie tenetur.*



1 HI QVI] curiosum genus humanum ad cognoscendum vitã alienam, desidiosum ad corrigẽdum suam, D. Augustinus cõfessionum 10. cap. 3. & efficacius, ardentiusque natura mortalium culpat aliquem, quàm laudet, Bald. l. 2. num. 2. circa fin. C. quando fiscus, vel priua. Vnde infamare aliquem est graue delictum, Abbas c. 2. num. 9. de calumn. 2 Detrahere, & famam absentis denigrare est peccatum mortale, & tenetur ad restitutionem, D. Thom. 2. 2. quæst. 73. art. 2. Diffamare autem est in vulgo prædicare, quando inimicus infamat suum inimicum, nam ab inimicis nascitur diffamatio: alibi diffamare est ad iudicium prouocare, Baldus l. diffamari post num. 1. 2. 6. & 9. in fine de inge. & manu. Superior verò non debet delectari in infamia, sed potius in bona fama subditi, Speculat. tit. de inquisitione §. 1. num. 3. circa med. Ad denunciationem alicuius committit inquisitionem super fama denunciati, non super criminis veritate. Abbas cap. licet in beato, vltimo not. post 3 num. 7. de accusatio. Fit tamen ordinarius processus, Baldus l. seruum 2. repet. post num. 2. ff. de procurat. vel extraordinarius, idem Bald. l. etiam num. 1. circa med. C. de furtis. congruo ordine inquisitionis seruato, alias si est prætermissus, vitiat, Baldus prædictus l. 4. in princ. de sentent. & interlocut. omnium iudic. adeo quod aliquo prosequente inquisitionem, dandus est libellus, Abbas cap. 1. num. 13. circa med. de libe. obla. requiritur litis contestatio, idem Abb. cap. quoniam frequenter §. sunt & alij nu. 4. vt lite non contest. & omnes aliæ solemnitates, quæ veteribus legibus, & istis constitutionibus continentur, vt in textu, qui diuiditur, & summatur vt per Afflictum, &
4 dicit [HI QVI] quod positum cum copula auget, sine copula, vt hic, determinat, & restringit, Baldus l. præcipimus num. 2. C. de appellat. [PER HVIVSMODI INQVISITIONES GENERALES] de quibus in constit. præ-
5 cedenti, & fiunt potius ex forma statutorum, quàm iure communi, Bald. d. l. etiam num. 2. de furtis, ad prohibenda illicita ex quacunque suspicione ad aures iudicis perueniente, Paris de syndicatu in ver. inquisitio cap. 3. post num. 8. licet non possit procedi sine denũciatore, nisi in certis casibus, quos ponit Isern. & Afflict. hic post num. 13. [INVENTI FVERINT NOTABILES] nota aspersi, c. accedens de purgat. can. vel nota nõ carentes, sed multa reprehensione digni, c. 3. de sortilegijs. [SI TALE QVID CONTRA EOS PROBATVM APPAREAT] etiam ante publicationem, quia iudici semper est publicatus processus, Affl. hic nu. 16. cir. fin. [PER QVOD MORI NON DEBEANT] quia nõ fuit probatum in tela iudicij, ex quo testes nõ fuerunt iurati, vel deposuerunt super infamia, non veritate criminis, Abb. c. inquisitionis §. 1. in 1. & 2. notab. de accusat. non
6 enim deponunt in forma testimonij, si non iurauerunt in præsentia partis, vel noluerunt nomina sua publicari, Abbas cap. 2. in fine de consanguin. & affin. Et semel probatum, probandum est iterum, quia secunda probatio est facienda cum aduersario in figura iudicij, in fin. Baldus l. 1. in princ. & post num. 2. C. quorum bonorum adeo quod etiam quod partes habeant testes pro citatis, & iuratis iudex nihilominus debet recipere iuramentum, Arnon. 166. commen. [NEC MEMBRO ALIQVO MVTILARI] in terminis constit. si quis aliquem, & terminum vitæ. [ET PER DECEM, AVT PLVRES] nam dicta paucorum non infamant, sed ad eorum dictum committitur inquisitio, Abb. c. 1. in fin. 1. not. de accusat. vel sufficiunt quatuor, & in hoc corrigitur ista constit. per c. regni in generalibus cum duobus seq. [QVOS IVSTITIARII COMMVNI FAMA]
7 quæ à fando, i. loquendo dicitur, & potest se habere

habere ad bonum,& malum, Abb.d.c.inqui
sitionis §.fin.post nu.6. [ET BONAE OPI-
NIONIS INVENERINT] ex bonis moribus
formatæ, §.si verò absunt, auth.de hære. &
falci. [CONVICTI FVERINT]per testes exa-
minatos in particulari , non in generali in-
quisitione,& eo citato,vt Foll.hic, vel con-
fessi, Affl.hic 1.not. [VTPOTE] sup.const.
honoré. [QVOD RIXATORES] litigiosi con-
citatores ad rixam , Niz.in ver.rixa . Quid
sit rixa,vnde,& quid rixatores,& quod pec-
8 catum sit, D.Tho.2.2.q.41. art.1.& 2. [ET
FREQVENTES] quæ frequentia,& cõsuctudo
ad malũ ex duabus vicibus inducitur, Abb.
c.monasteria nu.5. de vita,& hone.cler. vel
ex multiplicatis actibus generatur quædam
9 qualitas in potẽtia passiua, quæ nominatur
habitus, sicut habitus virtutum nominatur
causatur in appetitiuis potentijs,& habitus
scientiarũ causatur in intellectu, D.Th.1.2.
q.51.art.2. Multiplicatis actibus crescit ha
bitus,qui difficile remouetur, quia habet si-
militudinem naturæ,potest tamen diminui,
vel corrumpi per cessationẽ ab actu, ea.par.
q.52.art.3. & 53. art.1.& 3. nec vnus actus
sufficit, d.q.51.art.3. [DELATORES ARMO-
RVM] offensibilium, vel defensibiliũ. [CON-
TRA CONSTITVTIONES NOSTRAS]intẽtio-
nis nostræ, cũ duabus seq. [QVOD LVSORES
PVBLICI]publici aleatores,c.inter dilectos.
de excess.præl. Publicos dicimus,qui publi-
cè faciunt,2.Pol.5. Ludi enim iocundi sunt,
& illos sequuntur homines cum damna po-
tius,quàm lucra suscipiunt corpus,& patri-
monium negligentes,10.eiusdem 7.Nec di-
citur in publico fieri, quod fit corã duobus,
vel tribus,Abb.c.2.nu.2.de purg.can. [TA-
XILLORVM] qui autem ludus sint prohibiti,
10 & qui permissi, Zab. clem.quoniam in ver.
sed & tales num.9.de vita,& hon.cler. Affl.
§.item si fidelis nu.31.quib.modis feu.amit.
& hic 3.not. §.interdicimus,vbi Bart.auth.
de sanctic.Episc. Arch.c.Episcopus 35.dist.
[AVT TABERNARVM FREQVENTATORES]
si habẽt modum viuendi in domo propria ,
& non sit per transitum,Affl.hic 4.not. Inde
appellatio orta est ab eo quod frequẽter fit,
9.Ethic.9. Quæ autem sit taberna , & vnde
11 dicatur, glo.clem.1. de vita, & honest.cler.
[QVOD VLTRA FACVLTATEM SVORVM PRO-
VENTVVM] qui vltra facultates .i. bona, l.si
constante, vbi gl.& Bal.in ver.non sufficere
sol.mat. Et prouentuũ temporalium quibus
abundant, c.ad quæstiones cum gl.1.de rer.
permutat. Vnde ius conditionale non facit
quem locupletem, nisi posset vendi,licet in-
terim non sit ius apertum, Bald.c.in nostra
cir.fin.de rescrip. [NON EX MERCATIONI-
BVS] mercimonijs, c.quod olim, & c.fin.de
Iudæis. [AVT ARTIFICIIS] c.quia nos,&
c.relatum,lo secondo,de testam. [LARGIO-
REM QVAM DEBEANT VITAM DVCANT]
12 nam ex ijs quæ quis habet , debet expensas
metire,refert Iser.hic cir.princ. Vnde nume-
rus canonicorum debet esse secũdum facul-
tates ecclesiæ,c.1.& 2.de instit.c.auctorita-
te,& c.ex parte, vbi gl.fin.de concess.præb.
§.1.auth.vt deter.sit num.cler.quod est men
ti tenendum,secundum Affl.hic 5.not. [AD
PVBLICVM OPVS DEPVTENTVR AD TEM-
PVS] & sic iuuenes vagantes bene vestiti ta-
liter quod facultates non suppetunt,malum
de eis æstimatur,adeo quod possunt ad opus
publicum condemnari,Foll.hic num.9. sicut
qui non possunt soluere condemnationem ,
d. const. intentionis nostræ in fi. [PER LI-
TERAS IVSTITIARII MAGISTRO OPERVM
DESIGNANDVM] quæ sint opera, & eorum
magister,l.ad portus,& seq.C.de oper.publ.
[ET EIVSDEM IVSTITIARII ARBITRIO]
13 quod sibi secundum ius datum intelligitur,
& non contra ius , Zab. clem.vnica in fi.de
testam. & datur ex quatuor causis , Affl.hic
6.not. [IVXTA PROBATA]& acta non secun-
dum cõscientiam,Spec.tit.de sent.§.5.nu.1.
[ET PERSONAE QVALITATEM] quæ aggra-
uat, quandoque releuat , inf.const.qualitas.
[PROVIDA] alibi prouido,& fideli, inf.cõst.
quæstiones omnes. [DELIBERATIONE TA-
XANDVM] & sic iudex potest moderare pœ-
nam , Abb.d.c.inquisitionis 3.not.de accus.
[QVO TRANSACTO] etiam quod suspensus
ad tempus , possit per lapsum temporis sine
alia absolutione exercere officium suum ,
Abb.c.2.vlt.not.de sortilegijs. Et sententia
limitata ad certã causam,& tempus, cessat,
cessante causa, Ant.de Butr.c.cum bonæ de
ætate,& qualit. hic tamen mandat [QVOD
CVM LITERIS SVIS] suis literis præceden-
tibus,de quibus Affl.hic 8.not. [MAGISTER
OPERIS TENEATVR DARE GRATIS] c.di-
lectus,lo secondo,de simon. [LICENTIAM]
14 quæ intelligitur data secundum consuetudi-
nem cõcedentis,& naturam actus, Affl.dec.
307.nu.21. Datur licentia,sed necessitas nõ
imponitur, Bal.rub.nu.14.de postul.prælat.
[CONDEMNATIS AD PROPRIA] alibi in
propria, Io.1. [REVERTENDI] l.in bello de
capt.& postli.reuer. [QVOD GENERALITER
SERVANDVM CENSEMVS]quia quod genera-
liter dicimus , generaliter debet intelligi ,
Bal.l.quę conditio post princ.de cond.& de-
monst. [IN OMNIBVS QVI AD OPERA PV-
BLICA DEPVTANTVR] nam illud fuit di-
ctum causa exempli , Archid.c.si quis circa
princ.7.quæst.1.& exempla non restringunt
regulam, l.damni infecti ff.de dam.infecto.
Baldus l.scire §.pen. ff.de excusat.tutorum.

[Vt Designetvr] ostendatur, glo.l.3.in
ver.designate ff.ad exhib. [Eis Condem-
nationis Tempvs] qui si non dicitur, in-
telligitur in perpetuũ, Abb.c.2.nu.5.cir.fin.
de solutio. [Et Cavsa] quæ potius atten-
ditur si permittit, quã si prohibet, Abb.c.di-
lectus nu.5.circa med.de off.deleg. [Vel Si
Qvalitas Delicti] peccatum dicitur
etiam delictum, sed aliud est declinare a bo-
no, aliud facere malum, peccatum est perpe
tratio mali, delictũ desertio boni, nec aliud
sonat delictum, nisi derelictum, nam qui de-
linquit, derelinquit bonum, Magister sent.
lib.2.dist.42. ibi variam. [Poposcerit]
pœna enim debet esse proportionabilis cul-
pæ, & pro mẽsura peccati plagarum modus,
Deuter.c.25. [Qvod In Perpetvvm] donec
viuunt, gl.l.4.ff.de procur. [Condemnati
Pvblicis Operibvs Depvtentvr] man-
cipentur, in sim.const.si quis post litẽ cir.fi.
[Hoc Ipsvm] tempus videlicet, & causam.
[Et Sententia Praesidis Manifeste]
palam, clarè, non obscurè, Niz.in ver.mani-
festè. [Contineat, Et Literae Svper
Hoc Missae] sim. in constit.statuimus vt
Magnæ Curiæ. [Manifeste Declarent]
datum significãdo, l.hæredes palam §.1.cir.
med.ff.de testam. [Caetervm] inf.in const.
in aliquibus .i. certe, c.cæterum in addit. in
marg.de rescrip. [Si Tale Qvid] .i.aliquid,
l.si multi, & ibi gl.ff.de publicia. [Contra
15 Eos Probatvm Extiterit] cuius finis est
allicere animum iudicis ad credẽdum, Ant.
de But.c.in præsentia 2.not.de renunc. [Ex
Qvo Personam Amittere Debeant]
imponendo pœnam capitalem, d.const.ter-
minũ vitæ. [Vel Membrorvm] quæ gerunt
aliquem corporis actum principalem, secus
si habet minimum officium, vt digitus, quia
nõ dicitur membrum, nec mutilatur, stante
statuto, quod propter furtum mutiletur mẽ-
brũ, Bal.de noua forma fidel.in princ.nu.5.
& post med. [Mvtilationem Incvrrere]
incidere, Niz.in ver.incurro. [Avt Perpe-
tvo Carcere Macerari] inf.const.custo
des, quæ pœna æquiparatur pœnæ traditio-
nis in metallũ, & de iure canonico est pœna,
de iure ciuili datur ad custodiam; Affl. hic
post nu.10.& 11. [Tvnc Siqvidem] quippe
si, Niz.in ver.siquidem. [Is Contra Qvem
Inqvisitio Facta Fverit] in casibus in
quibus ex inquisitione proceditur, Spec.tit.
de inquisitio.§.2.nu.1. quia regulariter non
permittitur, Paris de synd.in ver.inquisitio
c.1. Et tres sunt casus in quibus inquisitio
est iusta, in alijs prætor non impartitur pœ
nam, nisi sit requisitus, Bal.l.1.ff.vbi pupill.
educ.deb. [Levis Vitae] vilis conditionis,
infra const.prosequentes. viles, & indigni,
c.inter dilectos de excess.prætl. [Et Male]
idest dolosè, glo.l.furti in ver.male ff.de his
qui not.infa. [Conversationis] in ludo
cõuersando, inf.const.mores, dissolutè viuen
tium. [Fvisse Comprobabitvr] & si sunt
duæ famæ, mala, & bona, per bonam non vi-
tiatur inquisitio, Arno. 86.dialogo. [Vel
Per Qvoscvnqve Maleficvs Non Pro-
betvr] non tamen absoluitur, sed iure ca-
nonico indicitur purgatio, Abb.c.cum opor
teat nu.2.de accus.iure isto. [Inqvisitio-
nis Copia Ei Tribvatvr] Bal.l.1.§.eden
da in princ.ff.de edendo. Et vltra citationẽ
ad videndum iuramenta testium datur in-
quisito copia inquisitionis, & articulorum
super fama cum loco, & tempore, Bald.l.2.
16 post nu.2.C.de edendo. Et nomina testium,
vt possit ad cognitionem personarum per-
uenire, Abb.c.2.nu.9.de testi. Et in notorijs
datur copia repertorum, vel capitulorũ lo-
co libelli, & inquisito repulsa, Paris vbi sup.
in ver.inquisitio c.2.& probata infamia per
testes, an possit inquisitus probare bonã fa-
mã, & si probabit, quæ præualebit, Abb.d.c.
cũ oporteat nu.10.& 11.& qualiter se defen
det inquisitus, Spec.tit.de inquisitio.§.3.nu.
29.& 30. qui formabit interrogatoria, &
quos testes repellit, Spec.eo.tit.de inquisit.
§.1.nu.16.19.& 20.vsq; ad 23.Practicam re-
cipiendi iuramentum à dictis testibus ponit
Abb. c.qual.& quando 5.not.nu.7. & c.seq.
3.not.d.tit.de accus. [Porro] c.pen.& fin.de
sta.mon.c.pen.de fo.comp.c.quoniã frequen
ter §.porro vt lite non contest. [Si Per Ip-
17 sam Inqvisitionem] quæ potest esse iudi-
ciũ ordinarium, & extraordinarium diuersis
respectibus, Abb.in rub.nu.3.de iudic. Spec.
d.tit.de inquisit.§.3.nu.4. ante, & post nu.6.
distingue vt per Bal.c.super literis nu.26.de
rescrip. [Avt Alia] quãdoque, gl.1.l.in sti-
pulationibus de verb.oblig. Spec.tit.de no-
torijs crim.§.3.nu.5.circa med. [Contra
Evm Facta] ex quo probatio debet inter-
pretari, vt conueniat naturæ negocij de quo
agitur, Abb.c.cum ecclesia nu.11.post med.
de elect. sicut verba legis proportionantur
materiæ, idem Abb.c.examinata nu.16.post
med.& post nu.20.de iud. [Levis Conver-
18 sationis, Et Vitae] intãtum quod quid-
quid vitæ attribuitur, etiam ad honestatem
pertinet, & econtra, nam honestè viuere,
spectat ad laicos, Io.And.c.1.post num.2.de
vita, & honest.cler.in vj. [Probetvr] licet
si per modum inquisitionis mitius puniatur,
Abbas cap.at si clerici num.34.de iudicijs.
[Avt Qvod Propter Manifestam Fv-
19 gam] quæ facit fugientem suspectum, adeo
quod contra eum iuris ordo non seruatur,
Luc.l.si coloni col.2.circa princ. ibi secun-
do

do nota de agric. & censi. [EX] quæ denotat causam immediatã, Bal. l. qua actione y. fin. circa fin. ad leg. Aquil. l. 3. §. 1. 2. quæst. ff. de iureiur. [MALEFICIO FVERIT FORBANNITVS] infra const. pœnam eorum. [ET PER DECEM] nam eo ipso quod decẽ testes sunt contestes, præsumitur esse notorium, cum
20 decem homines faciant populum, Bal. auth. quod locum in fi. de collat. faciunt turbam parochiam, & si aliquid deponunt, præsumitur notorium, in l. ea quidem nu. 18. cir. fin. cum add. ad eum in ver. notorium, & in ver. Inn. C. de accus. [BONAE OPINIONIS VIROS] vnde vt probent debet probari illa qualitas, quia quando qualitas est de substãcia, debet probari sicut factum principale, add. ad Inn. c. si clericus de foro comp. Et duo, vel plura si in aliquo negocio requiruntur, nõ sufficit alterum tantum probari, Spec. tit. de teste §. 1. num. 95. [NON INIMICOS DELATI] quid etiam iudicis officio manifestus inimicus debet repelli, Abbas c. meminimus num. 4. d. tit. de accus. [PROBATVM FVERIT CONTRA EVM] tunc non creditur, quia inimicus facilius præsumitur mentiri contra inimicum, Luc. l. quemadmodum præsum. 99. de agric. & censi. [FACTA SIBI COPIA NOMINVM TANTVM OMNIVM
21 TESTIVM] vt se defendere possit, Spec. d. tit. de inquisitio. §. 3. nu. 5. circa med. & 27. licet quandoque ad euitandum scandalum subtacentur nomina testium, & ad tempus occultantur, Abb. c. cum I, & A, nu. 11. in fi. de sent. & re iud. c. præterea 3. not. & nu. 7. post med. de sponsal. c. pen. num. 8. & 4. not. de accus. & testium nomina non exhibentur, l. non ex omnibus ff. de arbitris. & delatores ne forte interficiantur, Foll. hic num. 16. & 17. Hinc est, quod statuta terrarum communiter disponunt, quod in causa criminali nomina testium sint secreta vsque ad eorum iuramenta, & sunt bona statuta, quia est timor subornationis, Bal. l. fin. nu. 16. circa fin. C. de eden. alias testis, accusator, & defensor in quolibet iudicio oportet quod habeat notitiam eorum, quæ in iudicio versantur, D. Thom. 3. par. de Sacram. quæst. 118. alias 87. art. 1. [NON DICTORVM, NEC EORVM QVAE SPECIALITER CONTRA IPSVM IN INQVISITIONE DEPONVNT] & sic si ille est leuis vitæ, & malæ conuersationis, non datur copia repertorum, sed tantum nomina testium deponentium in generali inquisitione, dummodo sint decem qui deponunt de crimine pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, siue abscisionis membri, Afflictus hic 10. not. num. 12. Regulariter datur copia repertorum cum nominibus, & cognominibus; vt in c. regni subiungendo quoque, vbi Io. Ant. de Nigris. Et quando dentur capitula, vel copia repertorum, in c. reg. ain iam. [AD CONDEMNATIONEM IPSIVS IVXTA QVALITATEM PROBATIONIS CRIMINIS PROCEDATVR] procedẽdo ad impositionem pœnæ ex illis probationibus, c. ad petitionem 1. not. & cap. qualiter, & quando, lo secondo, de accusat. vbi Abb. sed mitius, quam si per accusationem, idem Abb. c. pen. num. 8. circa med. de purg. can. [DE SPECIALIBVS AVTEM CAVSIS] .i. expressis, Io. And. c. 2. post num. 1. de rebus eccl. non alien. in vj. [ET AD SINGVLARIVM DELATIONES] quia est differentia quando proceditur ex mero iudicis officio, vel alio impetrante, Abb. d. c. qualiter, & quando num. 17. & 21. [CONTRA SINGVLARES PERSONAS FACTAS] ex quo singularis est suspecta, Arch. c. ne quis de consec. dist. 3. [AD INQVISITIONEM CRIMINALEM FACIENDAM MINIME PROCEDATVR], sicut contra infantem non potest procedi per viã denunciationis, Bal. l. quæritur 3. rep. de sta. hom. [PRAETERQVAM] excludit, licet quandoque includit, l. nullum in gl. ff. de repudijs. [IN CRIMINE LAESAE MAIESTATIS] per
22 subditum commisso, nam per non subditum non committitur, & delictum sit consumatum, alias non tenet inquisitio, sicut si esset facta per notarium inquisitum de falso, Bal. cons. 487. 5. vol. [CONTRA PERSONAM NOSTRAM, VEL NOSTRORVM COLLATERALIVM PERPETRATO,] nam Maiestas Papæ, vel Regis læditur etiam in collateralibus, Io. And. c. felicis num. 2. circa med. de pœnis in vj. licet ipsi boni sint, habent quandoque mala latera, id est maligni sint, qui sunt eis coniuncti, D. August. psal. 47. col. 3. circa fin. & 127. col. 10. post princ. [VEL NISI SPECIALE] expressũ, sup. const. castellanis, & seruientibus. [CONSCIENTIAE] .i. intentionis, Bal. l. 3. §. sed & si post princ. ff. de iureiu. [NOSTRAE MANDATVM SVPER INQVISITIONE FACIENDA HABEATVR] nam tunc supplet defectum cuiuslibet solemnitatis, dixi in const. præcedenti. Altera quod mandatum expressum Principis requiritur in multis casibus, Luc. l. vni. in fi. de super indi. [IN QVI-
23 BVS CAVSIS] quæ à litibus differunt, Spec. cum add. ad eum tit. de rescrip. præsen. §. 4. nu. 7. [DANDAM, VEL NEGANDAM INQVISITIONIS COPIAM] vel capitula, quæ hodie sunt loco copiæ repertorũ, Paris de synd. in d. ver. inquisitio c. 2. cir. princ. [PLENE] alibi plena, inf. cõst. si quãdo. [PER INQVIRENTEM AD NOS RELATIONE PRAEMISSA] quid sit relatio, quotuplex, de quibus, & quando est facienda, & eius effectus, Speculat. tit. de relatio. per totum, Bal. l. 2. num. 3. C. de legi.

Idem in syndico, etiam quod non sit punibile, Bal.c.super literis num.2.de rescriptis.
24 Multis ex causis iudex refert negocium superiori, Abb. c.intimasti nu.2.de appell. & causa decisionis negocium defert, ac Principem de iure consulit, idem Abb.eod.c.intimasti 1. not. [CERTIFICATVM EST NOSTRAE MAIESTATIS ARBITRIVM].i.voluntatem, Arch.c.nullam in princ.18.q.2.alibi sententia arbitrij, Abb.c.ex parte nu.2.in fi. de arbitris. [PROVIDA] cauta, Nic.in ver. prouidus. [DELIBERATIONE] præmeditatione, Arch.c.1.in fi.17.q.1. [MANDABIT] quod mandatum lex est, Isern. §.præterea si vassallus nu.15.circa fin. quæ sit prima cau. benef. amitt. [QVAE QVIDEM RELATIO CONTINEBIT] & fiet in ea mentio sicut in alijs de exceptionibus propositis, & alijs, quæ rationabiliter proponuntur, gl.c.in nostra in ver.mentionem de procur.l.iubemus C.de appellat. Inn. & Abb. multa in c intimasti eo.tit.de appell. [CONDITIONEM] de qua inf.const.prosequentes. [DEFERENTES, ATQVE DELATI] quorum conditio multum facti habet, Io.And.ad Spec.col.5.cir.princ. de concess.præb. [ET NOMEN] per quod aliquid significatur, Cass.consuet.Burg.rub.t. §.6.ibi missiers, & sergens, nu.53. [ET FAMAM] .i.dictũ gentium, Bal.l.2.t.rep.nu.7.
25 de Senato. Et dicitur fama, quam multi populi famant, alias fouent, quæ nõ est probatio facti, sed opinionis, & dicti gentium, ex qua iudex multum mouetur ad fauẽdum ei, pro quo fama laborat, Bal.l.admonendi col. 4. post princ. quæ si non perseuerat dicitur rumor, col.6.cir.med.de iureiur. Inde fama, & rumor differunt, & rumor minus est, Abb. c. super eo 2. not. de eo qui cogn. consang. vxo.suæ. Quid, & vnde fama, & quid opinio, c. inquisitionis §.fin. post num. 6. de accus. Fama autem quam faciunt antiqui, præsumitur vera, Bal.l.siue possidetis cir.fin.C.de probat. [IPSIVS ETIAM CRIMINIS QVALITATEM] nam qualitas, quæ fuit tempore delicti aggrauat, l.4.§.1.& seq. vbi Bart. & Bal.de noxal. [TESTIVM NVMERVM] dicitur
26 autem numerus, quia per eũ singula, vel plurima nomina ostenduntur à nominando, vel numerando dictus, Luc.l.susceptores, la vltima, de suscept.præpo.& archa. [ET IPSAS DEPOSITIONES] quæ attestationes dicunt, c.constitutus de testib. [EORVM] testium. [FAMAM ETIAM EORVNDEM] nam inquisitus tanquã infamatus repellitur a testimonio, Abb.c.fin.nũ.6.eo.tit.de testi. [QVATENVS] catenus, quatenus, l.1.in ver.catenus, vbi Bal.de noui operis nunc. [IPSAM PER INQVISITIONEM SVMMARIAM] dicitur au-
27 tem summaria, quia ex vna parte tantum sunt producti testes, vel producuntur, Bald. l.cum proponas nu.4. circa fin.& auth.seq. nu.2.in fi.de bonis auct.iud.possid. vel quia in ea proceditur sine solemnitate iudiciaria respectu probationum, & fidei, seu ratione ordinis, & modi, & quia non requiruntur probationes omni exceptione maiores, Bal. l.3.§.sciendum in princ.ff.ad exhiben. Inde summariè, & de plano, idem est quod sine libello, sed sufficit quod in actis scribatur sua petitio verbalis, Bal.l.1.num.8. C.vt in posse.lega. omissis solemnitatibus iuris, vel quia cito expeditur, & sic est plena cognitio secundum quid, & summaria secundum quid, Bal.l.t.nu.3. cir.med.quor.appell.nõ recip. vnde summaria cognitio dicitur dupliciter, simpliciter, & secundum quid, idem Bal.l.2. post nu.38.sent.rescin. non posse. Processus verò summarius nõ sic præiudicat sicut plenarius, Bald.l.non prohibetur de his qui accus.non poss.alibi summatim in cõclusione, Bal.præd.l.3.§.eiusdem 2.rep. ff.de testibus.
28 [IVSTITIARIVS SCIRE POTEST] quod non inducit necessitatem, Abb.cap.fraternitati nu.1.cir.med.de cler.excom.minist. Iste verò est vnus de casibus in quibus iudex tenetur facere relationem Regi, Affl.hic 12.not. alios ponit sup.const.hac lege nu.11. & 12. sicut maiores causæ ad Sedem Apostolicam referũtur, c.vt debitus honor in fi.de appell. [IN PRAEDICTIS ETIAM CASIBVS] qui magis frequenter contingunt, & sic non restringũtur, Frecc.de subfeu.lib.1.de origine Baro.ibi fuit dubitatum nu.13. [ET OMNIBVS ALIIS] similibus, Loffr.cons.39.nu.11. nam alius facit positionem eiusdem qualitatis cum præcedentibus, Abb.c.fin.nu.7.cir. med.de præb.Affl.supra const.causas 1.not. [IN QVIBVS INQVISITIO FACIENDA EST] ex quo delictum est cõmissum in territorio inquirentis, & ad iudicis notitiam venit factum de quo inquiritur, Bal.l.additus 3.not. de Episc.aud. seu in loco vbi est fama, proprijs auribus percepit, & indagauit, Abbas d.c.inquisitionis §.fin.post num.4. de accus. [SECVNDVM IVRA COMMVNIA] d.l.cõgruit
29 de off.præsid. Vnde Episcopus visitando inquirit generaliter qualiter viuant populi, & superior facit inquisitionem generalem, & si delictum est notorium, qui cõmisit pignoratur, Abb.c.1.nu.6.circa princ.de off.ord. Gra.in d.c.reg.subiungendo. [VEL NOSTRI NOMINIS SANCTIONES] vt const.præced. [EXPRIMENDVM EST DELATORIS NOMEN] vt cognoscatur quis sit zelus eius, vt infra. [ET OMNES ALIAE SOLEMNITATES SERVANDAE SVNT, QVAE VETERIBVS LEGIBVS, ET NOSTRIS CONSTITVTIONIBVS SVPER DILATIONIBVS, ET DELATORIBVS EDITIS

Con-

Continetvr] vt hic in glo.& Afl.13.not.
& inf.cōst.ab officialibus. [Praeterqvam]
quæ de sui natura excludit, Inn.c.dudum, lo
vltimo,num.19.de elect. [In Eo Tantvm]
quæ similiter excludit, Bald.cons.394.nu.2.
vol.2. [Crimine Laesae Maiestatis
Nostrae , Qvod Personam Nostram
Directo Contingit] & sic in prim .ca-
30 pite,nam hoc delictum habet duo capita,&
committitur 45.modis, & continet 31. spe-
cialia, Afl. quæ sint regalia in ver. & bona
cōmittentium crimen læsæ Maiestatis nu.3.
vsque ad 46. [Vel Nisi] excipiendo ab eo
quod superius dixerat,Bal. auth.generaliter
nu.5.in princ.de Episc.& cler. [Ivsta] suf-
ficiens, glo.1 l.3.ff.ex quib.cau.maio. [Et
Probabilis] iusta,verisimilis,& à iure ap-
probata,Arch.c.si quis 2.q.6. [Per Evm Ad
Qvem Delatio Facta Est] puta à syndi-
co,qui tenetur denunciare,vt infra, sed non
delicta coniunctorum, Bal.l.lege Iulia, post
31 med.ff.de testi, [Videbitvr] per quod ver-
bum nō datur libera potestas,sed deuotatur
arbitrium boni viri, Abb.c.3.post num.4.de
pœnit.& remiss.s.eus si dixisset,prout volue
rit,Bal.l.si procurator col.2.de cond.indeb.
[Cavsa Timoris] qui accidens est, Arch.
c.de his circa fin, 33.q.2. [Propter Qvam]
causam [Delator In Pvblicvm Prodi-
re] ostendere,vel procedere,Bal.l.2.§.fin.in
princ.de his qui not.infam. [Formidet]
vnde si nullus audet accusare homicidam
propter illius potētiam,iudex cogit,& præ-
bet illi securitatem, Spec.tit.de accusatore
nu.9. [Nihilominvs] nō ideo minus,gl.1.
l.quamuis ff.de pign.act. [Tamen Inqvi-
sitor] qui facit processum nemine petēte,
sed ex mero officio,addit.ad Spec.tit.de in-
quisitio.§.1.in ver.& Io. [Hoc Casv Te-
neatvr Omnia Ex Officio Svo Cir-
cvmspecte] l.& si sine ff.de mino. inde cir-
cūspectus iudex,atque discretus, c.præterea
de testib. [Prospicere] probatè aspicere,
Luc.l.si vltra de decur. [Tam In Personis
32 Prodvctorvm Testivm] vnde iudex debet
interrogare, & inquirere de conditione te-
stium,gl.l.1.in ver.de nominibus,vbi Bal.&
§.si curatores de mag.conu. nam si laudanti
amicum credendum non est,nec detrahente
inimico, D.Aug.2.cōtra lit.Petil.col.3.post
med. Vltra quod ex qualitate producētium
præsumitur testium corruptela, Abb.c.in no
stra,post nu.1.de testi. [Qvam In Omnibvs
Circvnstantiis Aliis] .i. qualitatibus
alijs, Bal.in add.ad Spec.tit.de sentētia col.
15.cir.princ. [Et Specialiter Qvis Sit
Zelvs] iustitiæ,vel malignitatis.c.per tuas
de simon.nam quando appetit vindictam se-
cundum ordinem iustitiæ,dicitur ira per ze-
lum, D.Th.3.parte de Saluatore q.15.art.9.
33 Dicitur autē zelus à maritali zelo quo ca-
stitatē custodit vxoris , & dictum est a tropo
metaphora , D.August. 2.quæstionum super
Exod.col.65.cir.med. & lib.octuaginta triū
quæstionum col.26.cir.fin. & in lib. contra
Adimantum col.11.& 15.in fi. latè D.Thō.
cum appendice 1.2.q.28.art.4.alibi capitur
pro inuidia , 2.2.q.36. art.2. in appendice.
Bonus autē est feruor animi,quo mens abie-
cto humano timore, accenditur pro defen-
sione veritatis , Guliel.Pipin.feria 2.post 4.
Dom.in Quadrag.col.21.cir.fi.& inspicitur,
nam si non specialiter interest, nō præsumi-
tur bono zelo procedere, Abbas c.ex parte,
post princ.& nu.6,cir.fin.de testi. Vnde idem
factum quādo potest pluribus modis inter-
pretari , inspicitur quo proposito factum
sit, Bald. l. in fraudem cir. med.ff. de testā.
mil. Vltra quod non debet quid fieri ex solo
zelo, nisi subsit iudicium rationis, c.cum in
iuuentute, vbi Abb.nu.1. cir.med. de purg.
cano. Nec videtur accusare bono zelo pro
vindicta publicā si ipse perseuerat in crimi-
ne, Abb.c.1.post nu.6.de accus. Spec.tit.de
præpar.iud.nu.7.vel si proximum malo zelo
accusat , Abb.c.accusasti eod.tit. de accus.
Capitur enim zelus in bonam , & in malam
partem, D.Aug.20.de ciu.Dei c.12. Præsu-
mitur tamen denunciare bono zelo , Abbas
c.in præsentia in fi.de sent.excom. Et omne
factum, si rectè nō est factum,peccatum est,
nec rectè factū vllo modo dici potest quod
nō à recta ratione proficiscitur,porro recta
ratio est ipsa virtus, D.Aug.lib.de vtilitate
credendi col.23.cir.fi.& sic inspiciet si fecit
bono zelo,c.2.de sortilegijs. Vel zelo deuo-
tionis, c.cum volūtate §.fin.de sent.excom.
nam secundum D.Greg. mens sæpe ipsi men
titur , ideo scrutandum est quo quis animo
mouetur,Caiet.in tract.de simo.q.3.col.fin.
cir.med. [Delatoris] assertoris, vel pro-
motoris,Bal.l.2.C.si manc.ita ven.ne prox.
citādo reum, & promotorem inquisitionis ,
Abb.c.veritatis nu.5.de dolo,& contu exa-
minando accusatorem qua intentione mo-
ueatur,cuiusque sit opinionis, Arno.c.7. pra
cticæ iudiciariæ. [Avt Cavsa] .i. modus,
Bal.l.2.§.1.ff.mand. Et vbi fit mentio causæ,
ipsa inspicienda est,& examinādā,Bal.l.quia
§.non simpliciter ff. si quis omi.cau.testam.
[Qvae Ipsvm Ad Ipsam Delationem
Indvcat] vnde quando de pluribus est in-
quirendum , aliquo omisso totum vitiatur ,
Bal.l.cum ij 2.rep.§.si prætor nu.1.in fi.ff.de
transact. [Et Generaliter] omnia vnico
verbo comprehendendo. Niz.in ver.generali-
liter. [Sic] tali cautela, glo.2.l.Gallus de
lib.& posthum. [Omnia Ex Officio Svo
Svp-

Svpplèat] vt in omnibus casibus, & quid in regno, vt in c.regni vt delatas, & in c.ne
34 tuorum, vbi Io.Ant.de Nig. Et sic officium iudicis non recessit ab aula prout iunctum est actioni, sed prout est iunctum liti, & instantiæ, sic Bald.l.4.C.depositi. Non expirat vnico actu, sed est iterabile, sicut officium legis, Bald.l.infamia col.1.cir.fin.de decurio. Est remediū extraordinarium, & non datur nisi in subsidium, l.volūtatis nu.8.post med. de fideicom. Supplet defectum accusatoris, c.regni contingit plerunque, vbi Io.Ant.de Nig.nu.4.vbi imploratur, maxime de facto, exprimitur in libello res, & causa, nō actio, sed ipsum factum additur loco actionis l.2. vbi Bal.nu.5.de sent.ex breui.recit. Et si est faciendum aliquid, an sit necessaria citatio absentis, libelli oblatio, litis contestatio, sententiæ, vel decreti interpositio, Bal.l.nec quidquam §. vbi decretum col.5. cir. med. de off.procons.& leg. [Inqvisitor] qui potest dici iudex, & si est generalis, an possit ex causa amouere prælatū à regimine ecclesiæ. Abb.c.cum I, & A, nu.2.& seq. de sent.& re iud. [Qvod] quia, glo.2.in l.liber homo de hæred.instit.l.testamentum ff.de mil.testam. [In Aliqvo Ignorantia Praedictorvm Delato Nocere Non Possit] dum inquisitor ignorauit, quæ scire debuit, Lucas l.in sacris col.8. circa princ. de prox.sacro. scrin. quia non præsumitur calumnia si forma inquisitionis præcedit, Bal.l.edita num. 88. C.de edendo. sed præsumitur laudabile genus inceptionis, & abesse calumniam, in l.2.post num.3.de his, qui accus.non poss. Et infertur ad dicta per Afflict.hic vltimo not. [Qvae Si Per Inqvisitionem Perspicaciter] cum solertia, Niz.in ver.perspicacitas. [Observata] Affl. sup. const. Magnæ Curiæ in princ. [Non Fverit Inqvi-
35 sitio] quæ est potius facti, quàm iuris, Bal. l.obseruare §.proficisci post num.6.de offic. procons.& leg. [Irritetvr] nulla declaretur, Bal.auth.nō licet post princ.de lib.præt. non tamen irritatur, quod non apparet irritādum, Bal.c.cum inter, lo primo, nu.12.de elect. nam sicut ratum dicitur, quod est rationabile, & firmum, ita quod est irrationabile, & infirmum dicitur irritum.i.sine ritu, quia ritè non fit, in auth.ex causa nu.6.cir. fin.cod.tit.de lib.præte. facit l.3. de vsucap. pro dona. & refertur ad factum, nōn ad ius, Abb.c.cum dilecta nu.6. cir.fin. de rescript. licet sæpe, vt ibi, irritantur, quæ nulla sunt de iure, & peti potest cassari, & cassa pronunciari, Spec.tit.de appell.lo secondo, §.4. nu.5. inde irrita.i.irritanda, gl.1.l.non omnia de mino. Ita processus factus per literas subreptitias irritatur, & factus contra formā rescripti, irritatus nunciatur, Bal.c.cum dilecta in princ.de rescrip.c.cum causam de elect.& generaliter annullatio actus permissi de iure gentiū est pœna facti, quando annullatur ratione doli, vel culpæ, secus si ex defectu solemnitatis, vt hic, Bal.c.super literis, post num.9. de rescriptis. [De Novo Facienda] prioris acta iudicij recensentes, c.cum ad sedem de restit.spol. [Ipso Nihilominvs De Dolo, Vel Negligentia Provt Ex Arbitrio] l.arbitrio ff.de dolo malo. [Nostro] vel arbitrio voluntatis nostræ, c.pen.de excess.præl. [Processerit Condemnando] condēnari faciendo gl.l.furti §.fin.in ver.si te de his qui not. infa. Et iudex inquirens, si absoluit inquisitum, tenetur ad expēsas, & si dolo, vel lata culpa eum temere fatigauit, potest criminaliter puniri, not.Bald.l.seueriter C.de excusat.tut. Qui temere inquisiuit, tenetur reficere expensas in l.non ignorat, post nu.4. de fruct. & lit. expen. Et si fuit ab eius sen- 18
tentia appellatum, non potest iustificare sententiam ex nouis probationibus, in l. per hanc nu.13. lo secondo, de temp.appell. sed ad irritandum quod agitur sufficit si omittatur aliquid de substātialibus, Bal.d.l.cum ij §. si prætor, & recensetur .i. de nouo formatur, Abb.c.ex literis post nu.13.de restit. in integ. Insuper rescinditur de facto, quod de iure rescissum, & irritum est, Spec.tit.de testa.§.3.num.5.cir.fin. Vltra quod irritum, pro non facto habetur, glo.l. sed in lege in ver. irrita locati.

36 Sed videtur, quod non semper, & omni tempore conuersatio cum improbis mala sit, nam Antisthenes Philosophus dicebat, quod Medici cum ægrotis versantur, nec tamen ipsi ægrotant, refert Foll.hic num.12. nec debet credi omni voci, Bald.ad Spec.in fi.de sta.mon. nam multa dicuntur, quæ non sunt vera, Dec.cons.115.& multa tractantur quæ non perficiuntur, vnde superior non debet moueri propter infamiam ortam à maleuolis, Abb.c.pen.nu.1.de præsump. sed ita mens hominis dijudicat de aliquo faciendo secundum suam habitualem dispositionem; nam qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei, D.Th.2.2.q.24.art.11. Tanto magis, quia iudex non debet se facere principalem aduersarium, Bal.l.per hanc nu.13.lo secondo, circa med.de temp.appell. & successiuè, inquisitor qui repræsentat partem, Bald.l.2. in fi. C.de edendo. sicut non potest esse iudex, aduocatus, & testis, in l.4.post num.7. & 10. de arbitris.

37 Responde, quod quædam valent ad præparandum, quæ non valent ad decidendum, vel valent ad instructionem, non ad probationem,

tionem, l.fin.in fi.vbi Bald.C.de his quib.vt
indig.Vnde prædicta non ſufficiunt ad con-
demnandum,ſed ad inquirendum,& nihilo-
minus inſpicitur, vt ſupra, quis ſit zelus de-
ferẽtis, nec ſtatim quod quis eſt de crimine
infamatus ſuſpenditur, glo.1. c.habet, & c.
presbyter 2.q.4.Nec iudex poteſt inquirere
ad pœnam ciuilem imponendam, Bal.l.ſo-
lemus 2.rep.cir.med. & l.ſeq. ff.de iudicijs,
niſi odio fœneratorum fauore fiſci, & miſe-
rabilium perſonarum, idem Bald.§.iniuria
nu.16.in fi.de pace iuram.firm.& nihilomi-
nus tenetur ſeruare ordinem iudiciarium,
adeo quod cum parte proſequente inquiſi-
tionem fit litis conteſtatio, Abb.c.exhibita
2.not.& nu.6.cir.med. de iudic. Poteſt com-
mitti examen, idẽ Abb.c.fin.nu.5.de colln.
38 deteg. Quando ſuperuenit accuſatio ceſſat
inquiſitio,Bal.l.ea quidem nu.62.& 71.C.de
accuſ.& l.1.§.1.cir.fin.de rei vend. re inte-
gra,idẽ Bal.c.ſuper literis nu.26.de reſcrip.
Quia accuſatio inquiſitione præfertur, &
inquiſitionis proceſſum impedit, Bal.l.1.in
fi. C.de furtis, & ſuperueniente accuſatore,
ceſſat officium iudicis, Io.Ant.de Nig.in c.
reg.contingit plerunqne nu.7. vel facit ceſ-
ſare officium inquiteutis,Bal.l.quidã 1.rep.
in princ. ff.de edendo. ſicut ſublata denun-
ciatione remouetur inquiſitio, Bal.l.qui iu-
raſſe §.1.de iureinr. Et iudex ſi inquirit per
calumniam, tenetur ad expenſas, Bal.auth.
generaliter nu.16.de Epiſc.& cler.Et ſi for-
mauit falſam inquiſitionem, quomodo illi
ſuccurritur,Bal.l.proponebatur cir.fin.ff.de
iudicijs. Et ſi in inquiſitione, vel accuſatio-
ne dictum eſt de percuſſione cum ſanguinis
effuſione, & probatur tantum percuſsio,
debet ſequi abſolutio, & iterum accuſatio,
vel inquiſitio inſtitui ſuper ſola percuſsio-
ne, Abb.d.c.examinata nu.6.de indic. ſicut
iteratur ex noua infamia, ſed nõ imponitur
pœna ordinaria, c.fin.vbi Abb.2.& vlt.not.
de celeb.Miſs. Spec. d.tit. de inquiſitio.§.1.
poſt nu.13. licet plus veniat in inquiſitione,
quam in accuſatione, Bald. l.damni infecti
39 §.1.in fi.de damno infe.Cautelam ad euitan
dam inquiſitionẽ ponit idem Bal. l.ſi ſeruus
plurium §.ſi quis ante poſt med. de legat.1.
Qnomodo appelletur ab inquiſitore, Spec.
tit.de appell.§.2.num.10.& 11.Et ſi denun-
ciatur delictum occultum, vel nocturnum,
& inquiſitus abſoluitur, non agitur contra
inquiſitorem, ex dolo, Bald.conſ.178.1.vol.
nam poteſt inquirere, ſed non certus reddi,
glo.l.pen.ff.ad Maced.verum ſi male inqui-
ſiuit,tenetur inquiſito ad intereſſe,& expen-
ſas, Bal.rub.in princ.de pœna iud.qui male
iudic. ſi inquiſitus reportat victoriam,idem
Bal.l.ſancimus nu.19.de iud. ſemiplena ta-
mẽ probatio, & inueſtigationes officialium
releuant à calumnia,Paris de ſyndic.in ver.
prædi.inquiſitio c.3.nu.4.6.11.& 12. Et po-
teſt procedi per viam inquiſitionis contra
ſubditum delinquentem extra territorium,
Abb.c. cum cõtingat nu.7.in fi. de fo. comp.
Ordo procedendi ponitur c.qual.& quando
13.not.de accuſ. & forma inquiſitionis ap-
pellatur, Bal.l.2.nu.10.de Epiſc.aud. debet
enim fieri cum ſolertia, not. in clem. vnica
de off.deleg.& ita diligenter ne ante creda-
tur, quàm probetur, in extrauag. vni. poſt
princ. de pœnis.
40 Nota, quod ad curioſitatẽ pertinet actus
proximorum perquirere, & eſt licitum ad
vtilitatem illius,vel propriam ſui,vel illius,
vt prouocetur ad melius,D.Tho.2.2.q.167.
41 art.2.Item quod de criminibus cognoſcitur
quinque modis, Bal.ad Spec.tit.de accuſat.
in princ. Inquiſitio eſt duplex, ſpecialis, &
generalis,Bal.l.edita num.30.C.de edendo.
vel præparatoria,& alia ſolẽnis, Spec.d.tit.
de inquiſitio. §.2.nu.9.13.& 14. §.3. nu.37.
& 38. Abb.d.c.qualiter,& quando nu.11.de
accuſ.In criminalibus fit propter plura,Bal.
l.iubemus nu.4.& 5.C.de probat. Inde quæ-
rere, & inuenire, propriè ſonant inquiſitio-
nem.i.inueſtigationem, Ant.de But.c.ſuper
hoc,ibi item repugnat de renunc.& verbum
inquiras, facit iudicem, non inquiſitorem,
Abb.d.c.exhibita 2.not.de iudic.Spec.d.tit.
de inquiſitione §.1. poſt nu.10. Querela eſt
odioſa,& pœnalis,Bal.l.1.in fi.C.de in inte-
42 grum reſtit.mino. Et ſemper in accuſatione
præſumitur odium,nõ in inquiſitione, idem
Bal.d.l.edita num.30.de edendo. Accuſatio
autem, & denunciatio differunt, nam accu-
ſatio non fit per alium, nec per ſcripturam,
ſecus in denunciatione in qua interuenit
etiam procurator, Abb.c.cũ dilectus 1.not.
de accuſ. Non poteſt quis eſſe accuſator,&
teſtis, c.meminimus eo.tit.de accuſ. poteſt
tamen eſſe denunciator, & teſtis, Abb.c.in-
rauit nu.2.in princ.de probat.In accuſatio-
ne non eſt neceſſaria monitio, in delatione
ſic,Abb.c.fin.d.tit.de accuſ. Denunciat etiã
doli capax, Abb.c.fin.nu.7. qui mat.accuſ.
poſs. ſed ab accuſatione nonnulli repellunt,
l.qui accuſare, cum duabus ſeq.ff.de accuſ.
Et etiam quod quidam à teſtimonio repel-
lantur, poteſt eos iudex recipere ad dirigen
dum ſe ad ſemitam veritatis, Bald.l.etiam
ff. de probat. Et admittuntur teſtes etiam
viles contra nimis diffamatum, Bal.d.§.in-
iuria nu.15.in fi.de pace iuram.firma. Con-
demnatus verò ex inquiſitione non fit infa-
mis, Bal.l.fin. C.de ſuſpe.tuto. ſi eſt abſens,
ſecus ſi præſens, in c.conſideramus nu.4. de
electio.ſicut nec damnatus ex officio,in l.1.
circa

circa princ. C.si tutor, vel cur. nõ gess. secus si ex accusatione, idem Bald.l.2.1.rep.nu.5. de Senato. Vltimo iurans non accusare, potest denunciare, Abb.c.quemadmodum §.illud nu.7.de iureiur. verum qui calumniosè denunciat punitur, c.fin.§.fin. in glo.vlt. de clandest.desp. ita in accusatione, inf.const.
43 præsenti lege. Excusatur tamen syndicus quando per ignorantiã facti non denunciauit maleficium, Bal.l.genero de his qui not. infam. vel non habet testes per quos posset probare maleficium, idem Bal.l.1.nu.6.C.de his quib.vt indig. auth.nouo iure, de pœna iud.qui male iudic. tenetur à die quo nouit cum primum potest, & coram iudice competente, Bal.l.vnica num.2.& 3.C.de priua. carce. inhib. Vnde si imponitur pœna non accusanti, vel denuncianti, intelligitur si nõ denunciauit cum primum potest, idem Bal. l.1.nu.1.in fi.C.de his quib.vt indig.& quãdo denũciat debet fieri in scriptis, exprimendo locum, & tempus, quia illa denunciatio habetur loco libelli, Bald.l.fin.num.9.& 11. C.de neg.gest. Et debet iudici denunciari, & nõ recurri ad tabellionem, in l.3.in fi.d.tit. de his quib. vt indig. Quando teneatur denunciare, & an teneatur suo officio, in l.3. nu.5.C.de incest.nup. Et si plures sunt delinquentes, non prodest diligentia in aliquibus, si vnus ex delinquentibus omittatur, si potorit inueniri, Bal.præd.l.minoribus in fi.cum seq. circa med. d.tit. de his quib. vt indign. Et etiam quod denunciator præsumatur potius ex malitia, quàm bono zelo ductus, c.cũ oporteat de accus. potest ad simplicẽ denunciationem criminis procedi ex inquisitione, Abb.c.3.2.not.de testi. Verum cessat superueniente accusatore, & impeditur si à principio interuenit, Bald.l.Vranius post princ. & med.ff.de fideiusso. Et absolutus in inquisitione generali potest condemnari in inquisitione speciali, Bal.l.2.num.5.de pœna iud. qui male iud. alias absolutus per viã inquisitionis non debet amplius super eisdem criminibus impeti, Abb.c.fin.num.3.de collu. deteg. Nonnullos casus in quibus proceditur ad inquisitionem de iure ciuili, quid in regno, & eius forma, Luc.l.fin.col.1.in fi.cũ duabus seq.de bonis vac. Ad officium Magistri iurati spectat superioribus nunciare crimina, quod in terris suis Baro, & officiales sui exercent: Baro autem fungitur vice defensoris, & in ciuitate sua supplet vicem Præsidis, c.reg.ad quietẽ, vbi Io. Ant.de Nig. Quid si accusat pœnitentem, Abb.d.c.accusasti de accus. Vltimo syndicos ad denunciandum maleficia, & milites ad capiendum malefactores, non iudex solus, sed cum consilio ciuitatis eligit, Ang.l.vni.de Hæresiarchis. Et iudex de delicto commisso in ecclesia inquirit, Bal.l.si quis in hoc, de Episc. & cler. Qui autem parum transgreditur non vituperatur, c.quod sicut de electione.

SVMMARIVM.

1 *Reo in generali, & speciali inquisitione non dabatur copia reclamandi, secus nunc.*
2 *Reo nunquam est præcludenda via defendendi, & actori via probationis.*
3 *Item, est continuatiua.*
4 *Iudicium sine reo, quandoque sine actore.*
5 *Probatio iudici est facienda.*
6 *Nolumus, & volumus, in Principe quid importent.*
7 *Sed, aduersatur in facto, non in iure.*
8 *Inquisito dantur defensiones cum repertis.*
9 *Defensiones nemini debent denegari.*
10 *Defensiones debent esse rationabiles, non ambages.*
11 *Permittuntur quædam ratione incertitudinis, quæ postea declarata prohibentur.*
12 *Delinquens captus non punitur, nisi datis defensionibus.*
13 *Defensiones dantur etiam confessis, quid in repertis in fraganti.*
14 *Paria sunt innocentem occidere, & eum qui confugit ad defensionem.*
15 *Defensiones non potest tollere Papa, vel Imperator.*
16 *Defendenti se per fas, & nefas parcitur.*
17 *Testes facta publicatione, si examinantur ad offensam, recipiuntur alij ad defensam.*



1 TEM olim in speciali inquisitione nõ dabatur copia reclamandi, sed tantum recurrebatur ad Principem, Gra.hic. In generali si contra aliquẽ malæ vitæ, per decem testes bonæ famæ probabatur delictum, per quod veniebat imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri non dabatur sibi copia defensionis, vt in 2. parte const. præcedenti, & Afflic.

2 & Affl.hic in princ.quod est durum,quia reo
nunquam est præcludenda via defensionis,
& accusatori via probationis criminis,Bal.
l.fin.post nu.14.ff.de ferijs. Ideo corrigendo
consuetudinem, de qua ibi vult quod accu-
satus semper audiatur in suis defensionibus,
vt in tex. qui sum.vt per Affl. & continuan-
3 do materiam,dicit[Item]quæ est continua-
tiua, Bald. l.si quis §.initium ff.de edendo.
[Dira,Et Dura] sup.const.duram,& dirã,
aspera, & crudelis, Nizolus in ver.durus.
[Observatio] l.proximos de prox.sacro.
scrin. [Quae Hactenus] §.hactenus inst.
de gradibus vsque ad hunc diem,Nizolus in
ver.hactenus. [Obtinebat] ex ordine oc-
currebat, l.1.ff.de fidei.hæred.pet. [Vide-
licet] quæ non solum declarat,sed restrin-
git,l.videlicet cũ ibi not.in marg.ff.de pact.
[Quod Si Per Inquisitionem] qui est
modus agendi extraordinarius, Inn. c.cum
oporteat nu.1.circa fin.de accus. [Contra
Aliquem Factum] nam maleficium si est
notoriũ,& iudex procedit in genere,dicitur
4 iudiciũ sine reo,ita dicitur sine actore quan
do proceditur ex officio per inquisitionem,
Abb.rub.nu.1.circa med. de iudicijs. [Per
Decennarium Numerum] ex multis vni-
tatibus coaceruatum, & collectum, Lucas
l.quicũque in princ.de apochis publ. [Pro-
5 batur] iudici cui est facienda probatio;
Spec.tit.de positio.§.fin.num.1.in fi. [Non
Dabatur Copia] idest facultas, inf.const.
citationis literæ. [Reclamandi] suppli-
candi, auth quæ supplicatio de precib.Imp.
offer. & facta iudex non tenebatur recipe-
re,in fin.Spec.tit.de appell.§.9.circa princ.
6 [Nolumus]& non dicit declaramus,sed di-
sponimus, de quo verbo Bal.cum add.ad eũ
in ver.volumus, l.in rebus,nu.2.cir.med. de
iure dot.vel volumus,quod non est iuris an-
tiqui declaratiuum, sed noui iuris inducti-
uum, Abb.c.fin.2.not.circa med.ne cler.vel
mon.nolumus,quod significat liberum arbi-
trium, vt de verbo nolo, Bald.c.sciscitatus
nu.6.de rescrip. [Quod De Caetero]C.de
cætero de testib. c. de cætero de sent. & re
iud. c.fin. de relig.dom. c.veniens de eo qui
cogn.consang.vxo.suæ c.1.& 2.ne prel.vices
suas c.si de terra de priuileg. c.ex tenore,&
seq. de sent.excom.vel deinceps, Io.And.ad
Spec.tit.de sponsal.§.fin.in ver.ab isto.quasi
noluerit Imperator inquisitiones sic factas
annullare,gl.in sum.c.vn.in ver.de cætero de
postul.prælat.in vj. [Observetur] de quo
verbo Affl. latè supra const. Magnæ Curiæ.
7 [Sed]quæ dictio aduersatur in facto,non in
iure, l.qui vsumfructum in ver.sed, de verb.
oblig. [Per Quemcunque, Et Quodcun-
que Probetur] eis repertis, citata parte
ad videndum iuramenta testium. [Copiam
Habeat Accusatus] inculpatus, vel de-
8 nũciatus,Affl.hic 2.not. & sic cum repertis,
idem Affl. const. præced. post nu.12. dantur
inquisito defensiones, Affl.præd.const.pacis
cultum nu.46. post med. [Et In Suis De-
9 fensionibus Audiantur] quia defensio-
nis copia nemini debet denegari, Bal.cons.
61.post num.2.vol.3. Et si est processus, qui
requirit essentialia, non pôtest sequi con-
demnatio nisi constet de crimine per con-
fessionem, idem Bal.l.ea quidem nu.43.cir.
fin. C.de accus.
10 Contra,illæ propriæ sunt defensiones,quæ
sunt rationabiles,& non tendunt per amba-
ges,Bal.l.fin.ff.de procur. Defendere autem
se contra dictum decem bonæ opinionis te-
stium videntur ambages, cum etiam octo
contra Comitem criminaliter accusatum
sufficerent, inf.const.prosequentes de purg.
subla.
11 Dic,quod permittuntur quædam propter
incertitudinem litis, quæ postquam fuerunt
declarata prohibêtur,Bal.l.1.in princ.nu.3.
de noui oper.nunc. Defensiones autem pro-
priæ, quæ dicantur, Spec.tit.de exceptio.&
replicat.§.1.num.4.
Nota verbum dura, de quo etiam c.quia
in insulis, de regula.
12 Item nota, quòd si delinquens capitur, &
ducitur in fortijs curiæ,non potest eũ iudex
punire,nisi habuerit prius legitimas proba-
tiones, & dederit defensiones, quas etiam
quod dicat non habere, & nolle terminum,
nõ propter hoc est damnandus, Bal.l.rapto-
13 res nu.4.de Episc.& cler. nam etiã confessis
dantur defensiones: quid in repertis in fra-
ganti, Affl.sup.const.super inentionibus,post
nu.16. alias si potestas non admittit defen-
siones iuris, punitur ac si nõ admitteret de-
fensiones veræ innocentiæ, Bal.l.presbyteri
14 num.10.in fi. de Episc.& cler. Et paria sunt
innocentem occidere, & eum qui confugit
ad iustam iuris defensionem, Bald.l.additos
15 col.1. in fi. de Episc.aud. Vnde defensiones
non potest tollere Papa,vel Imperator, Affl.
hic nu.3.4.& 5.nisi reperto in fraganti,Bal.
l.vt vim num.2.de iust.& iure. Et generalis
renunciatio non præiudicat, sicut nec legi-
timas exceptiones tollit,Bal.l.si procurator
col.2.cir.fin.de cond.indeb. etiam quod nõ
dicatur indefensus, qui non tenetur se defen
16 dere,Bal.l vir bonus iud.solui. Parcitur ta-
men se defendenti per fas, & nefas, nam li-
citum est famam, & sanguinem suum cuili-
bet defendere, Bal.l.& si legibus circa med.
C.si contra ius, vel vtil.publ. Vltimo testes
producti per iudicẽ ex mero officio an pro-
bent, Bal.l.presbyteri nu.8.de Episc.& cler.

Et

Et recepti ad simplicem informationem curiæ, an postea in progressu probent, vel in processu, qui sequitur, & iudex si post aper-
17 turam examinat testes ad offensam, an reus possit examinare ad defensam, Bal.l.4.§.fin. col.2.cir.med. ff.de cond.ob turp.cau.

SVMMARIVM.

1 *Calumniantes poscit similitudo supplicij pœna talionis, vel Turpilliani.*

2 *Ex præsentibus prætenta metiuntur.*

3 *Nec, est negatiua, & habet copulam implicitam.*

4 *Accusator propriè dicitur, quando accusando concludit quod accusatus puniatur.*

5 *Iudicium quindecim modis capitur.*

6 *Prius, & posterius dicitur tempore, & ratione.*

7 *Vinculum ex inscriptione, vincula ex delicto oriuntur.*

8 *Inscriptio quid, & eius effectus, eius loco quid, & ex consuetudine multarum regionum non fit, nu.9.*

10 *Pœna talionis est sublata, quia eius metu retrahuntur accusatores.*

11 *Subscribere se ad pœnam talionis, qui, & quando non tenentur.*

12 *Desistere ab accusatione, quando accusator possit, & quando non.*

13 *Impetuosè factum præsumitur quando cito pænitet.*

14 *Validius est quod est, quam quod erit.*

15 *Condemnatur ratione temeritatis non solum totius causæ, sed vnius articuli causa.*

16 *Calumniam prætensam quid excuset.*



1 PRAESENTI LEGE] calumniantes poscit similitudo supplicij, Spec.tit.de accusatore num. 27. in princ. Vnde accusans criminaliter, debet se inscribere ad pœnã talionis.i.ad patiendum illam pœnam, si deficit in probando, quam aduersarius cõuictus pati deberet, Abb. c. tuæ 1.not. de procurat. Pœna verò Turpilliani nõ est similitudo supplicij, sicut pœna talionis, sed pecuniaria cum infamia, idem Abb.c.fin.in princ. post nu.14.de iureiur. Ad istam debet se obligare accusans penes acta, vinculo inscriptionis, alias iudex illum non admittit, & concordat cum iure communi, Affl.hic in princ. & cum c.regni hac edictali, & c. quod nullus, vt latè cum textu, qui sum.vt per Affl. & dicit [PRAE-
2 SENTI LEGE] quia ex præsentibus prætерita metiuntur, Spec.tit.de emphyt.nu.38.circa med. [SANCIMVS] cum pœna, Arch.c.consequens in princ.11.dist. [VT NEC MAGISTER IVSTITIARIVS CVRIAE NOSTRAE] de qua sup. const.Magnæ Curiæ, & in const.
3 Magister Iustitiarius. [NEC] quæ est negatiua, & habet in se inclusam copulam, Affl. sup. const.si damna clandestina nu.72. in fi. & post num.73. [ALII] similes, nam dictio prædicta est repetitiua similium, Casf.consuet.Burg. rub.9.§.17. in fi.princ. [IVSTITIARII REGIONVM] locorum, supra const. locorum Baiuli. [ACCVSATORES] querula-
4 tores, & maxime dicuntur quando accusando dicunt, & concludunt, quod accusatus puniatur, in conf.feuda.diuer.53.post num.49. licet alias eorum appellatione veniant testes, aduocati, & iudex, Azo in sum.num.29. C.de his quib.vt indig. [AVT] pro, & gl. & Bal.l.à te hominem ff.de nouatio. [CRIMINVM DELATORES] denunciatores, l.3. vbi Bald.ff.de edendo. vel curiæ procuratores, qui ad hoc ordinanř per officiales, Gra.hic. [ALITER] alio modo, Nizol.in ver.aliter.
5 [AD IVDICIORVM SVORVM] quæ quindecim modis capiuntur, glo.rub.de iudic. in vj. & in reg. in iudicijs eod. lib.vj. [INGRESSVM ADMITTANT] iurisdictionem denegent, Azo in sum. num.4. in fi. ff.si quis caut. [NISI PRIVS] .i.in primis, glo.1.l.3. quod cum eo importat quid emphaticum, appendix ad D.Th.2.2.q.174.art.4. Prius autem, & po-
6 sterius dicitur dupliciter, tempore, & ratione, Bal.l.si Stichum §.si quis d.tit.de nouat. nec potest esse vtrunque prius quam alterũ, gl.l.fin.in ver.non esse de vulg.& pupill. sed incipiendum est à priori, non à posteriori, Bal.l.2.§.prius eo.tit.de vulg.& pup.porrecto libello, vel verbotenus coram iudice, dummodo redigatur in actis cum accusatoris nomine, accusati, & alijs absque conclusione, l.si quis, & l.in ca usis, vbi Bald. C.de
7 accusat. [VINCVLVM] .i. ligamen, Iõ.And. c.1.nu.2.in princ.de iureiur.in vj. inde vincula oriuntur ex delictis, Bald.l.qui adulterium C. de adulterijs. [INSCRIPTIONIS
8 ACCIPIAT] quæ est de solemnitate, & non potest omitti, not.Bal.l.si quis ad se num.4. C.ad leg.Iul.de vi. sed perseuerantiæ necessitat em inducit, Bal.l.accusationem cir.fin. de his qui accus.non poss. Debet continere nomen producentis libellum, & quod promittit libellum prosequi, in l.pen.post nu.2. C.de

C. de accus. adeo quod fideiussor datus pro prosequenda lite, accusatore non prosequente, tenetur ad quantitatem quã promisit accusator non prosequendo, Bal. l. 2. C. ad Turpill. Eius formam ponit Spec. tit. de accusat.
9 §. 1. nu. 2. qui de consuetudine multarum regionum non fit, idem Spec. tit. eod. de accus. §. post nu. 34. cum add. in ver. hodie. Rationem ponit Affl. hic post num. 1. Vel libelli oblatio est vinculum inscriptionis, sub quo nõ cadit desistentia, vel calumnia, vt Gram. hic. [PROVT] vel secundum, quæ si referuntur ad actum de præterito, vt hic, restringunt, & regulantur secundum formã illius, Dec. cons. 63. col. 3. cir. med. & per totum. [VETERIBVS LEGIBVS] l. si crimen C. de his qui accus. non poss. & inf. const. pœnam calumniæ. [EST INDVCTVM, VT DESISTENTIAE POENAM] de qua inf. const. accusatorum temeritatem. [ATQVE CALVMNIAE] de qua d. const. pœnam calumniæ. [IN CALVMNIANTES, ET DESISTENTES CONSTANTER] fortiter, æqualiter, in perpetuum, Niz. in ver. constanter. [OBSERVENT] & pareant, idem Niz. in ver. obseruo circa med.
10 Videtur tamen, quòd pœna talionis, & vinculum inscriptionis, quod illius loco est subrogatum sit sublatum cum plerique ab accusando recedant, Arno. 14. comm. & sine accusatore nemo damnatur, Abbas c. vnico 2. not. vt eccl. benef. sine dimi. confer. Vnde ista const. est correcta per ritum Mag. Cur. Gramm. hic. in princ. Et pœna talionis erat iure Mosayco, Deuter. c. 19. in fi. Vltra quod,
11 excipiendo non tenebatur se subscribere ad pœnam talionis nisi esset exceptio falsi, Bal. l. fin. cir. princ. C. de fide instr. Nec habebat locum in muliere, quæ sine inscriptione accusabat si suam, vel suorum iniuriam prosequebatur, l. de crimine, vbi Bald. de his qui accus. nõ poss. matre, & hærede, qui propter immẽsum dolorem officium accusandi prosequebantur, l. 2. vbi Bal. C. de calum. Et po-
12 test etiam iure isto ante inscriptionem, vel antequam partes compareãt desistere, in c. reg. ad audientiam nostram, Affl. hic 2. & 3. not. Arno. 15. comm. seu considerantur plura tempora, e licet in Beato, vbi Abbas in princ. & num. 6. de accus. Vnde passus leuem iniuriã, iniuriato adhuc non vocato in bancha, vel antequam veniat dies comparitionis potest iniuriam remittere, secus si posset procedi ex officio, quia pars non posset remittere in præiudicium fisci, inf. const. prius quam, vbi Affl. 1. & 2. notab. de transact. & const. post citationẽ post nu. 1. si lite contest. adest prag. Ferd. I. char. 38. in antiquis, nam
13 præsumitur impetuosè, & non liberè factum cuius actor citò pœnituit, puta intra triduum, Luc. l. quemadmodum præsump. 199. de agri. & censi. Vltra quod semiplena probatio excusat à pœna talionis in causa criminali, Bald. l. in priuatis, d. tit. de iudicijs. Nec venit in ea refectio expensarum, Bald. l. eum quem 2. rep. in princ. de iudicijs.
14 Nota, quòd validius est, quod est, quàm quod erit, quia multi casus accidere possunt quod non erit, Bal. l. septimo mense in 1. rep. de sta. hom. Inde præsens, & præsentialiter, differunt, Abb. d. c. tuæ 2. not. de procurat.
15 Secundo noto, quod sit condemnatio ratione temeritatis non solum respectu totius causæ, sed vnius articuli, & quæ veniant nomine expensarum, Bal. d. l. eum quem 1. rep.
16 Quid autem excuset à prætensa calumnia, Abb. d. c. fin. in princ. nu. 15. de iureiur.

Vt Iustitiarij, & vniuersi officiales, seu ipsorum familia nihil à litigantibus recipiant.

SVMMARIVM.

1 *Inquisiti suum dimittunt vt rediment vexationem.*

2 *Repetit, vt addat.*



DICTVM fuit de inquisitionibus faciendis, & quia inquisiti vt redimant vexationem suum dimittũt, 1 D. Thom. ad Colossen. vlt. col. 2. post princ. ideo Imperator hic prohibet [VT IVSTITIARII, ET VNIVERSI OFFICIALES, SEV IPSORVM FAMILIA] per se, vel eorum familiam, vt quandoque contingit, Affl. infra in textu 4. not. circa med. quæ etiam de prouincia esse prohibetur, supra constit. Iustitiarij per prouincias. [NIHIL A LITIGANTIBVS RECIPIANT] & licet idem supra
2 in const. Capitaneorum, hic addendo repetit, l. librorum in ver. quod si de leg. 3. vt videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Vitia sunt virtutibus finitima, quia mala à bonis sunt orta.*

2 *Iudices multi mali, & apparent boni.*

3 *Iudices dicuntur, quia ius dicunt, etiam quod iniqua decernant.*

4 *Cancellaria archiuus publicus, siue chartophilatium dicitur.*

5 *Nisi, dictio excipit.*
6 *Officiales, largè, & strictè.*
7 *Aliquid, est dictio diminutiua.*
8 *Exculentum quid sit, & quid poculentum.*
9 *Cōuictus dicitur, qui nō potest negare.*
10 *Pecuniæ omnia obediunt, est fideiussor futuræ necessitatis, & qui eam habet, omnia quæ vult habet.*
11 *Equus ab æqualitate dicitur, quia quando quadrigis iungitur, æquales sunt.*
12 *Armorum tres species, ad tegendum, protegendum, & impugnandum.*
13 *Et, dictio solet adijcere aliquid nouū.*
14 *Petere, & recipere, sunt diuersa.*
15 *Datio, & promissio æquiparantur.*
16 *Factum infamat, licet de iure non teneat.*
17 *Ciuem esse, & habere pro ciue, quando est idem, vel diuersum.*
18 *Compositionis verbum pro solutione ponitur.*
19 *Prælatus punitur in quadruplū si grauat subditos in recipiendo exenia.*
20 *Iudex ecclesiasticus pœnam pecuniaria in proprios vsus non conuertet.*
21 *Successor in officio non tenetur sequi factum prædecessoris.*
22 *Pœna recipientis extēditur ad dantē.*

1 
PVD] vitia virtutibus sunt finitima, D. Aug. 4. contra Iulianum c. 3. col. 8. circa med. Vnde omnia mala orta sunt à bonis rebus, glo. rub. ne liceat potent. Olim Iustitiarijs, Iudicibus, & actorum notarijs fuerunt statuta gagia, c. ad hoc volentes, cum sim. de quibus
2 Gram. hic. Et quia multi iudices mali sunt, & fraudulenti, Isern. const. præced. in fi. sunt verè mali, & apparēt boni, vt multos vidisse dicit Bal. l. cum ij §. sed & personarum ff. de transact. & non obseruant ordinem datum, quem non habemus, vel erat difficilis obseruationis, Affl. hic in princ. ideo munera, prǽmia, & alia pro iustitia ministranda, vel peruertenda sunt prohibita, l. vt nullus, la secconda, & l. vt Comites, la seconda, de off. iud. in Longob. etiā sub pœna de qua in tex. qui diiudicitur, & sum. vt per Affl. & dicit [APVD] l. magistratum, l. sed & nepos, & l. emācipati ff. de adopt. l. 1. de off. præf. vig. & exponit in, Luc. l. 1. circa princ. de cohorta. [IVSTITIARIOS REGIONVM] præsides prouinciarum, Frecc. de subfeu. lib. 1. de off. mag. iust. nu. 12. & 14. [ET OMNES ALIOS INFERIORES MAGISTRATVS] nam si maiores cōprehendunt, multo magis minores, l. ne quis ff. de cust. &
3 exhib. reo. [ET IVDICES] qui ius dicunt, etiā quod iniqua decernant, Bal. cons. 334. cir. fi. 2. vol. [DIFFICVLTAS] quæ non facit inutilem præstationem, l. 2. §. ex his in fi. de verb.
4 oblig. [ET ORDO CANCELLARIAE] quæ archiuus publicus, siue chartophilatium, alibi cancellaria appellatur, add. ad Spec. tit. de instr. edit. col. 2. post med. [QVEM SPECIALITER] expressè, Io. And. c. 2. post nu. 1. de reb. eccl. non alie. in vj. [IN MAGNA CVRIA NOSTRA] de qua sup. in const. magnæ. [SERVARE] mediante exeutione, Bal. l. vn. circa princ. de iust. C. confirm. [MANDAVIMVS] mandatidò diximus, Nizolus in ver. mando. [NVLLATENVS] nullo modo, Io. And. c. vni. cir. princ. de excess. præl. in vj. [OBSERVE-
5 TVR, NISI] quæ dictio excipit, gl. c. vnico in ver. nisi, ne sede vac. in vj. [QVOAD HOC, VT NEC] non, l. si is qui tres cir. med. ff. de excu-
6 tut. [IPSI] Iustitiarij. [NEC OFFICIALES] qui largo modo etiam seruientes dicuntur, strictè verò, qui habent iurisdictionem, corā quibus acta fiunt, Iser. quæ sint regal. in ver. ad iustitiam expediendā, post nu. 67. [AVT] et, gl. in c. cum virū in ver. paterna de spons. [FAMILIARES EORVM] ad eorum seruitium deputati, qui mercenarijs æquiparantur, nā
1 pro mercede saltem victus seruiunt, Io. And. c. fin. col. pen. cir. med. de verb. sign. in vj. &
7 facit sup. const. iurisgentium. [ALIQVID] quæ est dictio diminutiua, Cass. cōsue. Burg. rub. 11. §. 6. ibi D. aucune cir. med. [AB IMPETRANTIBVS] deprecantibus, l. 2. C. si contra ius, vel vtil. pub. [SEV] quæ disiungit verba, & cōiungit sensum, Dec. cons. 399. col. 2. circa fin. post nu. 4. vol. 3. [LITIGANTIBVS] qui contritionem magnam dicuntur habere in animo donec lis finiatur, §. audiēt in ver. contritione auth. de indic. vt & in vniuersitatibus, vt in c. reg. itē quod prędicti officiales. [OMNINO] præcisè, Bal. l. si cū exceptione §. quatenus in princ. repet. 1. & §. pedius nu. 1. in fi. quod met. cau. [RECIPIANT] cū effectu, Zab. clem. 1. nu. 19. cir. med. de proc. directè, vel indirectè, c. statutum §. insuper in ver. mera liberalitate de rescriptis in vj. [NEC EXCVLENTVM, NEC POCVLENTVM ETIAM INTRA TRIDVVM CONSVMENDVM] licet aliter de iure communi, l. lex Iulia, in §. apparet, vbi Bar. ad leg. Iuliam repetund. & d. c. statutum §. insuper, & sic secundum
8 Afflict. hic num. 1. declaratur quid sit exculentum, & quid poculentum. [QVOD SI CON-

CONTRA PRAESENTEM CONSTITVTIONEM NOSTRAM] contra eam, vel eam circumueniendo fecerit, quae paria sunt, Afflict. cap. Imperialem 17. not. num. 12. de prohib. feu. alien. per Fred. [ALIQVID RECEPISSE FVERINT DILVCIDA PROBATIONE] supra const. si damna clandestina in princ. [CON-
9 VICTI] adeo quod non possint negari, l. qui sententiam C. de poenis, Isern. supra constit. Iustitiarij non per Kalendas, post medium. [SIQVIDEM] cap. inter dilectos, de fide in-
10 strumen. [PECVNIAM] cui omnia obediunt, & dicitur fideiussor futurae necessitatis, quia habens, omnia quae vult habet, Afflict. §. si quis rusticus, nu. 10. post med. de pace ten.
11 [EQVOS] ab aequalitate dictos, quia quando quadrigis iunguntur, pares aequantur, Lucas l. 3. de spectac. [AVT QVALIBET ANIMALIA] de quibus d. constit. Capita-
12 neorum. [ARMA] quorum triplex species, ad tegendum, protegendum, & impugnandum, D. Thom. ad Ephesios vltimo, ibi. propterea, post princ. & triplex bellum, repercussiuum, mitigatiuum, & sanatiuum, Bald. in addit. post cap. olim ex literis, num. 19. de rescriptis. [VEL HVIVSMODI] caetera eiusdem generis, Nizolus in ver. huiusmodi. [PRETIOSA] vasa magnifica, pretiose cefata, infra constit. magistros mechanicarum artium. [A LITIGANTIBVS, AVT NON LITIGANTIBVS] lite pulsatis, vel non, l. cum clericis de Episc. & cler. l. decernimus de Episc. audien. [VEL IMPETRANTIBVS] rescripta, l. vniuersas, C. de precibus Imp. offeren. [PRAETER] quam, quia praecedit oratio negatiua, ponit illud de quo prius erat dispositum, l. 1. de adimen. lega. [ESCVLENTVM, ET POCVLENTVM, QVOD INFRA DVOS DIES PROXIMOS CONSVMENDVM, SEMEL TANTVM DVM IN LOCVM PERMANSERINT RECEPISSE SVFFICIAT] necesse est, glo. 1. vbi Bald. l. si quis seruo de solutio. & sic à nō litigantibus non possunt consequi nisi esculenta, & poculenta semel tantum, donec in illo loco sunt, Afflict. hic 5. notab.
13 [ET] quae dictio solet adijcere aliquid nouum, Paulus de Cast. cons. 25. nu. 2. cir. medi. 1. vol. [SI A LITIGANTIBVS, AVT] alternatiuè, Abb. c. si diligēti in fi. de foro comp. [IMPETRANTIBVS] literas, c. super literis de rescrip. [ESCVLENTA, ET POCVLENTA, SEV] disiunctiuè, Arch. c. ego in fi. 63. dist. [IOBACTAS] vt d. constit. Capitaneorum. [AVT DONATIONEM] donum, c. verum de cond.
14 apposi. [RECEPISSE] sponte, vnde petere, & recipere, sunt diuersa, Abb. c. quod consultationem, post num. 13. de sent. & re iud.
15 [VEL PROMISSIONES DE EIS ADMISISSE] quia datio, & promissio aequiparantur, Affl. hic 8. not. Isern. cum quo latè dixi c. 1. de nat. succ. feu. [PROBENTVR] à quocunque, cum sit crimen publicum, infra const. corruptele crimen. [SPOLIATI HONORIS CINGVLO] alibi militiae, vel dignitatis cingulo, l. si quis C. de offic. praesi. prouinc. auth. sed hodie de off. diuers. iud. [CVM INFAMIA]
16 ex quo factum infamat, licet de iure non teneat, l. amplissimi in glo. 2. C. de excus. tut. [EORVMQVE QVI IN DONATIONE, VEL PROMISSIONE RECEPERINT, TANQVAM] sicut, c. parochianos de sent. excomm. velut, c. excommunicamus §. qui autem, & §. pen. in fi. de haereticis c. pen. de apostatis, quasi, & tanquam, stant similitudinariè, glo. fin. l. si quis non quasi, de acquiren. haered. Bald. l. si quis instituatur, circa fin. princ. de haered. instit. nam dictio tanquam, est nota improprietatis, & denotat fictionem, vnde aliud
17 est esse ciuem, aliud haberi pro ciue, & si lex disponit aliquem haberi pro tale, non erit talis verè, sed fictè, Ant. de Butr. cum addit. ad eum in c. nuper num. 5. de bigamis, nec verè efficitur talis, quando esse talem plus dependet ab actu naturae, quā à iuris dispositione, idem Ant. c. fin. post num. 2. eod. tit. de bigam. nam non est veritatis expressiua, sed stat impropriè, sicut dictio quasi, Abbas c. solitae nu. 5. de maior. & obed. & c. prout, post nu. 16. de dolo, & contum. licet quandoque ponat veritatem, Ioan. 1. quasi vnigeniti à Patre, & denotat similitudinem, siue, improprietatem, adeo quod si scholares debent tractari tanquam ciues, dicūtur ciues, Abbas cap. ex parte 1. & 2. not. de sponsal. Et quot modis capiatur dictio tanquam, Bald. l. si pater 1. repet. §. qui duos num. 2. de adoptio. [MANIFESTI FVRES] ita mendax precator fit indignus, & aequiparatur furi, Bal. c. super literis num. 15. de rescript. sed non poena furti, sed arbitria punitur, vt in poena falsarij, idem Bal. c. nonnulli nu. 3. in fi. eod. tit. de rescriptis. [QVADRVPLVM] re inclusa, Gramm. hic num. 25. [CVRIAE
18 NOSTRAE COMPONANT] soluant, nam compositionis verbum ponitur pro solutione, Bald. l. aediles, la seconda, in fi. de aedilit. edi. mediante sententia, nam verba futuri temporis non inducunt poenam ipso facto, sed requiritur sententia, Abbas c. quisquis, post nu. 6. de elect. sicut nec matrimonium, idem Abb. c. de illis 2. not. & c. ex parte de sponsal. Et tenetur in quadruplum, sicut
19 praelatus si grauat ecclesiam in recipiendo exenia, vel munera pro procuratione, Abb. c. procurationes num. 6. de cens. facit c. reg. ad hoc volentes, vbi Gra. In poena etiā conuentionali, quando apponuntur nomina multiplicatiua duplum, vel triplum compre-

prehendunt interesse, Baldus l.si pro fure,
20 §.fin. in fi. de cond.furt. Iudex verò ecclesiasticus si recipit pœnam pecuniariam, non debet eam conuertere in proprios vsus, sed in subsidium pauperum, Bal.l.2.in 2.not.de Episc. audientia. intellige quando accipit pro causa criminali, secus si pro ciuili, quia tunc non punitur corporaliter, Grammaticus hic.

Sed videtur, quod sit licitum accipere esculentum, & poculentum salarium, & trigesimam, infra const.cum circa de ord.iud. Vnde ad hoc declarandum septem iura emanauerunt, Gra. hic.

21 Et nota, quòd successor non debet sequi factum prædecessoris, quod est contra illos, qui nolunt infringere sententias prædecessoris, Bal.l.iure nostro in princ. de testa.tutela, nam quod ad defensionis substantiam est inuentum, non debet ad depressionis dispendium retorqueri, c.pen.de pœnis.

Item nota, quod sicut quidam titulo decorantur, c.per venerabilem, qui filij sint leg. ita per delictum honoris cingulo spoliatur, vt hic, & habetur tanquam fures, quod verbum licet sit fictitium, quando profertur ab habente potestatem, paria sunt sicut esse legitimos, & haberi pro legitimis, Abb.c.tanta num.4. qui filij sint leg.

22 Vltimo nota, quòd pœna recipientis extenditur ad dantem, & licet hic non dicatur, fuit determinatum in d. const. Capitaneorum, adeo quod pœna contra recipientē per barattariam, extenditur ad dantem, Bal.l.1.cir.med.& l.3.ff.de calumnia.

Vt Iustitiarij habeant certos aduocatos.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocati, qui & rogati dicuntur, indistinctè accipiunt, post num.2.*
2 *Vt, causatiuè.*



1 Via in tit.præcedenti fuit prohibitum dari iudicibus, & aduocati indistinctè recipiunt, Zabarella clem.2.nu.18. circa med. de magistris, ne per interpositas personas ipsorum, sicut & vxorum, & officiales aliquid capiant, Afflictus tit.præcedenti 4.not.cir-
2 ca med. statuit [Vt] quæ stat causatiuè, Io. And. c. accusatus in princ. de hæreticis in vj. [Iustitiarii Habeant Certos Advocatos] qui togati à toga qua vtebantur dicuntur, Arch.c.nemo de pœniten. distinctione 1.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatorum officium necessarium.*
2 *Designare, ostendere dicitur.*
3 *Aduocati, defensores dicuntur.*
4 *Curia vnde, & quis dicatur habere.*
5 *Iurisdictio cohæret territorio, idest vniuersitati consistenti in territorio.*
6 *Supernumerarij dicuntur, qui sunt plusquàm futuri sunt.*
7 *Multitudo vbi est, præsumitur aliquis bonus.*
8 *Territorij limitatio non limitat potestatem priuati, sed iudicis.*
9 *Postulare prohibitus apud iudicem, non est prohibitus postulare apud legatum.*



1 Iustitiarios] aduocatorum officium non est tam vtile, quàm necessarium, infra constit. aduocatorum, quia quæ iuris sunt, non possunt sine eis expediri, Zab. clem. vnica in ver.nonnulli num.1. in fine de excess. prælat. propterea vt sint iustitiæ satellites, & iudiciorum optimi athletæ, §.discipuli, in fine in proœm. ff. In præsidentia Comitum eliguntur non habentes malam famam, sed tales quales lex iubet eligere, l.1.de aduocatis, & vicedominis in Longob. seruabunt quæ dicuntur, in l. quis cum ibi not. per Baldum C. de postula. Insuper, quia multitudo numerosa nihil habet honestum, authent. de referendarijs, post medium, in curia Iustitiarij certi designantur aduocati, vt in textu qui summatur vt per Afflictum, & dicit [Iustitiarios Regionum] idest prouinciarum, Afflict. hic in princ. [Certis, Et Designatis] proprio nomine, Io.And.c.2.post nu.3.de verb.
2 signif. ostensis, nam designare, ostendere dicitur, l.3.in ver. designare ff.ad exhiben. Inde Lucas 10.Designauit Dominus & alios
3 septuaginta duos.[Advocatis] qui defensores dicuntur, Abb.c.venerabilem num.8. & 20.cir.fin.de elect. [In Curia Sua] & sic non solum Rex, sed quilibet habens iurisdictionem,

ctionem, propter quam administrat iusti-
4 tiam, dicitur habere curiam, qui à cura dicitur, Affl. sup. côst. statuimus in gl. 2. nu. 55. de off. Mag. Iust. [VOLVMVS] quod est noui iuris promulgatiuû, add. ad Aluar. in marg. §. Episcopos de pace iuram. firma. [ESSE CONTENTOS] satis esse putent, Nizolus in ver. contentus. [SED] quia, Arch. c. si quis per ignorantiam 4. q. 1. [OMNIBVS, QVI IN IVRISDICTIONE SVA] sibi decreta prouincia, supra const. Iustitiarij per prouincias,
5 quia iurisdictio cohæret territorio. i. vniuersitati consistenti in territorio, Pau. de Castr. côs. 84. nu. 2. 1. vol. [ADVOCATIONIS OFFICIVM] præcedête approbatione, vt d. consti aduocatorum. [A CVRIA NOSTRA RECEPERINT] publica auctoritate à collegio aduocatorû, Affl. hic cir. fin. [CORAM] l. diem §. coram ff. de arbit. [SE POSTVLARE PERMITTATVR] ex necessitate, non ex voluntate, l. 1. in ver. voluntaria de fundis dotal. alij qui sunt plusquàm futuri, supernumerarij dicuntur, D. Aug. psal. 146. col. 8.

Videtur tamen, quòd omnes admitti de-
7 beant ad aduocandum, nam vbi est multitudo, præsumitur aliquis bonus, gl. fin. l. 1. ff. de testib. adeo quod multitudo non semper est arguenda, Luc. l. comperimus post princ. de prox. sacro. scrin. Vnde secundum Gram. hic textus iste intelligitur in quæstionibus curię non priuatorum.

8 Nota, quòd limitatio territorij non limitat potestatem priuati, secus in iudice, Bal. l. non solum §. 1. de excus. tut. Vnde infertur,
9 quòd prohibitus postulare apud iudicem, non est prohibitus apud eius legatum, Dec. cons. 501. post nu. 4. Et prohibitus postulare apud præsidem, poterit apud legatum, & procuratorem Cæsaris: & prohibitus morari in vrbe, poterit in pomerio, vel villis vrbi subiectis, non econtra, Io. And. c. felicis post num. 7. de pœnis in vj.

SVMMARIVM.

1 *Præsidatus Italiæ sunt diuisi, & præsides gentium, prouinciarum, ac ciuitatum diuersi.*
2 *Præsides moderatores dicuntur, est nomen generale, & non habent iurisdictionem extra prouinciam.*
3 *Prouinciæ ex quibus constituantur, & multas habent ciuitates.*
4 *Feuda plana, & de tabula, quæ sint.*
5 *Princeps vbi apponit manus, nullus potest se intromittere.*
6 *Iudex quandoque cognoscit, & non diffinit, nec venit diffinitio nisi exprimatur, num. 8. post princ.*
8 calculus pro computatione ponitur,gl.pen. l.furti ff.de his qui not.infa. exclusiuè, sicut in cõmissione Proconsulis,Bal.l.solet 1.rep. in princ.ff.de offic.proconf. [PERDVCANT] adeo quod cōmissa causa,non venit decisio, nisi exprimatur, Ant.de Butr.c.fin.3.not.de off.Arch. Commisso examine, non videtur commissa, sed reseruata diffinitio, Abb.c.2. in 2.not.de calumn. [DEINDE] quæ dictio denotat interuallū, glo.l.illud in ver.deinde ad leg.Aquil. [CAVSAS INSTRVCTAS] instructo, vel fabricato processu, Gramm.hic nu.1.circa fin. [DATO PARTI PETITORIS PEREMPTORIO TERMINO] præfigendo terminum,sup.const.statuimus, post med. & in fine. [AD NOSTRAM CVRIAM TRANSMISSVRI] vnà cum literis,vt d.const.statuimus, & ista vti forma debet diligenter seruari, Spec. tit. de iudice deleg. §.sequitur, lo secondo, in princ.

Videtur tamen, quod eadem debet esse causa agens, finisque principij, Ant.de But. c.cum in distribuendis, cir.princ. de temp. ord. Vnde delegata causa, videtur delegata executio, quando delegari potest, vt commissio sit perfecta,non semiperfecta, Baldus l.metum 3.rep. post princ. ff.quod met.cau. & licet non sit specificè iniunctum, videtur venire si est de connexis negocio principali, Abb. c.ad præsentiam in fi.de appell.
9 Dic,quod cognoscere,& diffinire sunt diuersa, Abb.c.cum super nu.13.circa med.de can.poss.& propriet. Vnde delegatus potest cognoscere causam criminalem Episcopi, sed non diffinire si venit deponendus, Abb. c.1.nu.5.cir.med.de off.leg. Potest cognosci per concilium prouinciale, diffinitio autem reseruatur Papæ,idem Abb.in c.3.post nu.5. de sent. & re iud. Institutio licet spectet ad prælatum inferiorem, destitutio non, Abb. in

in c.fin.post nu.4. de statu mon. Solus Episcopus potest conferre Ordines, sed nō solus auferre, Abb.in c.3.nu.10.cir.med.de sent.
10 & re iud. Nec procedit regula, eius est soluere, cuius est ligare, Abb.in c.2.post num.3. & 4.de translat.præl.adeo quod iudex deputatus super causa principali, si in diffinitione nihil dixit de accessorio, non potest amplius se in illa re sine commissione intromittere, Abb.in c.3.nu.8. de donat.inter vir.& vxor. An possit exequi, Bal.in l.iubere cauere, in 1.repet.in fi.2.& 3.de iurisd.omn.iud.
11 cum delegatus ex simplici commissione recipiat iurisdictionem, Abb.in cap.de causis nu.3.de off.deleg. Et si est commissa decisio, censetur commissa & causæ cognitio, Abb. in c.pen.1.not.de iudicijs, in c.cum ad sedē 3.not. de rest.spol. Bal.in l.qui procuratorē 2.rep.col.1. cir.med. ff.de procurat. alias si
12 committitur aliquid de medijs causæ, dicitur auditor, Speculat.in tit.de iudice deleg. §.delegatus in fi.& in tit.de auditore,& seq. de ordinario iudice. virtute reseruationis appellatur ad delegantem, Abb. in c. super quæstionum §.porro, post nu.3.de off.deleg. Spec.in tit.de appell. §.2.nu.34. circa med. Vnde si aliquis articulus committitur, videtur per consequens commissum quod partes ad priorem remittat iudicem, idē Spec.
13 in tit.de remissio.§.4.nu.2. Et pluribus articulis commissis, potest iudex prius vnum expedire, & postea alium, nam non est de substantia vt omnes simul expediat, Abbas in c.1.nu.5.de sequest.poss. & fruct. & vnus fert sentētiam, & alibi mandatur executioni, gl.fin.& ibi Bal.in l.argentarium ff.de iudicijs, licet inspiciatur tempus sententiæ, nō executionis, idē Bal.in l.si quis §.1.in princ. ff.de iniusto, rup.& irri.testam.si non cognitio, sed executio mandatur, l.4. C.si contra ius, vel vtil.publ. Quæ possint demandari, Spec.in tit.de iurisd.omn.iud. nu.21. & 22. In ista materia examinandi,& referendi, nō amouendi, vel puniendi habet potestatem, l.2. C.de off.præf.Aug. Nec reseruata supe-
14 riori, inferior attentare potest, Bal.in l.dies cautioni §.duas nu.1. de dam.infe. Modica
15 autem coercio cōmissa intelligitur eoipso quod causa demandatur, Spec.in d. tit. de iurisd.omn.iud.nu.33. Et potest etiam quod nihil fuerit dictum, præfigere partibus terminum infra quem compareant coram superiore, Abb.in c.cū Bertoldus, post nu.15. de sent.& re iud. Et index certi articuli, vt se informet, & referat, an possint citare partes vt compareāt coram iudice ad quē, Abb.in c.fin.post nu.7.& 8. de accus. Audi-
16 tor cognoscit de causa,& potest sententiare si habet in mandatis, Ant.de Butr.in c.veniens nu.4.post princ.de renunc. Et delegās an possit reseruare cōsilium suum, vel tertij in pronuncian do, & quid in arbitro, Abb.in c.3.in 3.not.nu.7.& 8.de off.deleg. Delega-
17 tio in dubio tribuit iurisdictionem etiam ignoranti, Bal.in l.cum furiosus ff.de iudic. Et si committitur causa Canonico, qui post datā literarum desinit esse talis, an teneat, Abb.in c.quoniam nu.8.cir.fin.& 10. de off. deleg. Quando venit cognitio, vel decisio,& is cui est commissa si cœpit vti, non potest reuocari, Spec. in tit.de iudice deleg. §.sequitur, lo secondo, nu.13.& 14. Et quamuis
18 sui delegati reuocare possit iurisdictionem, tamen totus processus ante reuocationem ratus est, quæ verò postea fiunt non valent, idem Spec.in tit.de remiss. §.2.num.2.& 3.
19 §.3.nu.1. Acquiritur autē possessio generalis iurisdictionis per exercitiū vnius actus, Spec.præd.in d.tit.de iurisd.omn.iud.nu.35. Et si committitur Capitaneo, & prioribus, an valeat tantum vox Capitanei quantum priorum, Bal.in l.interdum de hæred.instit.
20 cum iudex debeat fungi officio insolidum, & nō pro parte, Bal.in l.nec quicquam §.vbi decretum col.3.cir.princ. de off.proconf. & leg. Verum supra suam iurisdictionem nemo debet arbitrium vsurpare, nec extra territorium suæ iurisdictionis, Bal.in l.1.§.si quando de mag.conue. Quomodo finitur, & suspenditur iurisdictio delegati, Spec.in tit.de iudice deleg.§.restat in princ. Vltimo ciui-
21 tas metropolitana dicitur caput prouinciæ, Bal.in l.si in aliquam in 1.repet. de off.proconf. & leg.

SVMMARIVM.

1 *Rex, vel alius superior non cognoscit eum alij est demādata iurisdictio.*

2 *Dominus feudi habet iurisdictionem ordinariam in vassallos.*

3 *Iustitiarij Præsides dicuntur, & habēt merum, & mixtum imperium.*

4 *De cætero, ostendit quod non extenditur ad præterita.*

5 *Compellere, intelligitur directè, vel indirectè, realiter, vel personaliter.*

6 *Continuè, dicitur etiam quod sit cum aliquo interuallo.*

7 *Cum, pro quia, & est reditiua causa.*

8 *Exercitium, promptitudinem dicit.*

9 *Debet, ex proprio significatu importat necessitatem, quandoque exponitur, potest.*

10 *Impe-*



DICTVM fuit de officio Iustitiariorum, & Baiuli, quorũ officia ne cõfundantur, prohibuit Baiulos cũ Iustitiarijs assistere, & quia ad Iustitiarios pertinet cognitio causarum criminalium, vt in constit. Iustitiarij nomen, & nor-
1 mam. à quibus receditur per gratiam, vel transactionem, nisi sit actio famosa, quia tũc non licet sine iudicis auctoritate, glo. pen. in cap. 1. de collu. deteg. Ideo sequitur iste tit.
2 [De Transactionibvs] & dicitur transactio, quasi actionis transitio, quia is qui transigit transit, Abb. in rub. de transact. & est de re dubia, & lite incerta, non gratuita pactio, sed aliquo dato, vel retento, Spec. in tit. de pactis in princ. quæ quando permittitur, & quando non, dicetur cum textu.

S V M M A R I V M.

1 *Quæstio nulla est bona, præsertim respectu eius, qui conuenitur.*
2 *Dari permittitur ne inquietetur.*
3 *Vexatio non redimitur, sed emitur absolutio.*
4 *Partes actor, & reus dicuntur.*
5 *Conuentio idem est, quod pactum.*
6 *Præterquam, de sui natura excludit.*
7 *Atrocitas facti grauiorem pœnam expectat.*
8 *Transigere licet, in aliquibus non.*
9 *Quæ requiruntur vt fiat transactio, & quare licitum sit aliquid dare.*
10 *Dantis non, sed recipientis est turpitudo, & is qui dat, potest repetere.*
11 *Transactio super fraude valet, dummodo in ea non contineatur fraus.*
12 *Transactio super furto, & causa criminali valet.*
13 *Transigens super iniurijs, & similibus, non auditur amplius.*
14 *Transigens quoad delictum non habetur pro confesso, sed quoad infamiam sic.*
15 *Citatus si comparuit videtur se præsentasse ad actum pro quo fuit citatus.*
16 *Atrocius reputatur quod in plures committitur.*
17 *Verbis generalibus licitum est vti ad complacentiam eius de cuius vexatione tenetur.*



1 POSTQVAM] nulla quæstio est bona, præsertim respectu eius qui conuenitur, Bald. in l. optimam col. 1. in fi. de contra. & commi. stipula. ideo ne
2 inquietetur, permittitur aliquid dari ad redimendam vexationem, Abb. in c. fin. post nu. 52. de renunc. in c. cum pridem nu. 9. ante, & post, de pactis in c. cũ ab omni, post num. 7. de vita, & honest. cler. latè in c. Matthæus, & seq. nu. 4. & 6. & c. dilectus filius de simon. quia interest litibus, & sumptibus non vexari, l. minoribus ff. de minor. & licet ille licitè det, alter illicitè accipit, vt de meretrice, & alijs, Isern. cum quo latè dixi in §. turpiter luserit, quib. mo-
3 dis feu. amitt. lo primo. Et non redimitur vexatio, sed emitur absolutio, Host. in d. tit. de simon. in ver. lingua cir. fi. Et permittitur redimere sanguinem suum transigendo, non calumniando, gl. 2. in l. 1. C. de iureiur. Verũ transactio fieri debet post citationem emissam lite nondum contestata, vt inf. in const. post citationem emissam, & pro leuibus iniurijs, nõ enormibus, vt hic in tex. qui summatur vt per Afflict. & dicit [POSTQVAM] postea quam, Nizolus in ver. postea quam.
4 [CITATAE PARTES] actor, & reus, vt infra in const. hostici. [CORAM IVSTITIARIO] qui eos citauit [COMPAREANT] conspectui illius se præsentando, inf. in const. clementiæ. [LICEAT] licitum sit, gl. fin. in l. testamento ff. de hæred. inst. [IPSIS LEGITIMAS CONVENTIONES] vel pactiones, quatenus respiciunt rem familiarem, non publicam læsionem, l. iurisgentium §. si paciscar ff. de pact.
5 & conuentio idem est quod pactum, Abb. in c. 2. in 1. not. de pactis, seu differunt, idẽ Abb. in c. fin. vlt. not. eo. tit. de pact. [ET TRANSACTIONES] & remissiones nõ gratuitas, Bal. in l. si vnus §. illud nu. 2. in fi. d. tit. de pactis. pacta, & compositiones, idẽ Bal. in l. 1. nu. 2. in fi. quando, & quibus quarta pars debea. [INIRE] iuxta illud, Ini consilium, coge
6 consilium, Esa. 16. [PRAETERQVAM] quæ de sui natura excludit, Inn. in c. dudũ, la seconda, in fi. num. 19. de elect. [IN ENORMIBVS INIVRIIS] in quibus esset procedendum ad membri mutilationẽ, vel sanguinis effusionem, c. cum illorum, & c. canonica de sent. excomm. seu in se habent membri mutilationem, Ant. de But. in c. pen. 2. not. de corp. vit. [EX QVIBVS] iniurijs [ILLAS TANTVM REPVTARI] cogitari, Nizol. in ver. reputo. [CENSEMVS ENORMES] & intolerabiles, c. peruenit, lo secondo, de test. cog. enormitatem delicti inducentes, Abb. in c. at si clerici, post nu. 34. de iudic. [QVAE PER IVRA
COM-

COMMVNIA DESIGNANTVR] ostenduntur, glo. in l.3.in verbo designare ff.ad exhiben. [ATROCES] §.atrox inst.de iniurijs,nã tunc
7 atrocitas facti grauiorem pœnã expectat, c.quoniã in fi.de vita,& honest.cler.& tollit priuilegium, Abb.in c.fin. num.11. de foro comp. Ex quibus autem dicantur atroces, c.fin.& ibi gl.de donat.l.3.ff.de ferijs, Bald. in l.auxilium in fi.ff.de mino.

Sed videtur, quod non possit transigi, & sic facinus sine digna vltione transire,c.1.de calumn. Immo tanquam colludens cum reo debet puniri,c.fin.§.præuaricatorem 2.q.1.
8 Dic,quod in aliquibus licet transigere,& in aliquibus non,latè Inn.in cap.1.de collu.deteg. Qui enim transigit, soli liti cedit, & renunciare videtur,Bald.in l.pen.post nu.2. de vsucap. pro empt. Et est licitum de iure cõmuni,& municipali pecuniam dare causa redimendæ vexationis etiam in criminalibus,Bal.in l.2.in fi.C.de abolitio.& crimine falsi,not.idem Bal.in l.2.de his quibus vt indig. nam qui se redimit à potentiore,non videtur facere ob malam cõscientiam, Bal. præd.in l.non danda C. ex quib.cau.infam. irrog. licet debeat esse gratis,& amicabiliter,c.super eo.eodem tit.de transact. Potest inferri ad compositiones, quæ,quando, & à quibus fieri possit, in c.reg.exercere volentes,vbi Io.Ant.de Nig.adsunt pragmat.Caroli V. 1.& 2. sub rub.de compo. & comm. pœn. Et ad diminuendam pœnam pax prodest, Alfa.in rub.post nu.34.ff.si cer.pet.
9 Nota, quòd in transactione requiruntur duo, Bal.in l.quoniam post nu.5. de his, qui not.infa. & tunc licet aliquid dare, & redimere vexationem quomodocunque potest, Bald.in l.fin.num.7.in fi. de iure fisci lib.10. iuxta illud Apost. ad Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniã dies mali sunt, Abb.in c.2. post nu.4.de præscrip. vt liberet se à magno incõmodo,l.& in contraria ff.de vsur. adeo quod etiam in spiritualibus non est simonia si quis redimit vexationem, Bald.in l.cum ij 3.rep.col.2.cir.fi.ff.de transact.& in l.si mulier 1.rep.quod met.cau.sed vt dicatur redemisse vexationẽ,duo tenetur probare,Bal.in l.serui C.de adulter.& licet transigere,in l.si
10 veritas nu.8.in fi.de fideic.nec est turpitudo quoad dantem, idẽ Bal.in l.hæc actio cir.fi. ff.de calum. posset tamẽ repetere, Abb.in d. c.dilectus, & c.audiuimus d.tit.de simonia. A transactione autem prædicta excipiuntur crimina capitalia, l.transigere C.de transa. nam casus enormes semper censent excepti, Abb.in c.2.nu.5.de sent.excom. vnde crimẽ incestus etiam trãsactione finitum punitur, §.& hoc auth.de incest.nupt. & in adulterio nõ est permissa transactio, propter criminis immanitatem, Aug.de malef.in ver. che hai adulterato la mia donna,in princ. Potest tamen haberi pax, vt remittatur rancor inter maritum,& adulterum, Bar.in cons.175. vel transigi, si est attentatũ, non consumatum, Bal.in cons.27.& 30.4.vol. Et si redemit peccatum pro quo non potest transigi, punitur
11 vterque,l. serui C.de adulte. Et valet transactio super fraude,dummodo in ea non contineatur fraus,Bal.in cons.125.nu.2.1.vol. nã pacta sunt seruanda, nisi interueniat dolus, idẽ Bal. in l.iurisgẽtium §.prætor ff.de pact. Et si fit per pecuniã in causa famosa,irrogat infamiam, secus si per pactum gratuitum, l.non damnatos, C.ex quib.cau.infa.irrog. Et valet aliquo dato,vel recepto etiam postquam ventum est ad iudicem, si sunt crimina,quæ non inferunt pœnã sanguinis,Gram.
12 hic. Quid in furto,Cass.in cõsue.Burg.rub.1. §.5.ibi,sil ne agrace,nu.128.& causa criminali,Alex.in cons.82.nu.7.1.vol.c.fin.in ver. in omnibus 2.q.3.Et valet quãdo imponitur pœna sanguinis quantũ ad accusatum, maximè si est innocens,l.1.§.sed & constitutio in
13 ver.litẽ cir.fin.ff.de calum. Et transigens super iniurijs, & similibus non audit amplius, Abb.in c.veniens nu.25.de accus. Et repellit accusator si transigit,vel pactus est de crimine priuato,Spec.in tit.de accusatore nu.14. nec habetur pro cõfesso,vt possit ab alio accusari,l.si quis homicidij in gl.3.C.de accus.
14 sed quoad infamiã transactio habetur loco confessionis,Bal.in l.athletas §.fin.& l.quoniam, vbi Bal.nu.2.& 3. de his,qui not.infa. Absolutionẽ autem pro enormi iniuria semper sibi Papa reseruat, Abb.in pen.nu.3.cir. med.de off.leg. nec dolus futurus remitti potest,Bal.in l.si vnus §.illud in prin.ff.de pact. alia vide supra in const.præsenti in fine.
15 Secundo nota,quod eo ipso quod citatus comparuit, videtur se præsentasse ad actũ illum ad quẽ fuit citatus,Bal.in l.2.de cond.& demonst.licet lites fingi potuerunt,l.cum ij §. transactiones ff.eo.de transa.pro extorquenda pecunia, c.sicut tuis de simonia. Vltimo
16 atrocius reputatur, quod in plures cõmittitur,Bal.in d.l.athletas 1.rep.in princ.de his
17 qui not.infa. Et licitum est ad redimendam vexationem vti verbis generalibus ad complacentiam illius de cuius vexatione timetur,Abb.in c.pen.post nu.6.de instit.

Ne filius pro patre, vel econtra, vel frater pro fratre conueniatur.

S V M M A R I V M.

1 Transactio est genus, & continet omnem modum quo receditur a lite.

2 *Vnus*

2 *Vnus potest pro alio soluere.*
3 *Ne, idest an.*
4 *Filius non conuenitur pro patre, sed fallit multis modis.*
5 *Vel, saltem.*



1 ONTINVATVR vt per Affl. vel dictum fuit de transactionibus in genere, quæ cõtinent omnem modum per quam receditur à lite, l. 2. ff. de iureiur. Abb. c. Quintauallis nu. 8. post med. eo. tit. de iureiur. Nunc ponitur species recedendi per solutionem, quæ si fit coram iudice, parit plenissimam securitatem, l. iusiurandum §. 1. in ver. debet, eod. tit. de iureiuran.
2 Et quia potest vnus pro alio soluere, & liberat etiam inuitum, Bal. l. 1. §. hæc actio ff. de exercito. hic ad tollendam difficultatẽ, quæritur [NE]. i. an, gl. l. 1. ff. quib. mod. vsusfr.
3 amitt. in l. fin. ff. de seruit. rust. præd. & l. 2.
4 com. præd. [FILIVS PRO PATRE] & regula est, quod non, fallit tamen duodecim modis, Affl. sup. const. Pateranorum num. 33. [VEL ECONTRA]. i. econtrario, inf. const. si dominus vassallum, nam pater non portabit iniquitatem filij, nec filius iniquitatem patris, Ezechiel 14. glo. fin. l. filium ff. de Senator.
5 [VEL] saltem, gl. l. 2. in ver. vel, de hæreticis. [FRATER PRO FRATRE CONVENIATVR] & deciditur prout in textu.

SVMMARIVM.

1 *Patres filijs, & filij parentibus ad quæ tenentur.*
2 *Patres quot modis, & eorum, ac filiorum nomen quid sonet.*
3 *Filiorum appellatione veniunt legitimi, & naturales.*
4 *Filius etiam ante natus punitur, & quandoque non crimine læsæ Maiestatis.*
5 *Coniuges à iugo, quod imponitur ne separentur, dicuntur.*
6 *Dos, & dotalitia æquiparantur, cum sint correlatiua.*
7 *Dispendium, damnum, & propriè est circa res.*
8 *Forte, non dubitatiuè, sed assertiuè ponitur.*
9 *Exilium quotuplex, & quid sit exulare.*
10 *Alimonia quid continent.*
11 *Excellentia insinuat virtutem qua alios præeminet.*
12 *Patris appellatione venit mater, & auus, sicut nepos appellatione filij.*
13 *Filij viuis parentibus dicuntur habere spem succedendi.*
14 *Soluens pro alio, illum repræsentat.*
15 *Soluit nemo libenter pro alio.*
16 *Filiusfamilias dicitur non soluendo, & inhabilis ad conueniendum viuo patre.*
17 *Pater, dominus, & Abbas tenentur subire iudicium pro filio, seruo, & monacho.*
18 *Filius pretio numerario æstimari non potest.*
19 *Filius, seruus, & monachus habent legitimam personam se defendendi in criminalibus.*
20 *Filij est fauor gubernari à patre.*
21 *Pater pro filio, & econtra non tenetur, nisi in certis casibus.*
22 *Colonus an conueniatur pro debito rei, vel domini.*
23 *Statutum si obligat filios pro patribus decoctis, an sit odiosum.*
24 *Statutum quod pater teneatur pro filio mercatore decocto, quomodo intelligitur.*
25 *Animalia natura docuit pro conseruatione suæ speciei.*
26 *Deus honorauit patrem in filijs, & filij quare teneantur pro patribus.*
27 *Pater etiam vigore statuti non tenetur in vita ipsius soluere condemnationem pro filio etiam ex peculio, & bonis maternis.*
28 *Pater si soluit pro filio ex causa delicti, studij, vel dotis, an imputetur.*
29 *Filia non cogitur erogare dotem pro liberando patre à carceribus.*
30 *Exsolui dicitur dies, & lex, quando sine fructu labitur, vel abrogatur.*
31 *Pater negociationi filij consentit eo ipso quod accipit lucrum.*
32 *Lex magis fauet obligatis ex necessitate, quam ex voluntate.*
33 *Patria potestas non curatur in publicis officijs.*

PATRES]

1 ATRES] natura indicit reuerentiam filijs ad parentes, & parentibus filios prouidendi, D.Th. 3.par. de Sacram. q.85. alias 54.art.3.circa fin. Clementia quædam ad filios apparet in pelicano, addit.ad eundem 1.2.q.24.art.4. ibi tertium de maiori. vnde tresdecim sunt onera, quæ tenetur pater subire pro filio, Io.And. ad Spec.in rub. in princ.qui filij sint leg. Indiget enim filij cura parentum vsque ad magnum tempus, & ab eis tria habent, esse, nutrimentum,& disciplinā, idem D.Th.d.3.par.q.72. alias 41. art.1.Sunt eorum fideiussores, Bal.l.peculiū, la secunda,in princ.ff.de peculio. & tenetur quasi contractu illaturi de peculio, Bald.l.si filiusfamilias ff.de neg.gest.Et naturalis stimulus hortatur, & vrget ad cogitandū pro liberis, idem Bald. auth.quod fine de testa. Nō debent tamen pro eis carcerari, & econtra,sicut nec frater pro fratre,& coniunctus pro coniuncto,infra const.humanitate in fi. tenetur tamen filius pro patre,& molta peccat in violanda vita patris,violatur enim is qui aluit,qui erudiuit,qui in sede,ac domo, atque in rempublicā collocauit, D.Th.1.2. q.73.art.7.Pater verò si vult potest pro filio soluere, & ipsum liberare in casibus de quibus in tex.qui diuiditur, & sum.vt per Affl. & dicit [PATRES] quos oportet pecunias quærere,& passis tueri, ornari præsentibus, & frui, sciat dare bonum exemplum, Arist. 1.Oeconomicorum 6.Et quatuor modis dicūtur,D.Aug.lib.de duodecim abusionibus, col.3. vel tribus, per generationem, prælationem, & nutritionem, Bal.l.parētes nu.2. in fi. C.de testib. Patrem per generationem nemo sibi assignat,sed natura,idem Bal.l.parentes delibera. Causa horum nomen sonat in auctoritate,filiorum in affectione,Innoc. c.cum cappella cir.med.de priuil.& excess. priuileg. adeo quod inter eos est nexus diuinus, Bal.l.pen.in princ.col.2.circa princ. C.de adoptio. [PRO FILIIS] nomine filiorum,inf.const.nullus campio. legitimorum,

3 & naturalium,nam patris,fratris,& filij nomen si profertur à statuto,intelligitur de legitimo,& naturali, Bald.l.ius ciuile nu.4.de iust.& iure. [ET ECONTRA] per contrariū, l.Iulianus §. si venditor, & §. si procurator de act.empt.l.1.§.1. de tutelis, filij pro parentibus. [PRAETERQVAM] excipit, Gram. hic in princ. [IN CRIMINE LAESAE MAIESTATIS]nam tunc punitur filius pro patre,

4 l.quisquis ad leg.Iul.Maiest.etiā natus ante rebellionem, Affl.§.hoc quoque nu.2.de success.feu.Transeunt namque peccata parentis in filium quantum ad pœnam corporalem,vel temporalem,quia secundum corpus est aliquid patris, tunc punitur quædā portio patris, Nicolaus de Nysse tract.3.par.2. por.3.q.5.Et infamia progenitorum transit ad posteros,Bald.c.venerabilem num.11.de elect. Vnde filius amittit feudum,Bald.l.fin. de decurio.lib.10. Licet quandoque punitur pater, & non filius, puta si pater congregat gentem contra Vicarium Principis , nam etiam quod committat crimē læsæ Maiestatis ac si esset in persona Principis , sed non quoad filios, Ang.in tract.malef.in ver.che hai tradito , char.400.col.2.cir.med. secus si verè essent congregati contra Principem, vt ibi, & Cap.decis.130.post num.20. Alex. cons.13. post nu.7. vol.6. Idem si delinquit contra ciuitatem,nisi sit Romana,quia non committitur crimen læsæ Maiestatis , Bald. cons.58.& seq.1.vol.Nec filius priuatur bonis, Affl.quæ sint reg.in ver.& bona committentium crimen, num.45. [FRATRES PRO FRATRIBVS]nisi ex forma statuti,vt est Mediolani, quia si frater sciuit, & non obstitit, tenetur,secus si absuit,vel non essent amici, Dec.cons.64.1.vol. [AVT PRO CONIVGIBVS CONIVGES] inf.const.pœna carere, dicūtur

5 autem coniuges propter iugum quod imponitur matrimonio ex futura concordia ne separentur, Lucas l.fin.col.2.post princ. de princ.agent.in rebus.Et non tenentur adeo quod viro existente rebelle, vxor nō amittit dotem, nec donationem propter nuptias , d.l.quisquis §. vxores . Et sic maritus non tenetur pro vxore,& ecōtra, nisi mulier tutrix nupserit non reddita ratione,quia tunc maritus tenetur:ideo caueat cōtrahens matrimonium cū vidua,vt procuret quod prius reddat rationem, Cass.consuet.Burg.rub.4. §.10.ibi,de trus debtes,vel statutum ita disponeret, idem Cass. vbi sup. §.1.in fi. [IN DOTIBVS, AVT DOTALITIIS SVIS]dotarijs

6 suis,quæ æquiparantur, & à pari procedunt cū dote,& donatione propter nuptias, Iser. §.donare,post nu.13. qualiter olim poterat feu.alie. vel quarta quæ constituitur mulieribus,Gram.hic,largitatibus sponsalitiorū, & donationibus propter nuptias, l.cū alijs, vbi glo.& Bal. col.2.cir.med.de secun.nup. quæ cum dotibus sunt correlatiua, nā vnum sequitur aliud,idem Bal.l.quoniam nouella nu.5.cir.med. C.de inoff.testam. [DISPENDIVM],i.damnum,Lucas l.vn.ne quid oneri

7 publ.impon. & propriè est circa bona, non circa personas,Gram.hic cir.med. [MINIME PATIANTVR , NISI] quæ est exceptiua præcedentium, Abbas c.quia propter §.nisi nu.1. in fi.de elect. c.cum à nobis, in princ.

8 nu.3.de testi. [FORTE] non dubitatiuè, sed assertiuè,

assertiuè, Abb.c.tua nos in princ. de sponſ.
[PATRIBVS, FILIIS, FRATRIBVS, AVT VIRIS] ſingula ſingulis referendo, gl.fin.l.qui
in futurum ff.de pact.Gram.hic in fi. [EXV-
9 LIBVS] expulſis, Gram.hic cir.fin.vel extra
ſolum poſitis, nam exulare, eſt extra ſolum
fieri, D.Aug.ſuper Io.tract.47.col.9. & ſunt
qui exilij iudicio ſtatum, vel bona ſua amiſerũt, vt ſup.conſt.Capitaneorum. Inde exiliũ duplex, laudabile virtutis amore, & damnabile ratione delicti, Bald.auth.habita nu.
14.in fi. ne fil.pro pat. [VEL] ſaltem, Affl.de
alien.feu.pat.nu.55. circa fin. [FORSITAN]
l.quo caſu ff.de arbitris. [FVGITIVIS, AVT
FORIVDICATIS] vt conſtit.pœnam eorum.
[PRAESENTES] vnde quando ſtatutum diſponit de præſentia, ſufficit præſentia ſine conſenſu, Bal.c.ex parte nu.4.cir.med.de conſt.
10 [ALIMONIAM] c.2. de præb.c.4.de immun.
eccl. & dicuntur quaſi ſubſidij eleemoſyna,
Abb.d.c.2.in princ. de præb.& duo principaliter continent, frumentum, & vinum, Bald.
l.ſiue hæreditaria ff.de neg.geſt. vel initium
neceſſariæ vitæ hominum, aqua, ignis, ferrũ,
ſal, lac, & panis, ſimiligineus, mel, & botrus
vuæ, oleum, & veſtimentũ. Eccleſiaſticus 39.
[SVBMINISTRANS PVBLICE, VEL OCCVLTE] palam, vel occulte, inf.conſt.culpam nõ
immerito. [QVO QVIDEM CASV BONA PER
EXCELLENTIAM NOSTRAM] per Imperialẽ
excellentiam, cap.ſolite de maior. & obed.
11 c.regentes 23.q.5. quæ virtutem inſinuat,
quæ ad excellentiam pertinet, Luc.l.excellentia poſt princ.de erog.mil.ann. [DIMISSA] d.conſt.pœna carere volentes. [PRAESENTIBVS] inſtantibus, Niz.in ver.præſens.
[PVBLICENTVR] proſcribentur, gl.l.cõuen-
12 ticula de Epiſc.& cler. [PATRIBVS TAMEN]
quorum appellatione veniũt etiam matres,
Affl.hic 1.notab.& auus, ſicut appellatione
filij venit nepos, l.iuſta de verb. ſignificat.
[HVMANITATE NOBIS SVADENTE] ſugerente, d.conſt.humanitate in princ. [PERMITTIMVS] diſpenſatiuè, ſup.conſt.intentionis noſtræ. [VT CVM FILII IPSORVM PAV-
13 PERES] qui viuis parentibus dicuntur habere ſpem ſuccedendi, Bald.l.nec ei num.5. &
§. præterea de adoptio. ſi conceduntur ob
delictum non fit executio in bonis patris,
Spec.tit.de execut.ſent.§.3.nũ.11.vbi Bald.
nec tenetur pater eos defendere etiã quod
pactum factum cum filio porrigatur ad patrem, ſi conuenitur ex perſona filij, Bal.l.acquirent, & ſeq.ff.de pactis. [PECVNIARIAS
POENAS ELVDVNT] quia inanis eſt actio quã
excludit inopia debitoris, c.olim, lo ſecõdo,
de reſt.ſpol. [ET SVNT CORPORALITER PVNIENDI] propter delicta cõmiſſa, Gra.hic.
[SICVT OMNES QVI PROPTER PAVPERTATEM POENA PECVNIARIA PVNIRI NON
POSSVNT] d. conſt. intentionis noſtræ in fi.
[POENAM PECVNIARIAM EXSOLVENDO]
perſoluendo, c.ex parte, c.olim, & c.pen.de
cenſi. [FILIVM LIBERARE] ſi velint, nam
videmus quod interdum aliquis qui nõ peccauit, voluntarius pœnam pro alio portat,
& in ſe transfert alterius debitum, D.Tho.
14 1.2.q.87.art.7. & dando pro alio, illum repræſentat, Bal.l.generaliter nu.1.circa med.
C.de ſecund.nup.ita data dote pro muliere,
perinde eſt ac ſi ipſa mulier dediſſet, l. hac
edictali nu.20.eo.tit.de ſecun.nup.ſed velit,
ſiue nolit pater eſt, Abb.c.fin.num.6.in fi.de
cogn.ſpirit. Affl.hic nu.13.in fi. & nullus eſt
melior amicus, quàm pater, Bald.l.ſed & hæ
in princ.poſt nu.2.ff.de proc.& eſt naturale,
ſecundum Ariſt.quod pater magis diligat filium, quàm filius patrem, Bald.l.liberi C.de
inoff.teſt. & mater eſt prona ad parcendum
filio, ſi naturalis pietas eã regit, Bal.l.propter inſidias in fi.de his qui accuſ.non poſſ.
vnde ardor amoris paterni, & materni ineſtimabilis eſt, Bald.l.precibus, poſt num.21.de
impub. & alijs ſubſt. & l.cum acutiſſimi, de
fideic. licet quidam velint mutare vocem, &
negare filios, quando confunduntur in eis,
D.Aug.in lib.expoſit.epiſt.ad Gal.col.33.in
princ. [NON TAMEN IPSOS AD HOC COARCTAMVS INVITOS] l. in eo ff de ritu nupt.
15 quia homines male libẽter ſoluunt pro alio,
Bal.l.potuit nu.15.in fi.de iure delib. nec fiſcus cogit patrem vt liberet filium à pœna
corporali, Affl.hic 7 not. Nec tenetur filio
bannito aſſignare partem bonorum, etiam
computata perſona ipſius patris, Io.And.ad
Spec.tit.de accuſ. §.fin. in ver.vt intra col.
5.in princ.& pen.fere per tot.Bal.l.ſi qua pœna 1.& 2.rep.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.
l.ſi quis 2.rep.§.ſi filius 1.rep. quod quilibet
iuris. licet habeatur loco filij non per identitatem eſſentiæ, ſed legis diſpoſitione, Bal.
l.cum nõ ſolum in fi.princ.de bonis quæ lib.
16 Debet tamen pater honorem filiorum lucro
anteferre, idem Bald.rub.in fi.C.ſi omi.cau.
teſta.nam filiusfamilias dicitur, non ſoluendo de iure, & de facto præſentialiter, & potentialiter, dum pater viuit eſt inhabilis ex
conueniendi difficultate, Baldus l. quoties
1.rep. cir.med. qui ſatiſd.cog. & licet largè
dicatur habere dominium in bonis patris,
non poteſt tamen ipſa obligare, l.4.vbi Bal.
ſi res alien. pign. data ſit. in alijs propter
inopiam ſoluendi mulctam, non fit commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, Abb.
c.niſi ſpecialis nu.6.cir.med.de oſt.leg.
17 Sed videtur, quòd pater teneatur ſubire
iudicium pro filio, ſicut dominus pro ſeruo,
& Abbas pro monacho, l.2.vbi Bald.& l.3.

num.21.24.& 25. C.de accusar. cognoscere
enim debet pater, quòd ipse filius fuit, & ea-
dem à suis parentibus sperauit: similiter fi-
lius debet studere parentum animos sanare,
quia & ipse parens fieri desiderat, §.hæc au-
tem, auth.vt cum de appell.cogn.& consiliũ
patris est sequendum, non spernendum, Bal.
l.si pater nu.3.de inst.& subst. & præsumitur
propter dilectionem patris in filium, quod
voluerit ei reseruare iuspatronatum, idem
Bal.l.& si de fidei. lib. nam si amicus amico
vult bona, multo magis pater filio, in l.pre-
cibus nu.40.in princ.de impub.& alijs subst.
adeo quod filij, & parentes in eorum malis
non miserentur, sed dolent sicut vulneribus
proprijs, D.Th.2.2.q.30.art.1.alias insanus
est, qui non curat naturalem charitatẽ, Bal.
l.1.num.3.post princ. C.de inoff.donat.& in
auth.ex causa nu.26.de lib.præte. Intantum
quod pater paruuli si in aliquem refundit ali
quis iustitiæ tollendæ causa, intret in causa
rationem redditurus pro filio suo, l.fin.de nõ
suæ rei vend.in Longob. agit de carceratio-
ne filij, & socer de rapina sponsæ, l.3. C.ad
leg.Iul.de vi, natura enim æquum est libera-
re filium, vel seruũ, l.si ex noxali in fi.princ.
ff.de peculio, nam est sollicitus de salute filij,
& eum debet magis diligere, quàm econtra,
Bald.l.isti quidem §.fin. quod met.cau. non
18 potest enim filius numerario pretio æstima-
ri, Bald.l.si pupilli §.si Titij post med. ff.de
neg.gest. Festum videtur patri cum vidit fi-
lios, idem Bal.extra de sum.Trin.in ver.fir-
miter in fi. Et quæstiones inter matres, & fi-
lios per coniunctos terminentur, ordine ta-
men iudiciario, verum delicta non puniun-
tur, l.4.C.de patria potesta.
19 Responde, quod filius monachus, & seruus
in iudicio criminali habent legitimam per-
sonam se defendendi, nec contra patrem, ca-
pitulum, vel dominum dirigitur accusatio,
Bald.l.si seruus C.de noxali.& in l.4.ad leg.
Iul.de vi publ. In publicis tamen iudicijs est
legitimus administrator, quia in talibus pa-
tria potestas non curatur, Bal.l.2.nu.13.de
his qui accus.non poss. Verum tenetur pater
quando mandauit, iussit, vel fideiussit, l.si
mandator in princ.C.quod cum eo.& habe-
tur pro fideiussore in ijs quæ deferuntur filio
de iure communi, secus si dispensatiuè, idem
Bal.l.1.in fi.de decur. quia non tenetur si fi-
lius pro patre exule, idest exilio subsequuto,
l.sed si mors ff.de don.inter vir.& vxo. alias
20 est fauor filij gubernari à patre, Bal.l.pacta
conuenta §.& generaliter 2.rep.cir.fin.ff.de
pact. quia eo non habet amicum meliorem,
gl.1.l.quidam de hæred.inst.& dum ger.t.du
plex officium, naturale, & accidentale, quod
simpliciter facit, videtur facere naturali offi
cio, non accidentali, Bald.l.ex pecunia C.de
iure dot.& si soluit, quãdoque repetit, quan-
doque non, idem Bal.l.si filius C.de neg.gest.
Legitimam tamen non tenetur soluere pro
cõdemnatione filij si à statuto compellatur,
Bal.l.quamquam num.2.C.ad leg.Falc. & si
non tenetur filius, non tenetur pater, Bal.l.si
pater quando prouoc. non est neces.
21 Nota, quòd etiam quod pater teneatur
filios honore prosequi, Bald.auth.nouissima
nu.2.in princ.de inoff.test. Debitum filij ad
patrem est adeo manifestum, quod nulla ter-
giuersatione celari potest, nam est principiũ
generationis, & esse, insuper educationis, &
doctrinæ est aliquid patris, & pater amat fi-
lios, D.Th.1.2.q.100.art.5. Deo, & parenti-
bus nullus pro dignitate vnquam retribue-
re potest, sed qui per facultatem id agit, bo-
nus esse videtur, Arist.8.Eth.10. & 9.eiusdẽ
c.1. Parentes amant natos quasi suum quo-
dam existẽtes, nati verò parentes, vt ab illis
quidem existentes, illi statim genitos amãt,
alij post tempus quod sensum, vel scientiam
perceperunt: fratres se mutuo amant, quo-
niã ab eisdem nati sunt, quodammodo idem,
licet diuersi nepotes, & alij cognati ex istis
coniunguntur, quoniam ab eisdẽ sunt, 8.eius-
dẽ 8. Et propter hoc parentibus à filijs ma-
gis debetur honor, filijs autẽ magis debetur
cura prouisionis, 2.2.q.26.art.9.tamen quia
vterque consideratur secũdum se subsistens,
vt quidam homo, propter hoc dãtur aliquæ
leges de ijs quæ sunt patris ad filium, & do-
mini ad seruum, q.57.art.4. Quidquid sit,
Deo prius, postea patri, & patriæ debitor
est, vnde occasione religionis patris pietas
est relinquenda, quando vtrunque nõ potest,
& quomodo, idem d.par.q.101.art.1.3.& 4.
vbi Caiet.alias non tenetur pater pro filio,
& econtra, nec vxor pro marito, & econtra,
toto tit.ne vxor pro mar. fallit in causa Pri
mipilari, & Florentiæ, vbi vigore statuti te-
nentur pro patre, vel marito decocto, Abb.
c.ex parte circa fin. de consuet. c.ex literis
1.not.de pign. pro redemptione, & custodia
carcerum, Boer.decis.217.num.11. & 221.
num.1.& 2. non tamen anathematizantur,
D.Aug.in epist.75. Et statutum quod pater
teneatur soluere condemnationem filij, Bal.
l.2.§.si absens num.2.circa med.si ex noxa.
causa aga. valet tamen, quia odiosum non
veniret auus, nec auia, vel pater naturalis,
l.lege Iulia, vbi Bal.de ritu nup. sicut si vigo
re statuti tenetur emendare damnũ illatum
per filium, non intelligitur de naturali, Io.
And.ad Spec.rub.qui filij sint leg.col.1.add.
ad Bal.l.1.in ver.tertio quero ne fil.pro pat.
Nec tenetur si fuit condemnatus ex contu-
macia, Bal.l.vni.§.si procurator, lo primo,
in fi.

in §.si quis ius dic.non obtemp. & l.qui re-
pudiantis §.1.ff.de inoff.test.vel pro delicto
cōmisso extra territorium statuentium, siue
pro filio confiscato omnibus bonis, idē Bal.
d.l.1.post nu.3.& 10.ne filius pro patre. Nec
tenetur ad vsuras ad instar fideiussorũ, Bal.
l.mora 2.not.ff.de vsur.& valet quoad pœnã
pecuniariam, quia pacto fieri potest, secus
quoad pœnã corporalem, Bal.præd.l.de qui-
bus 1.rep.nu.6.cir.fin.ff.de legi. etiam quòd
pater non citetur, vel iniustè condemnetur,
in d.l.1.nu.3.6.& 8 ne fil.pro pat.& tunc an
sufficiat interpellari, Bal.l.fideiussor obliga-
ri §.fin.de fideiuss.an teneat quanti plurimi
nõ soluendo in tempore,& an citari debeat,
Bald.l.si qua 1.rep. & l.filius de his qui sunt
sui, vel alie.iur.admittitur tamen ad proban
dum contrarium etiam quod filius sit cōfes-
sus, vel conuictus, Bal.in add.ad Spec.tit.de
sententia col.12.in fi.& 13.in princ. Quid in
22 colono, an conueniatur pro debito domini,
vel ipsius rei, l.3.vbi Bal. C.de act.& oblig.
23 Statutum verò quod obligat filios pro pa-
tribus decoctis, est odiosum,& strictè debet
intelligi, Dec.cons.359.nu.1.& 2. dicitur ri-
gorosum, in cons.491.post princ. tolerabile,
sed nõ laudabile, Alex.cons.230.nu.10.in fi.
2.vol.& 183.nu.5.6.vol. Ita & statutũ quod
possit alium pro alio obligare, idem Alex.
cons.42.post nu.14. 1.vol. Et filius si soluit
pro patre, succedit in locum eius cui soluit,
& præfertur posterioribus, l.2. C.de his qui
in prio.cred.locum. non possunt tamen iura
cedi filio cōtra patrem, Bal.l.fin.C.de in ius
voc.& econtra, vel valet, sed superseditur, in
l.3. C.mandati, l.iubemus §.in supradictis
24 C.ad Trebell. Vnde statutum quod pater te-
neatur pro filio mercatore, vel fallito, intel-
ligitur si contraxerit pro causa mercaturæ,
nisi denunciauerit cōsulibus se nolle teneri,
vel posuerit bannimenta per loca publica,
Alex.cons.113.7.vol. cautelam ne teneatur
ponit Bal.l.dotis tuæ, num.2.& 3. C.de iure
dot.non tamen prodesset si patri filius mer-
cator referat quæstum, idem Bal.l.2.nu.10.
C.de constit.pec.& intelligitur de legitimo
filio,& naturali, non de naturali, vel spurio,
in l.generaliter §.cum autem C.de instit. &
substit. Non omitto, quòd patres suo modo
tenētur ad restitutionem,& ad omnia dam-
na tum spiritualia, tum corporalia filiorũ,
si propter suam negligentiam, vel non debi-
tam diligentiã in aliqua inciderunt, ita pro-
pter negligentiam suam sunt causa damna-
tionis infernalis, ita in marito respectu vxo-
ris, & domini respectu seruorum, appendix
ad D.Th.2.2.quæst.65.art.2.
25 Secundo nota, quòd omnia animalia quo-
dam instinctu sunt docta à natura ad conser
uationem propriæ speciei, Bald.l.1.§.huius
studij nu.3.& §.ius naturale num.2. inst.de
iust. & iure. Et Deus honorauit patrem in
26 filijs, Eccl.3. Filius etiam quod non cogatur
tenetur obedire, gl.fin.in fi.l.libertorũ de his
qui not.infam.quia in eius gubernatione est
sumptus,& labor, Bald.l.patrem C.de nupt.
& laboriosior est partus, & matres magis
sciũt esse suos, ideo magis amãt filios, Arist.
9. Ethic.8. Et licet quis possit soluere alte-
rius debitum, nõ potest tamen exigere, quod
alij debetur, Bal.l.soluendo ff.de neg.gestis.
ita non cogitur pro alio soluere, licet possit
ab alio repetere, in l.supra §.apud de aqua
plu.arc. In delictis vnus soluendo, quando li-
berat alterũ, Bal.l.quod diximus, quod met.
cau. Vnde condemnatus ad amputationem
capitis, nisi soluat aliquid infra certum ter-
minum, quilibet pro eo offerens pœnam ca-
pitalem excludit, maximè si est coniunctus,
Bal.l.fin.cir.med.de cond.inst. Et pater sol-
uendo condemnationem filij, videtur facere
intuitu pietatis, Bal.l.sed & si post med. sol.
mat.idem si soluit pro redimendo à latrun-
culis, in l.si fideiussor cir.fin.C.mand.& tunc
an repetat, idem Bald.d.l.1.nu.11.ne fil.pro
patre. Quid in matre, Bald.præd.l.alimenta
in princ. C.de neg.gestis, l.liber captus post
princ.de postli.reuer. multos casus ponit in
auth.ex testamento nu.4.5.6.10.& 11. & in
auth.quod locum nu.3.de colla.auth.contra
rogatus nu.8.ad Treb. An debeat refundere
fratribus,& quid de eo quod soluit hostibus
cum in eos incidisset, idem Bal.l.certum est,
num.7.C.fam.ercisc. exactum verò pro filio
non repetit, Bald.l.3.§.sed vtrum post nu.2.
de mino. & si reliquit filio, cēsetur reliquisse
vti filio, non vt benemerito, Bal.l.tutor §.1.
de excus.tut. & loco eius quod pater soluit,
vel ei filius furatus est, poterit alteri tãtun-
dem prælegare, Bal.l.si ita legatum de cond.
27 & demonst. cum etiam vigore statuti nõ te-
neatur pater soluere condemnationē in vita
ipsius pro filio vsque ad concurrentē quan-
titatem legitimæ, Soc.dicit esse cōmunem in
l.cum filiusfamilias nu.8.de verb.oblig.etiã
de bonis, quæ filio debentur ex dote matris
præmortuę, Arn.98.dialogo. nec de peculio,
& statutũ in contrarium non valeret, l.3.vbi
Bal. C.de bonis proscript. vel filio ciuiliter
condemnato fit executio contra patrem, &
si virtute statuti tenetur soluere condemna-
tionem, erit perceptio præueniens tempus
ordinatum à lege, & præsentando filium in
carcere, non euadit pœnam, Baldus l.3.§.&
cum antiquitas num.4.7.& 9.de vsu.rei iud.
Nec facimus fundamentum in spe, nisi spei
habeat aliquã ordinationem præcedentem,
28 in c.sane nu.3.cir.fin.de renunc. Et si soluit

an imputetr in legitima, Bal. l. frater à fratre in fi. princ. de cond. indeb. Et si se obligauit pro filio, qui deliquit, an imputetur: quid si causa studij, vel vxoris, Io. And. ad Spec. tit. de iudic. §. 4. ibi seq. quid si pater, Bal. l. omnimodo §. imputari, vbi ponit alios casus, qui imputantur, sed nō in legitimā, de inoff. testa. & l. filio cuius nu. 14. & 18. fam. ercisc. Et pro liquidatione legitimæ inspicitur tem pus delicti, Arn. 99. dialogo. Et si prodigaliter cōsumpsit partē suam, an debeat ali à patre, Bal. l. 1. §. ius naturale nu. 7. de iust. & iure, & l. scimus nu. 11. C. de inoff. testa. Si expendit in medelis filiæ nuptæ, repetit à marito, idē Bal. l. quod in vxorē nu. 3. d. tit. de neg. gest.

29 Econtra, filia non cogitur expendere dotes pro liberādo patre à carcere, Bal. d. l. sed & si sol. matr. Et in terminis huius cons. à filio patri denegantur alimenta, quia dignum est male meritos egestate laborare. Vnde rector, & miles seculi, qui non tenentur vltra quam facere possunt, intelligitur quādo conueniuntur ratione contractus, secus si ratione delicti, Abb. c. veniens nu. 4. de transact.

30 Tertio nota verbum exsoluere, l. 2. §. si tamen de verb. oblig. l. si cū exceptione §. post annum, quod metus cau. alibi dies exsoluit, idest inutiliter fluxit, Bal. l. vni. nu. 16. circa med. C. de his qui pœnæ nom. & exsoluerūt, in vsu esse desierunt, glo. l. 2. de orig. iuris. Nō omitto, quòd pater, & filius sunt nomina correlatiua, & posito vno, ponit alind, Bal. l. 1. de verb. oblig. Filius autem debet studere vt complaceat patri, Bal. l. nec ei in princ.

31 de adoptio. Pater tamen tenetur consentire negociationi filij, eoipso quod consequitur illius lucrum, Bal. l. prætor §. 1. ff. de edendo. & dicitur debitor conditionalis, in l. si quis ff. de peculio, qua actione teneatur pater, vel donatarius ex cōtractu filij, vel serui, Bal. l. si pupilli §. quod si amicitia ff. de neg. gestis. Quando ex facto filij in patrem descendat obligatio, factum filij prodest patri, idē Bal.

32 l. si duo nu. 2. si quis cautio. Lex verò magis prouidet ijs qui obligantur ex necessitate, quàm ijs qui funguntur voluntaria obligatione, Bal. l. 1. post nu. 11. C. de transact. Quid si se obligauit, idem Bal. l. filiæ cuius nu. 19. C. fam. ercisc. An autem teneatur substinere onera filij adoptiui, lipen. vbi Baldus C. de adopt. vel magister pro discipulo, in l. si verò

33 §. 1. de his qui deiec. vel effu. In publicis officijs patria potestas non curatur, Bal. l. illud in princ. quod cuiusque vni. nom. Et si dedit legitimam, & lusit, an teneatur eum redimere: & quid in fratre, Bal. auth. si captiui nu. 7. de Episc. & cler. Vltimo an teneatur douare quando redemit filium, vel nepotem à carcere, sicut in alimentis, idem Bal. l. si Nesennius nu. 2. in fi. ff. de neg. gest. In alijs pater non potest supplere defectum filij, l. si pater, vbi Bal. de his qui à non dom. manumi.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis dicitur, qui tributa soluit, & alia ad quæ inferior tenetur.*

2 *Sollicitus dicitur circa concernentia officium.*

3 *Magistri Camerarij hodie Secreti, & Magistri Portulani dicuntur.*

4 *Consilium debet esse ad instar iudicij, ideo requiritur.*

5 *Exactores, compulsores, apparitores, vel prouinciales, commissarij sunt.*

6 *Seruitia debent committi secundum qualitatem personarum.*

7 *Ambasciatā fieri sumptu ambasciatoris potest esse solitum: post nu. 9.*

8 *Exactores sunt proni ad prædam.*

9 *Officiales debent sibi præstare auxilium ad inuicem.*

10 *Soliti, & consueti differentia in quibus consistit.*

11 *Officium cum gagijs, lucris, & emolumentis, de quibus intelligitur si sunt diuersa.*



1 IVSTITIARIOS] inferiores suis superioribus multa debent exhibere, inter cætera vnum est speciale, quod tenentur corū præceptis obedire, D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 2. Hic man datur, quod exigant tributa, & exactoribus præstetur auxilium. Fidelis verò præsumitur qui soluit censum, Cass. consue. Burg. tub. 1. §. 4. ibi indire, post nu. 4. Fidelis, & deuotus, qui tributum soluit, Bar. l. omnes, la secūda, in 2. not. de anno. & trib. Ideo Iustitiarij debēt significare Imperatori castra, & ciuitates quarum incolæ in soluendis collectis se exhibent renitentes, Lucas l. missi col. fin. in princ. de exact. trib. & nihilominus vnus debet fauere alteri, Isern. & Affl. hic, vt sic per militare auxilium cōpellantur, l. 1. C. de off. præf. Aug. maxime in exactione tributorum in qua non est committenda mora, propter solutionē militibus faciendam, Affl. hic cir. princ. sed debent esse solliciti, & deuoti, & requisiti, consilium, & auxiliū præstare, vt in tex. qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [IVSTITIARIOS REGIONVM] Iustitiarios regni,

regni, Bald.l.parabolanos de Episc.& cler.
[Provt] quæ refertur ad actũ de præterito,
restringitur,& regulatur secundum formam
illius, Dec.cons.63.col.3.cir.med. [Praedecessorvm Nostrorvm] Rogerij,& Gu
lielmi,inf.const.constitutionem diuæ memo
riæ. [Regvm] vtriusque [Siciliae Constitvtionibvs Est Indvctvm] vt const.
Iustitiarios,Camerarios,Castellanos,& Ba-
2 iulos. [Sollicitos] inquietos,& dicuntur
à solo, & cito, quasi ex solo .i. quietis loco
moti, vel solertis, & citus, quasi sint ex so-
lertia animi veloces,D.Th.& ibi Caiet.2.2.
q.47.art.9. in ijs quæ concernunt officium,
Affl.hic in princ.vel intentos,Foll.hic,alias
mora administratoris,censetur mora domi-
ni,Bal.l.si per te C.de vsuris. [Esse Volvmvs, Et Devotos] obedientes, Affl.hic in
princ.Inde scholares deuoti,& militantes in
sacro scrineo,l.fin.C.de off.quęst.l.fin.de off.
mag.off.& soluentes deuotionem ostendunt
in soluendo, l.fin.iuncta glo.C.de duob.reis.
vel deuoti soluendo, gl.fin.l.2. C.de alluuio.
& palu. [Vt] exemplificatiuè,gl.l.iurisgen-
tium §.quinimmo ff.de pact. [Magistris
3 Camerariis] qui hodie in regno sunt Se-
creti,& Magister Portulanus in Apulia,Fre.
de subfeu.lib.1. de off.mag.cam.num.7.& 8.
[Baivlis] locorum,qui cognoscunt de cau
sis ciuilibus,Foll.sup.const.Iustitiarij de cæ-
tero. [Et Aliis] similibus,Cassa.consuet.
Burg.rub.9.§.17.in fi.princ. [Officialibvs, Cvm Per Eos] scilicet Magistros, Ca-
merarios,& alios,videlicet Baiulos, Gram.
hic. [Extiterint Reqvisiti] & sic con-
silium debet requiri,c.cum olim de arbitris.
Inde dantur induciæ ad perquirenda consi-
lia amicorum,c.de inducijs 3.q.3. [Consi-
4 livm] .i.iudicium,quia ei simile esse debet,
Iser.c 1.nu.10.post med.hic finitur lex,adeo
quod vbi statutũ requirit consilium sapien-
tis,eo omisso, sententia est nulla ipso iure,
Bal.l.vn.nu.8.post med.ne lic.in vna,eadẽq;
cau. & in inquisitione consilij consideratur
non solum quid sit agendum,sed etiam quo-
modo impedimenta tollantur, D.Tho.1.2.
q.14. art.6. Et quando debet requiri an sit
necesse sequi,& quid si consiliarius abest,vel
nolit,vel non possit interesse,Bal.c.ex parte,
post nu.4.& 14,vsque in fi.de constit.Si cum
consiliario,& ille est mortuus,non est expe-
ctandus,si de consensu nõ potest fieri,c.quia
propter num.7.de elect. Ideo sequitur [Et
Avxilivm] opem necessariam, sup.constit.
rapinas. [Provt Ad Ivrisdictionem
Svam] iuris reddendi per se,vel alium, Bal.
cons.419.nu.1.vol.1. [Pertinet] spectat,
sup.const.obseruet in fi. [Debeant] necesse
habeant, Aluar.c.fin.ante nu.1.de feu. dato
inui.leg.com.[Impartiri] Iustitiarij supra
dicti,Gram.hic.[Caetervm] alias inf.cõst.
consuetudinem prauam. [Ad Hoc Vt Ivstitiarii Ipsi Cvm Personis Sibi Per
5 Nostram Cvriam Depvtatis] qui com-
pulsores dicuntur, l.2. de appar. præf.anno.
vel apparitores commissarij prouincialium
pro exactione tributorum destinati, Lucas
l.apparitores de exact.tribu. [In Dispendivm Rei Familiaris] alibi cum dispen-
dio fortunarum,l.eũ qui de apostatis.[Svis
Laborare Dispendiis Non Cogantvr]
cum nemo cogatur suis stipendijs militare,
c.cum ex officij de præscri. nam ratio natu-
ralis dictat, quod communi vtilitati in vigi
lantibus,puta Principibus,militibus,& simi
libus stipendia victus debeantur à populo,
D.Thom.2.2.q.87.art.1.cir.med.[Per Speciales] expressos, Io.And.c.2.post nu.1.de
reb.eccl.nõ alie.in vj. vel speciales, propter
singularem eius naturam,Bal.auth.co decur
sum nu.1.cir.fi.C.de don.ante nup.[Sacros
Nostrae Consvetvdinis Apices] lite-
ras, inf.const.quæstiones omnes, Gram.hic
in fi.[Provt Statvs] personæ conditio,inf.
6 const.prosequentes,nam secundum qualita-
tem personarum debent committi seruitia,
Foller.sup. const.Magister Iustitiarius, post
nu.28. [Cvivslibet Pro Tempore] c.ad
eminẽtiam,vbi gl.fin.de sent.excom. [Fverit] cum nemo cogatur vacuis laboribus
laborare,inf.const.cum circa.[Statvimvs]
statutum esse declaramus, Inn. c.cum super
de sepul. [Eisdem In Expensis Annalibvs, Et Svfficientibvs Providere]
7 etiam quod dari possit lex in ciuitate, quod
quilibet faciat ambasciatam suo sumptu,
alias de publico,l.honor in ver.cum sumptu
de mun. & hono. sed hic salarium recipiunt
à curia, prout in locis singulis vnicuique
est prouisum,vt d.const.cum circa.

Videtur tamen,quod exactores de quibus
hic non solum nõ egeant consilio,& auxilio
in exigendo,sed cum sint solliciti,& plus de-
bito exigant, debent compelli ad restituen-
dum superfluè exactum, vt de platearijs, &
gabellotis loquitur const.auctoritatem,inf.
de sum.cogn. contra gabello. Etiam, quia
8 exactores ad prædã, positi sunt auctoritate
legis,l.2.vbi Luc.cir.princ.de discuss.& exi-
gendi tributi munus,inter sordida habetur,
l. libertus §. præscriptio ad municip. Vnde
veterani habent immunitatem ne exactores
constituantur,l.fin.ff.de priuil.veter. Hodie
verò exactio spectat ad perceptores prouin
ciarum, qui exactionem per suos ministros
indicunt, & per illos exigunt, & soluunt in
Regia generali Thesauraria, vt in instru-
ctionibus inter ritus R.Cameræ.

9 Nota tamen, quòd vnus officialis debet opem præstare alteri, infra const. Maiestatis nostræ in fi. & ista dicitur imploratio brachij apud Gallos requisitoria, & qui non impartitur peccat, Foll. hic, quia eadem est curia in omnibus officialibus regni, Iser. iuf. cóst. humanitate circa princ. Et bene ista const. conuenit post præced. quia in illa mandatur quod non impediatur officium Baiulorum, hic præcipitur, quod adiuuetur, & succurratur, vltra quod, secundum Follerium, hic non aliud voluit const. ista, quam hoc memoriæ mandare Iustitiarijs, quod dixerat in const. Iustitiarij non per Kalendas, isto modo facit ad tit. contra Affl. sup. eo. rub. in fi. cum non teneatur vnus pro alio ad solutionem tributi, Bart. l. semel post nu. 3. de apochis pub.

Item nota, quòd nemo debet militare suis sumptibus, c. cum secundum Apostolum, de præb. licet res male se habet si quod virtute fieri debet, pecunia tentaretur, Baldus l. 1. 2. rep. post nu. 2. ff. de postul. Ad hoc tamen datur officium cum gagijs lucris, & emolumentis, Afflict. hic, qui etiam quærit, quod
10 si Rex constituit officialem cum gagijs lucris, & emolumentis solitis, quę reperiuntur diuersimodè præstita, fit differentia inter solitum, & consuetum, Bart. l. Mela, §. sed si alimenta de alimen. & ciba. lega. Cur. tra. feuda. 4. quæst. 2. par. pri. in princ. nam solitum verificatur in vna vice, Dec. conf. 441. num. 11. volum. 3. consuetum non, idem Dec. conf. 222. col. pen. num. 10. 2. vol. Alexander conf. 5. num. 23. 5. volum. Vnde in solito vl-
11 tima consuetudo magis attenditur, quàm prima, Capyc. decis. 163. circa fi. adeo quod si datur facultas pascnlandi iuxta solitum, refertur solitum ad vltimam consuetudinem, quæ fuit magis propinqua illi tempori, & verificatur in pasculatione per annum, vel triennium ante, in verificatione autem consueti requiritur decennium, vel debet vti prout tempore præterito, nulla facta no uitate, Paulus de Castro conf. 30. num. 3. & 243. num. 2. volum. 2. In quæstione verò, de qua supra, si conceditur officium cum gagijs solitis, & cósuetis, si salaria præteriti temporis sunt deformia, intelligit de salario longo tempore præstito, non de duobus, vel tribus annis, Loffr. cóf. 36. nu. 14. & 16. Paris de synd. in ver. salarium c. 1. & 5. in princ.

Vt Iustitiarius alium loco sui ordinare non possit.

SVMMARIVM.

1 *Seruire per substitutum nemo potest.*

2 *Exercens per alium, non punitur personaliter.*



VIA in const. præcedenti fuit dictum, quod officialis præstet auxiliũ, & consilium alteri, & poterat dubitari si per se, vel aliũ ad tollendam difficultaté dicitur hic [VT IVSTITIARIVS ALIVM LOCO SVI ORDINARE
1 NON POSSIT] cum nemo possit seruire per substitutum nisi habeat in priuilegium, vel sit illustris, quia tũc seruit per substitutum, suo tamen periculo, l. nullus, & l. neminem de decur. lib. 10. secus si esset electa industria personæ, l. inter artifices de solut. Bal. l. sicuti ff. de arbitris, l. stipulatio ista habere licere, §. si stipuler, & l. cum filiusfamilias §. 1. in fi. de verb. oblig. nam vbi requiritur, quod aliquid personaliter fiat, non sufficit quod fiat
2 per alium: adeo quod si lex punit aliquem aliquid exercentem, non habet locũ si exercet per alium, Abb. c. fin. §. is autem 1. not. de off. deleg. vt videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio, & officium differunt, & officiorum diuersitas.*

2 *Princeps pluribus occupatus non potest omnibus præesse.*

3 *Officiales creantur in forma communi, alij in forma speciali.*

4 *Officium capitur multis modis.*

5 *Officia, & honores sunt personalia, & non transeunt ad hæredes.*

6 *Conscientia videtur in rebus magnis, & vnius cóscientia, nõ est alterius.*

7 *Vicarios statuere non est licitum, nisi ex causa, vel Principis concessione.*

8 *Præsumere, sonat in malum.*

9 *Coercere, ad pœnam corporalem, & pecuniariam referri potest.*

10 *Causæ subtiles non debent committi ignaris, quia sunt suspecti propter iuris ignorantiam.*

11 *Quis, vel qui, restringit.*

12 *Delegando assumitur vnus pro alio in iudicem.*

13 *Possumus quædam quæ non debemus, quædam non possumus, nec debemus, alia possumus, & debemus.*

14 *Seruire per substitutum nemo potest, nisi sit illustris, vel ei concessum.*

15 *Causæ criminales, & alia multa non committuntur nisi per Principem.*

16 *Dele-*

16 *Delegationis differentia inter ius canonicum, & ciuile, & num.27.*
17 *Delegatus habet iurisdictionẽ etiam quoad tertios comparentes pro eorum intereſſe.*
18 *Ordinarius delegat nudum ministerium, & si delegat non idoneo, retinet iurisdictionem.*
19 *Appellatur ad delegantem si aliquid retinuit, non ad superiorem.*
20 *Potestas, & officium sunt aequiuoca.*
21 *Iurisdictio ordinaria, & alia delegata.*
22 *Delegatio fit vbi non est forus causarum, & fit parte non citata.*
23 *Iurisdictio delegata nascitur tempore data, vel vsus.*
24 *Officiales dum creantur debet seruari forma consueta.*
25 *Delegatus est maior Ordinario in illa causa, sed non firmior.*
26 *Officij occasione quadã permittuntur.*
27 *Committi potest cognitio de iure ciuili, sed non diffinitio, appellatio delegatur de iure canonico, sed non ciuili.*



FFICIA] quod est in potentia id actu opus ostẽdit, Arist. 9. Eth. 8. Si prius non habetur in habitu. i. in virtute, nõ potest exercitari ad actũ, Bal. c. cum accessissent, post nu. 10. de constit.
1 Iurisdictio, & officium differunt sicut habitus ab actu, & homo existens in otio, ab eo qui operatur: iurisdictio enim est vniuersorum, officium autem, & actus est singulariũ, quãdoque tamen officium pro iurisdictione ponitur, & tunc pluraliter profertur, vt hic, vt significent ipsius officij regulas, & auctoritates, Bal. l. 1. nu. 18. si à non compet. iud. Per diuersa namque officia fit quis altior altero, D. Th. 2. 2. q. 183. art. 1. Vnde, secundum quosdam, potestatem habere optimum est, sic enim plures, ac pulcherrimas res agere posset, Arist. 7. Polit. 3. Quisque tamen agere debet, quæ nulli officiant, vel noceant, sed omnibus prosint, D. Th. d. quæst. art. 3. nam iurisdictionis potestas nulli committitur in fauorem suum, sed ad honorem Dei, & vtilitatem plebis, idem D. Th. 3. par. de Sacram.
2 q. 39. alias 8. art. 5. Princeps enim pluribus occupatus, nõ potest omnibus interesse, ideo causas quãdoque cognoscit, aliquando committit vni, quãdoque pluribus, l. præcipimus, vbi Bal. in princ. C. de appell. Et sicut homo fuit productus in duabus naturis, vna communi, & alia excellenti, sic Imperator creat
3 aliquos magistratus in natura communi, & isti sunt simplices magistratus, qui quæ habent virtute huius generis possunt alijs cõmittere, vel delegare, quosdam creat non in natura communi, sed in excellentia speciali, & priuilegiata, tunc quod isti habẽt virtute speciei nõ possunt delegare, quia illa species consistit in gradu dignitatis, & sicut gradus non transit ad delegatũ, cum sit infimus, ita efficacia ipsius gradus, cum sit annexa gradui, Bal. l. 1. 2. rep. in princ. de off. eius. Ita in primo casu prætor suam iurisdictionẽ mandare solet omnem, vel vnam speciem, l. solet, & seq. de iurisd. omn. iud. Inde vniuersalis cõmissio repræsentat officium ordinarium, specialis officium delegatum, Bal. l. non ambigitur, post princ. ff. de legi. l. vn. 1. rep. q. 9. de off. consu. Delegatus, dicitur quasi ab Ordinario datus, quia ordinaria iurisdictio residet in Ordinario, Bal. c. de causis, post nu. 18. de off. deleg. Princeps enim, vel lex dum concedit aliquid alicui, videtur permittere aliam potestatem in alium transferri, in c. quoniam Apostolica in princ. eo. tit. Habet gradus iurisdictionis, nec potest multiplicando subdelegare, alias iret in infinitum, nisi fuisset dictum, quod fiat per se, vel aliũ, Spec. tit. de iud. deleg. §. iam, post nu. 3. Ideo Iustitiarius nõ potest loco sui alium facere in ministranda iustitia, vt in texto, qui diuiditur, & summatur vt per Afflict. & dicit
4 [OFFICIA] publica, quibus annexa est iurisdictio, Bal. l. vn. nu. 1. C. si rector prouinc. merita, Bald. l. fin. col. 2. circa med. de sent. passis. potestates, idem Bald. l. 2. nu. 11. post med. de peda. iud. dignitates, siue personas, c. ad hæc, vbi gl. de præb. vel iurisdictiones, Bal. l. 3. num. 2. in fi. C. vbi, & apud quem, & l. 3. post nu. 1. quan. fiscus, vel priua. siue solemnia officia Potestariæ, seu Capitaneatus, Paris de synd. in ver. substitutus c. 1. num. 3. [QVAE] per quod relatiuum vidẽtur singula nominata, Bal. l. si pater in princ. de vulg. & pup. [PERSONIS PERSONALITER] quæ verba, & similia denotant electam fuisse industriam personæ, Abb. c. fin. §. is autem nu. 6. de off. deleg. Bald. d. c. quoniam Apostolica,
5 nu. 7. eod. tit. Nam vltra quod omnes magistratus sunt personales, & non transeunt ad hæredes, Bal. l. 3. §. sed & si quis, nu. 8. comm. de leg. quando est cõmissio extraordinaria, & grauis, potius intelligitur facta personæ, quàm dignitati, & quãdo persona est de forma actus nunquam receditur à persona,

si ma-

si materia adaptari non potest alteræ personæ, vt hic Bal. per illum tex. l. vn. §. ne autem nu. 1. & 2. de cadue. toll. Vltra quod potestatem coactiuam in rebus humanis non habet nisi qui fungitur publica potestate, & qui ea fungitur superior reputatur respectu eorum in quos vti subditos potestatem accepit ordinariam, siue delegatam, D. Th. 2. 2. q. 67. art. 1. [CONFERVNTVR] ratione personæ, vnde dispositio relata ad personam, intelligit ratione qualitatis personæ, Minad. cons. 6. num. 11. Officiales enim potestatem habent exequendi officium sententiando, nec vllam formam ex hoc recipiunt absolutam, sed solum voluntatem instituentis, Nicol. de Nysse tract. 6. par. 3. de Baptismo, quæst. 12. [PERSONAS] quæ per se vna dicitur, Arch. c. qui Episcopus cir. med. 23. dist. [TRANSGREDI] transmitti, Niz. in ver. transeo, adeo quod in officijs filij pater non succedit, not. Bal. l. fin. §. fin. de bonis quę lib. non transeũt ad hæredes, Bal. l. qui aliena §. tutores ff. de neg. gest. nec in eis habent successores, Abb. c. 3. nu. 7. post med. de probat. quia personalia sunt, & vbi non transeunt officia, nõ transit eorum auctoritas, Bald. l. curatores 2. & 3. not. C. de neg. gestis, sed morte finiuntur: vnde hæredes commissariorum non succedunt in commissione, Bal. l. 1. C. si quis ignorem mino. sine decr. compa. & l. 3. §. sed & si quis nu. 8. post med. comm. deleg. [QVIBVS
6 SVNT COLLATA, NON POSSVNT] nã in rebus magni ponderis conscientia videtur electa, & alia est conscientia vnius, & alia alterius, sicut alia defuncti, & alia hæredis, Bal. auth. si tamen, post princ. de temp. appellat. licet conscientia sua debet cedere consilio saniori, videlicet peritorum, in c. 3. post nu. 11. de offic. deleg. Intantum quod officia personæ concessa per subingressionẽ filius non acquirit, nec potest implere tempus officij patre mortuo, sicut nec declaratio mentis defuncti transit ad filios, Minad. inf. const. in aliquibus 3. not. nu. 100. 101. & 110. Vnde multa non subdelegantur, Bal. c. 3. post nu. 6. de off. deleg. Et sicut persona morte confundit, ita & priuilegium, Bal. l. vnica nu. 7. in fi. de sent. aduer. fiscum latis, quod cum persona finitur, idẽ Bal. l. vn. col. 4. in princ. de priuil. dotis, & causa honoris, vel officij morte finitur, Bal. per illũ tex. l. si pater si pend. appell. mors interue. Vnde consideratur non solum quod scribitur, sed cui mãdatum dirigitur, Bal. c. eam te nu. 10. cir. med. de rescrip. & si per vnum, vel duplex, vt in c. quoniam Apostolica, nu. 3. de off. deleg. [MAGISTROS IVSTITIARIOS, ET IVSTITIARIOS, QVI HACTENVS ALIOS LOCO SVI VICARIOS STATVEBANT] quod non poterant etiam de iure

7 communi, nisi diuina iussio ex causa emanaret, §. 1. auth. vt nulli iud. vbi Bart. in princ. nec virtute cap. regni c. 19. quia de vicarijs, & ibi Io. Ant. de Nig. ex quo personalia non possunt ad alios transferri, Abb. c. 2. nu. 2. de auct. & vsu pallij, nisi in iurisdictione voluntaria, vel si datum fuit à Principe, Ant. de But. c. 2. vlt. not. & c. 3. in princ. de off. Archipresb. & c. clericos de off. vic. [A LICENTIA PRAEDICTAE PRAESVMPTIONIS ILLICI-
8 TAE] cum verbum præsumere, sonet in malum, Abb. c. 2. nu. 5. circa fin. de rest. in integ. [COERCEMVS] quod non solũ referri potest
9 ad pœnam corporalem, sed etiam pecuniariam, Luc. l. quicunque col. 3. post princ. de decur. [CVM ENIM] certè, gl. l. si verò in ver. enim, de his qui deiece. vel effod. [CAVSA
10 ALIQVA SINGVLARIS] subtilis, quę non debet cõmitti grossis aduocatis, quia suspecti sunt propter ignorantiam iuris, Bald. l. fin. nu. 37. C. de hæred. inst. Causæ arduæ quæ dicantur, Bal. c. 3. nu. 11. cir. med. de off. deleg.
11 [QVAE] relatiuum quis, vel qui, restringit. Abb. c. de cætero num. 4. de eler. non resid. [CRIMINALIS SIT] criminaliter intentata, c. 1. in ver. criminalis de iudicijs in vj. nam causa potest esse criminalis, & intentata ciuiliter, sup. const. Iustitiarij nomen, & normam. [AB ALIQVO ALIIS REGVLARITER COMMITTI NON POSSIT] nisi à Principe, Bal. l. 1. 4. not. de prec. Imp. offer. cum quod quis facere debet, teneatur facere ipse solus, Bal. d. c. eam te, nu. 16. ibi quarto not. de rescriptis. Exercitium tantum per delegationem cõmittitur, iurisdictio non, in c. de causis nu. 18. in fi. de off. deleg. [MVLTO MINVS PRAEDICTARVM CAVSARVM] criminalium
12 [VNIVERSITAS POTERIT DELEGARI] aliũ pro alio in iudicem assumendo, quod fit per delegationem, gl. fin. l. parui ff. de cond. furt. nam si de quo minus, ergo & de quo magis, auth. multo magis de sacrosan. eccl. & si id quod minus est prohibetur, multo magis id quod plus. l. 2. in ver. vt non fit ff. de interdi. & sic iurisdictio prohibita non potest prorogari, Bald. l. si quis §. quod si quis de iniusto, rup. & irri. testam. nec potest, quia personalis commissio est, Bal. c. eam te, nu. 10. cir. fi. de rescript. [QVISQVIS] & quisque, omnes significãt, Azo in sum. nu. 8. in fi. C. de hered. inst. [CONTRA PRAEDICTA FECERIT ORDINATOR, ET ORDINATVS] substituens, & substitutus in officio sine licẽtia Regis, Affl. hic 5. not. [CAPITALI SENTENTIA SE NOVERINT SVBIICERE.] quod est correctum per const. duram, & diram, supra de prohib. off. nostr. occasio. vbi latè dixi, Iserm. Affl. &
13 Gram. hic. Et sic quædam possumus, quæ non debemus, quædam non possumus, nec debemus.

...us, vt hic, & quadã possumus, & debemus,
Abb.c.ex parte 2.not.de cler.ægrot. Quædã
possumus per nos, & per alios, quædam per
nos, & non per alios, quædam per nos tan-
tum, & non per alios, Bal.c.quoniam Apo-
stolica, post nu.2.de off.deleg. Et grauius pu
nitur si culpæ qualitas postulauerit, c. fin.
§.fin.de cland.despon. Et si vniuersitas cau-
sarum est commissa pluribus, an intelligatũ
insolidũ, Bal.c.de causis nu.7.de off.deleg.

Videtur tamen, quòd quę sunt iurisdictio-
nis, ab eo qui habet iurisdictionẽ committi
posint, D. Th.3.par.de Sacram.q.39. alias
8.art.5.& 6. & quæ iure auctoritatis compe
tunt, posint alijs committi, propter aucto-
ritatem dignitatis, quæ non patitur semper
personã suam adesse negocijs, maximè par-
uis, & vilibus, Bal.cons.123.post nu.4.vol.5.
tunc paria sunt facere, vel alteri cõmittere,
idem Bal. l.illud §.1.quod cuiusq; vni.nom.
Tanto magis, quia de iure canonico possunt
delegari omnia, quę sunt meri imperij, Abb.
c.quod sedes nu.4.& 6.de off.ord.c.de cæte-
ro 1.not.de sent.& re iud. Immo delegatus
potest causam sibi commissam alteri subde-
legare idoneo, & discreto, Abb.c.3. 1.& 2.
not. etiam collega, qui procedit nomine
suo, & delegantis, c.quamuis, vbi Abb. de
off.& potest.iud.deleg.

Dic, quòd præsentia corporalis non potest
alteri committi, Bald.c.quamuis, & alia de
quibus c.quoniam Apostolica, nu.2.3. in fi.
14 & 7.de off.deleg. Seruire per substitutũ ne-
mo potest nisi sit ei concessum, vel sit perso-
na illustris, siue Episcopus, Bald.l.nullus de
decur.in c.quoniam Apostolica nu.6.de off.
deleg. Et tunc is delegare dicit, qui causam
primo loco committit, not. in c.is cui de off.
deleg.in vj. Delegatus delegat, & subdelega-
tus habet iurisdictionẽ, si delegatus habet,
l.legatus, cum ibi not.ff.de off.procon. Vnde
Princeps cognoscit cum quis eius vice co-
gnoscit, l.aduersus in gl.fin. C.si aduer.rem
15 iud. Causa autem criminalis delegari non
potest, Arch.c.saluo in princ.9.q.3.quia ma-
ioribus tantum iudicibus est concessum de
talibus causis iudicare, Bal.rub.post nu.19.
de off.deleg. Ex grauitate enim facti videtur
electa industria personæ, Abb.c.quod sedes
num.6.in princ.de off.ord. Et quando Papa
committendo elegit industriam personæ, nõ
potest cõmissarius alium subrogare, c.is cui
de off.deleg.in vj. Bal.c.de causis, post num.
19.de off.deleg. quia quod personale, vel in-
dustriale est, alteri cõmitti non potest, vnde
nõ potest quis alteri committere animi sui
motum, Bal.l.cum magistratus nu.3.quãdo
prouoc. non est necess. nec vnus arbitrorum
posset alteri committere, idem Bal.l.Celsus
de arbitris, ita quod nulla voluntate per se
solus posit, Bal.l.1.nu.29.post med.qui ad-
mit. & in commisione curæ, quia eligitur
persona eius cui committitur, nõ potest ille
alteri demandare, Abb.c.extirpandæ §.qui
verò, post nu.32.de præb. Ita quæ pertinent
ad merum, & mixtum imperium nõ possunt
per alium expediri, Bal.in rub.nu.2.cir.fin.
de off.deleg. Bart.de Cap.4.& 6.q.in fi.rep.
Gra.ad prag. ita & executio, quæ est mixti
imperij, Abb.c.quod cõsultationem nu.28.
in fi.de sent. & re iud. Vltra quod executor
legis habet merum, & mixtum imperium,
Bal.l.2. 3.not.vt nemo princ.tit.suis edi. Et
16 causæ criminales non committuntur nisi à
Principe, Spec.tit.de accusat. §.4. in princ.
Imperator enim, & lex potest delegare etiã
indelegabilia, Bal.c.pastoralis in fi.de rescr.
& differt in hoc ius canonicum à ciuili, glo.
c.super quæstionum in ver.alij, & seq.Bal.in
rub.num.3.in princ.de off.deleg. nam gladij
potestas secundum leges non delegatur, se-
cundum canones sic, Bal.l.solet 1.rep.de off.
procons.& leg. A iudice iudex datus non de-
legat, l.à iudice C.de iudicijs. Iure canonico
delegat causam etiam iure legationis com-
petentem, Abb.c.cum Bertoldus nu.5.19.in
princ.& circa fin.de sent.& re iud.& recipit
17 potestatem nedum inter partes, sed etiam in
tertios pro eorum interesse comparentes,
Abb.c.super eo 4.not.d.tit.de off.deleg. cõ-
tra turbantes, & alios, Bal.c.1.num.6.& seq.
eo.tit.de off.deleg. Et delegatur habenti po-
testatem, Ant.de But.c.2. in princ.de offic.
Arch.& his quibus Papa delegat, Abb.c.pa-
storalis nu.10.d.tit.de off.deleg. tunc media
persona non inspicitur, nec eius capacitas,
sed persona in quam confertur effectus, Bal.
l.1. 2.rep.nu.38.& 39. ff.de procur. & habet
locum quãdo committitur iurisdictio, secus
si nudum officium sine iurisdictione, Abbas
c.fin.§.fin.1.not.de off.deleg. nõ enim potest
quodlibet officium delegari, Bal.in addit.2.
col.5. post med.ad Spec.tit.de appell. Alia
verò delegare nõ residet in pectore iudicis,
Bal.l.sæpe audiui 3.not.de off.præsid. qui vti
18 ordinarius potest delegare nudum ministe-
rium, Abb.c.fin.nu.3.de off.ord.& in d.c.cũ
Bertoldus nu.8. de sent.& re iud. & delegat
si est idoneus, alias non posset, Bal.l.parabo-
lanos de Epis.& cler. alias remaneret penes
eum, idẽ Bal.l.qui furere 2.rep. de sta.hom.
in l.nec 2.rep.ex quib.cau.maio. sicut si cõ-
mitteret reseruato consilio, Inn. d. c. super
quæstionum nu.7.in fi.de off.deleg. tunc ra-
19 tione reseruationis ad eum appellatur, non
ad Papam, eod.c.super quæstionum §.porro
& §.si verò in glo.mag.c.vt debitus §.fin.in
ver.absque post med.de appell.c.si delegatu-
de

de off.deleg.in vj. & §.hoc iure de verb.obl. Inde est, quod qui delegat, sibi referuat, glo. l.1.in ver.referuare, vbi Bald.in fi. de dam. infe. Et si agitur de iurisdictione conferēda, siue denegāda, generalitas reprobatur, quia generat confusionem, & quæcunque causæ cognitionem desiderant, etiam voluntariā, nō extenduntur ad futuras causas, Bal.c.ad hæc sumus, post princ.de rescrip. Et per clausulam quidam alij, vel res aliæ, non veniunt maiora expressas exempla, in c.Sedes Apostolica, eo.tit.

20 Nota, quod potestas, & officiū sunt æquiuoca, vel officiū respicit id quod delegatur, potestas concernit quod potest per delegationem, Abb.rub.in fi. de off.& potesta.iud.

21 deleg.vnde iurisdictio alia ordinaria, & alia delegata, Bal.l.1.in 1.rep.§.in initio num.2. cir.med. de off. præf.vrb. Ordinarius habet potestatem plenariam, delegatus coarctatā, Bal. l.furti §.quod iussu de his qui not.infa. Iurisdictio delegata est stricti iuris, ordinaria fauorabilis, addit.ad Spec.tit.de iud.deleg.§.iam in add.pen. Delegatus dicitur extraordinarius, nec est iudex secundum iurisdictionem, sed eius potestas est inducta extraordinario modo, Abb.c.de cætero 1.not. de transact. c.4.1.rep.post nu.4.de fo.comp. Delegatus potest semper reuocari, l.iudiciū soluitur, vbi Bal.ff.de iudic. Cōmissio autem quando fit ordinario cuitatur iurisdictio, & ille possit subdelegare, Pau.de Cast.cōs.118.

22 1.vol. Delegatur iudex vbi non est forus causarum, & delegatur non citato aduersario, Bal.l.curiales, la secōda, nu.2.& 3 de decur. fit attento loco fauore personæ, Bal.l.vnica §.vbi autē nu.7.cir.med.de cad.toll. Rursus potestas commissa est delegata, non ordinaria, Bal.l.illud §.1. quod cuiusque vni.nom.

23 Et iurisdictio ordinaria, siue delegata an nascatur tempore datæ, vel tempore vsus, Bal. auth.qui semel nu.1. quom. & quan. iudex. Inde mandare, & delegare differunt, glo.l.1. in ver.qui mandatam de off.eius. Delegatus, & subdelegatus qui sint, Spec.tit.de iud.deleg.§.delegatus, & §.sequitur, lo secondo. In

24 quibus creandis debet seruari forma antiquitus cōsueta, Bal.l.1. 2.rep.nu.5.cir.med. C.de emanc.lib. Et dū acceptat, intelligitur cum suo onere, sicut mater non cogitur tutelam assumere, tamen si assumit cogitur inuentarium facere, & rationem reddere, Bal. c.cum accessissent nu.21.post med.de const. Ordinarius verò est maior delegato si est ad vniuersitatem causarū, Bal.l.minor in princ.

25 & fi. ff.de minor. vel delegatus est maior in illa causa, c.sane de off.deleg.sed nō firmior, Bal.l.4.post nu.9.quom.& quan.iud. Quis dicatur officialis principalis, & quis subalternus, Bal.l.ex facto ff.de neg.gestis. Vltimo nō potest semper quis onus sibi impositum, per alium adimplere, casus ponit Bal.d.l.vn. §.nc autem nu.3.& seq.de cad.toll. Quando possit, & quando non, Luc.l.si ad magistratū col.3.post med.de decur. Ita officiales, assessores, & actorum notarij debent seruire de persona, & non per substitutum, nec vendere officia sibi commissa, vt in c.reg.item quod

26 prædicti officiales, permittitur tamen quadam ratione officij, glo.l.1.in ver. concedi,

27 ff de postul. nā de iure ciuili cognitio potest demandari, non diffinitio, l.1.in ver.possit, de off.eius, & sup.const.præsides prouinciarum. Causa appellationis potest delegari de iure canonico, secus de iure ciuili, Abb.c.pastoralis nu.4. de off.ord. Locumtenens non facit locumtenentem, Bald.l.1.§.à præfecto de leg.3. nec Vicarius Episcopi Vicarium, in c.quoniam Apostolica in princ.de off.deleg.nec seruire per substitutum, licet officiales hodie habeant litteras assumendi, Gram. hic in princ.

De iuramentis non remittendis à Baiulis.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarij cognoscunt de causis criminalibus, Baiuli de ciuilibus.*

2 *Sententia valet etiam quod iudex non iuret.*



CONTINVATVR vt per Affl. vel dictum fuit de

1 iustitiarijs qui cognoscunt de causis criminalibus, Affl.sup.const. statuimus 10. not. post nu.42.nunc incipit tractare de Baiulis, qui habent iurisdictionem in ciuilibus, idem Affl. supra const.cultus iustitiæ 9.not.in princ.& incipit ab emendatione eorum excessuum, sicut mandauerat excessus inferiorum per Magistrum Iustitiarium emendari, sup.cōst. Magister Iustitiarius, & emendando remo-

2 uet difficultatem, nam iudex etiam quod omittat iurare, etiam quod valeat sententia, Iser.§.eius sententia, post nu.34.de stat. & consue.contra lib.eccl.non sic in Baiulis, qui iuramenta sacramentalium remittere non debent, vt videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento probatur, quod à conscientia dependet.*

2 *Testis*

2 *Testis tenetur iurare nisi remittatur à parte, num. 12.*
3 *Malus est qui fallit.*
4 *Officium idem quod iurisdictio, quæ competit ratione officij, num. 17.*
5 *Sacramentales deponunt de credulitate.*
6 *Purgationes sunt arbitrariæ secundū qualitatem personæ, & infamiæ.*
7 *Dolus præsumitur ex qualitate facti.*
8 *Sæpius, & sæpe, quid important.*
9 *Pecunia largè quid, & est mater criminum, & materia litium.*
10 *Libram faciunt 72. solidi.*
11 *Statuo, rem perfectam significat, & quid perfectum.*
13 *Iudex quod facit, non videtur pars totaliter facere, secus in Principe.*
14 *Iuramentum præstatur in causa appellationis, licet sit præstitum in causa principali.*
15 *Officiales occasione officij non debent suam conscientiam grauare.*
16 *Precatio, & relatio, differunt.*



1 C[ebra] quod dependet à conscientia aliter quam per iuramentum probari non potest, Paris de syndic. in ver. iudices, §. 14. Ideo te-
2 stes tenetur iurare, nisi remittat à parte, c. fraternitatis in gl. fin. de test. & quia Baiuli sacramentalibus gratia, quandoque pecunia hoc remittere solebāt, officium trahendo ad illicitum quæstum, Bald. l. nec 1. rep. in fi. ex quib. cau. maio. vt eorum insolentia compri matur, l. omnes C. de off. rect. prou. cū alias si omitteretur censeretur neglectum, Frecc. de formulis inuest. lib. 3. ibi sed postquam nu. 6. cir. fin. hoc prohibetur in textu, qui diuiditur, & summatur vt per Afflict. & dicit [Crebra] alibi crebre, vel crebro, D. Aug. lib. de Gramm. col. 29. circa med. & epist. 14. in princ. & 15. col. 4. in princ. inde crebra conuersatio: idem 3. de consensu Euangelist. c. 25. col. 35. frequens, & quotidiana, Niz. in ver. creber. [Nostrorum Fidelium] bonorum, nam qui fallit malus est, D. August.
3 serm. 16. de verb. Apost. col. 2. circa fin. [Excellentiae Nostrae] sup. const. patres. [Relatio] quæ à sugestione differt, glo. 1. l. 2. C. de leg. [Patefecit] ad aures nostri culminis perueniendo, inf. const. peruenit. [Quod] quia, glo. pen. l. si domino de leg. 1. [Quidam Baiuli Nostri] iudices Baiuli, inf. const. Baiuli locorum. [Usque Adeo] adeo, Niz. in ver. vsque cir. med. [Suae Baiulationis] Baliuiæ, c. fin. de off. Archid. [Extendunt Officium], iurisdictionem,
4 quia officium idem est quod iurisdictio, Bal. l. 1. in 1. rep. nu. 1. & 2. rep. nu. 2. & 3. de iurisd. om. iud. [Quod Sacramentales] qui de-
5 ponunt de credulitate .i. quod credunt illos verum iurare, Abb. c. 1. post nu. 5. de frig. & malef. vel secundum probabilem credulitatem eorum pro quibus pugnam sumpserūt, credunt veritatem fouere, inf. const. nullus campio, in quorum numero in defectu coniunctorū etiam extranei admittuntur, c. laudabilem, vbi Abb. & c. fin. post nu. 11. de frig. & malefac. & sic in facto proprio debent iurare assertiuè, in facto alieno cui non interfuerunt sufficit iurare per conscientiam eorum, Bald. c. fin. nu. 12. circa fin. de off. deleg. [Quos Causarum Qualitatibus Per Sententiam Iudicum Praestari Con-
6 tingerit] nam purgationes sunt arbitrariæ, adeo quod secundum qualitatem personæ, & infamiæ iudex arbitrabitur numerum purgatorū, Abb. c. inquisitionis §. fin. nu. 4.
7 de accusat. & ex qualitate facti præsumitur dolus, Bal. l. quoties §. 1. ff. de probat. [Baiuli Ipsi Interdum] nonnunquam, Nizol. in ver. interdum. [De Gratiis] gratiam cognitionis, quæ requiritur faciendo, vt in
8 glo. [Et Saepius] quæ dictio iterationem significat, Ant. de But. c. mandamus nu. 1. de off. Arch. sicut iterum, & rursus denotant infinitum, gl. fin. vbi Bal. l. veluti 1. & 2. repet. ff. de edendo. sæpe autem de duabus vicibus intelligitur, Spec. tit. de inquisitio. §. 1. nu. 3. [Pecunia Recepta] quæ largo modo pro
9 rebus omnibus capitur, dicitur mater criminū, Affl. hic 3. not. & materia litium, ac omnium criminū, Arch. c. ita, lo secūdo, 11. q. 3. [Quod Reputantes Iniquum] cuius contrarium est æquum, Bald. cons. 147. cir. med. 1. vol. [In Posterum] post hanc legem, gl. l. generali de sacrosan. eccl. nam etiam per mendacium quis ingreditur iudicium, Bal. c. super literis nu. 13. de rescrip. [Prohibemus] repellimus, vetamus, Luc. l. prohibitum in princ. de iure fisci. & vltra, quod qui non facit quod officio suo incumbit, ab executione ipsius repellitur, Bal. l. mutus §. pœna ff. de proc. [Poenam Unius Librae Auri]
10 quam faciunt 72. solidi, glo. l. idest ff. de dolo malo, Io. Faber §. nos autē inst. de actil. tut. [In] .i. contra, glo. 2. l. raptores de Episc. & cle. [Baiulum Qui Contrafecerit Sta-
11 tuentes] quod rem perfectam significat, l. 1. §. hæc autem ff. quod quisque iuris. Inde per-

perfectum dicitur cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis, D.Tho.1.par.q.5. & totum, & perfectum idem est, idem 2.2. q.44.art.4.& q.184.art.2.& 3.

12 Sed videtur, quòd iuramentum non sit de solemnitate formali testimonij cum possit à parte remitti, c.tuis vbi Abb. 3.not.de test. si à parte, ergo à iudice, qui repræsentat factum partis, l.eleganter ff.de pign.act.

Responde, quòd testes non iurati non debent recipi, c.de testibus, d.tit.de testib. nec eis sine iuramento creditur, gl.c.tertio loco

13 in ver.iurati de probat. Nec quod facit iudex, videtur pars omnino facere, sed quod facit Princeps sic, Bart.d.l.eleganter num.5. Quidquid sit purgatores, de quibus hic adhibebantur in causis ciuilibus, Affl.hic 1.not. in fi. sed ipse nunquam vidit obseruari: in alijs verò deficiens in purgatione punitur vt conuictus, Abb.c.attendens nu.4. de accus.

14 Et præstatur in causa appellationis, licet sit præstitum in causa principali, Arch.c.si autem circa fin. 2.quæst.6.

15 Nota, quòd officiales non debent grauare conscientiam suam ratione officij, quod gerunt, sed debent salutem animæ quocunque officio præferre, Bald.l.videamus nu.3.ff.de in litē iur. Vnde cum bona conscientia non potest quis iudicare de re cuius non habet notitiam, nec dubius facit contra conscientiam, nec debet scrutare alterius conscientiam, Bal.c.bonæ memoriæ, lo secondo, post nu.10.de postul.prael.& nu.11.vbi quod con scientia duplex est, vitæ speculi, animi motus, sibiipsi persuadens, sese concernens, in c.nisi cum pridem, post nu.2.& 4. cir.med. de renunciatione.

16 Item nota, quòd precatio, & relatio differunt, nam precatio est inter præsentes, relatio inter absentes, glo.l.3.in ver.precatio, & seq. C.de legi.

17 Vltimo nota, quòd iurisdictio competit ratione officij, Abb.c.fin.post nu.7.de cler. excomm.minist.

De discreta cognitione causarum, alias de officio Magistri Camerarij.

SVMMARIVM.

1 Excessus audiri, & emendari debent.



1 DIctvm est de excessibus Baiulorum, & quia debet esse qui audiat, & emendet, infra const. Castellanorum, ideo ponit de officio Magistri Camerarij, qui cognoscit inter Baiulos, & priuatos, vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Regi in diuersis officijs multi obediūt.*
2 *Officia iurisdictiones, vel officiales dicuntur.*
3 *Confusio nascitur ex pluribus.*
4 *Negocia desideria dicuntur, quia in eis iustitia desideratur.*
5 *Magistratus repræsentat vniuersitatem, sicut tutor pupillum.*
6 *Prosequi, actum cōtinuatum denotat.*
7 *Arrendator, emptor, & locator dicitur diuersis respectibus.*
8 *Iurisdictio est potestas de publico, introducta cū necessitate ius dicendi.*
9 *Tantum, taxat, non tamen excludit alia à iure prouisa.*
10 *Appellatio vim citationis habet.*
11 *Solet, & habet, refertur ad ius, non ad factum.*
12 *Appellatio extraiudicialis non est propriè appellatio, sed prouocatio.*
13 *Officium vnicum, & iudicum pluralitas nociua.*
14 *Iudex est stultus si iudicat de eo quod ad eum non spectat.*
15 *Officia non debent misceri, quia ex pluralitate generatur difficultas.*
16 *Efficacius geritur, quod à pluribus explicatur.*
17 *Officia inquirentes incurrunt in odiū plurium.*
18 *Electus ad duo officia, vel duo ad vnū an vnū, vel plura habeat salaria.*
19 *Ordo iudiciarius est de iure ciuili, & omissus vitiat.*
20 *Iudiciorum solemnitas maximè in regno hodie recessit.*
21 *Sententia per appellationem confirmari, vel infirmari debet.*
22 *Factum, & non ius est in potestate iudicis.*
23 *Sententia strictè continet diffinitiuam largè interloquutoriam.*



1 OFficiorvm] vni Regi in diuersis officijs multi obediunt, D.Thom.2.2.q.50. art.2.adeo quod licet tota potestas sit Regis, non excluduntur ministri, idem 3.par.de Sacramen.q.68. alias 37.art.1. habentes officia, quæ debent esse

eſſe diſcreta, ne promiſcuis actibus rerum
turbentur officia, l. cōſulta C. de teſtam. & in
eadem perſona iuriſdictio confundat ordi-
nem, Bal. l. 3. 1. rep. de adoptio. cōmunicatio
enim plurium in eodē officio cauſat litem,
ſicut figuli corrixātur ad inuicem, & plures
vxores vnius viri, D. Th. d. par. 3. de Sacram.
q. 96. alias 65. art. 1. Vltra quod vnuſquiſque
laborem fugiens, relinquit alteri quod perti
net ad cōmune, ſicut accidit in multitudine
miniſtrorum, idem 2. 2. quæſt. 66. art. 2. ideo
vt plurium officia ſint diſtincta in qualibet
ciuitate, Bald. l. 1. in 1. repet. in princ. de off.
præf. vrb. & ſingula ſingulis committantur,
Abb. c. mandata num. 1. in fi. de præſumptio.
& diſtinguantur quæ ad vnum pertinent, ab
ijs, quæ ſpectāt ad alium, prout de Magiſtro
Camerario, & alijs dicitur hic in textu, qui
diuiditur, & ſummatur vt per Affl. & dicit
2 [Officiorum]. i. iuriſdictionū, quæ annexę
ſunt officijs, Abb. c. quia diuerſitatē, nu. 12.
in fi. de conceſs. præben. vel officialium, Bal.
l. quoties, num. 5. circa fin. de exact. tribu.
[Periculosa] propter conflictum iudicio-
rum, Bal. l. iniquum in fi. de his, qui accuſ. nō
poſsunt. vel diuerſitatem ipſorum mutuo ſe
impedientium, Abb. c. 2. cir. fin. de off. deleg.
inde periculoſum dicitur quando ſunt par-
tialitates, & diuiſiones in populo, Bald. l. 2.
nu. 2. de pœna iud. qui male iudic. [Confu-
3 sio] quæ naſcitur ex conflictu perſonarum,
nō à pari, ſed à contrario ſuperiore, Bal. l. 3.
in princ. C. de fidei. & eſt vbi datur plurali-
tas ſine ordine, Caiet. ad D. Th. 1. par. q. 77.
art. 4. & per actus promiſcuos, add. ad Spec.
tit. de inſtr. edit. §. 9. ibi magiſtratus. Vnus
ſe ingerendo in officio alterius, quod fieri
non debet, Bal. l. vn. 1. rep. nu. 1. de off. conſu.
nam officio non deſeruit officium, Bald. l. 1.
in fi. C. de pet. hæred. [Privatorum Iura]
quæ reddi nō poſſunt ſine iudicibus, l. huius
in gl. 2. ff. qui potio. [Quas Iustitiam Si-
4 tiunt] Matt. 5. Inde negocia dicuntur de-
ſideria, quia in eis deſiderāt iuſtitiam fieri,
glo. l. omnia de off. præſid. [Plerumque] in
pluribus caſibus, vel ſæpe, Io. And. cap. 1. in
princ. de off. deleg. in vj. [Confundit] tur-
bat, vel miſcet, arch. c. bene in princ. 96. diſt.
[Sane] c. 3. & ſeq. de cler. coniug. c. ſane de
exceſs. prał. c. ſane de foro compet. §. 1. inſt.
quib. modis ius patriæ poteſt. ſolui. [Cum
Praedecessorum Nostrorum Discre-
ta] diſtincta, vel diſtributa, Bal. l. quoties in
princ. C. fam. herciſc. ex cauſa à lege appro-
bata, ſicut econtra indiſcreta, quæ ſunt ſine
cauſa approbata à lege, idem Bal. l. Impera-
tor, la prima, in 1. rep. nu. 7. in princ. de ſtatu
hom. aliter diſcreta, Bald. præd. l. ſi tutor, la
ſeconda, in princ. de tutelis. & perſonæ di-
ſcretæ, Bald. c. 3. cir. fin. per illum tex. de off.
deleg. [Provisio] aliter in c. 1. vbi Io. And.
nu. 1. de elect. in vj. [Ad Haec Diligen-
ter] diligentiſſimè, ſup. conſt. Iuſtitiarij nō
per Kalendas. [Intenderit] fingendo ani-
mum, Niz. in ver. intendo, cir. med. [Ut Pu-
5 blicarum Personarum] quia magiſtratus
repræſentat vniuerſitatem, ſicut tutor pu-
pillū, & inter duos tutores ſicut media per-
ſona eſt pupillus, ita inter duos officiales eſt
vniuerſitas, Bal. l. etiam nu. 2. de fideicomm.
[Officia Segregaret] ciuilibus quęſtio-
nibus alios, & alios criminalibus accuſa-
tionibus præponentes, ſupra conſt. non ſine
grādi in fi. [Provisionem] ante prouiſam,
Niz. in ver. prouiſus. [Ipsorum] prędeceſſo-
rum noſtrorum, vt ſup. [Effectu] non ipſo
iure, gl. fin. l. in hoc ff. comm. diuid. & differt
ab affectu, l. cū ſeruus extero, vbi Bal. ff. man
dati. vel effectu. i. executione, gl. l. non diſtin
guemus, in ver. executionē, de arbit. [Debi-
6 to Prosequentes] quod actū continuatum
denotat, Bal. l. de rebus 2. rep. col. 2. poſt pri.
eo. tit. de arbit. [Statuimus] ſtatutū decla-
ramus, Inn. c. cū ſuper, de ſepulturis. [Ma-
gistros Camerarios] quorū loco in re-
gno ſunt Secreti, gl. & Gram. hic nu. 1. cir. fi.
& habent cognitionē cauſarum ciuilium in
quatuor caſibus, Iſer. hic in princ. An autem
Camerarius Papæ, vel Imperatoris dicatē ha
bere dignitatē, Gra. hic in prin. [Qui A Cu-
ria Nostra Officium Camerariatus
In Credentiam Recipiunt] exigēdo vnà
cū credēzerio à curia deputato iura ſpectan
tia ad Regiā curiā in prouincia, qui creden-
zerius tenetē facere quinternū de exactis, &
ſolutis cū cautelis neceſſarijs, Affl. hic 3. not.
[Vel Conducunt] ad certū tempus locāt,
vendendo fructus, & iura domini Regis, quæ
ſunt in illa prouincia, idē Affl. eo. 3. not. nam
7 arrendator reſpectu fructuū dicitur emptor,
reſpectu iuris principalis cōductor, ſicut. n.
ex re corporali, puta fundo, percipit fructus,
ita ex re incorporali, puta iure colligēdi ga-
bellā percipitē fructus annuus meſtruus, ſiue
diurnus, & cū venditur, non alienatē, nec ſepa
ratur à fiſco, ſed conceditur ad tempus, Bal.
conſ. 393. nu. 2. poſt med. 4. vol. Vnde arren-
dare, vel locare nihil aliud eſt, quàm fructus
rei vendere, Pau. de Caſt. conſ. 362. 1. vol. &
emere fructus pedagij, non eſt niſi emere no
mina tranſeuntiū, & cedendo fiſcus, habetur
pro traditione, Bal. l. ſi ea lege nu. 2. cir. fin. 3.
& 4. C. de vſu. [De Causis Civilibus Tan-
tum] quę dictio nō ſolū declarat, ſed reſtrin-
git, Caſsa. conſuet. Burg. rub. 7. §. 6. ibi c. eſte
ex ca. cir. [Praeterquam] quæ excludit,
quādoque includit, gl. l. nullū ff. de diuortijs.
[De Feudalibus] inter fiſcū, & priuatum,

& sic Magistri Camerarij nõ cognoscunt nisi de mobilibus, & stabilibus modicis, & possunt nedum locare iura, & redditus Regios, sed etiam tenere in credentiam, & in terris demanialibus sunt iudices cõpetentes inter gabellotos, & personas priuatas, Frecc. de subfeu. lib. 1. de off. magni Cam. nu. 8. & [PRO
8 SVA IVRISDICTIONE] potestate de publico introducta cum necessitate ius dicendi, & æquitatis statuendæ, gl. 3. l. 1. ff. de iurisd. om. iudic. [AD REQVISITIONEM BAIVLORVM] sup const. Iustitiarios regionũ. [VEL IN DEFECTV IPSORVM TANTVM POSSE COGNOSCERE] in dictis casibus tantũ, non in alijs,
9 Gra hic 2. rep. in princ. licet dictio tantum, non taxet taliter, q̃ excludat alia, quæ sunt à iure prouisa, vnde Magister Camerarius cognoscit in alijs tribus casibus, vt hic in tex. & gl. ita vbi non datur superior de iure, vel de facto supplet Papa, Abb. c. cũ Ioannes post nu. 11. de fide instr. [ET IPSAS RATIONABILITER] c. cum secundũ Apostolum, de præb. instè, & rationabiliter, quæ sunt diuersa, & quid importent, Abb. c. ea quę 2. not. de sent. & re iud. alibi legitimè, & rationabiliter, idem Abb c. cõsanguinei nu. 2. in fi. & 3. eo. tit. de sent. & re iud. rationabile, c. cum super, & c. suborta eo. tit. de sent. & re iud. vbi etiam minus rationabiliter. [DIFFINIRE CAVSAS] certis finibus concludendo sententias, l. ex stipulatione, & l. post sententiam, C. de sent. & interloq. om. iud. sententialiter terminãdo, c. dudum de decimis. tunc ea ratione qua tenet processus, tenet sententia. Bal. c. 3. nu. 10. in fi. de off. deleg. [QVAS INTER BAIVLOS, ET CABELLOTOS] de quibus inf. const. auctoritatẽ. [SVAE IVRISDICTIONI SVBIECTOS] cũ alias in alieno officio, & in territorio sibi non subiecto quis se intromittere non possit, quia separatorũ separata est ratio, Bal. l. 3. §. si tutor, lo primo, iud. sol. [ORIRI SAEPE CONTINGIT] propter exactionẽ de facto, Bal. l. item si pupilli §. item ait in princ. ff. de neg. gest. [IPSAS AVDIRI VOLVMVS, ET SENTENTIALITER TERMINARI] per sententiã terminari, c. 1. de excep. vel sẽtentialiter diffinire c. ex ore de priuil. c. pen. de purg. can. c. olim de iniurijs, & dicitur terminari. i. consumari, Bal. a contra. l. fin. de
10 fer. rust. præd. [APPELLATIONES] quæ vim citationis habẽt, Spec. tit. de citat. §. 4. nu. 4. tã si est geminata, quã alternatiua, & quam prosequitur Bal. c. de causis nu. 23. & 24. cir. med. de off. deleg. [ETIAM QVAS] in terris demanij, Affl. hic 8. not. [IN CAVSIS CIVILIBVS] vel criminalibus, pro quibus fuit actũ ciuiliter, sup. const. Iustitiarij nomen, & normam. [IN PRAESENTIA BAIVLORVM] coram Baiulis, l. corã de verb. sig. & [A SENTENTIIS IVDICVM ORDINE IVDICIARIO COGNOSCENTIVM] cũ iudiciario ordine experiri debeat, c. post electionẽ in fi. de concess. præb. & tunc quia modus est de substantia, non sufficit habere effectum. i. sententiã, nisi seruet modus, & sic ordo, Abb. c. vniuersitatis nu. 10. de sent. excom. [AD IPSORVM AVDIENTIAM] auditorium, sup. const. Capi-
11 taneorum. [PROVT ASSOLET] de iure, nam solet, & habet, referuntur ad ius, non ad factum, Pau. de Cast. cons. 458. nu. 2. 1. vol. [SI CONTINGERIT] euenerit, acciderit, Niz. in ver. contingit. [INTERPONI] introduci, l. 2. C. de legi. [IPSOS] Magistros Camerarios, Gra. hic. [SVSCIPERE] præfatas appellationes, idẽ Gra. hic. [VOLVMVS] & mandamus, inf. cõst. vt officialibus, procuratoribus. [EX SVSCEPTIS EISDEM] appellationibus. [AD CONFIRMATIONEM, VEL INFIRMATIONEM SENTENTIARVM EARVM] reuocando per uiã æquitatis, vel nullitatis sententiæ, nam infirmare se habet ad reuocationẽ sententię tam per viam ęquitatis, quàm nullitatis, Bal. l. 1. in 2. rep. nu. 3. ff. de ferijs. [PROVT VIDERINT DE IVRE] permissum, in fim. Bal. l si quis instituat cir. fin. de hæred. inst. [PROCEDANT] pronunciando, Spec. tit. de sententia §. 6. nu. 24. cum add. in ver. in pri. cir. med. [A QVIBVS] Magistris Camerarijs, Affl. hic post pri. ibi hic est tertia, vel à quibus sentẽtijs latis per Magistros Camerarios, Gra. hic 2. rep. post princ. [AD NOS] & sic ad Principẽ, non ad Iustitiariũ interponitur appellatio, Gra. hic 2. rep. in princ. & tunc remittitur causa instructa cũ totum corpus actoris. remittitur, & si remissioni est statuta certa dies, nõ potest præueniri nisi de consensu partium, Bal. c. de causis nu. 8. de off. deleg. [ET NON AD IVSTITIARIVM, SICVT OLIM PROVOCATIONES] l. 2. §. ex actis de orig. iur. l. furti vbi gl. ff. de his qui not. infa. & l. si procuratorem §. si ignorantis ff. mandati. [VOLVMVS INTERPONI] extraiudicialiter appel-
12 lando, quæ propriè non est appellatio, sed potius prouocatio ad causam, Abb. c. cum sit Romana 5. not. de appellat.
13 Sed videtur, quòd vnicum sit officium. Bald. 1. consi. ff. in ver. hæc autem, lo primo, nu. 5. cir. med. & sæpe pluralitas iudicum est nociua propter expensas, & exenia, Abbas c. prudentiam nu. 19. circa fin. de off. deleg. vnde necesse est per vnum reipublicæ consuli, l. 2. §. nouissime d. tit. de orig. iuris, adeo quod plures procuratores sępe se impediunt per concursum, & interdum vnius affirmat, & alter negat, Abb. c. volentes num. 3. circa med. de off. leg. adeo quod locus est præoccupationi, idem Abbas c. cum contingat, post num. 29. de foro compet.

Dic,

Dic, quòd officium in se quantum sonat in ius est vnum, & indiuiduum, Baldus l.3. in princ. de conuen. fisci deb. inquantum sonat factũ sunt diuisa, & vnusquisque facere debet quod ad suũ spectat officium, alias culpa esset se immiscere rei ad suum officium non pertinenti, inf. const. culpam, & promiscuis actibus turbari est inconueniẽs, sicut quem posse trahi ad diuersa iudicia, Io. And. c. per hoc, post princ. & c. pen. post nu. 4. de hæreticis in vj. Nec valet prorogatio de causis ad causas, si est talis, quæ propter sui excellentiam delegari non potest, Bal. c. de causis nũ. 15. in fi. 27. & 28. de off. deleg. Vltra quod
14 stultus est iudex si iudicat de eo quod ad officium suum non spectat, Bal. l. nõ distinguemus 2. rep. post nu. 4. ff. de arbitris, cum nemo à non suo iudice ligari possit, c. quod au tem de pœnit. & remiss. & confunderetur iurisdictio, sicut ordo ecclesiasticus, si vnicuique Episcopo sua nõ seruaretur iurisdictio, c. peruenit 11. q. 1. Immo si sunt duo officiales in ciuitate, vnus generaliter deputatus, alter specialiter, generalis non potest se intromittere in illa specie, Bal. l. vn. 1. repet. in princ. de off. consu. nec iudex vnius territorij, potest mandare executioni sententiam in alieno territorio, etiam respectu bonorum illius quem habet infra suum territorium, Abb. c. postulasti 2. not. de fo. comp. cum nec imperitia iurisdictionis formam immutari possit, l. si filia in fi. princ. ff. fam. hercisc.

15 Nota, quòd officia nõ debent misceri, Bal. l. missi opinatores 2. not. de exact. trib. quia propter pluralitatẽ ingeritur difficultas officij explicãdi, Bal. l. cuius de cur. furio. vnde duplici officio quis fungi non potest, Gram. hic nu. 1. cir. med. & si sunt plures officiales, & non habent potestatem insolidũ, non possunt separatim procedere, Abbas c. causam nu. 7. cir. fi. & c. prudentiã nu. 7. de off. deleg.
16 nã efficacius geritur, quod à pluribus explicatur, Abb. c. mandata 1. not. de præsump. & potest fieri vnio cum sua causa, sicut in bonis testatoris, & hæredis, Io. And. ad Spec. tit. de rescind. vend. in ver. quemadmodum cir. med. secus in fisco, cui ex diuersa statione non opponitur compensatio, Baldus l. 1. C. de compensat.

17 Secundo nota, quòd inquirentes officia, incurrunt in odium plurimorum, cum non possint omnibus complacere, & quãto quis est iustior, tanto minus potest, cum debeat officium suum diligenter exequi sine exceptione personarum, Abb. c. qualiter, & quan do, num. 8. de accusat. Vltra quod prætextu officij faciliter erratur, Baldus l. liberorum §. notabitur circa med. de his qui not. infa. nec potest iurisdictionem suam denegare, gl. fin. in fi. l. si quis rem ff. de arbitris, & per sumptionem maioris, non amittit executionẽ minoris, c. gesta, & c. honoratus 74. dist. Etiã quia ratione officij melioris liberatur quis ab officio viliori, Bal. l. cum aduocatio C. de aduoc. diuer. iud. in habentibus tamen simile officium, idẽ debet esse iudicium, Bal. l. quædam §. nũmularios in princ. ff. de eden.
18 Vnde si duo eliguntur ad eundem officium, vel vnus ad duo, an duo vnum, vel vnus duo habebit salaria, Bal. l. binos d. tit. de aduoc. diuer. iud. prohibetur tamẽ aliquid propter consequentiam, gl. c. 1. de torneamen. Dolus autem iudicis debet euidenter probari, Bal. l. si filiusfamilias 2. rep. cir. med. ff. de iudic. Nec potest quis se absoluere, vel condẽnare, sed superior, Inn. c. quod in dubijs de sent. excomm. Bald. l. 3. 1. rep. ff. de adoptio.
19 Tertio nota, quòd ordo iudiciarius debet seruari, c. querelam, & c. dilectus, lo secũdo, de simo. est de iure ciuili, & non gentiũ, Bal. l. 1. cir. fin. princ. ff. de test. mil. vnde cum ratione reuocantur processus non rectè ordinati, Bal. l. fin. 3. rep. post nu. 3. quod met. cau. Et ordo verborum est, quod primo petatur, & postea replicetur, Bal. ad Spec. cir. fin. tit. de restit. in integ. licet propter necessitatem ordo præposteretur, Bal. l. sed si quis cir. fin. quemad. test. aper. tunc ordinem peruertere non nocet, nomina, & verba transposita idẽ significant, glo. & Bal. l. si ita quis de hæred.
20 inst. Etiam quia solemnitas iudiciorũ hodie recessit ab aula, gl. 1. l. si pignora ff de euict. maximè in regno propter prag. dispendia litium. In alijs qui vult ordinẽ turbare, tenetur actione iniuriarum, & potest ei etiam de facto resisti armata manu, Bald. l. obseruare §. fin. 1. rep. in fi. de off. proconf. & leg.

Vltimo nota, quòd à sententia officialis Baronis appellatur ad Baronem, à sentẽtia Baiuli, & Iudicis ordinarij omisso medio appellatur ad Magnã Curiam, Gra. hic 2. rep. num. 2. Per appellationem prima sententia
21 cõfirmari, vel infirmari debet, & sic cauetur quid in futurum faciendum sit, glo. l. quod si essati in ver. ex acta, de eo quod certo loco, nam in diuersis tenent sententiæ contrariæ nõ solum diuersorum, sed etiam eiusdem iudicis, Bal. l. cũ filius cir. med. 1. de leg. 2. cum
22 factum sit in postate iudicis, non ius, Spec. tit. de instr. edit. §. 4. nu. 17. cir. fi. ideo quisq; recusat onus iudicandi, Abb. c. cum causam nu. 4. de appell. cum non possit variare, alias esset ridiculosum, sicut aliquas tanquam virgines, & tanquam viduas admittere, glo. l. si Titio de leg. 2. debet tamen sententiando decernere, c. pen. de empt. & vend. iudiciali sententia, c. ex publico de cõuer. coniug. per sentẽtiam diffinitiuam, c. olim de censi-

sententialiter condemnare, c. Raynaldus de testa. c.pen.d.tit.de conuer.coniug. senten-
23 tia verò strictè diffinitiuam significat, largo modo comprehendit interloquutoriam. Bal.l.1.in 1.rep.ibi in eadem gl.& ibi mentionem, quod quisque iuris.

SVMMARIVM.

1 *Fertilitas, & sterilitas vnde nascantur, & quid operentur.*
2 *Magistri quid, & vbi sic appellantur.*
3 *Assisa duplex, iurisdictionis, & rerum venalium.*
4 *Visus duplex, corporalis, & mentalis.*
5 *Iurisdictio particularis non tollit vniuersalem in annona.*
6 *Assisiam accipiunt officiales à Principe, & ipsi dant vniuersitatibus vbi taxatur pretium.*
7 *Imperator potest cogere ad vendendum pro modico pretio, & quod sit modicum.*
8 *Nobiles in eorum castris securius, & leuioribus expensis morantur.*


1 MAGISTROS CAMERARIOS] fertilitas vbi est, ibi commune gaudium, bona fortuna, prospera, & felix; vbi sterilitas mœror, & luctus, Bald.l.licet in princ. C.locati. Carestia autem crescit ex mala administratione frumenti, l.1. vbi Ang. de frum.vrbis Constant. Inde pretia quotidie mutantur, Bal.l.si inter virũ nu.1.post princ.C.de iure dot. Et cunctis fere ciuitatibus necessarium est emptiones, venditionesq; fieri inuicem pro vsu rerum necessariarum, Arist.6.Pol.8. quia victualia iusto pretio vendi spectabat ad præfectum vrbis, l.1.§.cura carnis ff.de off.præf.vrbis. Fredericus mandauit pretium illorũ statui in qualibet prouincia per Comites adhibitis secum septem viris, §.post natalem, vbi latè dixi de pace ten. Gulielmus hic mandat Magistris Camerarijs cum consilio Baiulorum, & aliorum loci assisiam ponere, vt in textu qui summatur vt per Affl. & dicit
2 [MAGISTROS] à magistrando, & sunt qui præsunt aliquo exercitio, & eorum appellatione veniunt omnes cuiuscũque qualitatis: insuper est communis vsus Vltramontanorum. Romani autem Pontifices quemlibet Doctorem in suis litteris appellant Magistrum. In Italia obtinuit vsus vt promoti in iure appellentur Doctores, in alijs facultatibus omnes appellantur Magistri, Abb.c.1. num.5. de locato, & condu. [CAMERARIOS REGIONVM] seu prouinciarum, Niz.in ver. regio. de quibus Magistris Camerarijs in
20 si de statuto, vel eius mẽte dubitetur, recurritur ad grãdis salis iuris ciuilis ne marcescat, Bald. l. omnes populi nu. 22. cir. med. de iust. & iure. [CURIAE NOSTRAE DEMANIA] iurabunt etiam, quod demania, vel dominia, inf. const. dignum. [ET IURA] potestates, quę pro eodem ponuntur, l. 1. in ver. ius, ad leg. Falc. [QUAELIBET ILLABSA SERVABUNT] vnde boni Præsides ante omnia debent intẽdere iustis exactionibus, Affl. hic 7. not. post princ. quia redditus regni necessitatibus publicis frequentissimè deputatur, l. fin. de priuileg. dom. Aug. vt maior erogatio euitetur, l. habemus, la prima, de erog. mil. anno. [ET QUOD IPSA NON NEGLIGANT] non despiciãt, sed curabũt, Arch. c. si custos cir. princ. 27. q. 1. [NEC IN ALIOI VLLO ALIENATIONIS] quæ multis modis fit, & omnes prohibentur, Arch. c. Apostolicos in princ. 12. q. 2. [VEL LOCATIONIS TITULO TRANSFERANT] sed in casu locationis seruetur const. si quando inf. de off. mag. procu. curiæ. [NEC
22 PER SE OCCUPABUNT] distrahendo, & ponit in malam partẽ, Io. And. c. quia, post nu. 3. de elect. in vj. [AUT OCCUPARI PERMITTANT] nã paria sunt malum facere, vel procurare quod fiat, Luc. l. 2. post princ. de tyron. [SED OCCUPATA, ET DETENTA AB ALIIS] si recuperare non poterunt, quamcitius possunt, c. 1. de noua for. fidel. [NOSTRAE CURIAE NUNCIABUNT] vt recuperare possimus, quia defectũ in iure nostro perpeti nõ possumus, inf. const. sponte in fi. [ILLUD ETIAM IN SACRAMENTO BAIULORUM EXPRESSUM] eo quod plus timeri solet expressum, quã tacitum, & plerunque fit in contractibus causa tollẽdę dubitationis, Azo in sum. C. de hære. vel act. vẽd. [INSERENDUM EISE VOLUMUS] voluntatem habemus, Niz. in ver. volo. [VT
23 POENAS, SEU MULTAS] quæ inter se differũt, Spec. tit. de sent. §. 2. cum add. ad eum l. viii. in gl. 2. si quis ius dic. nõ obtemp. [NOSTRIS CONSTITUTIONIBUS COMPREHENSAS] quę faciunt sapientem quem culpa ostendit insipientẽ, Paris de synd. in ver. iudex c. 2. nu. 38. quia vexatio tribuit intellectum, inf. const. humanitate cir. fin. [AB HIS QUI IN EAS INCIDERINT] legum præceptis non obtemperãdo, l. sanctio legum ff. de pœnis. [PROUT AD EORUM OFFICIUM, SEU COGNITIONEM
24 CAUSAE] probationem, nam per illã fit causæ cognitio, Bal. l. 1. nu. 2. in fi. quæ fit longa consuet. [PERTINERE NOSCUNTUR] vel secundum ius suæ potestati cõmissum iurisdictionẽ suam pœnali iudicio defendere, l. vn. vbi gl. 2. ff si quis ius dic. non obtemp. imponendo mulctam secundũ interesse, Bal. l. 2. in 1. reper. 6. not. si quis in ius voc. non ierit. [NULLI HONORI OMNINO, ET GRATIAE
25 DEFERENTES] licet plus honoris deferatur vestibus, quàm virtutibus, plus venustati, quã honestati, Luc. l. vn. post princ. de colleg. & chartop. vel gratior erat, & sperabat habere dignitatem, l. eum quidam §. diuus in ver. gratior ff. de vsuris. [ET SINE DIMINUTIONE REQUIRANT, ET RECIPIANT REQUISITA] alias quidquid gratiosè dimiserint de bonis ipsorum, proculdubio exigemus, sup. cõst. si quis in posterum in fi. si minime exegerint, inf. const. Baiuli locorũ in fi. [NEC A PARTIBUS] in iudicio litigãtibus,
26 inf. const. partes. [PRAETER] quæ stat inclusiuè, quandoq; exclusiuè, Spec. tit. de dispens. §. 10. post nu. 13. cũ add. in ver. Papam, Bal. l. 1. 2. not. si quis cautio. [SUBSCRIPTIONES SENTENTIARUM] vel pro iudicaturis, & subscriptionibus, inf. const. cùm circa. [INFRASCRIPTA QUANTITATE TAXATAS, NON PLUS RECIPIANT] facta de soluto quietatione particulari, & non generali, Bal. l. quid ergo §. contrarium; de contra. tute. actio. [NISI] quæ exceipit, quandoque non, Bal. ad Spec. tit. de sponsal. [QUOD EST NOSTRA CONSTITUTIONE PROVISUM] vt in aduocato, secundum gl. & Affl. hic 9. not. [ET IURA PRAEDICTA] & infrascripta [FACIUNT GABELLOTOS SUOS] qui gabellas exigunt, sup.
72 const. auctoritatem, cũ tributum capitibus, vectigal prædijs imponatur, glo. l. 2. §. fin. in ver. tributum, ff. de hæred. vel actio. vend. [QUOD NIL VLTRA VETEREN FORMAN]

quia vectigalia soluuntur iuxta solitũ, Iser.
28 c.si verò violator §.hæreditatem in fi.de pace tenen. [Et Nostra Statvta Reqvirvnt]nam quædã sunt iura vetera, quædam noua, Iser.sup.const.quãto. [Vel Ab Aliis Extorqventvr]per extorsionẽ exigebunt, c.ad nostram,lo terzo,& c.petitio nostra de iureiur. [Nisi Qvod Eis Constitvtio Regni, Et Nostra Permiserit]inf cõst. Magistros fundicarios,& si plus exigũt,pœna arbitraria puniuntur, Affl.hic vlt.not.

Sed videtur, quòd in causis instruendis,
29 ordinandis,& decidendis attendatur ius ciuile, si canones non obuiant, Abb.c.2.in 2. not.de testi. c.quidquid per nouale 2,not.de verb.sign. Vltra quod omnis recessus à iure
30 cõmuni sit odiosus, Abb.c.cum dilecti, post num. 5. de donat. & quod leges Longobardorum non sunt allegandę, Bal.in c.translato, in princ.de constitutio.

Dic, quòd debet iudicari secundum iura, Paris de synd, in ver.iudicare, c. 1, in princ. & secundum iuris ordinem,de quo hic,consuetudo enim specialis vincit legem in loco in quo est,gl.l.item quod cuiusque vni.nom. Et si aliquando leges Longobardæ allegant, procedit ex consuetudine,vel ratione naturali,Bal.d.c.translato.Et quod de iudice dicitur,idem in arbitro, Bald.l.qualem 2.rep. post med.de arbitris.Et iudex appellationis an pronunciabit secũdum ius commune,vel consuetudinarium, Spec.tit.de appell.§.10. in fi.Leges,& canones an debeant seruari in vtroque foro, Abb.c.1.nu.5.& seq. de noui operis nunciat.

Nota, quòd iuris ordine est iudicandum
31 Io.Faber §.ex non scripto in fi. de iure nat gent.& ciui. Gram.d.const.cum circa nu.3, in fi. licet prima iustitia sit æquitas,secunda sit positiua,gl.1.l.fin.de publicia.Modus verò viuendi iure speciali introductus potest sperni, & eligi alia via, Bald.l.quod fauore, post num.1.C.de legi. Vltra quod exemplis Principis iudicari potest, Abb.c.verũ,nu.2. de iureiur. exempla Principis, & veteris testamenti possunt allegari,Abb.c.2.in 1.not. de præsumpt. licitè recurritur ad nouum,&
32 vetus testamentum.Abb.c.per venerabilem nu.14.qui filij sint leg.c.qualiter,& quando, 1.not.de accus. ita & lex diuina potest allegari in decisione causarum,Abb.c.cum causam num.5. de elect.c.1. 4.not.de off.deleg. c.in omni 2.not.& c.licet num.2. de testib. verba Euangelij, idẽ Abb.c.2.1.not.de reg. iuris. prouerbia,Abb.c.2.nu.18.de translat. Episc.& c.2. post nu.19. de translat.prælat. & lege deficiente potest allegari ratio naturalis, Abb c.in Genesi nu. 2.de elect.c.secundo requiris,vlt.not.nu.8.de appell, auctoritates Sanctorum multum valent, etiã quod nõ fuerint Romani Pontifices, in c.cum sint 1.not. c.tua, post nu.5.& 6. de decimis c.2. nu.4.de conuer.coniug. & possunt allegari, idem Abb.c.cum Apostolica,de his quæ fiũt à prælat. c.certificari num.3.de sepulturis.
33 Et potest iudex moueri ex causa non cognita,nec allegata à partibus,Abb.c.2.nu.4.de præsumpt. & ab eo quod sibi est notorium, licet nõ fuerit in actis probatum,Abb.c.du-
34 dum num.6.de elect. qui autem se defendit, semper absolui desiderat, Bald. l.sed & hæ, §.præter in fi ff.de procur. Vltimo rescriptũ Principis imitatur ius cõmune, in similibus Bal.l.ex facto, post princ.de vulg.& pupill.
35 Secundo nota,quòd officium repræsentat personã duorum, Bal.l.filius 1.rep.in princ.
36 de his,qui sunt sui,vel alie.iur. Vnde peccatũ est sustinere infamem in dignitate,Spec. tit.de positio.§.7.nu.40.cir.fi. nã non potest. iustitia cum scelerato habere commercium,
37 c. forus in fi. de verb.sign. sed bonorum est mixtura optima, c.nouit in fi.12.dist. Abb. c.cum dilecti nu.12.circa fin.de accus. vnde non sufficit fieri per quemlibet, Bald.l.si se-
38 quens ad Syll. sed sicut Imperator est pura voluntatis, malo non consentiens, Affl.hic 1.not. ita debent esse & officiales eius,quia qualis est Princeps,ita & ministri eius,Iser. §.similiter,lo vltimo,nu.27.cir.med.de cap. qui cur.vend.

SVMMARIVM.

1 *Officia dum conferuntur,quæ considerantur.*
2 *Officij emptor præsumitur omnia mala facere.*
3 *Verba imperatiui modi important necessitatem, quandoque consilium.*
4 *Iurisdictio ciuilis vbi agitur de commodo pecuniario.*
5 *Mixtum imperium quotuplex, & vnde dicatur mixtum.*
6 *Vendi quod est in libera voluntate, si est turpe, multo magis si venditur quod est in necessitate.*
7 *Sententia lata mediante pecunia non tenet.*
8 *Baiulatio vltra redditus habet iurisdictionem, & eius exercitium.*
9 *Vniuersitatis maior est caput, & ipse iurat pro causis vniuersitatis.*
10 *Tantummodo,est dictio negatiua.*
11 *Suspectum facit, qui patet id quod latet.*

12 Offi-

12 *Officium recipit extensionem respe-ctu territorij, non causarum.*
13 *Feuda vniuntur vt faciant vnum militem.*
14 *Iudex debet sedere vbi requiritur causæ cognitio.*
15 *Iudicium multas moras habet.*
16 *Iudex si tenetur aliquid facere, intelligitur dum modo petatur.*
17 *Reuelatio diuina quandoque instruit quid agendum.*
18 *Vniuersitatis regimen quoad statum debet esse penes nobiles, quoad negotia apud diuites, qui debent seruare concordiam, num. 32.*
19 *Salarium an debeatur Actuario, assessori, & arbitris.*
20 *Concedimus, & donamus, sunt verba generalia.*
21 *Notarij actorum habent officium necessarium etiam non rogati.*
22 *Pignus à pugno, quem solus iudicis iussus facit.*
23 *Expedit sæpe vni, quod non expedit alteri.*
24 *Alioquin, aduersatur præcedentibus, & includit contrarium.*
25 *Officium non acceptans, coercetur multis modis.*
26 *Honores propter publicam vtilitatem etiam inuitis conferuntur.*
27 *Etiam, includit positum ante.*
28 *Sacramentum vulgares dicunt esse peius quod est in domo.*
29 *Secundum, limitat & restringit.*
30 *Negotia aliena agere nemo compellitur.*
31 *Potestas est publici iuris, et nemo eam potest renunciare.*
33 *Inuiti præsumuntur, si non probetur consentiße.*
34 *Iudex supplet parte absente.*



AGISTRI CAMERARII]
1 tria per ordinem in quo-
libet officio considerãtur,
electio, acceptatio, & offi-
cij ingressio, Bal. l. publius
Mæuius de cõ l. & demõst.
c. cum accessissent, nu. 10.
in fi. de const. In electione debet fieri scruti-
nium, de quo inf. const. iudices vbique loco-
rum. Et tripiex est collatio, plena, semiple-
na, & perfunctoria, Bal. c. in Genesi post nu.
2 9. de elect. Sed qui emit, præsumitur omnia
mala facere, Paris de synd. in ver. officialis,
c. 3. nu. 2. Electus cogitur ad acceptandum,
sicut & ambasciatã, & inuitus ex domo ex-
trahitur, Ang. l. si quis decurio. & l. ex omni-
bus de decur. lib. 10. & si fugit durante offi-
cio, reuocatur, & omnes sumptus protinus
refundere debet, l. Circensium, vbi Bal. eo. tit.
de decurio. Ingreditur autem officium per
iuramentum in manu superioris, alias admi
nistrare non posset, dixi sup. const. inter cæ-
tera, in princ. de præst. sacram. & in secundo
casu renitentiæ additur hic modus compel-
lendi, vt in textu, qui diuiditur vt per Affl. &
summatur vt per illum, & dicit [MAGISTRI
CAMERARII] siue massarij, qui retinent pe-
cuniam, Bal. l. 1. 3. not. & §. fin. 2. not. quod cu
iusque vni. nom. [QVI PER QVORVMLIBET
PRAESIDATVM] siue Iustitiariatũ, inf. const.
occupatis nobis. [REGIONES] vel prouin-
cias, Niz. in ver. regio. [AMODO] post præsen
tem constitutionem, sup. constit. cum satis.
[STATVENTVR] decernentur, vel constituen-
3 tur, Nizol. in ver. statuo. [NON VENDANT]
quæ cũ sint imperatiui modi important ne-
cessitatẽ, quandoque consiliũ, Abb. c. magnæ
nu. 4. de voto, & voti redemp. [BAIVLORVM
OFFICIA] quæ vendi nõ possunt, Gram. inf.
cõst. sæpe nu. 2. [QVAE AD ADMINISTRAN-
DAM IVSTITIAM PERTINENT] quæ quare
non debeant vendi, Affl. hic nu. 5. circa med.
[IN] .i. pro, gl. 1. l. 1. ff. de cond. furt. l. in mo-
dicijs ff. de contra. empt. [AVDIENDIS, ET
DIFFINIENDIS] terminandis, vt sup. const.
officiorũ. [QVAESTIONIBVS] causis, l. licet
C. de procur. [QVANTVM AD EOS COGNI-
TIO] plena, l. nec quidquã §. 1. ff. de off. pro-
4 cons. [EX IVRISDICTIONE] ciuili eorũ qui
agunt de pecuniario commodo, Spec. tit. de
iurisd. om. iud. nu. 24. in fi. [VEL MIXTO IM-
5 PERIO] quod potestas est media, & per eum
quæ sunt iurisdictionis mediæ explicatur,
& dicitur mixtum, quasi ex iurisdictione, &
mero imperio, Spec. vbi sup. num. 10. [PAR-
TIVM] nam mixtum imperium aliud volun-
tarium, & aliud contentiosum, aliud partim
capit à voluntario, & partim à contentioso,
Bal. l. si in aliquam 2. rep. §. cum plenissimã,
post princ. ff. de off. procons. & leg. [SEV] quę
dictio auget, Archid. c. fin. post princ. 5. dist.
[VETERIBVS LEGIBVS] ad differentiã ista-
rũ, sicut noua lex dicitur, quæ est facta post
legẽ duodecim tabularũ, Bal. l. vn. in princ.
de cond ex lege. [ET NOSTRIS CONSTITV-
TIONIBVS DEMANDATVR] delegatur glo. 1.
l. à iudice, C. de iudicijs. [INDIGNVM] c. fin.
de reg. iur. indignatione peccati. Inn. c. scri-

ptum, cir.fin.de elect. [NAMQVE] pro quia, l.1. in ver. namque, de præto.stipul. [FORE DECERNIMVS] cle.2.vbi not.de appell. [VT SACRATISSIMVM QVISQVAM IVSTITIAE MINISTERIVM] de quo sup.const.non fine. Iustitia namque triumphat super omnē aliā virtutem, vitam, famam, & scientiam, nec prodest bona fama vbi quis caret iustitia, Bal.c.bonæ memoriæ, post nu.2. de electio. [PRETII VENALITATE MERCETVR] nam

6 si quod est liberæ voluntatis alicuius sæpe vituperatur si per pecuniā fit, quia rarò virtus pecunia permiscetur, & plus vituperatur factum cum pecunia, quàm sine, Bal.l.1. in fi. si omi.eau.test. multo magis non licet vendere iustum iudicium, & venales habere sententias, quod etiam secularibus legibus improbatur, c.cum ab omni, de vita, & hon. cler. Immo concessionem faciens, & venalē sententiam proferens, potest à quolibet accusari, l.iubemus C.ad leg.Iul.repetū. vltra quod similia facientes dicuntur male gerere, sunt periuri propter tacitam conditionē, Ant.de But.c.pen.cir.fin.de off.vic. In grauamen subditorum, & subuersionē iudiciorum, nō est dubium redumnare, c.2.ne præl. vices suas. Et sententia per pecuniam lata

7 non tenet, glo.l.sed & si, §.si quis iudex ff.de arbitris.non tenet si est iudicis, arbitri verò sententia si est per sordes, vel pretium lata, tenet, sed potest excipi, Spec.tit.de arbitro, & arbit.§.4.in princ. & illud in arbitro, qui spontè eligitur, secus si eligit ex necessitate, vt in arbitro iuris, quia idem in eo, quod in iudice, Arno.104.& 105.comm. Quid si ex qualitate causæ perpenditur esse latam per gratiam, inimicitiam, vel latam culpā, Bal. l.venales, quan.prouoc non est neces.& tunc quare est nulla, idē Bal.l.qui testamento cir. med. de excusat.tut. [SED BAIVLATIONES EASDEM] quæ vniuersitates sunt habentes

8 sub se plures redditus, siue fructus, inter quos est iurisdictio, & eius exercitium, Affl. hic 2.not. officium Magistri iurati, quod est vniuersitatis, vt in c.reg.itē statuimus quod officium Magistri iurati. [COMMITTANT VIRIS FIDELIBVS] veracibus, iustis, & bonæ famę, Inn.c.1.de purg.can. [ET OPINIONIS ELECTAE] omni exceptione maiores, inf.const.instrumentorū robur. [PRVDENTIORIBVS, ET GENEROSIORIBVS, AC DITIORIBVS] cum prudētia sit circa agibilia, vel recta ratio agibilium, omnia enim ordinantur ad prouidentiam sicut ad finē. consistit in ratione, & habet tres actus, quorum primus est consiliari, secundus iudicare de inuentis, tertius est præcipere simpliciter; dicta ordinatur ad bonum proprium, œconomica ordinatur ad bonum commune domus, & familiæ, politica ordinatur ad bonū ciuitatis, vel regni. est principium inferiorum, non corrumpitur à natura, sed in senibus, & peccatoribus impeditur per obliuionem, D.Th.2.2.q.47.art.5.6.& 7.ibi tertium de minori, art.8.10.& 13. vsque 16. partes integrales, & potentiales ipsius ponit q.48. art.1.& q.49.per octo art. Iustitia autē eget adminiculis arbitrio boni viri, Bal.c.ad audientiam nu.11.cir.med.de rescrip. nā conuenit vnumquemque nobilium functiones agere ciuitatum quas inhabitant, §.audient. auth.de defen.ciu. Inde maior dicitur caput

9 vniuersitatis, & ipse iurat pro causis vniuersitatis, quia ei commissa cura dicitur totius vniuersitatis, gl.1.c.fin.de procur. Quare ditiores, & non pauperiores assumuntur, Affl. de pace iurani.firm.in princ.nu.4. [PROVT LOCORVM CONDITIO] qualitas, inf.const. prosequentes. vel causa, glo.l.ob carmen in ver.rei, ff.de testi. [MINISTRABIT] nam etiā coram Baiulis decernuntur aduocati, infra const.aduocatos. [QVI SINT DE DEMANIO NOSTRO TANTVM] sicut iudex, & notarius publicus, inf.const.in locis demanij. [PER LOCA] de quibus inf.const.locorum Baiuli.

10 [QVALIBET VNVM TANTVMMODO] quæ est dictio negatiua, Luc.l.3.cir.fi.de silētiarijs. [STATVANT, ET NON PLVRES] quia necesse est per vnum cōsuli, l.2.§.nouissime de orig. iur. [ADEO] in tantum, Niz.in ver.adeo. [VT NEC SOCIETATIS OCCVLTAE VELAMINE]

11 nam ex hoc quod petit, suspectū facit quod latet, D.Aug.3.contra Iul.col.fin.post princ. cum non careat scrupulo societatis occultę, c.constitutis, lo primo, de testi. sicut non obuians delicto cum possit, præsumitur socius delinquentis, Abb.c. sicut dignum num.5.de hom. volunt. ita si non desinit manifesto facinori obuiare, Abb.c.1.post nu.5.de off.deleg. in c.cum non ab homine nu.14.de iudic. & d.c.sicut dignum §.illi etiam de hom.vol. quia certum est nos culpæ societate vniri quoties impunitum eum esse cupimus, qui culpæ tenetur obnoxius, D.August.epist.53. col.2. post princ. & epist.seq.col.1.cir.med. nā bene agere, & illicita non prohibere, consensus erroris est, idem epist.180.& cōsensus est quadruplex, Bal.c.1.num.5. de off.deleg. [NEC PRAEDICTAE BAIVLATIONIS OFFICIVM A PLVRIBVS ADMINISTRARI PERMITTANT] sed est correptum, Affl.hic 7.not. vel in singulis ciuitatibus erit vnus Baiulus, vt in cōst. occupatis nobis. [EX PARVIS AVTEM CIVITATIBVS, ET LOCIS] quia non ordinant officiales super modicas personas,

12 officium vnius recipit extensionem respectu territorij, nō causarum, Bal.l.1.in fi.de can. larg.tit. nam non omnes loci sunt insignes,

Bal.

Bal.l.si duas cir.fin.de excus.tut. sed ille dicitur insignis vbi est copia peritorum, exercetur merum,& mixtum imperium,& locus causarum etiam quod sit castrum,& non ciuitas,idem Bal.l.iuris ignorantia,post nu.1. qui admi. [ET MVNICIPIIS] villis, l.legatis,vbi gl.ff.ex quib.cau.maio.[IN QVORVM SINGVLIS BAIVLVS, VNVS IVDEX, ATQVE NOTARIVS] qui fit de demanio, vt supra,& inf.const.sæpe, & scribit etiam acta delegatorum,Bal.l.3. vbi,& apud quē. [SVNT NECESSARII] vtiles,& honesti,gl.c.necessaria 12.q.1. [NE] vt Niz.in ver.ne. [SINE MAGNO CVRIAE NOSTRAE DISPENDIO] damno,Affl.sup.const.inquisitionibus. [CAVSARI] l.sed & si §.1.ff.de instito.l.fideicōmissa §.sic in fi.de leg.3. vel causare, l.3.ff.depositi.causam afferre,Niz.in ver.causor. [VALEANT PLVRA] ordine iudiciario cognoscendo,sup.const.officiorū. [VOLVMVS] & mandamus, inf.const.vt officialibus. [INSIMVL

13 COMBINARI] vniri,sicut non habentes feudum integrum, solet se combinare,& facere vnū militem,Iser.§.similiter in hostendicijs nu.13.cir.fin.ibi in regno de cap.Corra. aliter combinare,c.pen.de excess.prał. hic plurium locorum. [VNIVS BAIVLI, IVDICIS, ET NOTARII, QVI NON SINT DE IPSORVM LOCORVM ALIQVO MVNICEPS] quod est genus, ciues, & incolæ sunt species, l.ciues, in gl.1. de incolis. [VEL ETIAM ORIVNDI] l.pen.ff.de Senat. & sup.const.Iustitiarij per prouincias. [IVRISDICTIONE] pro iurisdictione [REGENDA, VT TANTVM] vt tamen [DE VNO LOCO AD ALIVM NON ADDVCENT LITIGANTES] sed vnaquæque ciuitas fruatur curia iudiciali, §.audient cir.princ. auth.de defen.ciuit. [SED PER VICES, ET TEMPORA] temporū vicissitudine,inf.const. cum circa. [IN QVOLIBET LOCORVM IPSO-

14 RVM SEDEANT] nā vbi requiritur plena causæ cognitio, debet iudex sedere vbi ius reddere consueuit, add.ad Spec.tit.de disput.& alleg.ind.§.6.in princ.& tit.de sententia §.8. nu.6.cir.fin.10.& 11. vnde postulare dicitur petendo pro tribunali,& nō alibi, l.dies cautioni §.hoc autem de dam.infe.non quod sit de solemnitate iudicis sedere, sed sui copiā prebere,inf.const.Baiulos,& omnes iudices, plerunque tamen iudices sedere consueuerunt,Spec.tit.de dilatio.§.fin.post nu.21.vbi Bal.ad l.vlt.cir.fin. sedere,& stare differunt, c.1.vbi Abb.nu.3.de vita,& hon.cler.c.1.de cohab.cler.& mul.[ET IBIDEM] ibi,ponitur localiter, sicut vbi, Arch. c.clericum in fi. 11.q.1. [PROVT CAVSARVM QVALITAS, ET NVMERVS EXEGERIT] salario mediante, & non suis sumptibus, Affl.sup.const.Iustitiarios nu.3.ne filius pro patre.ex computatis expensis quas domi fecisset, Alex.cons.206. num.2.& 12.vol.2. [COMMORANTES] quia

15 multas moras habet indicium,gl.fin.l.vxorē de leg.3. [PETENTIBVS IVSTITIAM SVBMINISTRENT] cum ad non petita officium suū non impartiatur,Alex.cons.101.nu.1.2.vol.

16 Iudex enim quando tenetur aliquid facere, intelligitur si petitur à parte,nisi respiceret publicam vtilitatem,Cassan.consuet.Burg. rub.13.§.8.in princ.nu.4.Luc.l.2.col.2.post princ.de lucris aduoc.[BAIVLORVM] Bagliuorum, c.excōmunicamus §.1.de hæreticis. [PROCESSVS] & acta, inf.cōst.cordi. [PER SINGVLAS CIVITATES, ET LOCA FREQVENTI DISCVSSIONE] alias discursione, supra const. Iustitiarij nō per Kalendas.sumptibus proprijs, nō tenetur tamen ire,nisi ex causa necessaria, l.2.vbi Luc.in princ. d.tit.de lucris adnoc. & l.curiales de decur. [PERLVSTRENT] Nizol.in ver.lustro. [DEFECTVS IPSORVM] quos superior supplere debet,Inn. c.super literis,post nu.8.de rescript. [QVOS FREQVENS] crebra,sup.in const.crebra. [ET DILIGENS INQVISITIO] perquisitio, supra const.si damna clandestina.& iudex vbicunque inquirit,assumit in se onus probandi, & si ledit partē,facit litem suam,Bal.c.1.nu.8. in fi.de off.deleg.[REVELABIT] sicut in agē-

17 dis diuina instruit reuelatio,Luc.l.vlt.cir.fi. de nauicularijs.[SVPPLEANT] quæ iudex ex officio supplere potest, Spec.tit.de disput.& alleg.aduoc.§.6.nu.2.cum seq. [ET EMENDENT] vel corrigant per modum iustitię,Io. And.c.fin.in princ.de appellat.in vj. [QVORVM SINGVLI] quorum quilibet, d.constit. occupatis. [IVDICES VNVM DE FIDELIORIBVS, ET PRVDENTIORIBVS] porro videntibus, D.Th.2.2.q.49.art.6. est enim necessaria prudētia,D.Aug.de prudentia,serm.4. ad fratres in heremo, uam per eam cognoscimus futura ex præsentibus, & præteritis, D,Th.vbi sup.2.2.q.47.art.1. alibi prudētes superbi dicuntur, qui sibi prudentes, & sapientes videntur, idem ea.par.q.162. art.3.

18 [LOCI] nam regimen quoad statum loci debet esse penes nobiles, quo verò ad negotia apud diuites, Cap. in sua inuest. in ver.feudorum clausulæ, ibi ciuitatē in fi. [DECRETIS A NOBIS] cū per alios creari non possint, sup.const.cum satis. [AVT CREANDIS AB EIS] cū possint sibi assumere actuariū, Abb. c.quoniam contra de probat. [CONTINVVM ADIICIENT ASSESSOREM] de quo sup.in const. Iustitiarij per prouincias. [ET NOTARIVM VNVM ACTORVM SIMILITER FIDELIVM] discretum,c.cum ad monasteriū de sta.mon. promissa adimplentē. inde psal, Oculi mei ad fideles terræ. & Apocal. 19. Vidi equū albū, & qui sedeb.t super equum voca-

vocabatur fidelis, Guliel.Pipin.epist.ferię 4. Paschæ col.11. [ET CAVTVM] fide dignum, qui de facili non deieraret, glo.2.d.c.1. de purg can. Et sic Baiulus in scribendis processibus debet adhibere notarium, & hoc de iure communi, cum alias acta non possint scribi nisi per notarium Regis, Gramm.hic
19 num.1.& in fi. Et an debeatur salarium pro assessore, actuario, & arbitro, Abb.c.cum ab omni, post nu.14.& 15. de vita, & hon.cler. [EX IIS QVI A NOBIS TABELLIONATVS OFFICIVM SVSCEPERVNT] nam nō vt olim à Magistris Iustitiarijs, & Camerarijs, sed à nobis tantum ordinari volumus, inf. const. in locis demanij. [QVI TAM PRO SE PER CVRIAM NOSTRAM EXPENSAS STATVTAS] d.const.cum circa. [ACCIPIENT] ab alio sument, Arch.c.lector 23.dist. [QVAM PRO PRAEDICTIS BAIVLIS, IVDICIBVS, ATQVE NOTARIIS PER LOCA QVAELIBET ORDINATIS] institutis, Io.And.c.cum illis, post nu.2. de præb.in vj. [ORDINATA STIPENDIA] salaria, d.const.cum circa. [MINISTRABVNT] vnde si ex forma statuti debet Potestas habere collateralem Doctorem, si dispensatur cum Potestate, habebit salarium constitutum pro Doctore, etiam quod non doceat, per fidē, vel priuilegiū Doctoratus, Bal. l.administrantes in princ. de excus.tut.
20 [CONCEDIMVS] quod est verbum generale, sicut & damus, Affl.decis.305. post num.2. [ETIAM] quod est verbum extensiuum, Pau. de Cast.cons.252. circa fin. post nu.3.1.vol. [MAGISTRIS CAMERARIIS SVPRADICTIS, BAIVLOS, IVDICES, ATQVE NOTARIOS]
21 actorum, qui habent officium necessarium, etiam quod nō rogentur, Bal.l.quædā 2.rep. nu. 1.ff.de edendo. [QVOD SI IN NON RECIPIENDIS OFFICIIS FORSITAN INVENERINT PERTINACES] defendentes errorem, & nolentes se corrigere prout debent, sed pertinaces fuerint, Abb.c.qualiter, & quādo nu.1.de accus.complacentia autem proprię volūtatis mouet pertinacem, add.ad D.Th. 3.par.de Sacra.q.78.alias 47.art.2.sed vnde declinet, D.Aug.lib.de Grammatica col.11. & dicitur, qui in aliquo nimis imprudenter persistit, renens, quasi ad omnia tenax, vnde perseuerans persistit in propria sentētia plus quàm oportet, si minus quā oportet, dicitur mollis, D.Th.2.2.q.138.art.2. Quid sit constans, inconstans, & pertinax, idem vbi sup. 3.par.q.78.alias 47.art.2. [PIGNORIBVS]
22 qui à pugno dicuntur, & solus iussus iudicis facit propter debitoris contumaciam, nec quantum ad actionem differt ab hipotheca, Abb.c.cū aliquibus, post nu.3.& 5. de sent. & re iudic. glo.l.si creditor ff.de distra.pign. [CAPTIS] multa iudicia, corporali coertioni viribus præturę, Bal.l.alia nu.8.cir.med. de his quib.vt indign. vel retenta persona, l.iniuriarum §.1.& 2.ff.de iniurijs, Abb.c.3. nu.5.cir.med.vt lite non contest.& sic compellitur per capturam personæ, capturā pignoris, & mulctam, Bal.l.sed & hæ, §.præter ff. de procur. & l.qui restituere de rei vend. gl.l.ait prætor §.permittitur de mino. [VEL PER IMPOSITIONES, ET EXACTIONES MVLCTARVM] vt viribus præfecturæ compulsi, l.2.in princ.ff.de iudicijs metu iudicis, Abb.c.si diligenti nu.17.cir.med.de fo.cōp. cū pignoribus, & fideiussoribus, Abb.in fin. c.quæstioni, post nu.18.de appell. cōpellantur, sicut inuiti ad ciuilia munera cogūtur, Gram.hic post nu.1. [PROVT MELIVS VI-
23 DERINT EXPEDIRE] nam sæpe expedit vni, quod non expedit alij, Ant.de Alex.cōs.52. inter cons.Loffr.nu.29.cir.fin. [ET DEMVM] verum, Io.And.c.statutum nu.6.post med.de rescri.in vj. [SI HAEC CONTVMACIA CLARIOR, ET PERTINACIA DVRIOR PRAEDICTORVM EXEGERIT] contradicendo, & denegando, Bal.l.si verò q.t.cir.princ. qui satisd. cog. pertinaciter, ex contemptu, & studiosè, c.fin. vbi gl.vlt.de cler.excom.minist. Vltra quod magistratus potest insistere, & dānum inferre inobedieti, vt obediat, Bal.quemadmodum §.magistratus ad leg. Aquil. [PER CAPTIONEM PERSONARVM AD PRAESENTIAM NOSTRAM, NOBIS IN REGNO MORANTIBVS] quia præsentia magnā auctoritatem repræsentat, Bal.c.3.post nu.2.de off. deleg. alias si iudex imponit necessitatem adeundi Principem super eo quod poterat prouidere, punitur, in c.bonæ, lo primo, post
24 nu.12.de postul.præl. [ALIOQVIN] c.cum in tua de sponsal. Abb.c.sacro, post num.12.de sent.excom.aduersatur præcedentibus, in c. cum super nu.15.post med.de sent.& re iud. includit cōtrarium intellectū, in c.quoniam post nu.4. de decimis. & intelligitur si Rex non est in regno, idem Abb.in fim.c.ad hæc, post nu.2.de appell. [AD REGIONVM IVSTITIARIOS SVB FIDA CVSTODIA MITTENDORVM, IPSOS AD SVBEVNDA PRAEDICTA MVNERA PVBLICA] quorum principium, & fundamentum est decurionatus, Bald.l.si vt proponis, quando prouoc. non est necesse. [COERCERE] præcisè & si opus est manu militari, & remedio carceris, Bald.c.2.in fi.de rescript. Quid veniat nomine coertionis, in
25 c.pastoralis nu.3.de off.deleg. ita qui nō acceptat officium cōmune, vel necessarium, potest poni in carceribus, & in banno, Bal.l.3. C.de suspe.tut.& si fugit, vel latitat, quemodo punitur, l.si ad magistratum, & l.quidam ignauiæ, vbi Bal.de decur. debet tum iudex perquirere, & si eū inuenit capit, & mulctat,

idem

idem Bal. l.non distinguemus §.si arbiter ff.
de arbitris. sic pupillus grauat,& mulctatur
pignoribus captis, Bald.l.3.§.1.cir.fin.ff.de
tutelis. nec potest electus ad munus perso-
nale pecunia redimere, l.illud, vbi Ang.de
excus.mun.lib.10. Bal.l.vn.nu.10.& 14.cir.
fin.de mulier. & in quo loco, ne multorum
iura pereant propter non existentiã officia-
lis, Bal.d.l.Circensium cir.med.de decurio.
Ita non habenti aduocatum,vel consultorẽ,
datur inuitus, Bald.c.quia propter, in fi.de
elect. Vltra quod contingit interdum,quod
quis ex magna virtute quã habet,sit dignus
ad aliqua facienda, quibus si non vtitur ad
virtutem, redditur pusillanimus, & peccat,
26 D.Th.2.2.q.133.art.1. Ideo honores propter
publicã vtilitatem etiam inuitis conferunt,
Abb.c.clericis in fi.de vita,& hon.cler.adeo
quod prohibitus promoueri ad officium pu
blicum in sui odium, propter fauorẽ publi-
cum potest promoueri, Bal.l.si quis solidum
cir. med. ff.de hæred.inst.ita possunt decerni
officia absentibus, & eis notificari decretũ
infra 30.dies, Bal.l.illud,& fi.de tut.& cur.
datis ab his, quia officium cum effectu non
acquiritur ignoranti, sicut nec aliud quid-
quam, idem Bal.l.falsus nu.19. C.de furtis,
& si promisit se suscepturũ,nõ potest postea
se excusare, Bal.l.ex sententia de testa.tute.
non potest publicũ officium renunciare,nisi
in manu collatoris, etiam quod sit insuffi-
ciens,in c.fin.cir.med.de renũciatione. Nec
potest cedere bonis,ne publicis fungat mu-
neribus, vel ne soluat collectas, Bald.l.pro-
pter honorem, qui bonis ced.poss. Et idem
est cum ciuibus adoptiuis factis per statu-
tum,nam quemadmodum naturales inter se
præferuntur,ita & accidentales, Bald.l.pen.
§.quæ in filio in princ.C.de adoptio.non ta-
men potest pendente quæstione, si est ciuis,
vel nõ,cogi ad subeundum officiũ, sed debet
expectari decisio causæ status, Baldus l.si vt
proponis,quan.prouoc.non est neces.nec co-
gitur acceptare cõmissariam, Bal.l.3.§.sed
& si quis nu.12.commun.deleg. [A Qvibvs
Etiam]vltra dicta in const.præced.quia di-
27 ctio etiam,includit positũ ante,Iser.§.scriba
col.1. cir.fin.de prohib.feu.alien. per Fred.
[Baivlis, Ivdicibvs, Et Notariis] per
quos actus causarũ debent scribi, Bal.l.sed
& si 2.rep.cir.med ff.de iudicijs.[In Pvbli-
co]vt const.preced. [Sacramentvm]quod
28 vulgares dicunt esse peius pignus quod est
domi, Iser.quæ sint reg.in ver.flumina nu.7.
29 cir.fin.[Recipient Secvndvm]quæ dictio
limitat.& restringit, Dec.cõs.407.col.4.post
princ. [Formam Veteribvs Legibvs, Et
Nostris Constitvtionibvs]præceden-
tibus.[Comprehensam]cõstitutio autem,
& mandatum Principis differunt, l.sed & si,
in glo.1. C.de nuptijs §.1.in glo.3. auth.de
mand.Princ. [Dohanas Avtem Tam Ter-
ras, Qvam Maris] & omnia loca, quia
sunt Regis,& Regi subiecta,quod fit in vno,
prodest,vel nocet in alio, Iser.quæ sint rega.
in ver.vectigalia,nu.14.post med. ibi omnia
loca. [Forestagia, Platearia, Passa-
gia, Et Alia] quæ redditruum sunt iura,in
sum. Bal.l.sed si §.fin.ff.de reb.eorum. [Tam
Vetera Ivra, Qvam Nova] de quibus
Iser.sup.const.quanto de decimis. [Cvrias
Nostrorvm Fidelivm]vassallorum,c.fin.
de pœnis. aliter c.omnis vtriusque de pœn.
& remiss. [Fidei Committere] cõmitte-
re,credere,vel concedere,Niz.in ver.cõmit-
to fidei,tenendo in credentiam, sup.constit.
officiorum, cum gabella iustitiæ vendi non
possit, Gram.hic cir.fin. [Poterint, Vel]
saltem, Arch.c.literas in princ.63.dist.[Lo-
care Provt Melivs Fisci Nostri Pro-
fectibvs]vtilitatibus,Niz.in vet.proficio.
[Viderint Expedire] vtile esse, idem
Nizolus in ver.expedit.
30 Contra, nemo debet accedere ad geren-
dum negotia aliena, glo. in reg. culpa est,
la prima, ff.de reg.iuris. Tanto magis, quia
non inuitatur,sed terretur,gl.l.4.§.1.in ver.
posset,ff.de act.& oblig. Vnde promotus ad
publica officia,appellat, sed non à tutela,
Bal.l.scire in princ.de excus.tut.
31 Dic, quòd potestas est publici iuris, cui
nõ potest renunciari, Bal.l.humanum nu.3.
C.de legi.& nolens fieri iudex,cogitur, in c.
sciscitatus nu.9.cir.princ. de rescript. Ideo
vltra pœnæ impositionem,cogitur suscipere
officiũ, auth.præsides de Episc.aud. poterit
tamen à sollicitudine publica per diuinos
actus se liberare, l.fin.C.de defens.ciuit.
32 Nota, quòd idonei nominantur qui per
singula territoria faciãt seruare concordiã,
l.vnica de irenarchis, & diuites, vt hic, qui
exerceant baiulationem,nam pauperes faci
liter corrũpuntur,l.3.in ver.egens ff.de test.
cum iurisdictiones non debeant vendi, nec
locari, Bal.c.1.2.rep.nu.16.cir.med.de iud.
Et si in pertinacia sunt,vel pertinaciter cõ-
tendunt,d.c.fin.de pœnis, ex quo contradi-
cendo,dicuntur pertinaciter contẽdere, Bal.
l.in adoptionibus 2.rep.de adopt. coguntur
prætoris remedio, non de facto, sicut in eo
qui non vult adire, Bald.l.si ita scriptum de
33 cond.inst. Et æstimantur inuiti quos consen
sisse non probatur, verum qui dicit,tenetur
probare, Bal.l.filiusfamilias §.inuitus nu.2.
ff.de procur.quorũ pertinacia, vel potentia,
c.fin.de sta.mon. si nec sic poterit emolliri,
c.ex tuæ §.1. de cler. non resid. ducentur ad
præsentiã Regis,eo existente in regno, alias
ad

ad Iustitiarios regionum, vt hic, vt sic per exactionem mulctarum, quæ pœna est extraordinaria, l.mulcta in glo.1.de cond. & demonst. coerceantur: tenentur tamen qui imprudenter eligerent, l.nam & Seruius §. fin.vbi Bald.ff.de neg.gestis. electus autem non potest renunciare nisi in manu superioris, vt denotat Bal.d.l.falsus nu.25.cir.med. C.de furtis.


14 Secundo nota, quòd iudex supplet absente parte, stando, & sedendo, Bal.addit.3.col.3. cir.princ.ad Spec.tit.de appell. Quando autem petitur aliquid corā executoribus gratiæ Apostolicæ, debent sedere, & diligenter audire, non eundo per vicos, Bal.l.cum postulantem in princ.de dam.infe.vnde iudici sedenti, & non procedenti datur libellus, Spec.tit.de libelli concept.§.11.in fi. In dubio tenet processus, Bald.l.si quis ex aliena, post num.2.ff.de iudicijs.

Vltimo noto verbum causare, inde causare vt legitimè compareat, Bal l.vinum cir. princ.ff.si cert pet. Et causare, vel qualificare, idem Bal.in l.certi conditio §.quoniam col.pen.circa fin. eod.tit.si cert.pet.

De quæstionibus inter fiscum, & priuatos mouendis.

SVMMARIVM.

1 *Imperator potest esse iudex in causa propria, honestius tamen est si alteri committit.*



1 Contenuatur vt per Affl.& licet Imperator sit iudex in causa propria, honestius tamen facit si alteri committit, Bal.l.proxime col. 1.in fi.de his quæ in testamen.delen. prout de quæstionibus mouendis inter eum, & priuatos mandat cognosci per Magistrum Camerarium, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Causa cognitionem omnis causa desiderat, & vbi cognoscitur, prætor desideratur.*

2 *Fiscus habet suos iudices, & qui sint, num.18.*

3 *Quæstiones, dubia, quæstionum actiones quæstionum dicuntur.*

4 *Fiscus quid, & vnde dicitur, eum non habet nisi Papa, & Imperator.*

5 *Iudicia, & eorum cognitio vsque ad sententiam inclusiuè.*

6 *Procuratorem fiscalem nemo constituit nisi Rex.*

7 *Tabellianus officium vice, procuratoris vilissimum, nisi sit Regis, vel Episcopi.*

8 *Vt tamen, modificat quod dixerat.*

9 *Forma capitur multis modis, & eius defectus est defectus consensus.*

10 *Confessio sola sine testibus non probat contra fiscum.*

11 *Affuerit, cum duplici ff, vel d, denotat præsentiam, cum b, denotat absentiam.*

12 *Probatio sufficiens, & alia legitima.*

13 *Stipendia à stipibus, quæ colliguntur appellantur.*

14 *Apices literæ, & iuris apices quid.*

15 *Status capitur multis modis.*

16 *Assignare, sonat in ius.*

17 *Litigare cum domino, vel eius subditis, durum est.*

19 *Ius suum indiscussum quis non debet dimittere, & quid sit indiscussum.*

20 *Prouidus procurator, & quis dicatur idoneus.*

21 *Via Regia sine exceptione personarum, Deum habendo præ oculis, procedi dicitur.*



1 Quæstiones] nulla est causa in qua causæ cognitio non desideretur. Spec. tit.de iurisd.omn.iud. vbi causæ cognitio non interuenit, ibi non est vera iurisdictio, Bald.c.quoniam Apostolica nu.5.in fi.de off.deleg. & vbi cognitio, ibi prætor desideratur, in reg. vbicunque de reg.iur. nam nullum iudiciū redditur, si prætor non suffragatur, Bald.l.3.in princ.de his qui in frau.cred. Et qui de seipsis iudicant, vt plurimum non recti sunt iudices, Arist.3.Politie.6. Ideo ægrotantes medici, alios ad se medicos vocant: magistri palestræ alios magistros, quasi nequeant verum discernere, qui de proprijs iudicant, ibidem 12. Vnde fiscus habet iudices suos, 2 l.proxime de his quæ in test.delen. & Diuus Nerua prætorem adiecit, qui inter fiscum, & priuatos ius diceret, l.2. §. post aliquod de orig.iur. Proconsul autem non poterat se intromittere, l.nec quidquā de off.proconf.

Iure

Iure isto cognoscit Magister Camerarius, vt sup.const.causas,vt mag.iust.posuit euad. oppre.os. & hic in tex. qui diuiditur vt per Afflict. & summatur vt per Lallum, & dicit [QVAESTIONES OMNES] dubiæ, nam quod est certum non adducitur in iudiciū, D.Th. 3.par.de Sacram. q.120. alias 89.art.6. vel
3 dubia quæstionum, Bal.l.2.in 2.rep.col.6.in princ.ff.de iureiur. quæ quæstiones dicūtur, cap.fin. de pœnis l.2. in fi.ff.de off.eius, siue actiones quæstionum, Bald.l.vbi falsi, post princ.C.de falsis,vel dicitur quæstio propositio etiam nō dubitabilis, Bal.c.fin.nu.4.de rescrip.quæ mouentur tam insistendo,quàm resistendo,etiam de facto Bal.l.2.in 2.& vlt. not. C.de transact. controuersia, quæstio,& turbatio fit resistendo,Bal.l.1.in princ.C.de testi. Quæstiones facti recipiūt probationes hinc inde, quæstiones iuris non, in c.pastoralis,ante nu.1.de rescrip. ex conflictu probationum questiones facti oriuntur,in c.dudum, lo secondo,nu.6.cir.med.de electione.
4 [INTER FISCVM] qui quasi fixus dicitur, est corpus inanimatum, consensum per se non habens, sed simpliciter repræsentatum, Bal. cons.363.nu.2. 1.vol. vel est persona imaginaria duræ ceruicis,semper rigorosus, nunquam,vel rarò æquus, idem Bal.l.executoré nu.33.circa princ.de execut.rei iud. dicitur non idoneus, quia non potest conueniri nisi cum difficultate, in l.sententia in fi. C.de fideiuss.actu potest esse non soluēdo,sed aptitudine nunquam, Bal.præd.rub.nu.4.de iure fisci lib.10. est enim idem quod saccus,Luc. rub.in fi. de fundis rei priua. Inde dicuntur fiscellæ,& fiscinæ. verum nō est draco fiscus, quia cū timore audit eius exactor, D.Aug. psal.146.col.16.cir.fin.sed communiter omnes dilacerant populum, & fiscum, Bald.l.si quis in tantam num.4. vnde vi, adeoquod propter nimios expilatores fiscus potest esse nō soluendo,Bal.d.l.sententia C.de fideiuss. [NOSTRVM] ad differentiam Papæ, cū propriè non sit nisi Imperatoris,& Papę, Præp. §.ad hæc, post num.2. de pace iuram.firma. [ET INTER PRIVATOS MOVENDAS] tam si sunt reales, quàm personales, inf.const.siue reali,tam si iure proprio,quàm alieno,puta si vti successor anomalus conueniatur, facit quod dicit Bal.l.1.si pēd.appell. mors inter. [QVAE NON SINT DE FEVDIS, VEL REBVS FEVDALIBVS] quia illorum cognitio spectat ad Præsides,inf.const.Præsides.[COGNITIO-
5 NES, ATQVE IVDICIA] quæ dicuntur vsque ad sententias inclusiuè, Affl.c.1.nu.6. apud quem, vel quos. [MAGISTRI CAMERARII] vel Magister Iustitiarius, Gra.cons.seq.post num.4. hodie Secreti, Isern.hic in fi.& Affl. 1.not.[ACCIPIANT] à nobis,nam accipere,

est ab alio sumere, Archid.c.lector 23.dist. [ET IPSAS ADIVNCTIS IVSTITIARIIS] cū Iustitiarij de per se,nec Magistri Camerarij soli, vt sup.constit.Iustitiarij per prouincias in fi.& const.officiorum possint cognoscere, sed simul [TVM CONTRA FISCVM AGITVR] cuius causæ non possunt tractari coram iudice incompetente,l.2.C.vbi cau.fisca. [ET PRAESENTE FISCI PATRONO] alias eo absente est nulla, l.3.§.mulcta in glo.fin.& l.si fiscus, de iure fisci, l.4.vbi Bal.C.de aduoc. fisci. licet semper dicatur præsens, cum sit vbique, l.1.in 1.& 2.rep.post princ. & nu.2. de quadr.præscrip. lata autem ritè, & rectè infra triennium retractatur ratione instrumenti de nouo reperti, sicut in minore, & Ecclesia,l.vni.de sent.aduer.fiscū latis. [ET
6 INSTITVTO] à Rege, quia nemo alius cōstituit procuratoré fiscalem, Affl.d.const.Præses nu.16.cir.fin. vel à procuratore fisci,qui potest alium instituere ad vendendum rem fisco obligatā,not.Bal.l.1.nu.4.de fide instr. & iure hastæ fisc. [PROVIDO] c.cum R.Canonicus, de off.deleg. & honesto,c.qualiter, & quando,lo secondo,& seq.de accus.c.2.de Magistris c.pen.de frig.& malef. prouido,& discreto,c.perlatum qui filij sint leg.c.fin.de pœn.& remiss. fideli,& prouido,c.fin.de sta. mon.ad suum modum,prout hominū natura desiderat, glo.l.quod Nerua in ver.ad suum ff.depositi.[ET FIDELI PROCVRATORE] qui prouida deliberatione, sup.const.hi qui per inquisitiones. & beneficio Principis vrbicā procurationem est adeptus,l.verum §.ex facto ff.de mino.ita coadiutor curiæ debet poni à curia ad litem prosequendā,accusatore desistente,Io.Ant.de Nig.c.reg.ad consultationem nu.16.Aduocatus verò debet assumi melior, & prior de collegio aduocatorum, Bal. l.binos de aduoc.diuer.iud. Vnde licet
7 officium tabellionis sit vile, & procuratoris vilissimum,si est Regis, vel Episcopi est honorabile,Bal.l.2.1.rep.nu.6.de Senato.[PRO PARTE NOSTRAE CVRIAE VSQVE] quæ includit, quandoque non, Affl.hic nu.4. [AD SENTENTIAS EXAMINATAS] cū interuentu aduocati,& procuratoris fisci, Affl.hic 2.nor. qui non possent deserere prætextu salarij nō soluti, l.1.C.de aduoc.fisci. [DATO PARTI ALTERAE PEREMPTORIO TERMINO] l. ad peremptoriū ff.de iudicijs,ad comparēdum. [ET PER NVNCIVM] processum,eū per eum mitti possit ad superiorem, Gram.cōst.seq. post num.4. [ET LITERAS SVAS AD VNAM NOSTRAM MITTANT] eū dubijs examinan-
8 dis,idē Gra.vbi sup.post nu.4.[VT TAMEN] quæ est modificatiua eorū quæ dixerat, Luc. l.1.in princ.de fug.colo.patr. [SVPER QVIBVSLIBET DEBITIS, QVAE A CVRIA NOSTRA

stra Petuntur] d.cõst.causas. [Et Quae Consistunt In Numero, Pondere, Et Mensura] puta,quia fuit solutio indetermi nata, quæ ex circunstantijs arguitur,& certificatur, Abb.c.fin.post nu.4.de cau.poss.&
9 propr. [Hanc Formam] quæ capitur pluribus modis, Bal.l.si duo §.si quis ff.de iureiu. [Observent] alias paria sunt non dare, & male dare, glo.l.1.in ver.prodesse,& in ver. dedisset ff.de mag.conuen.quia defectus formæ censetur etiam defectus consensus, Bal. l.si vnus §.pen. ff.de pactis. [Videlicet Quod Non Per Instrumentum] .i.confessionem,Gram.const.seq.post num.4. [Tantummodo] quod est aduerbiũ negandi,Luc. l.viros cir.fin. de pala.sacra.larg. & sic per
10 instrumenta continentia confessionem non probatur contra fiscum, Bald.l.si quis post, ante nu.1.de bonis proscrip. [Sed Per Testes] qui olim superstites dicebantur,c.forus de verb.sign. [Qui Numerationi Naturali] sim.ponit Gra.const.seq.post nu.4. & non subscriptioni tantũ instrumenti, l.1. §.diem ff.de edendo. [Mensurae, Vel Ponderi] in ijs quæ pondere,numero,vel mensura consistunt,l.2.§.mutui si cer.pet. [Per-
11 sonaliter Interfuerint] affuerint,nam, quando scribitur cũ duplici ff,vel d.denotat præsentiam,si cum b,denotat absentiã,Bar. l.quoties num.4.de dign.lib.12. & sic testes debent deponere non tñ de confessione, sed quod interfuerint numerationi, Gram.cõst. seq.post nu.4. [Non Pauciores Quinque, Si Petita Quantitas Auri Libram] quam faciunt 72.solidi,Io.Faber §.nos autẽ inst.de actil.tut. [Excedat] & sic licet in ore duorũ, vel trium stet omne verbũ, Io.8. l.vbi numerus de testi. fallit in causa fiscali excedente libram, Affl.hic 4.not.quia requiruntur quinque testes,simile inf.const.instrumentorũ robur,& in cõst.in causa depositi. [Alioquin] si non excedit dictam summã, glo.in fim.c.pen. in ver.alioquin, de frig. & malef.in c.tua nos de homic. [Per Legitimum Numerum] duorum,vel trium, Affl. hic 5.not.Gram.const.seq.post nu.4. [Peti-
12 ta Probentur] cum probatio alia sit legitima,& alia sufficiens,Cassan consue.Burg. rub. 1. §.7. ibi sufficientemente in princ. & ea sunt probanda, quæ sunt edenda, & ea sunt edenda,quæ respiciunt fundamentũ. Quid si duo copulatiuè dicantur,vel ponantur in libello,vel positionibus,an requiratur probatio vtriusque,Bal.c.2.nu.2.vsq; 9. de rescri. [Caeterum] c.2.de eo qui cogn.consang. vxo.suæ. est expositiua,& ponitur pro certe, gl.l.quę omnia §.1.in ver.cęterũ ff.de proc. [Ad Hoc Vt Ipsi Magistri Camerarii Cum Personis] Iustitiariorum [Sibi Per Nostram Curiam] c.veniens de iureiuran. [Deputatis] vt sup. [In Dispendium] .i. in damnũ, Luc.l.vn.ne quid oneri publ.impo. [Rei Familiaris Suis Labo-
13 rare Dispendiis] quæ à stipibus.i.minutis dicuntur, quæ colliguntur, Affl.in prelu. feu.nu.30. [Non Cogantur] sicut qui seruit ecclesiæ,non tenetur viuere de patrimonio, sed Episcopus tenetur ei prouidere ex obligatione generali qua debet omnes prouidere,Abb.c.tuis nu.5.de præb. [Per Speciales Sacros Nostrae Mansuetudinis Apices] l.vnica C.de contra.iud.tutc.
14 idest literas,gl.epist.inter claras in ver.apices de sum. Trin. aliter apices iuris, & qui sint, l.si fideiussori §.quidam, vbi Bald.post med. ff. mand. & dicitur mansuetudo mitis modestia, Arch.c.vos in princ. 16.quæst.1.
15 [Prout Status] potestas,& quadrupliciter ponitur, gl.1.l.Diuus,lo primo,de iurepatr. [Quilibet Pro Tempore] vt sup.constit. Iustitiarios regionũ. [Fuerit, Statuimus Eisdem In Expensis] quæ sint, Bald.l.si procurator in fi.rem ratam hab. [Annalibus] ad vitam. [Et Sufficientibus] attenta nobilitate, magnitudine scientiæ, & dignitatis,Inn.c.cum adeo de rescript. [Pro-
16 videri] assignando ius,quia id sonat,Abb. c.pro illorum, post nu.13.de præb.
17 Videtur tamen,quòd graue sit cum domino, vel subditis domini litigare, glo.l.Senatusconsulto in ver.restituantur, de off præsi. quia potentioribus pares esse nõ possumus, l.3.de alie.iud.mut.cau.facti. Ideo Imperator committendo causas, se subiecit de honestate, licet de rigore non possit, quia non habet superiorem, Bald. l.qui iurisdictioni, 2.rep.cir.fin.& 3.in fi.l.est receptum, rep.1. nu.2.de iurisd.om.iud. Ita Clitisthenes coronauit iudicem, qui victoriæ illius contradixerat. Pisistratus quoque fertur aliquando apud consilium Areopagi citatus iudicium subijsse, Arist.5.Politic.12.hîc dãdo iudices, videtur reuocare causam à se, sed illi vice Principis funguntur, & possunt idem quod ipse Princeps, Bal.c.studuisti,post num.3.de
18 off.legati. Et inter fiscum,& priuatum olim cognoscebat Procurator Cæsaris, adiuncto Præside,nunc quantum ad forum,qui emit à fisco,habet priuilegium fisci, l.2.vbi Bal.C.si aduer.fiscũ. Procurator fisci, & eius assessor est iudex inter fiscum,& priuatũ, gl.l.hi qui ex quib.cau.maio.Bald.l.3.nu.2.in princ.de iure fisci lib.10. cognoscebat causam seruitutis, vel libertatis, quæ est inter fiscum, & priuatum,Bal.l.iamdudum vbi causa sta.agi debeat,in l.1.de cond.ex lege.Hodie cognoscit R.Camera, Affl.const.praced. in fi. quæ gerit officium Procuratoris Cęsaris,& consistit

sistit in Magno Camerario, eius Locumtenente, & Præsidentibus. Loffr.cons.36. post nu.10.isti cognoscunt inter fiscum,& priuatum, non inter priuatos. Gram hic num.12. Et licet ex prorogatione possint fieri iudices inter duos priuatos. Prorogatio est duplex, reuocabilis,& non reuocabilis:in quibus fit,& in quibus non, Bal.l.1.C.de iurisd. omn.iud. vel quando lex imponit necessitatem fori,non potest iurisdictio prorogari in alium. in c.1.2.repet.num.5.& 6.in fi.de iudicijs. Quid si fiscus cessit vni reorum, an censeatur cessum ius fori: idem Bald.l.cum eorum, num.6.de sent.& interloq.omn.iud. vbi etiam num.1.circa med. dicit, quod fideiussor captus pro debito, potest incidenter ad eius instantiam per eundem capi principalem, compellit etiam fiscus debitorem debitoris ad soluendum. l.3.& seq. C.quando fiscus, vel priua. & sic iudex debet esse competens, alias contra eius præceptum præsumi retur.Bal.l.alias,col.2.in fi.ff.de iureiur. & qui assumit remedium incõpetens, nihil agit. Bal.l.qui via, de noui oper.nunc. Vltra quod quando curia tenetur, non potest procedi Rege inconsulto.Gram.d.cons. Præsides.

19 Nota, quod non tenetur quis indiscussum ius suum dimittere. gl.& Bal.l.illud, de pet. hered. vnde non videtur fraudem committere qui vtitur iure suo,etiam quod nõ esset alias vsurus. Bal.l ex hoc, 2.repet.de alien. iud.mut. cau. facti. & dicitur indiscussum eoipso quod pars non citatur. Bal.ad Spec. tit. de testam. in fi. col. vltima, post princ.

20 Nota prouidum virum honestum. l.pen. §.1. ff.de pignor. alibi improuidum. c.quoniam contra,de probat. & dicitur procurator idoneus, quando instituitur ad agendum, & defendendum, vel respondendum. Abbas c.insuper,vltimo not.in fi.de testi. & dicitur fidelis,qui facit potius facta sua, quàm aliena, quia ita præsumitur. Bald.l.non solum, §.fin.in fi.ff.de procurat.

21 Vltimo nota, quòd Camerarij Deum habentes præ oculis, via Regia sine exceptione personarum procedere debent. c. qualiter, & quando, vbi Abbas circa princ. de accusatio.

De cognitione causæ coram Baiulis Curiæ Regiæ.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio quomodo fit,& quid continet.*
2 *Baiulorum iurisdictio limitata.*



QVIA in const.Magistri Camerarij fuit dictum, quod ad illorum officium spectat constituere Baiulos, modò dicit, quæ spectant ad officium Baiulorum,& 1 sic [DE COGNITIONE] quæ consistit in causa, modo, & personis. l.cum ij, §.vult,ff.de transact. fit parte præsente, vel contumaciter absente. l.in causæ, la prima, §.causa, ff.de minor. & continet etiam diffinitionem, cum distinctione, de qua Bart.l.1.num.2.C.si contra ius,vel vtil. publ. [CAVSAE] quæ est dum proponitur, nam dum discutitur,dicitur iudicium, quan do finitur, iustitia appellatur. c.ap.forus,de verb.sign. [CORAM] præsentibus,& intelligentibus. l.coram,de verb.sign. [BAIVLIS 2 CVRIAE REGIAE] ad differentiam Baronalium, quorum iurisdictionem Ferdinandus primus concesit, & limitauit. Affl.infra in textu, num.5.circa princ.

SVMMARIVM.

1 *Baiulatio, & in quo consistit, & habet cognitionem certarum causarum.*
2 *Locus pro corpore, quandoque pro tota prouincia capitur.*
3 *Iurisdictio pro tuitione iuris est introducta.*
4 *Super, capitur pluribus modis, hic pro de, capitur.*
5 *Furtorum genera improbum, improbius, & improbissimum.*
6 *Confessus pro conuicto habetur.*
7 *Pœna corporalis,vel abscissionis membri,est de mero imperio.*
8 *Plus, & minus non constituunt differentiam specificam.*
9 *Merum imperium,mixtum,& bassa iurisdictio sunt species iurisdictionis diuersæ.*
10 *Iudici quando demandatur aliquid, intelligitur vt agat forma debita.*
11 *Iudiciorum quædam generalia, vniuersalia,specialia,& communia.*
12 *Locus extensus, idem est non diuersus ab illo.*
13 *Causa, pro rei qualitate capitur, quæ postea ius appellatur.*
14 *Officium semel susceptum deponi non potest, nisi iusta causa.*

15 *Baro quis dicatur, si vnus in eodem loco ciuilem, alter criminalem iurisdictionem habet.*

1 LOCORVM BAIVLI] baiulatio consistit in redditibus, & cũ eis iurisdictio. Affl.hic 1.not. Et vbi non est iurisdictio, cessat coertio. Bal.c.ex literis,nu.2. de off.deleg. Iurisdictio, quæ est in potẽtia, trahitur ad actum etiam per processum iniustũ, in c.pastoralis, nu.29 de off.ord. Inde iurisdictio ciuilis spectat ad Baiulos,& est cumulatiua cum illa Iustitiariorũ,nisi in casu negligẽtiæ, quia tunc præcedenti mandato,quod causam expediat infra certum tempus,si illam non expedit,deuoluitur ad proximũ superiorem. Foll.supra const.Iustitiarij,nu.100.116.& 118.Isto modo Baiuli habẽt iurisdictionem in causis ciuilibus tantum. Affl.ea.const,Iustitiarij; 10. not.de off.iust. Et sic non in omnibus,sed de furtis,& criminibus leuibus,nõ magnis,nec de feudis, vt in tex. qui sum.vt per Lallum, & dicit [LOCORVM] nostrorũ,& non aliorũ,
2 arg.l.2. de relig.& sum.fun. corporum, quæ demonstrãtur.Bal.ad Spec.tit.de libell.conceptio. col.3.cir.fin. alibi locus capitur pro tota prouincia. idẽ Spec.tit.de arb.& arbit. §.fin.nu.67.[BAIVLI] alibi Ballini,domini, vel magistratus, qui occasione officij solent esse terribiles. Spec.præd,tit.de cessio.actio. §.1.nu.1.cir.med. [QVI A MAGISTRIS CAMERARIIS] de quibus sup.in const,Magistri Camerarij. [ET A CVRIA NOSTRA QVANDOQVE IN CREDENTIAM, VEL IN EXTALEVM] vt de officio Camerariatus,sup.cõst, officiorũ periculosa. [BAIVLATIONEM] quæ est quid vniuersale.c.cũ seculum,de iurepat. [RECIPIVNT] modo,vt sup. in credentiam, vel extaleum. [CIVILES CAVSAS OMNES] in quibus ciuiliter agitur, vt sup.cõst. Iustitiarij nomen,& normã,vt præsupponit gl. 3. hic,vbi Affl.nu.15.cir.fin. & dicuntur causæ ante litẽ contestatam, postea lites. gl.l.1.in ver.litibus,vbi Bal.ff.de testi.& rub,sol.mat. in ver.dotis, col.3. post princ. [REALES] quarum finis est consequi possessionem, vel quasi. Bal.c.nihil est, post nu.15.de electio. [VIDELICET] quæ est dictio expositiua.Bal. c.nihil est, post princ. [ET PERSONALES] tam si conueniuntur ratione rei, quàm personæ, facit quod dicit Bal.l.procuratoris, in fi.& seq.in princ.ff.de tribut. [QVAE SVPER FEVDIS, ET REBVS FEVDALIBVS MINIME MOVENTVR] quia illorum cognitio spectat ad Magistrum Iustitiarium. Affl.hic 3.not.
3 [AD IVRISDICTIONEM SVAM] quæ est nomen generale,& comprehendit merum,& mixtum imperium. Paul.de Cast.cons.187. nu.4.vol.2. Vel strictè est species differens à mero,& mixto imperio. Latè illa comprehendit Præpo.de cap.qui cur.vend.in princ. col.6. Et est introducta pro tuitione iuris,&
3 consistit in causis maximis, medijs,& minimis. Bal.l.imperium, 2.repet.nu.1.& 13.de iurisd.omn.iud. [NOVERINT PERTINERE] iure isto.l.verbum illud pertinere, de verb. sign. Nota, quod ordinarius habens ex priuilegio certos casus, habet iurisdictionem ordinariam in ipsis casibus,Bal.c.fin.de off.
4 ord. [SVPER] in const.dohanæ. alibi super, idest præter,gl.2.l.pen.ff.de peri.& commo. rei vend. Et idem est dicere, Accommoda mihi 100.super librum istum, quod, Obligo tibi librum istum. Bal.l.pen.§.instituto, de leg.2. Quandoque denotat motum ad locũ. D.Aug.lib.de Grammatica, char.vlt.col.2. hic super,idest de. Lucas rub.de superexact. [MINIMIS ETIAM FVRTIS] cum de magnis nec ciuiliter cognoscere possint. Cram. hic in princ.& inf.const.ad officium, nu.1.in fi.
5 Sunt enim tria genera furtorum, vt hic in glo. vel improbum,improbius,& improbissimum. Cassan.consuet.Burgund.rub.1.§.5. nu.4. Quando agatur ciuiliter,sunt quatuor opiniones.gl.3.hic,& Affl.4.not. Et ex officio potest punire criminaliter, licet sit actũ ciuiliter, & potest condemnari fur non solũ de præsentibus, sed debet facere cauere de futuris.Bal.c.Cumana,nu.5.in fi.& 6.de electione. [ET ALIIS OFFENSIS LEVIBVS] cum quædã sint graues,propter quas possunt filij exhæredari, §.aliud quoque, auth.vt cum de appellat. cogn. Paris de syndic. in verbo iudex, c.1.num.7. [DE QVIBVS COMPRO-
6 BARI] per confessionem, nam qui confitetur,pro conuicto habetur,& nullæ sunt partes iudicis ad cognoscendum, Speculat.tit. de confessio.§.1.in princ.num.4. Sed quandoque confitetur crimen, & est innocens, Bald.c.præterea,num.7.circa med. de offic. delegati. [POENAM SVI CORPORIS, VEL
7 ABBATIONEM MEMBRORVM] quæ sunt de mero imperio. Afflictus hic post num. 12. dixi latè supra constit, ea quæ ad speciale decus. [INCVRRERE NON DEBERENT] nam tunc per eos Iustitiarijs remitteretur, vt constit.sequen. [AVDIENTIAM] audiendi attentionem. Nicolus in ver.audientia. [SVAM IMPARTIRI] dare, tribuere, & præbere. Idem in verbo impertio. [DEBEBVNT] poterunt . glo. l.& post, in ver.debet, ff.de iudicijs.

8 Videtur tamen, quod plus,& minus,non constituant differẽtiam specificam, l.fin.de sup. instr, & successiuè quod dicitur de minimis

furtis,

furtis, posſit Baiulus cognoſcere idem in magnis. c.1.in fi.de nat.feu.

Dic,quòd iuriſdictio etiam quod ſit vna, tamen alia meri imperij, alia mixti, & alia modica coertio.Spec.tit.de iuriſd.omn.iud. nu.10. vel merũ imperium,mixtum,& baſſa iuriſdictio ſunt tres ſpecies iuriſdictionis diuerſæ, habentes in ſe proprias, diuerſas, & diſcretas differentias. Caſſan.conſue.Burg.
9 rub.1.ibi, des iuſtices, in princ.num.31. Et Princeps dando iudicem,non videtur concedere niſi quod agat forma debita. Bald.l.libertus, la ſeconda, in 1.rep.de in ius voc. &
10 quidquid exprimitur, reputatur pro forma ſubſtantiali in dubio, intantum quod ſi non ſeruatur,etiã in modico actus redditur nullus. Dec.conſ.532.poſt nu.1.vſque ad 5.& 9. 4.volum.


Nota,quòd iudiciorum quędam ſunt vniuerſalia, alia generalia, ſpecialia quædam, & alia cõmunia. Spec.tit.de iudicijs,per tot.
11 Commoda perſonalium actionum ſemper ſequũtur vniuerſalem ſucceſſorem. Io.And. ad Spec.tit.de pactis,cir.med.Et per cũ conueniuntur debitores non ſolum vt ſoluant debitum,ſed etiam vt ſatisfaciant intereſſe, ſi non ſoluerunt promiſſa in promiſſo loco, & tẽpore. Abb.c.P.& G. 1.not.de off.deleg. Et cognoſcunt Baiuli etiam in locis extenſis, quia locus extenſus dicitur vnus,& non diuerſus ab illo. add.ad Spec. tit.de inquiſi-
12 tione,§.3.in ver.accedens, poſt med.

Secundo noto, quòd cauſa capitur pro qualitate rei,quę poſtea ius appellatur.gl.1. l.plurimũ,ff.de iuris,& facti ign. alibi cauſa
13 vtilitas dicitur. Bal.l.fin.§.Titius,de vulg.& pupill. Iſto modo finito officio, finitur beneficium. Bal.l.ſi cui,3.rep.§.tamdiu,ex quib. cau.maio. Et officium quod ſemel ſuſcepit, deponere non poteſt, niſi iuſtiſſima cauſa interueniẽte.l.ei apud quem,in fi.ff.depoſiti.
14 Vltimo inferri poteſt,quòd ſi vnus habet iuriſdictionem ciuilem, & alter criminalem, quis erit Baro,& habebit adiutorium. Frec.
15 de ſubfeu.ibi ſecunda auctoritas,nu.2.circa med.& alia de quibus Cap.latè deciſ.27.

De fure captó per Baiulum Iuſtitiario aſſignando cum re furtiua.

SVMMARIVM.

1. *Capiendi facultatem quidam habent, ſed non detinendi.*
2. *Aſſignare dicitur pluribus modis.*
3. *Furtiua res, quæ dicatur.*



Ontinvatio de per ſe patet,nam inter alia quæ pertinent ad Baiulum, eſt facultas capiendi furem, vt quidam habent, ſed non detinendi. Bar.l.capite quinto, poſt num.3. de adulter. ideo [Fvre Capto] & comprehenſo ne fugiat, ſed pœnam patiatur quam meretur. Luc.l.1.in princ.de pet.bon.ſubla. [Per Baivlvm Ivstitiario] ad quem ſpectat punire. ſup. conſt.Iuſtitiarij non per
2 Kalendas. [Assignando] quibuſcunque verbis, epiſtola, vel chirographo. l.1.§.aſſignare,& l.aſſignare, ff.de aſſign.lib. [Cvm
3 Re Fvrtiva] occulte capta,ſpreta eius auctoritate, qui eam impartire debet. Arch. c.certum,de conſecrat.diſt.1.

SVMMARIVM.

1. *Spiritualis, & temporalis regiminis præpoſiti quomodo ſe habent.ad ſuperiores, & ad quid tenentur.*
2. *Balliuus, Caſtellanus, Iuratus, Poteſtas, & Baiulus appellatur.*
3. *Capere cum effectu, & à manu alterius dicitur.*
4. *Captus in territorio alterius debet reſtitui priſtinæ libertati.*
5. *Fur eum re furtiua debet duci ad iudicem.*
6. *Malefactorem redimit reſpublica vt puniat.*
7. *Villicus ad fructus percipiendos, vel ad culturam miſſus dicitur.*
8. *Furtum dicitur res furtiua.*
9. *Habere, dicitur iure proprietatis.*
10. *Iuriſdictionales actus non exercentur, niſi circa ſubditos.*
11. *Delinquentem non capit, niſi dominus cognoſcit, & poteſt liberare innoxium.*
12. *Iuriſdictio ineſt territorio, & ſtatutum vltra non extenditur.*
13. *Ciuem eſſe, & haberi pro ciue, eſt diuerſum.*
14. *Probandum ſemper eſt quod eſt cauſa iuriſdictionis.*
15. *Ciues aſſumpti in fauorabilibus, & odioſis, debent aſſumi vt ciues.*

1 BAIVLVS] ficut in regimine Ecclefiæ Epifcopis dantur Archidiaconi,& Presbyteri,ita in regimine temporali funt Præpofiti,& Ballivi ad Regem, & tamen ipfe folus, & nõ Præpofitus & Ballium coronatur,D.Th.3.quolib.art.17. col.fin.circa princ. Verum fi quis furem,vel latronem comprehenderit, & eum indemnem dimiferit, neque illum ad præfentiam iudicis,vel Comitis, qui in loco præeft, vel loci feruatoris, fi de hac nequitia poft hac in præfentia iudicis conuictus fuerit, ipfius damni æftimatione,pro qua fur, vel latro comprehenfus eft,componere cogatur,l.fi quis furē, de furtis in Longob.& differt in hoc ius Longobardum à Romano,nam iure Longobardorū licet comprehendere furem,vel latronem iure Romano nonnifi furem manifeftū, vel comprehenfum in fraganti,accepta præda,debet duci ad iudicē,alias non,fine mandato iudicis,nifi fugeret,Ifer.§.receptatoribus,nu.29.de pace iuram.firm. Priuatus repertum in fraganti, poteft per 20.horas tenere vt portet ad iudicē,Affl.conft.præced. nu.14.in fi.& hic nu.2.cir.med. ita defenfores ciuitatis, Magifter iuratus, & Baiulus poffunt capere malefactorem, & iudici ducere puniendum,Gram.hic in princ.per iftũ textum , qui fummatur vt per Affl. & dicit
2 [BAIVLVS] Ballivus, Caftellanus, Magifter iuratus,vel Poteftas, Specul.tit.de refcript. præfe.§.4.nu.28. [SI FVREM] à furuo, fiue obfcuro dictum, Arch.c.dixit 14.q.5. [COMPERIT] cum effectu,& propria auctoritate,
3 licet accipiatur fit à manu alterius capere,A, Cafsan.confuet.Burg.rub.1.§.2.ibi, prend. [ABIRE] fugere, vel euadere, Gramm.hic. [IPSVM ALICVATENVS] aliquo tenore,modo,vel forma, Io. And.c.præfenti,poft nu.2. de pœn & remifs.in vj. [NON PERMITTAT] ex voluntate, fecus fi ex necefsitate, l.1. in ver.voluntaria,ff.de fun.dota. [SED SIQVIDEM] fup.conftit.apud Iuftitiarios, quippe, Nizol.in ver.fiquidem. [FVR EXTRANEVS] exterus[SIT] l.nemo,la fecunda,de Iudæis.
4 [IPSVM] fi cœperit in territorio proprio, alias fi in territorio alieno debet priftinæ libertati relinquere, Bald.l.quis fit fugitiuus, §.apud Labeonem,lo 1.& 2.de ædil.edi. nifi adfit cõfuetudo, quod vnus pofsit capere in territorio alterius,Bald.l.3. §.fin,2.rep.ff.de tefti. [CVM TOTO SVO] omnibus rebus fuis mobilibus,& in hoc,fecundũ Ifer.& Affl.hic 2.not. nõ eft bona ifta conft.nec feruatur in Magna Curia,Gram.in c.reg.ad hoc,nu.16. quia pro furto non publicantur bona. [ETRA FVRTIVA IVSTITIARIIS NOSTRIS AS-
5 SIGNET] & fic fur cum re furtiua debet duci ad iudicē, Alex.conf.64.3.vol.vbi refpublica redimit malefactorē vt puniatur, Bal.l.lege
6 Cornelia,poft med.ad Syll. [SI AVTEM CIVIS] Pagenfis,l.fin.de manumi.l.volumus de teft.l.de vniuerfalis de off.iud.& l.de ecclefijs de Epifc.& cler.in Longob. [FVERIT] verus, & naturalis, & nõ allectus per priuilegium, qui differt a populari, Bal.l.3.§.hæc verba, in fi.ff.de neg.geft. non terrarum exititius, l.fin.1.rep.col.2.cir.princ.ff.de integ.reftit.
7 [SEV VILLICVS] qui ad fructus percipiēdos præponitur,l.fi cum villico,ff.de inftito. vel ad culturā miffus,l.arbitor ff.de pign. [FVR CVM EO QVOD FVERIT FVRATVS] deprehē-
8 fus cū furto,l.3.ff.de furtis.i.re furtiua, quæ dicitur furtū,gl.l.cum quis,de cond.cau.da. [IVSTITIARIIS SIMILITER] fimili modo,l.fi filiusfamilias,ff.de neg.geft. [NOSTRIS ASSIGNET] tribuit, Niz.in ver.afsigno. [RES AVTEM MOBILES IPSIVS FVRIS] ciuis, vel villici,Gra.hic. [QVASCVNQVE HABVERIT] iure proprietatis, Paul.de Caft.conf.221.in princ.vol.1. [PER BAIVLOS EIVSDEM LOCI]
9 qui non poffunt effe plufquàm tres, inf.cõft, fæpe contingit. [FISCI NOSTRI VINDICENTVR] ftudeant vendicari,inf.conft.inter multas, vendicatur autem quando petitur vt fuum condicitur folum à fure, glo.3.l.certi conditio, fi cert.pet.
10 Videtur tamen, q actus iurifdictionales nõ pofsint exerceri,nifi circa fubditos,Bal. l.1.§.1.de tut.& cura.datis ab his,nã quoad nõ fubditos iudex habetur ad inftar priuati, Bal.l.1.§.fin.de mag.conue. Et fic fur extraneus non poteft capi, tamen ficut transfertur in totum cognitio ciuitatis in aliam, Bald.l.fi duas circa fin.de excuf.tut. ita captura fit in vno loco, & tranfmifsio in alio: verùm bannitus Bononiæ, fi capitur Mutinæ, & ducitur Bononiam, quia ductus fuit inuitus,non punitur,Bald.l.item nulla,in fi. de Epifc.& cler. Nec poteft capere priuatus
11 nifi fit dominus, & fi cognofcit, poteft liberare innoxium, fi autem priuatus capit, & detrudit,qua pœna puniatur, Lucas l.1.ferè per tot. de coharta. & princ. cornicula. Et an priuatus pofsit requirere alium, vt capiat,& cuftodiat malefactorem, Gramm. conft.feq.num.4.
12 Nota,q iurifdictio ineft territorio,& ftatutũ vltra illud nõ extenditur,vnde vt poffit cognofci de delicto, debet prius iudici conftare delictũ effe cõmiffum in fuo territorio, Bal.l.fi quis filio,§.pen.de iniufto,rup.& irr. teft. ita aduenæ non ligantur lege ciuitatis, vnde fi excommunicantur omnes Perufini, intelligitur de commorantibus, non de aduenis receffuris, Bal.l.debitor, ff.de pignor.

Inde

Inde ciues, & populares ; l. omnia C. de off.
13 præf. vrb. Et aliud eſt eſſe ciuem, aliud haberi pro ciue, Bal. l. quod ſi nolit §. ſi venditori 2. rep. de ædil. edi. Nec eſt eadem ratio ficti, & eius quod verum eſt, Bal. l. fideicõmiſſum de cond. & demonſt. & qui eſt verus ciuis, nõ poteſt eſſe fictus, Bal. l. filio quem circa fin. princ. de lib. & poſth. licèt fictus debeat habere priuilegium verorum ciuium, Bald. l. ſi filius, ſi quis omi. cau. teſt. & venit etiam ruſticus quando ratio eſt vniformis, Bald. l. 3. §. fin. de noui ope. nunc. qui agricultor dicitur, l. cum de indebito ff. de probatio. Vltimo ſemper eſt probandum id quod eſt cauſa
14 iuriſdictionis, Bal. l. 2. nu. 43. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & tunc paria ſunt qualitatem alicui ineſſe naturaliter, vel per priuilegiũ : vnde comitatiui recepti, vt ciues ita de-
15 bent tractari non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis, Bal. l. cum ex oratione de excuſ. tut.

De officio Baiulorum.

SVMMARIVM.

1 *De, materiam ſignificat.*
2 *Baiulus eſt vulgare Gallorum, & maiorem habet auctoritatem, quàm defenſor.*



ONTINVATVR ponẽdo materiã Baiulorum, de qua ſupra, & dicit [DE] quæ dictio ma-
1 teriam ſignificat, Bal. l. ſi plures nu. 34. in fi. de cond. inſer. [OFFICIO] eorum, quæ pertinent ad officium, ſiue miniſterium, Iſern. quæ ſint regal. in ver. ad iuſtitiam expediendam, nu. 66. cir. fin. [BAIVLORVM] quod eſt
2 vulgare Gallorum, & habent maiorem auctoritatem, quàm defenſores de iure communi, Affl. ſup. conſt. Baiuli locorum, num. 1. & 3. in fi. vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Pondera, & menſura quare fuerunt inuenta, & earum fraudes quis cognoſcit.*
2 *Ad, denotat intrinſichitatem.*
3 *Officium non accedit ad perſonam, ſed perſona ad officium.*
4 *Epiſcopus olim taxabat pretium victualibus.*
5 *Exigitur in iudicio, recipitur à ſponte ſoluentibus.*
6 *Extorquetur pœna, iuſtitia mediãte.*
7 *Proculdubio, eſt aduerbiũ affirmandi.*
8 *Aeſtimatio rerum variatur ex tempore.*
9 *Diligentia eſt mater omniũ virtutũ.*
10 *Diu, pro decennio, vel arbitrio iudicis capitur.*
11 *Bannum eſt pœna, quæ imponitur propter contemptum iudicis, & eſt multiplex.*
12 *Baro, & Baiulus non imponunt pœnam vltra auguſtalem.*
13 *Baiulorum officium contra vendentes vltra aſſiſiam, vel vnum pro alio, quid in regno, & ciuitate.*
14 *Bannum eſt remedium ſpeciale extra ius commune, & habet vim interloquutoriæ.*
15 *Banni terminus poteſt prorogari, & eo elapſo admittuntur defenſiones.*
16 *Pœna vltra auguſtalem non imponitur, vel exigitur, quatenus cum intereſſe concurrit, ſecus in fiſco.*



D OFFICIVM] ſine neceſſarijs impoſſibile eſt viuere, & bene viuere: in ar-
1 tibus verò definitis neceſſarium eſt ſubeſſe propria inſtrumẽta, Ariſt. 1. Pol. 3. Pondera, & menſuræ fiũt, vt conſtet quantum emitur, l. ſi in emptione §. item ſi ff. de contrah. emp. Iſtæ debent eſſe iuſtæ. Leuit. 19. Prou. 11. 20. & 21. & ad euitandũ fraudes, & vnuſquiſque ſciret debitas menſuras, ſtatutæ fuerunt per ciuitates menſuræ æneæ, & lapideæ, Bart. l. modios de ſuſcep. præpo. & arch. Affl. hic 2. not. poſt med. Et quatenus quis vtebatur falſis põderibus, vel menſuris, inquiſitio de iure communi ſpectabat ad defenſores ciuitatis, l. iubemus C. de defenſo. ciuit. puniebantur libra auri, vel pœna legis Corneliæ de falſis. Gramm. c. regni item prædicti ſecreti, & infra conſt. ad legitima pondera, nu. 3. aliter de iure canonico, c. vt menſuræ, de emptio. & vendit. Iure iſto pondera, & menſuræ dantur à curia, & pœnæ vẽdentium, vel locantium operas contra aſſiſiam, ſpectant ad Baiulum, quas textus iſte mandat irremiſſibiliter exi-
2 gi, qui diuiditur, & ſummatur vt per Affl. & dicit [AD] quæ denotat intrinſichitatem, Alexander conſilio 54. num. 10. 5. volum.

[Officivm] siue ministerium, Zab.clem.1.
§.statuimus in ver.ac deinde,num.1.in fi.de
sepult.[Baivlorvm] qui se habent ad Regē
sicut Curati ad Episcopū, D.Th.2.2.q.184.
art.6. eorum sunt annexa iudicio,sup.const.
3 Magnæ Curiæ.nam persona accedit ad offi-
cium,non officium ad personā, Bal.l.fin.nu.
46.cir.med.C.de hæred.inst. [Praecipve]
propriè, ac principaliter, vt sup.const.nihil
veterum,& const.honorē debitum. [Volv-
mvs Pertinere] quod verbum latissimum
est,l.1.in ver.mortis circa fin.ff.de donatiō.
[Contentas Assisiarvm Poenas] per
Magistros Camerarios impositas in assigna
tione assisiarum,sup.const.Magistros Came
4 rarios. Olim taxabatur pretium victualium
per Episcopum,& poterant cogi ad venden-
dum quandocunque, Bald.l.1.de Episc.aud.
adeo quod non valet statutum, vel pactum
quod non ematur,vel vendatur frumentum,
vel alia venalia,nisi certo pacto,Bal.l.vnica
post nu.1.C.de monopolijs.[Svper Ponde-
ribvs,Et Mensvris] nō signatis signo offi-
cialis ad id deputati,Affl.hic nu.1.[A Ven-
ditoribvs Rervm] exigēdas,quia eas ven-
ditor suis expensis procurare debet, nō em-
ptor,dixi in d.const.ad legitima pōdera cir.
fin.[Et Locatoribvs Operarvm] cogno-
scunt etiam quando operarij, vel artifices ,
de quibus inf.cōst. Magistros mœchanicarū
artiū,promittunt sub pœna facere artificiū,
& nō faciunt:pœna incusata à parte,cogno-
scit Baiulus,Affl.hic 3.not.debent [Exige-
5 re] quod fit ab inuito,Bal.l.scire leges,post
nu.4.ff.de legi.l.fideicōmissa §.si rem in ver.
exigerat de leg.3.& propriè pertinet ad iu-
dicia,recipitur autem à sponte soluentibus,
Bal.l.3.in princ.sol.mat. [Ac Irremissibi-
liter Extorqvere] à mercenarijs,qui lo-
cant operas ad aliquid vendendum , Gram.
6 hic cir.princ. & appellatur extorsio pœnæ,
quę fit iustitia mediāte,Paris de synd.in ver.
electio officialium,c.1.nu.4.quia fit ab inui
to,d.l.fideicommissa §.si rem. [Qvas Si In
Totvm,Vel In Partem Dimiserint] aut
in eis exigēdis inueniemus desides,& remis-
sos,sup.const.si quis in posterum in fi.de de-
fen.impos.[De Bonis Svis Procvldvbio]
7 quod est aduerbiū affirmandi,Luc.l.fin.post
princ.de agr.& censi.[Fisco Nostro Per-
solvent] exsoluent,sup.const.patres. [Ha-
bebvnt Avtem] sed, Nizol.in ver.autem.
[Apvd Se] l.1.de coharta. [Baivli Prae-
dicti Mensvras,Et Pondera] ærea,vel
lapidea , vt sunt in cortilio Magnæ Curiæ .
[Et Assisias Scriptas Per Se,Et Ivdi-
ces Svos] de mandato nostro consignatas ,
vt sup.cōst.per vniuersas prouincias.[Men-
8 se Qvolibet] quia æstimatio rerū variatur
ex tempore, nō sic de facili in pecunia, Bal.
l.1.cir.princ.de cond.tritica.[Cvm hvmana]
l.9.& l.euicta cir.fin.ff.de euict. aliter d.cum
qui,& seq.ff.de donat.l.idem,ubi de pig.act.
9 & l.ob quæ de ædil.edi.[Diligentia] quæ
est mater omnium virtutum,Luc.l.1.cir.fin.
de decur.& statio. [Perqvirendas] exquī-
rendas,Nizol.in ver.perquiro. si venditores
vendunt secundum assisiam,& si bene,vt cō-
uenit ponderant,Gram.hic post princ. [Na
Div] diutius, c.inter dilectos de fide instr.
tamdiu c.3.de cōfir.vtil.vel inut.aliquādiu,
10 c.cum Ioannes, d.tit.de fide instr. alibi diu,
capitur pro decennio, vel arbitrio iudicis,
Bal.l.cum res,post nu.4. C.de probat. & l.si
pro ea nu.12.C.mandati l.a.1.rep.nu.3.cum
add.ad eum C.de acq.poss. & l.3.num.6. de
execut.rei iudic. [Grassari] furari; inde
grassator dicitur latro,Niz.in ver.grassator.
[Valeant Per Ipsorvm Negligentiam]
quæ debet probari,nam ratione officij con-
trariū præsumitur, Bal.c.nihil est,post prin.
de elect.sed ad eam probandam sufficit tem
pus, in cap.de causis num.2. de offic.deleg.
[Transgressores] dum non seruant mo-
dum adiectum,Io.And.c.non potest nu.1.in
fi.de præb.in vi. [Poenas] quæ computātur
in condemnationem, Bal.l.cum fundus ff.de
euict.[Bannorvm] de quibus quę sunt regā-
lia,in ver.bāno Imperiali.[Etiam Ab Eis-
dem Venditoribvs] & artificibus, vt sup.
[De] quæ dictio quid importet,Bal.l.ex hoc
iure nu.14.cir.med.de iust.& iure, dixi sup.
in rub. [Consilio Ivdicvm] amicorum, c.
cum in iuuentute de purg. can. iuxta illud ,
Omnia cū amico delibera . Spec.tit.de pet.
sent. & eius cau. nu.1. [Et Aliorvm No-
strorvm Regni Fidelivm] vnde Pręsides,
& Potestates terrarū debent vbi est punctus
iuris deliberare cum consilio sapientum,nō
ex suo capite, cum sint imperiti literarum ,
non tamen debent assumere aduocatos par-
tis, Bal.l.solet 1.repet.in ver.legatos de off.
procons.& leg. [Non Vltra Vnciam Pv-
niendorvm] sed infra vnciam,si emanauit
cum consilio iudicū,si sine non imponit pœ-
nam nisi vnius augustalis, Affl.hic 7.not. cū
11 bannum sit mera pœna,quæ imponitur pro-
pter contemptum iudicis,Bal.l.2.post nu.8.
si quis in ius voc.nō ier.& pœnæ pecuniarię
ciuiles intelliguntur etiam quæ applicantur
fisco,Bal.l.si qua per calumniā nu.1.de Epis.
& cler. [Exigant] quolibet die,Gram.hic.
[Et Sine Remissione Recipere] cum
effectu, Zab.clem.1.nu.19.cir.med.de proc.
[Non Omittant] remittant, inde omissa,
i.remissa,Bal.l.de pupillo §.si is cui de noui
oper.nunc. [De Qvorvm Bannorvm Nv-
mero] cū multiplex sit,Bal.in add.ad Spec.
tit.

tit. de actore in fi. col. 2. post princ. vel est duplex, idem Bal. l. quid ergo §. pœna grauior 1. rep. cir. fin. de his qui not. infa. seu quadruplex, idem Bal. l. si pœnæ circa med. de cond. indeb. siue quincuplex, Bal. pred. ad Spec. tit. de denunciatio. in fi. col. 2. post med. [FORE CENSEMVS POENAS PER IPSOS, PARTIBVS CORAM SE LITIGANTIBVS INDVCENDAS] cum se subijciant banno potestatis, c. graue de sent. excom. [QVAE FORSITAN] affirmatiuè, nō dubitatiuè, c. magna in ver. forsitan, de voto, & voti redempt. [IRREVERENTER] c. pro illorum de præb, [AD IPSOS] Baiulos, contra formam const. cultus iustitiæ. [VEL INVICEM] inter partes ipsas, Gram. hic num. in fi. [INSOLENTER IN IVDICIO LITIGABVNT] vnde eorum maliciæ sunt cōpescendę, Zab. clem. vni. 1. not. de sequestr. poss. & fru. [QVAE TAMEN POENAE QVANTITATEM VNIVS AVGVSTALIS] de quo sup. const. quicunque mulierem. [PER VICES SINGVLAS NON EXCEDANT] vt in c. reg. item ad inqui-
12 sitionem faciendam, Baiulus ergo potest imponere pœnam vsque ad augustalem, & si vltra, valet vsque ad dictam summam, nec vitiatur in totum, Gram. hic nu. 2. & 3. Ita & Baro non imponit pœnam in bannio vltra augustalem, idem Gram. inf. const. iurisgentium num. 3.

Videtur, quòd non Baiulus solus, sed cum iudice, & notario exigat pœnas, & exactas in archa cum tribus clauibus, & foramine obliquo reponāt, vt in const. cum iuxta, inf. de sala. Baiu. Nisi diceres, ista suppletur per illam, cum in fine etiam dicat, quòd ad officium eius pertinet capere malefactores, vt in constit. præced. & assignare Iustitiario.

13 Nota, quòd ad officium Baiulorum spectat exactio pœnæ, si venditur contra assisiā in regno spectat ad officiū Regiæ Siclæ. In ciuitate Neapolis proceditur per Catapanos diuisos per tempora, secundum Affl. hic 1. not. & sicut incidit in pœnam vendens contra assisiam, ita si vendit vnum pro alio sine præditione, d. const. magistros mœchanicarum artium: vnde pro nouo non potest reddi vinum vetus, l. 3. in ver. nouum, si cer. pet. & panis albus libum libe, vel liba libe dicitur, gl. l. iudices in ver. libellis de Episc. aud. & deprehensos ad iudicium dirigunt cū ipso fraudis iudicio, l. pen. C. de defen. ciuit.

Secundo nota, quòd bannum sumitur duobus modis, Abb. c. 2. nu. 10. in fi. de immun. eccl. c. cum in tua de sponsal. c. fin. nu. 4. qui matr. accus. poss. habet vim rei iudicatæ ex
14 forma statuti, de iure autem communi non, nisi sit bannum Imperiale, vel Regale, Bal. l. eleganter §. si quis col. 3. cir. fi. de cōd. indeb. & auth. cassa in fi. de sacros. eccl. alias est stricti iuris, & potius est interloquutoria, quàm diffinitiua, Bal. add. vlt. ad Spec. de instr. editio. col. 9. cir. prin. & tit. de accus. in fi. col. 2. circa med. & cum sit interloquutoria, potest reuocari contrario imperio, quia expectat sententiam diffinitiuam, Bal. l. 2. 1. rep. ff. de iureiur. & relaxatur ex causa, Bal. l. item nulla, de Episc. & cler. & dicitur remediū quoddam singulare, & extraordinarium contra delinquentes extra ius commune, vnde non trahitur ad consequentiam, idem Bal. §. relegauit, post med. inst. quib. modis ius patriæ
15 potesta. solui. potest terminus prorogari, & eo elapso admittuntur defensiones, Bal. l. fin. num. 16. ff. de ferijs.

16 Vltimo nota, quòd non potest imponi pœna vltra augustalem, Affl. sup. const. Iustitiarij nōmen, & normam, nu. 28. maximè cum in initio sui officij iurent ministrare officiū secundum iura, constitutiones, & capitula regni, Gram. decis. 47. col. pen. & etiam propter contemptum, quod prætenditur factum officiali, idem Gram. decis. 67. 4. dubio. non tamen exigitur, nisi quatenus cum interesse concurrit, secus in fisco, qui totā exigit, Affl. c. 1. priuileg. 75. de fra. de nouo bene. inuest.

De mutuatione, & recommendatione pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum venit appellatione pecuniæ numeratæ.*

2 *Commendare, nihil aliud est, quàm deponere.*



CONTINVATVR vt per Affl. dicitur autem hic [DE MVTVATIONE] .i. mutuo, quod venit
1 appellatione numeratæ pecuniæ, Bald. l. sed Iulianus §. sed si ff. ad Maced. [ET RECOM-
2 MENDATIONE] quæ nihil aliud est, quàm deponere, l. Lucius, la prima, ff. depositi l. cum hæreditas C. eo. tit. depositi. l. commendare, de verb. sign. [PECVNIAE] vel alterius rei, quia pecunia quandoque capitur vt species, l. talis scriptura in ver. species, & l. plane §. 1. in ver. comparandum, de leg. 1. quasi dicat de mutuo, vel deposito pecuniæ, vel alterius rei, vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Natura est causa ordinis, vnde prius de causa tractatur, quā de causato.*

2 Di-

2 *Dignitatis, & prælationis causa tenentur subditis iustitiam ministrare.*
3 *Mutuum triplex, & tribus modis contrahitur.*
4 *Falsum in iudicio dicere, vt vincat, prouocatur ab aduersario.*
5 *Maiestas quid, penes quos, & quomodo sibi vsurpauerunt.*
6 *Prudentia quid, & quæ docet, & quotuplex, post num. 18.*
7 *Igitur, est illatiua.*
8 *Iurisdictio quid, & vnde.*
9 *Res etiam facta comprehendit.*
10 *Possidere, & detinere differunt.*
11 *Lucrum, compendium dicitur.*
12 *Pragmatica Imperiale rescriptum dicitur.*
13 *Distinctio casuum tollit contrarietatem.*
14 *Intentio iudicat omnes.*
15 *Veritas nunquam moritur, super omnia amatur, sine ea experiri, nec iustitia ministrari potest.*
16 *Confessio facta in iudicio, facit ius.*
17 *Verum est ita necessarium, quod nec Deus potest veritatem à veritate remouere.*
18 *Clericus depositarius potest per iudicem secularem compelli ad restitutionem depositi.*
19 *Dignitates non mutantur variatione personæ.*
20 *Personalis dispositio fit per expressionem nominis appellatiui.*
21 *Successor in dignitate non est idem cum prædecessore.*
22 *Rex importat habere iurisdictionem, & supremam potestatē in subditos.*
23 *Compendium quæstus, alibi numerum dierum significat.*
24 *Pragmatica, sanctio, principalis constitutio in concistorio principalis dicitur.*
25 *Calliditas, fallacia, machinatio, & commentum idem.*
26 *Argumentum, probatio, & coniectura quid.*
27 *Confessio formis, & informis, cum causa, & sine causa.*
28 *Veritas, & fama si discordant, magis attenditur fama ratione publici instrumenti, quàm veritas.*

1 EGIAE MAIESTATIS] natura, secundum Arist. est causa ordinis in omnibus, Bal.l.1.nu.4.in fi.de exec. rei iud. Et rem nobiliorem solet constituere in locis nobilioribus, Arist. 3. de partn animal. c.4. Id enim quod per se est causa, semper prius est eo quod secūdum alterum, 8.Phys. 39. Vnde primo præmittendum est de causa, quàm de causato, Bald. in rub.de acq.poss.quia causa præcedit effectū, Bal.præd.l. Arethusa 1.rep. post nu. 2. de sta. hom.l.1.post num.5.C.de iure dot.c.auditis nu.3.cir.fi.de elect. D.Th.3.par.de Sacram. q.7.alias 66.art.2.in princ. Causam semper oportet esse priorē causato, 3.par.de Saluatore,q.9.art.2.cx quo non est prius effectus, quàm causa, Bal.l.scimus §.illud in fi. C.de inoff.test.Nec minus potens est ius in causa, quàm in causato, in l.fin. num.7. post med.
2 comm.vtriusq; iud.Cumq; dignitas sit obligata subditis, sicut prælatus ad faciendam iustitiam, Bal.l.barbarius 3.rep. col.2.in fi. de off.præt. Et mutuum est triplex, Bal.cons.
3 197. nu.1.cir.med. 3.vol. tribus modis contrahitur,& vno tantum depositum, idē Bald. conf.218.cir.fin.1.vol. Debitor autem dum pecuniam mutuo accipit, omne pactū facit, Bal.l.Titius cir.fin.de pign.act. sed qui deponit credit, & confidit depositario, l. officio eius, in ver.in condito de leg.3. nec debet in eo de iuris apicibus disputari, Bal.cōs.236. post num.5. vol.5. tamen quia vtroque casu debitores solent in iudicio negare, nam in
4 iudicio sæpe quis innitatur ab aduersario ad dicendum falsum, vt obtineat pugnam, Abb.c.1.nn.18.in fi.& post nu.20.de iuram. calum. ideo ad disciplinæ publicę emendationem, l.vn.C.de off.præf.præto. Rex punit conuentū actione mutui, vel depositi ad tertiam partem eius, quod negauit, si conuincitur, vt in textu, qui diuiditur, & summatur
5 vt per Affl.& dicit [REGIAE MAIESTATIS] tantæ Maiestatis, l.ex imperfecto de leg.3. quæ à maiore deriuat, Io.And.c.1.num.3.de maior.& obed.in vj.cū maiestas, & potestas ad gloriam pertineāt, D.Th.3.par.de Sacra. q.121.alias 90.art.2. adeo quod obsequia, quæ diuinitati exhibētur, ausi sunt superbiæ fastu sibi etiā homines abrogare, D. Aug. 1.contra aduersarium legis col.24.in fi.etiā Barbari, quia apud eos sunt maximę dignitatis, & habent Regem, Bal.auth maximis, de nuptijs. nec succedit in vitium personæ, idem

idem Bald.l.executorem, col.fin.cir.med.de
execu.rei iud. licet persona sit organum ip-
sius, in l.3.omnium.in princ. de relatio. alibi
Maiestas, est ipse Imperator, d.l.executorẽ,
nu.34. cir.med. & morte Regis finitur eius
honor, in l.si pater, nu.1.si pend.appell.mors
6 interue. [PRVDENTIA] quę dicitur porro vi-
dens, nam per eam cognoscimus futura ex
præsentibus, & præteritis, D.Tho.2.2.q.47.
art.1. Non est scientia, nec ars, sed habitus,
qui in agendis versatur, Arist.6.Ethic.6. Est
virtus, & sua vigilãtia bona discernit à ma-
lis, vt in illis appetendis, & istis vitãdis nul-
lus error obrepet ipsa in nobis mala, & mala
in nobis esse testatur, & docet malũ, vel bo-
nũ esse aliquid facere, vel nõ facere. D.Aug.
19.de ciu.Dei, c.4.col.3.cir.fin. Et est volun
tas subiecta fræno rationis, Abb. c.ne inni-
taris, post princ.de const. Ministra sapientię,
præparãs ei viam, sicut ostiarius ad Regem.
D.Th.1.2.q.66.art.5. Simpliciter dicta capit
in bonũ: si additur prudentia carnis, capitur
in malũ, & tunc quæ sit, & quomodo sit pec-
catum, idem 2.2.q.55.art.1.& 2. Propria est
Principis, secundum Philosophum. Idem ea
par.q.50.art.1. Eius finis est bene agere, &
quæ sibi, & alijs sunt vtilia prospicere, Arist.
vbi sup. & bene consulere, c.8. Et dicitur pru
dentia ciuilis, eo quod per istã fit emenda-
tio peccati incidentis in constitutionibus,
quas promulgauit dominus legũ, vel vtiles
inuenit secundum tempus, Auerr. ibidẽ c.9.
Propria virtus est præsidẽtis. Idem 3.Pol.3.
[EXIGIT] flagitat, Niz.in ver.exigo. [RE-
GNI SVBIECTORVM CONSVETVDINES SV-
PERVACVAS] nullas, l.2.vbi Bal. in princ.ff.
mandati. tam superuacuas, quàm scrupulo-
sas, l.2. §.quintus, de vet.iure enucl. super-
fluas, & inutiles, Bal.l.lecta, col.1.post med.
si cer.pet. [RADICITVS] funditus, inf.const.
prosequẽtes, in fi. [EXTIRPARE] extrahere,
& euellere, Niz.in ver.extirpo. [HAC IGI-
7 TVR] quæ est dictio illatiua, Luc.l.vni.col.3.
cir.med. de studijs liber.vrbis Romæ. [EDI-
CTALI] generali, glo.1.l.hac edictali, C.de
secund.nup. [LEGE SANCIMVS] cum pœna,
clem.sæpe, in ver.constitutione, de verb.sig.
[VNIVERSOS] & singulos, quia vniuersale
resoluitur in particulare, & pluralitas in sin
gularitate, Iser.c.1.§.si autem, num.13.post
med.de pace tenen. [NOSTRAE IVRISDI-
8 CTIONI] seu præeminentiæ, Abb.c.cũ con-
tingat, nu.16.cir.med.de fo.comp.& dicitur
à ditione, quæ potestas est, & iure, quasi legi-
timæ potestati, Azo in sum.nu.1.in fi. C.de
iurisd.om.iud.vel à iure, & dictione, quasi di
cat de iure potestati, gl.§.iusiurandũ, in ver.
iurisdictione, auth.de defens.ciuit. [SVBIE-
CTOS] cum subiectos liget, glo.c.1.de const.

[QVALISCVNQVE SIT] quæ dictio genera-
lis, & effrænata est. Lucas l.pen.cir.princ.de
aquæductu. [QVI REM] rei qualitatem, Bal.
l.cũ lex, post med.ff.de fideiusso. [VEL PE-
CVNIAM] numeratã, l.sed Iulianus, §.mutui,
ff.ad Maced. [MVTVO ACCEPTAM] faciẽdo
de sua illius, l.2.§.appellata, si cer.pet. [VEL
APVD SE DEPOSITAM] liberaliter, & bona
fide, glo.in auth.de deposito, in ver.liberali-
ter. [COMMODATAMQVE] ad certũ vsum, &
est magis voluntatis, quàm necessitatis, l.in
cõmodato, §.sicut, ff.commodati. Quid sit,
vide, & in quo differt à precario, gl.1.c.vn.
de commodato. [VEL QVAMLIBET ALIAM
REM] mutuo acceptam, vel commodatam.
9 Gram. hic in princ. quæ etiã facta compre-
hendit, l.naturalis, in ver.datis, de præscrip.
verbi. [ILLAE QVORVM RES] vel causa, glo.
l.iudicatum, in ver.de re, iud. solui. [ESSE
CONSTITERIT] parte præsente, quia merita
causæ partium assertione pandũtur, gl.c.sa-
cro, in ver.cõstiterit, de sent.excom. [INVI-
TVS] prout præsumitur si non consentijsse
probatur, Spec.tit.de emph.nu.97. [VLTRA
TERMINVM] statutum à parte, Gram.hic in
princ. si commodauit ad diem, vel sine die,
finito vsu, gl.d.l.incõmodato, §.sicut, in ver.
commodauit. [VEL LEGITIMVM TEMPVS]
puta commodauit simpliciter, ad quẽ vsum
intelligitur, & an possit reuocari statim.
10 Spec.tit.de cõmoda.§.1.& 21 [DETINERE]
quod differt à possidere, Bal.l.officiũ, 1.rep.
nu.4.ff.de rei vend. [TENTAVERIT] sumẽdo
experientiam de re, quàm ignorat, D.Th.ad
Heb.3.ibi, quapropter, col.2.in fi. [CREDI-
TORE, DEPOSITORE, SIVE COMMODATORE]
singula singulis referendo, gl.cir.med.l.2.rẽ
rat.hab. [ILLAESIS] fortunã damni non pa-
tiendo, l.1.C.de cõmo. [TERTIAM PARTEM]
quæ simpliciter prolata, intelligitur de dimi
dia, l.si nõ fuerint, ff.pro soc. [REI] cum sua
causa, l.pecuniã, ff.de compẽs. [IN CAVSAM]
l.pen.in fi.rem rat.hab. [DEDVCTAE] peti-
tę, & in iudicio negatę, Gram.hic. [DEBERE
MVLCTARI] cã soluendo in pecunia, l.aliud
est fraus, de verb.sign. [ET EANDEM COM-
11 PENDIIS] i.lucris, gl.l.plenũ, in ver.ad com
pendium, ff.de vsu, & hab. l.videamus, de in
litẽ iur.l.& ideo, ff.pro soc.l.quod diximus,
§.fin. vbi Bal.1.rep.in fi.ff.quod metus cau.
[BAIVLATIONIS NOSTRAE ACQVIRI]
vel ærario nostro quærendis, l.pen.C.de mo-
do mulct. [SANE PER PRAESENTIS PRAG-
MATICAE SANCTIONIS] c.1.de rer.permu.
& de nouo C.facien.§.quibus, in fi.l.vn.post
med.de insti.c.confirma.& dicitur pragma-
12 tica Imperiale rescriptũ, gl.fin.auth.qua in
prouincia, vbi de cri.agi opor. inde pragma
tica sanctio, l.iubemus, la prima, de sacros.

eccl. l. 2. in fi. de off. præf. Afr. [Edictvm] sanctione quadam subnixum, l. sacra, de rer. diuis. l. priuilegia, de sacros. eccl. [Nostris Fidelibvs Dvximvs Distingvendvm.] fraudi occurrendo, l. si quis inter, de excus.
13 tut. vt sic distinctio casuum, & temporum tollat contrarietatē, Pau. de Cast. consl. 311. col. 2. cir. med. 2. vol. Inde distingue tempora, & cōcordabis scripturas. Bal. l. apud antiquos, nu. 1. C. de furtis. [Qvod Si Debitor Non Fverit Ad Callida Argvmenta] fraudes, & calliditates, c. peruenit, lo primo, de test. cog. calliditatem, & versutiam, c. 1. de alie. iud. mut. cau. facti. callidè, l. si quis affirmauerit, de dolo malo, l. ita demum, de arbitris. callido consilio, l. eū qui, §. pretor, de publicia. argumenta. insigna, l. 3. in princ. ff. ad exhib. [Conversvs] per mendacium, sup. const. pessimam. [Animvmqve Non Habverit Creditorem Svvm Credito, Et] mutuo, nam crediti nomen in stricta significatione sumitur pro mutuo, Alfa. in rub. nu. 95. si cer. pet. per eum. [De-
14 bitor Defravdare] quia intētio iudicat omnes, Cassan. consuet. Burg. rub. 4. §. 23. in princ. nu. 45. post med. [Et Sine Dispendio] i. damno. Affl. sup. const. in quæstionibus, post nu. 1. de rapto. virg. [Creditoris, Et Fatigatione Aliqva] per longos circuitus, auth. de rest. fidei. cir. princ. sicut ex lōgo itinere fatigatus fuit Dominus noster. Io. 4. Laborat substinens. Seruire eum facimus, & laborem præbemus in iniquitatibus nostris. Esa. 1. & 43. [In Cvria] ad iudicium euitandū, add. Bal. vlt. in princ. ad Spec. tit. de confess. [Veritatem] quæ est æqualitas intellectus. D. Th. 1. par. q. 85. art. 7. Non est aliud nisi idē dici, & esse. Bal. c. tertio loco, post nu. 10. de probat. In rebus ex operibus, & vita dignoscitur. Arist. 10. Ethicorum 10. Nunquam moritur. Bal. l. sicut, C. de falsis.
15 Cui semper debet esse locus. idem, l. neque professio. C. de testa. Super omnia est amanda, & eius defensores esse debemus. idē Bal. quæst. de scismate, in princ. quia sine ea iustitia administrari non potest, in l. eos, §. 1. nu. 1. C. de appell. & sine qua nemo experit. idem Bal. l. si veritas, post nu. 1. de fideicom. Lux dicitur. Bal. l. ob carmen, §. si testes, de testi. luci comparatur, in rub. nu. 1. cir. med. de probat. & ea nihil est tam naturale, in l. executorem, post nu. 34. de execut. rei iud. nō causatur ex parte intellectus, sed ex parte rei intellectæ, secundum Arist. Bald. d. l. si veritas, in princ. & est duplex, facti, & conscientiæ. idem Bal. l. 3. §. sed & si, post princ. ff. de iureiur. & dicitur tripliciter, re, & consilio: consilio, & non re: tertio re, & non consilio, Bal. præd. l. vn. nu. 25. C. de conf. Occultari potest ad tempus, vinci non potest, florere potest ad tempus iniquitas, sed permanere non potest. D. Aug. psal. 61. col. 14. cir. med. Veritatem omnes amant lucentem, sed odiunt redarguentem. add. ad D. Th. 3. par. de Sacram. q. 120. alias 89. art. 1. ibi corrol. lo primo. Habet vim vniendi, & colligendi, error, & ignorantia diuisa sunt. add. ad eundem 2. 2. q. 4. art. 6. ibi corrolariū. [Confes-
16 svs Fverit] quia cōfessio facta in iudicio, fiditius. Bald. l. si vnus, §. pactus ne peteret, 2. rep. nu. 15. in fi. ff. de pact. & non fuit iudiciariè punitus. Gram. hic circa fin. [Nvlla Namqve Exactione Debitorem Prasgravari Ivbemvs] etiam quod iussio confirmatur in inuitum. Bal. c. eam te, nu. 16. post med. de rescriptis. [Si Avtem Veritatem Debitor Negaverit] cum omne verum
17 sic necessarium, ità quod nec Deus veritatē à veritate remouere potest, nec nostrū affirmare, vel negare facit veritatē aliter se habere. Bal. l. ex his, in fi. C. de testa. mil. tamen quia veritatem amamus, l. vni. de dedit. lib. toll. & nō negandā dixit. gl. l. vti frui, in ver. negat, si vsusfr. pet. [Et Svis Calliditatibvs] callido, & maligno animo. l. si seruū, §. prætor, de acq. hæred. subterfugijs, & cauillationibus. c. pen. de iudicijs. inciditque creditorem in captionem. l. 1. ff. de restit. in integ. [Petitorem Circvmvenire] callidè. l. ita demum, de arbit. [Volverit] per fidē agendo. gl. l. 2. de tutelis. ne ei calliditas sua prosit. l. sed & si, §. fin. ff. ad exhib. [Victvs De Toto Eo In Qvo Fverit Adversario Condemnatvs Integram Tertiam Cvriae Nostrae] Baiulorū. Gram. hic in fi. [Persolvat] c. de monachis, de præb. c. in aliquibus, de decimis.

Sed videtur, quòd negans teneatur ad duplum, auth. contra qui propriam, C. de non num. pec. Nisi diceres, quòd illud applicatur
18 parti hoc fisco, & habet locum etiā si depositarius esset clericus, quia posset cogi officio iudicis ad restitutionē depositi, non per modum iudicij, sed executiuè ex consequentia suscepti officij. Bal. l. acceptā, nu. 4. in fi. C. de vsuris. Contrarium tenent Stephanus Auferius clem. 1. de off. ord. Ita & in pupillo doli capace, qui etiā mulctatur, Bal. l. damni infecti, §. pupillus, de dam. infe. & si negat, etiā quod postea fateatur, non euadit pœnā. Cass. consuet. Burg. rub. 1. §. 6. ibi, ius ques, nu. 7. Intellige tamen si negat per dolū, vel latam culpam. Bal. c. vassallus, nu. 2. si de feu. contro. fue. inter dom. & vass. Affl. hic 3. not. vel eum pœnituerit, quia pœnitentia admittitur quousque conuincat. Bal. d. c. vassallus. Vel distingue vt per eūdem, §. porro, nu. 10. cir. fin. vsque ad 12. quæ sit prima. cau. benef. amitt.

amitt. Quid si inuitus,& per metum deposi-
tum reddat, dicitur per accidens iniusta fa-
cere. Arist. 5. Ethic. 13. Mutuum verò magis
cui debetur reddendũ est, quàm amico con-
ferendum. 9. eiusdem 2. Dispensatur quan-
doque, vt mutuum, vel aliquid huiusmodi
nõ reddatur proditori patriæ, Nic. de Nysse
tract. 5. par. 1. port. 2. quæst. 5. in fine.

Nota qualiter puniatur negans depositũ,
vel mutuum. Gram. hic nu. 1. Item quod pru
dẽtia politica, quæ dicitur regnatiua, est sex
specierũ, per eas disponuntur, quæ pertinent
ad bonum cõmune, sicut œconomica se ha-
bet ad regimen multitudinis etiam milita-
ris, per quam hostium insultus repelluntur.
19 D. Th. 2. 2. q. 50. per tot. Dignitas tamen non
mutatur variatione personę. Abb. c. quoniã,
nu. 3. cir. med. de off. deleg. quia nunquã mo-
ritur. Abb. c. 1. cir. fin. post nu. 57. de ord. cog.
Bal. c. significauit, nu. 8. de rescrip. vbi etiam
quod rescriptum impetratũ contra dignita-
tem re integra transit ad hæredẽ. Nisi dica-
tur, dignitas talis personæ, quia tũc moritur
cum persona. Bal. l. quod Principi, de leg. 2.
Vnde si ex coniecturis videtur contemplata
persona, præsumitur dispositio personalis,
20 etiam si solum nomen appellatiuum fuisset
expressum. Abb. c. mandata, post num. 1. de
præsumpt. quando est facta sub nomine offi-
cij, & non personæ. Bal. l. locatio. & l. qui ad
certũ, ff. locati, l. fin. §. ait lex, ff. de diuortijs.
Nec variatur dignitas ex diuersitate præsi-
dentium. Abb. c. veritatis, nu. 2. cir. fin. de iu-
reiur. Quãdo dicatur contemplata persona,
& quando dignitas, Abb. c. aduersus, nu. 17.
de immu. eccl. Quid si cõmittatur dignitati,
non expresso nomine, glo. pen. in fi. l. & quia,
de iurisd. om. iud. tunc in onere succedit qui
substituitur in honore. c. aduersus, vbi Abb.
nu. 3. in fi. 10. & post nu. 16. de immun. eccl.
21 licet successor in dignitate non sit eadẽ per-
sona cum prędecessore. Abb. c. cũ pastoralis,
nu. 5. post med. de iurepat. Relatio in dubio,
intelligitur personalis, & non simplex, & illa
est propria. Bal. l. Iulianus quoque, de hęred.
inst. An autem procuratio, vel cõpromissum
factum sub nomine appellatiuo transeat ad
successorem, Bal. l. quæ liberis, §. hæc verba,
22 de vulg. & pup. Rex autem habet supremam
potestatẽ in subditos. Bal. in proœ. ff. nu. 11.
cir. med. & habere iurisdictionẽ significat,
idem Bal. l. ex hoc iure, de iust. & iure, nu. 3.
cir. med. Per mortem tamen inducitur taci-
ta reuocatio. Bal. l. post dotem, col. 2. circa
fin. sol. matrim.

Tertio nota superuacuum. l. hanc legem,
de contrah. empt. l. in naue Sanfeli locati,
l. quæsitũ, §. 1. de distra. pign. l. sicut, §. super-
uacuum, quib. mod. pig. vel hypot. sol. & l. si
plures, de testa. tut. c. superuacuo, l. fundus, ff.
de contr. emp. & super uacuũ esse non credi-
mus, quasi dicat, non est superuacuum, & sic
inutile, sed vtile. Abbas c. fin. post num. 5.
de renunciat.
23 Quarto nota verbum compendium, l. so-
cium, in fi. pro socio. quæstus, & compendia.
l. aditio, de acq. hæred. alibi compendiũ, nu-
merũ dierum. gl. fin. l. nonnunquã, ff. de iud.
24 Quinto nota, quòd pragmatica, sanctio,
est causa ventilata in concistorio. gl. & Bal.
in l. fin. C. de diuer. rescri. cum consilio pro-
cerum. glo. fin. in auth. sed & permutare, de
sacrosanct. eccl. & l. omnia, de Episc. & cler.
quæ alibi principalis constitutio dicitur.
l. 1. quod cuiusque vni. nom.
25 Sexto noto, quòd habemus calliditatem,
fallaciam, & machinationem. l. 1. §. 1. vbi gl.
ff. de dolo malo. Inde callidæ machinatio-
nes. l. fin. C. de assess. & dome. callidum com
mẽtum coercetur. l. quamuis, de rebus cor.
26 Septimo nota, quòd habemus argumen-
tum, probationem, & coniecturam, & quæ
sint, Bald. addit. vltima, circa fin. ad Spec.
tit. de probatio. l. si duo, §. Marcellus, de iu-
reiuran. Argumentum est genus probandi.
l. 3. §. quæ argumenta, in glo. 1. ff. de testib.
Inde rei argumentum. l. non quocunque, §.
Iulianus, de leg. 1. Manifestum argumen-
tum. l. centum Capuæ, de eo quod cer. loco.
Euidenti argumento. l. si seruus, §. huiusmo-
di, de leg. 1. Multis rerum argumentis, §.
cumque, in proœm. instit. In multis argũ-
mentis. Act. Apost. 1. Summatim re exposi-
ta, iudex ad suspicionem adducitur. l. in le-
gẽ, ad legem Aquiliam. Indicia autem non
augentur per iudicis subtilitatem. Baldus
c. quoniam Apostolica, num. 4. circa fin. de
officio deleg. Indicium quot modis, Bald.
c. veniens, il primo, num. 9. de testibus.
27 Octauo noto, quòd confessio formis, &
alia informis, cum adiectione causæ, fit for-
miter, sine causa fit informiter, primo casu
datur vtilis ex contractu, secundo datur a-
ctio in factum. addit. ad Speculat. tit. de
confess. §. fin. in ver. interrogatus, cir. med.
Quando fit in iudicio siue fit formis, siue in-
formis tenet. Bald. ibi addit. vltima, col. 3.
circa princ. & l. si duo, §. si quis iurauerit,
ff. de iureiur. Si negat negocio præiudicat
in casibus à iure expressis. Bald. cons. 364.
28 circa fin. 3. volum. Et hic & si veritas, & fa-
ma discordant, magis attenditur fama, ra-
tione publici instrumenti, quàm veritas.
Baldus l. 1. num. 3. C. de testa. Quid si acce-
pit pecuniam mutuo vt redimat se à latro-
nibus, tenetur eam restituere. D. Thom.
quolib. 5. art. 17.

De

De clericis conueniendis pro possessionibus quas non tenent ab Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione qui veniant.*
2 *Possessiones, res possessæ dicuntur.*
3 *Conueniri, in iudicium euocari.*



ONTINVATVR, vt per Afflict. sed pro declaratione rubr. quia dicit
1 [DE CLERICIS] dic, quòd eorũ appellatione venit omnis ordo facer. cap. de persona, 11. q. 1. [PRO POSSESSIONIBVS] rebus possessis. l. 2. C. de seruit.
2 [QVAS NON TENENT AB ECCLESIA] sed sunt patrimonialia. [CONVENIENDIS] vbi possint conueniri, idest in iudicium euocari.
3 Inn. c. per vestras, in princ. de don. inter vir. & vxor. determinatur in textu.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, & pater, semper dicuntur habere causam anteriorem, & præferuntur.*
2 *Clerici qui dicantur, & coram quibus cõueniuntur pro patrimonialibus.*
3 *Actenasia, vel tenimentum datur à Barone villanis, nec censetur iure feudi.*
4 *Ecclesia, Episcopus, & Capitulum viri ecclesiastici dicuntur.*
5 *Alius, est relatiuum diuersitatis.*
6 *Patrimonij appellatione venit qualibet res temporalis.*
7 *Tenere cum effectu, & cum continuatione temporis intelligitur.*
8 *Roma erat per regiones diuisa.*
9 *Possessio est plurium prædiorum collectio.*
10 *Clericum detinens, est excommunicatus.*
11 *Clericorum bona gaudent eisdem priuilegijs, quibus bona ecclesiæ.*
12 *Bona accedunt personæ, & in recessu monachi, à monasterio repetit.*
13 *Clericus non conuenitur coram laico, nisi pro feudis, & bonis, quæ habet à Rege, vel si successit prædoni.*
14 *Clericus pro causa ciuili capi, nec carcerari potest.*
15 *Actio personalis non circumscribitur loco.*
16 *Clericum, vel magnatem qui se dicit, tenetur probare, & non sufficit probare exercitium actuum, sed illos actus ad dignitatem spectare.*
17 *Fundus significat situm, situs idem est quod locus.*
18 *Forum quis sortitur ratione rei contractus, & criminis.*



1 I QVIS] semper quod naturalius est, prius est, nam natura prius consideratur in rc. D. l h. 1. 2. q. 49. 25. 2. Vnde qui nititur iure dominij, omnibus præfertur, Bal. in rebus, rep. antiq. in princ. de iure dot. Fisco nullus potest esse prior in præstatione tributorum, in quibus omnem contractum præcedit antiquitate, & tempore. idẽ Bal. l. 1. nu. 1. in fi. C. si propter publ. pensita. Nullum priuilegium præponi potest patri, vel domino. Bal. præd. l. fin. nu. 23. C. quod cum eo. sed dominus semper dicitur habere causam anteriorẽ, quia à principio generationis rei reseruauit sibi dominium, nisi in ijs in quibus per consensum suum sibi præiudicauit. Cam. c. Imperialem, char. 57. col. 5. post princ. de prohib. feu. alie.
2 per Fred. Propterea clericus pro patrimonialibus conuenitur coram laico. Iser. §. ecclesiasticã, nu. 15. de statu. & consuet. contra liber. eccl. Et hic in tex. qui sum. vt per Affl. & dicit [SI QVIS] aliquis. gl. 1. l. 1. rem ratã hab. [CLERICVS] Diaconus, Subdiaconus, Cantor, & Lector, quos omnes clericos appellamus. auth. presbyteros, de Epis. & cler. [DE HAEREDITATE] quæ opulenta dicitur, si affert opes sine vexatione, si cum vexatione habet, locuples est. glo. l. si quis mihi, §. 1. in ver. hæreditatem, ff. de acq. hæred. & conuenit petitione hæreditatis interdicto quorum bonorũ, vel remedio. l. fin. C. de edicto diui Adr. toll. Affl. hic 1. not. [VEL ALIQVO
3 TENIMENTO] seu actenasia, quæ datur villanis per Barones, nec regulatur secundũ iura feudorum, sed in ea succeditur in infinitum. Cap. sua inuest. in ver. feudorũ clausulæ, ibi vassallorum que redditibus, cir. fin. & d. c. Imperialem, in 1. & 2. not. 3. concl. ex addit. ad Iser. in gl. fin. vel est ager, qui tenetur ad mensuram, & non est vocabulum iuris consultorum, sed vulgare Italicũ. Affl. hic 2. not. in fi.
4 [QVOD NON AB ECCLESIA] Episcopo,

Capi-

Capitulo maioris Ecclesiæ, viris ecclesiasti-
cis, vel qualibet Ecclesia. Inn. c. cum clerici,
in fi. de verb. sign. quia tunc eoipso quod ha-
bent beneficium ab aliqua Ecclesia etiã ex-
tranea, ratione illius beneficij sortitur forũ
eiusdem Ecclesiæ. Gram hic in princ. Nec
parietes Ecclesiæ, intelliges Ecclesiã, prout
Archiepiscopus Moyses dicebat. Iser. c. Im-
perialis, post nu. 1. de prohib. feu. alien. per
5 Loth. [SED AB ALIIS] quod est relatiuum
diuersitatis. Pau. de Cast. cons. 298. circa fin.
2. vol. [VEL] prout. Spec. tit. de disp. & alleg.
aduoc. §. 4. nu. 16. [ALIQVO PER PATRIMO-
6 NIVM] cuius nomine qualibet res tẽporalis
intelligitur. Arch. c. fin. col. 3. cir. fin. 2. q. 6.
[SIVE ALIVD] alibi aliunde, per alia scripta.
idẽ Arch c. noli, post med. 9. dist. [TENEAT]
7 cũ effectu, & temporis continuatione. Zab.
clem. 1. §. præsitæ. post num. 3. de statu mon.
naturali possessioni incumbendo. gl. l. stipu-
latio habere licere, §. hæc, in ver. tenere, vbi
Bal. de verb. oblig. [APPELLATVS] vocatus,
sicut qui appellat, ad alium iudicem vocat.
not. in clem. vn. de dolo, & contu. [FVERIT]
contineri petatur. Gram. hic, & dicitur ap-
pellatus impropriè, cum sic prima instantia.
Affl. hic 5. not. [VOLVMVS] & mandamus.
inf. const. vt officialibus. [VT DE HOC IN
CVRIA] vel Ecclesia. Gram. hic. [ILLIVS IN
CVIVS TERRA] saltu contrata, siue regione.
8 l. creditor, vbi Bald. de act. empt. regiones,
idem, i. contratæ, & sic per regiones, siue cu-
rias diuidebat ciuitas Romana. l. 2. de orig.
iur. l. 1. in ver. regionum, de off. præf. vrb. add.
ad Spec. tit. de notorijs crim. §. 3. in ver. re-
probatus. & sicut in terra, ita & in mari est
iurisdictio. Bald. rub. post nu. 2. de rer. diuis.
[POSSESSIONEM] siue podere, in quo est vni-
9 uersitas, vel plurium prædiorum collectio.
l. qui solidum, §. 1. vbi glo. & Bal. de leg. 2. &
l. in legatis, C. de leg. alibi possessio denotat
totũ vsum rei, & qualitatem vtendi, & requi
rit corpus subiacens sibi. Bal. in proœ. Decr.
ibi, Gregorius, post nu. 29. [VEL TENIMEN-
TVM HABVERIT] de quo sup. nu. 5. [RESPON-
DEAT] quia in actione reali, ille est iudex
vbi res sita est. c. fine, de foro comp. glo. 3.
hic, vbi Affl. num. 7. post med. sicut proprius
Episcopus dicitur ratione contractus rei,
vel delicti. Abb c. 1. in fi. & nu. 6. d. tit. de fo-
ro comp. [ET QVOD IVSTVM FVERIT FA-
CIAT] Deum habendo præ oculis. infra in
const. in aliquibus. [NON TAMEN VT PER-
SONA SVA EXINDE] ex rebus prædictis.
l. omnia, in ver. exinde, de Epis. & cler. [CA-
PIATVR, VEL INCARCERETVR] quia deti-
nens esset excommunicatus. c. nuper, vbi
Abb. nu. 1. & 2. de sent. excomm. Bal. c. cum
non ab homine, nisi de auctoritate prælato-
rum, vel fugitiuum cum pecunia capientis,
dummodo non teneat vltra 20. horas, vel
recuperata pecunia, statim dimittat, post
10 num. 4. & 6. de iudicijs. Vltra quod est spe-
ciale in milite, & clerico, quod pro execu-
tione non possit capi de persona. Affl. hic in
glo. fin. post num. 8.

11 Contra, bona etiam patrimonialia cleri-
corum gaudent priuilegijs, quibus gaudent
bona Ecclesiæ. Abb. c. Ecclesiæ Sanctæ Ma-
riæ, nu. 2. & 21. de const. c. cum sit generale,
nu. 4. d. tit. de foro comp. pro ecclesiasticis
conueniuntur coram iudice ecclesiastico, vt
hic præsupponitur, ita & pro patrimoniali-
bus: rursus mandatur hic personam non de-
tineri, ergo nec bona, quia sunt accessoria
ad personas. Abb. d. c. Ecclesiæ Sanctæ Ma-
riæ, post nu. 7. & 22. & c. Episcopus, in fi. de
præb. Etiam, quia bona mobilia sequuntur
personam. Cass. consue. Burg. rub. 2. §. 1. ibi,
& appertien la cõfiscation, nu. 25. adeo quod
12 bona, quæ in ingressu monasterij accedunt
personæ, recedendo possunt reperi. Abb. c. 5.
num. 4. vbi Ant. de But. post nu. 3. de renunc.
& se committendo, videtur remittere bona,
quando plenè se submisit. Baldus l. 2. §. fin.
& l. si pater, in repet. in princ & 3. post nu. 1.
de adoptio. quia appendices sequuntur na-
turam proprij, & principalis subiecti. Bald.
rubr. num. 9. circa medium, de rerum diuis.
Vnde clericus ratione rei quam tenet, con-
uenitur coram iudice suo vbi res est sita, &
non coram laico, nec potest declinare fo-
rum in præiudicium sui præpositi. Baldus
cap. cum ab ecclesia, num. 11. de officio
ordinarij. Et ista constitutio nihil valet.
Isernia, & Affl. hic post princ. nam cleri-
13 cus non conuenitur coram laico, etiam pro
patrimonialibus, nisi esset feudũ. Iser. §. ec-
clesiasticam, nu. 15. de stat. & consuet. contra
libert. eccl. vel burgensatica, quæ essent de
bursa Regis, quia tũc potius inspicitur qua-
litas rei, quàm personę, vt res Regis, vel Im-
peratoris habeant ampliorẽ prærogatiuam,
quã aliæ res. Gra. inf. const. eũ circa, nu. 3. &
consuetudo tanquã prædialis ligaret cleri-
cos. Bal. in sim. l. neque, in fi. C. de hæred. inst.
Ecclesia cognoscit de quacunque re, ratione
peccati, quia debet corrigere, & examinare
culpas. Bal. c. sacrosãcta, nu. 2. cir. fi. de elect.
alias verba referent ad impossibilia statuen-
ti ad ea, dico quæ nõ sunt suæ iurisdictionis:
etiam, quod qui nõ seruat formam legis, vel
statuti, non gaudet beneficio ipsius. l. fin. §. in
cõputatione, in fi. & §. si vero, de iure delib.
& res trahit ad se personã, vt in feudis, cuius
occasione an releuet à satisdatione iudicij.
Minad. decis. 4. Et si inter plures conuentos,
vnus est clericus, vel fraudulenter successit

præsoni, non est curandũ de clericatu, Bald. l. edicto, nu. 54. de edi. diui Adr. foll. Pro cau-
14 sa autẽ ciuili capi, nec carcerari potest, sicut in laico, qui cessit bonis, Gram. hic num. 2. An possit trahi invitus; quid si se conuenia- tur, vel assumpsit clericatum post reconuen tionẽ. Bal. c. at si clerici, nu. 13. & 14. de iud.
15 Personalis autem nõ circumscribitur loco. Bal. l. 1. in 1. rep. de sta. hom. Verum qui dicit
16 se clericũ, vel magnatem, tenetur probare. Bal. l. in actionibus, §. plane, col. 1. cir. fin. de in litem iur, & non sufficit probare exerci- tium actuum, sed illos actus ad dignitatem spectare; Ant. de Butr. c. vt nostrum, nu. 2. de off. Arch.
17 Nota, quòd fundus significat situm. Bald. l. Æmilius, 2. rep. ante nu. 11. de mino. situs ve- rò idẽ est, quod locus. Bal. l. de quibus, 1. rep. post num. 18. ff. de legi. locus hic attenditur vbi res est sita. d. c. fane, & c. fin. in ver. con-
18 tra, de foro, comp. sicut ratione contractus, vel delicti. gl. c. ne quisquam, in ver. inuenit, 24. q. 2. Astricti sub certis iudicibus litiga- re, non possunt in alios prorogare. Bal. c. de causis, num. 17. de off. deleg.

De sacramento præstando à Baiulis.

SVMMARIVM.

1 *Iurant ij, quibus committitur admini- stratio ecclesiæ, ita & Baiuli.*


ADEM rub. est supra const. puritatẽ, & const. quæ se- quitur est illius pars, vt est notorium, & repetit quod ibi dixit, secundum Iser. &
1 Affl. hic. & sicut iurant ij, quibus committitur admi nistratio ecclesiæ; c. nullus, vbi gl. de iureiur. ita Baiuli præstant sacramentum, vt robo- rent obligationem. Aluar. §. item sacramen- ta, col. pen. cir. med. de pace iur. firm. & quia non præsumitur contrauenire proprio sa- cramento. Iser. c. hac edictali, eo. tit. de pace iuramen. firma.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli officium in quo consistit, & iu- rant sicut alij officiales.*
2 *Officiales præstant diligentiam quam possunt.*
3 *Forum non habet omnis ciuitas, nec om- nes Ordinarij tribunal.*
4 *Iustitia est ars artium, & regimen animarum.*
5 *Pœna, & mulcta differunt, & quis po- test mulctare.*
6 *Baiulus tenetur iurare, & potest agi vt compellatur ad ipsius obseruantiam.*

1 BAIVLI LOCORVM] Seruus non potest esse Baiulus, licet hæc militia sit infi- ma. Bart. l. colonos, la. 2. de agr. & censi. cognoscit enim tantum de damnis datis, & de eo quod eius officiales grauãt. Foll. sup. const. Capitaneo- rum, post nu. 145. Habet iurisdictionẽ in cau sis ciuilibus, alij iudices habent merum, & mixtum imperium. Gram. sup. const. cuius
2 iustitiæ, post nu. 2. omnes tamen præstant di- ligentiam, quam possunt, & iurant, quod suũ exequentur officium. Zab. clem. 1. §. porro, in 1. & 4. not. de heret. prout iurant Baiuli in manibus Magistri Camerarij, vt in tex. qui sum. vt pen. Affl. & dicit [BAIVLI] iudices Ballini. Abb. c. super eo, nu. 1. cir. fin. de testi. Dicuntur officiales adeo quod debent esse annales. in c. reg. itẽ quod prædicti officiales
3 Iustitiarij. [LOCORVM] nam reperiuntur ci- uitates, quæ non habent forum causarum, & quidam Ordinarij, qui non habent tribunal, Bal. l. 1. in 1. rep. nu. 4. cir. fin. de iudic. [ET IVDICES] quos optamus secundũ volunta- tem, & timorem Dei, & nostram electionem suã administrare gubernationem. l. 1. §. opta mus, C. de off. præf. Afr. [PVBLICE] sup. cõst. patres, vel palam, vt const. culpam. publicè, potentius tamen est, quàm palam. Affl. hic nu. 1. importat tamen hic, quod iuramẽtum recipiatur coram decem testibus, vel fiat co ram populo. Affl. hic nu. 1. [SVPER] de qua.
4 Luc. in rub. de superexact. [IVSTITIA MI- NISTRANDA] quæ est ars artium, & regimen animarũ. Iser. in prælu. feu. nu. 31. [SACRA- MENTA PRAESTABVNT] quæ si pro forma requirunt tactum scripturæ, non valent si nõ sunt corporaliter præstita. Abb. c. laudabilẽ, nu. 3. de frig. & malefa. [QVAE PRAESTAN- DA PER MAGISTROS CAMERARIOS PRAE- MISSA CONSTITVTIO NOSTRA] puritatem, cuius hæc pars est, vt sup. in rub. [DECRE- VIT] constituit. Nizolus in ver. decerno, [ILLVD TAMEN SACRAMENTO BAIVLORVM EXPRESSE] singulariter. glo. l. 1. in ver. quæ verò, circa med. de off. cius. [VIDIMVS] di- ligenter attendimus. D. Thom. 1. ad Cor. 3. ibi, vnusquisque, col. 3. in fine. [INSEREN- DVM] addendo, vt sic tanquam pars statuti censeatur. Boerius decis. 284. num. 3. & 4. etiam quod vbi aliquid additur, vel detrahi- tur, non dicitur amplius simpliciter factum.

Alex.

Alex.cóſ.31.nu.2.vol.2.[VT] quæ facit modum.gl.a.in fi.ibi ver.verum,de cód.appoſi.
5 [POENAS, ET MVLCTAS] quæ inter ſe differunt. Spec.cum add.ad eum, tit.de ſentẽtia, §.2.nu.8.[VETERIBVS LEGIBVS] reſpectiuè ad iſtas,ita lex noua dicitũ,quæ dicta eſt poſt legem 12.tabularũ,Bal.l.vni.in prin.de cód. ex lege.[ET NOSTRIS] Imperialibus.[CONSTITVTIONIBVS] l.2.de hæretic.[COMPREHENSAS AB IIS, QVI IN EAS INCIDERINT] delinquendo,nã delinquendo pœnæ ſe ſubijciunt. de iuſti. c.conſtituti. in ver. criminalis [PRONT AD IPSORVM IVRISDICTIONEM] conſtito, quod delictum ſit cõmiſſum in ſuo territorio. Bal.l.ſi quis filio,§.pen.poſt med. de iniuſto,rup & irrito teſta.[VT COGNITIONEM CAVSAE PERTINERE NOSCVNTVR] cũ alias quilibet habens iuriſdictionẽ ordinariam poſſit mulctare. Bal.l.vni.1.rep.nu.ff. ſi quis ius dic.nõ obtemp.[NVLLI HONORE QVAQVE VEL ONERE] d.conſt.puritatem, cir.fin.[PENITVS DEFERENTES] gratiam facientes. Bal.in fin.l.ſi quis,ſi quis omiſſa cau. teſta.[SINE DIMINVTIONE REQVIRANT] poſtulent,flagitent,atque depoſcant. Niz.in ver.requiro.[ET RECIPIANT] deferant,quia pro eodem capiuntur.Spec.tit.de appellat. §.9.in fi.[REQVISITIS] petitas,ut ſupra.

Sed videtur, q non ſit Baiulus antequam iuret, nam nomen ſequitur poſt plenarium officium, & complementum plenariè poteſtatis.Abb.c.3.poſt nu.1.de auct.& vſu palij. Et iuramento licito nihil addendum eſt: Bal.c.de cauſis,nu.34.poſt med.de off.deleg. niſi ita appellemus animi deſtinatione, & Baiulum futurum, licet non ſit verè. Abbas c.1.poſt num.4. de tranſlat.prælat.

6 Nota, quòd Baiulus tenetur iurare, vnde poteſt agi, & excipi contra iurantem, vt compellatur ad iuramenti obſeruantiam. Abb.c.pen.nu.8.25.& 26.cir.med.de iuſtic.

S V M M A R I V M.

1 *Rei, & facti natura attenditur in iudicio.*
2 *Burgenſatica vnde, & iſta magis præſumuntur, quàm feudalia.*
3 *Poſſeſſorium dicitur eo, quod non requirit altiorem indaginem.*
4 *Clerici appellatione venit Canonicus.*
5 *Religioſus vnde, & quã religio.*
6 *Conuentum à conueniendo, quia ſimul conueniunt.*
7 *Poſſeſſorium ſpirituale, & petitorium temporale cognoſcit ſecularis.*
8 *Clericus pro quacunque re cognoſcitur per iudicem ſuum.*
9 *Remedium capitulorum regni non eſt iudicium, ſed proceditur præſtando charitatiuum ſubſidium.*
10 *Res recipit conditionem à perſona, & ſecundum eam debet procedi.*
11 *Poſſeſſorium rei ſpiritualis non tractatur coram ſeculari.*
12 *Poſſeſſio ſine cauſa cognitione non eſt alicui auferenda.*
13 *Poſſeſſorium iuriſdictionis eſt mixtũ.*
14 *Procedendi ordo in actione reali.*
15 *Poſſidere cõmodius eſt, quã agere in rẽ.*
16 *Proprietatis articulus, quare admittatur in poſſeſſorio.*
17 *Religio quid, qui ſint religioſi, & eorum appellatione qui veniant.*

DE BVRGENSATICIS] violẽtia eſt actus de perſona in perſonam: turbatio eſt inquietatio ab ipſo opere facta, plerũque ponitur vnũ pro alio, datur interdictũ vnde vi ſpoliato, vel poſsidetis inquietato, quod vi,aut clam. turbato. Bal.c.bonæ me-
1 moriæ,l.2.nu.18.lo 1.de poſtul.præl. Facti, & rei natura attenditur.l.vn.§.ne autem,de cad.toll.l.ita ſtipulatus,de verb.obl.Merito res tranſit cũ ſua cauſa. l.ſi conuenerit, §.ſi fundus,ff.de pig.act.adeo quod clericus pro ea cõuentus petitorio,vel poſſeſſorio, natura rei attenta, coram iudice ſeculari reſpondere tenetur, vt ſup.conſt. ſi quis clericus,& hic in textu,qui ſumit vt per Callum, & dicit [DE] .i ſuper. Luc.l.omnes.col.15.cir.med.
2 de decurio. [BVRGENSATICIS] quæ ſunt de propria burſa Imperatoris.Gram.inſ.conſt. cũ circa,nu.5.in fi.de ord.iud. & iſta magis, quàm feudalia præſumuntur, quia feudũ eſt ſeruitus.Aff.c.inter filiã.poſt nu.3.ſi de feu. fue.contro.inter dom.& agn.[PETITORIO] quoad proprietatem. l.naturaliter, §.nihil cõmune,de acq.poſs.[VEL QVOLIBET POSSESSORIO] quod à petitorio differt,nã aliud eſt res, aliud poſſeſsio rei. Bal.l.ordinarij,
3 nu.5. C.de rei vend. & dicitur poſſeſſorium, eo quod non recipit altiorem indaginẽ.Bal. l.liber nec ne,nu.1.cir.med.C.de pet.hæred. Eſt quodãmodo ordo ad petitorium,ac magnum cõmodum repræſentat.in c.præterea, poſt nu.4.de off.deleg.ſed ſi reſpondet,poſſideo,vel nõ cõteſtatur lis in poſſeſſorio, Bal. c.1.nu.3.de off.iud & eſt triplex.Abb.c.paſtoralis,nu.12.de cau.poſs & propr. [ADIPISCENDAE, RECVPERANDAE, VEL ETIAM

RETINENDAE POSSESSIONIS] Spec. vbi etiã
format libellos. tit. de cau. poss. & propr. §.
1. c. pastoralis, in ver. quod de recuperanda;
4 eod. tit. de cau. poss. & propr. [CLERICVM]
cuius appellatione venit etiam Canonicus.
Abb. c. non dubiũ, 1. not. de sent. excom. [SEV
5 QVEMVIS ALIVM RELIGIOSVM] quis dicatur
religiosus, D. Th. 2. 2. q. 81. art. 4. in append. &
186. art. 1. quasi religatus à seculo. Spec. tit.
de sta. mon. nu. 61. cir. med. & dicitur à rele-
ctione, quia religit quę ad cultũ diuinũ per-
tinent, vel quia religere debet quę amiserat,
seu à relegatione, quæ propriè importat ordi-
nẽ ad Deum. D. Th. d. q. 81. art. 1. Inde reli-
gio. D. Aug. 10. de ciuit. Dei, c. 4. D. Th. d. q.
186. art. 1. & ea. par. q. 189. art. 5. quæ, secun-
dum Tulliũ Rhet. 3. superiori naturæ, quam
diuinã vocant, cultum, cerimoniamq; affert:
secundo modo dicitur seruitus: tertio pietas.
Nic. de Nyss. tract. 4. par. post. q. 10. Prin-
cipaliter est quoad Deum, nam alia est inter
virũ & vxorem, cuius reliquię manent intra
annũ luctus. Bal. l. 1. col. 2. in princ. C. de sec.
nupt. [PECVNIARIA ACTIONE] commodo
actionis. gl. l. cũ tutor, de tutelis. [CONVEN-
6 TVM] à conueniendo dictũ, quia simul conue-
niunt. Abb. c. 3. post nu. 2. d. tit. de cau. poss.
& propr. [IN CIVILI VOLVMVS EXAMINE]
inuestigatione, vel inquisitione. Affl. supra
const. inquisitiones omnes, nu. 6. in fi. [RE-
SPONDERE] secundum ea quæ proponuntur.
l. Lucius Titius. la prima. & l. tutor rerum.
ff. de admin. tut. [REI QVALITATE POTIVS
IN HAC PARTE, QVAE PETITVR] rerũ natu-
ra; secundum cursum causarum. Abb. c. bonę
memoriæ, nu. 12. circa fin. de elect. [QVAM
PERSONAE CONDITIONE] quia clericus, vel
laicus, paterfamilias siue filiusfamilias. l. sed
& si, de acq. hered. [SEV IVDICII QVALITA-
TE PENSATA] si sit petitoriũ, vel possessoriũ,
7 quia licet petitorium sit spirituale, possesso-
riũ est tẽporale, & potest cognoscere iudex
secularis. Gram. in c. reg. ad regale fastigiũ,
& in decis. 78. Boer. decis. 69. nu. 23. quia nõ
tãgit medullã veritatis. Bal. l. 1. apud quẽ, vel
quos, nu. 2. in fi. Io. And. c. 1. nu. 1. de rest. spol.
in vj. Cur. tract. feu. 7. par. post nu. 20. Ita pu-
pillus potest, siue adultus eo experiri sine tu-
toris, vel curatoris auctoritate, nõ sic in pe-
titorio. l. fin. vbi Bal. in princ. C. qui leg. pers.
quia sunt valde diuersa agere ad beneficiũ,
vel vt ad proprietatem. Alex. cons. 215. nu. 2.
vol. 7. licet alias per eum qui iudicio præsi-
det. inf. const. Varietates pœnarum. æquitate
pensata c. 3. & c. suscitata, de in integ. restit.
pensatis facultatibus. c. conquerente, de off.
ord. & cap. fin. de transact. procedetur.
Contra, de testa. c. si diligenti, de fo. compe.
8 vbi clericus pro quacũque re conuenitur co-
ram suo iudice, nã de iure semper clerici ab
Imperatore exempti fuerũt, secus de facto.
Bal. c. 2. nu. 5. de maior. & obed. Adeo quod
ista const. hodie nõ habet locũ. Gra. d. const.
si quis clericus, nu. 2. cir. fin. vbi Iser. & Affl.
hic in princ. qui dicũt, quod illa, & ista nihil
valent, sed seruãtur regni capitula, finis præ-
cepti charitas, & ad regale fastigium. Arnol.
22. differẽtia vtriusq; iuris. licet Affl. hic co-
netur defendere textũ, vt procedat secũdum
remedium dictorũ capitulorum, ipse tamen
sibi contradicit, cum illud non sit iudicium,
9 neque lis; sed proceditur via facti super no-
torio præstando charitatiuam defensionem.
10 Vltra quod regulariter res à persona recipit
conditionẽ. Hor. c. n. 9. huius autem generis,
nu. 12. cir. fin. ex quib. cau. feu. amitt. Petrus
cons. 10. col. 2. cir. princ. Affl. hic 2. not. post
nu. 11. Et secundum conditionem personę,
propter dignitatẽ hominis recenseri debet.
Capyc. in sua inuest. in ver. feudorũ iudicia,
11 post princ. Et causa petitorij spiritualis, si-
cut non potest tractari coram seculari, ita
nec possessorij. Abb. c. fin. post nu. 10. 14. &
15. de iudic. nam etiam quod possessio benefi-
cij nõ sit spiritualis, est tamen annexa spiri-
tualitati. Affl. hic post nu. 11. fin. in c. quãto,
de iudic. & c. de iure, de iurepat. Et quę reli-
giosis adhærent, religiosa sunt. l. quæ religio-
sis, de rei vend. & sacrũ tunc trahit ad se non
sacrum. gl. 1. cir. fin. in c. si motum, de consec.
12 dist. 4. Tanto magis, quia sine causæ cogni-
tione nõ est alicui auferenda possessio. Abb.
c. inter quatuor, nu. 4. de maior. & obed. Et
clericus etiã recuperans possessionem con-
ditionalem, tenetur præstare cautionẽ de iu-
dicio sisti. Abb. c. fin. 1. not. vt lite nõ contest.
cũ etiam pro annuis præstationibus agãtur
possessorio, Bal. c. querelam, num. 2. de elect.
Abb. c. peruenit, nu. 3. in princ. de censi. Et si
est contra ius, potest præscribi, sed non resti-
tuitur in possessione. idẽ Abb. c. significauit,
nu. 4. eo. tit. de censi. Possessoria verò iurisdi-
13 ctionum quomodo mixta sunt. Bal. cõs. 161.
3. vol. In feudalibus autem dominus iudicat,
quia res est quodãmodo sua ratione directi
dominij, quod retinet. Abb. d. c. si diligenti,
post nu. 28. de foro comp. Et in iure reperi-
tur dominium nudum, plenum, & semiple-
num. Bal. c. 2. nu. 2. in fi. de off. iudicis.

Nota, quod ordo iuris in actione reali, est
14 quod agatur ad exhibendũ, vt sic agatur su-
per re certa, & non possit postea occultari
secundo intentatur possessorium, quia exitus
controuersiæ possessorij declarat quis debet
esse actor, & quis reus in petitorio. tertium
est iudicium proprietatis, quod absorbet vi-
ctoriam possessorij, quia semper proprietas
præualet. Bal. l. ordinarij, in princ. C. de rei
vend.

vend.& prius agi possessorio cautius est,quã
15 petitorio, quia cõmodius est possidere,quã
in rẽ agere. Spec.tit.de aduocato, §.7.nu.8.
Possessio enim est legitimus clypeus,& ensis
possessoris, nec iudex potest facere gratiam
alicui contra possessorem non citatum,nam
nihil est innouandum,eo nõ citato, & si fuit
facilis in mittendo,ita in corrigendo. Bald.
c. inter quatuor, in princ. & fi. de maiorit.
& obedientia. Et si agitur simul, & semel
petitorio, & possessorio, lata sententia pro
vno in possessorio,& pro alio in petitorio,il-
la petitorij exequitur. Spec.tit.de exequut.
sent.§.1.nu.3.& §.3.post nu.6.Libellus tamẽ
in possessorio non vitiatur, quãuis in eo ali-
quid proprietatis dicatur,quia prodest anti-
quã narrare possessionem: verum exceptio
excludens defectũ proprietatis,obstat agen-
ti possessorio recuperãdę.Ant.de But.c.con-
stitutus,1.& 2.not.nu.12.& 13.de fil.presb.
16 & admittitur articulus proprietatis,nam iu
dex debet admittere omnes probationes,
siue faciant plenã, siue semiplenam proba-
tionem indicium, siue aliquod adminiculũ,
& quis obtinebit in possessorio. Bal.d.l.ordi
narij,nu.10.in fi.de rei vend.Et si oportet al-
legare titulum,nõ tamẽ necesse est exquisitẽ
probare. Bald.c.nihil est,in fi.de elect. adeo
quod vbi pares sunt probationes in posses-
sorio retinẽdæ proprietas probata facit prę
ualere probantem, quia possessio magis iu-
stificata potior est: vnde testes producti in
possessorio,an sint interrogandi de proprie-
tate.idẽ Bal.l.fin.nu.7.& 8.C.qui leg.perso.
17 Secundo nota, quòd religio non est nisi
Dei cultus. D.Aug.10.de ciuit.Dei,c.1.col.
fin.circa princ. Religiosus capitur largè,&
strictè, & dicitur quasi Deo religatus per
cõfessionem. Abb.c.Ecclesia Sanctę Mariæ,
1.repet. num.3.de constit. & eorum appel-
latione veniunt,qui sunt tertij Ordinis San-
cti Francisci, & gaudeãt priuilegio clerico-
rum. Gram.c.reg.priuilegia,& c.Iustitiario
Terrę laboris. Inde religio,quia vni Deo nos
religat. D.Aug.in lib.de vera relig.col.pen.
cir.med.& fin.princ. qua Deus ipse colitur.
idem D.Aug.lib.de diuinatio.dæm. col.3.in
princ. Isto modo professus vir bonæ condi-
tionis,honestè viuẽs,dicitur religiosus. Abb.
c.quia propter, §.vel saltem,nu.5.cir.fin.de
elect. Ant.de But.c.a multis,1.not.de ætat.&
qual. Et Fratres militiæ Tẽpli sunt religiosi.
Abb.c.cũ deputati, 1.not.de iudicijs,c.pen.
nu.4.cir.med.de sepulturis, & in rub.nu.3.
& 4.de regular.& transeun.ad relig. & tunc
dicitur religio.i.reuerentia propter religio-
nem. gl.l.fundus,in ver.religio,ff.fam.ercis.
Strictè dicitur, qui promittit tria substan-
tialia religionis,alij autẽ non sunt religiosi,
sed dicuntur habere quendam modum viuen
di. Abb.c.dilecta,nu.4.de maior.& obed.
Vltimo nota, pensata rerum facultate,
c.quod super, de voto, & voti redempt.

De numero Baiulorum per loca.

SVMMARIVM.

1 *Certi numero quidam esse debent.*
2 *Numerus quid, & vnde.*

1 

ONTINVATVR, vt per
Affl. decani,collegiati,
& numerarij debẽt es-
se certi numero, & in
quodam breui conscri-
pti. Luc.l.vni.cir.med.
de colleg. & chartopa.
& determinatus nume-
rus clericorũ. auth.vt determ.sit num.cler.
per tot. Ita per loca statuitur numerus Baiu
2 lorum:& dicitur numerus,quia per eum sin-
gula,vel plurima nomina ostenduntur,à no-
minando,vel numerando dictus. Luc.l.susce
ptores,la seconda,de suscepto.præp.& arch.
de quorum numero videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 ***Multitudo sonat in vitium, & etiam in officialibus reprehenditur.***
2 ***Posse dicimur, quod sine peccato, & commodè possumus.***
3 ***Præcipimus verbũ,obligat ex præcepto.***
4 ***Baiulus vnus in exercenda iustitia,& tres pro exequutione iurium.***
5 ***Multitudo generat confusionem, & pauci pluribus meliores.***
6 ***Homines pauci, & multi, pauci re, & multi nomine.***
7 ***Multitudo testiũ laudatur,quia ex eis aliquis bonus,et verax præsumitur.***
8 ***Multitudo non est arguenda,nisi quando officit.***

1 

AEPE] numerositas nihil
habet honestum. auth. de
referend.post med. Est le-
gibus inimica,quia virtus
cõsistit in paucis. Paris de
synd. in ver.de excess.ad-
uocat.nu.2.& 3. Vnde mul
titudo officialium solet litigantibus afferre
impedimentum,vt hic,sed ad similitudinem
compositionis humanæ, vna ciuitas potest

habere duos rectores, in eodem tribunali
possunt esse plures iudices, sed monstrũ esset,
si haberet duo capita, nõ sic si haberet duas
manus, duos pedes, & similia, ideo vnus Rex,
vnus rector prouinciæ, qui tenet locum ca-
pitis, alia officia inferiora in eodem corpore
possunt multiplicari. Ang.l.vn.nu.7.de me-
trop.Betito.& reducunt ad duos.Zab clem.
2.§.ipsos, post nu.1.de sta.mon. quandoque
ad tres, alibi ad quatuor.Io.And.c.2.cir.fin.
de reb.eccl.non alien.in vj. prout Baiuli hic
restringuntur ad tres, vt in textu, qui sum.vt
per Affl.& dicit [SAEPE] frequenter.gl.l.sæ-
pe, de leg.3.Lucas l.in sacris, col.1.cir.fin.de
prox.sacro.scrin. alibi sæpissime. l.Papinia-
nus, in fi.de mino.l.1.§, vsque adeo, de tute-
lis. & sic non semel, sed sæpe. c.qualiter, &
quando, lo secondo, de accus. [CONTINGIT
QVOD MVLTITVDO] quæ sonat in vitium,
Inn.c.cum iamdudum, nu.1.de præb. [OFFI-
CIALIVM] .i.iudicũ. Affl.hic in princ. [QVI
DE FACILI CONVENIRE NON POSSVNT] vt
inf.const.generalia iura.& dicitur de facili,
.i.non facile, nullo modo.gl.fin.l.quæ omnia
ff.de procur. conuenire, consentire. Bal.l.si
plures, 2.rep.in princ.ff.de pact. [NON POS-
2 SVNT] cõmodè, non posse dicimus, quod sine
peccato, & commodè possumus. Præpos.c.1.
nu.1.de controu.inter dom.& vass. [LITI-
GANTIBVS IN IPSORVM RATIONIBVS IMPE-
DIMENTVM] de facto.Zab.clem.vn.in ver.si
quis autem, nu.1.cir.med.de sequest.poss.&
fruct. [INDVCVNT] circa expeditionem sic
maledictionem pro benedictione. Gen.27.
[STATVIMVS] quod ius nouũ inducit.Zab.
clem.fin.5.not.de rescrip. [IGITVR VT TRES
TANTVMMODO BAIVLI, ET NON PLVRES IN
LOCIS QVIBVSLIBET STATVANTVR] ordi-
nentur. sim.infra in const.in locis demanij.
[ET IPSOS ETIAM DE DEMANIO, ET HO-
MINES DEMANII] ex locis demanij. Affl.hic
3.not. [ESSE PRAECIPIMVS] quæ verba
3 obligant ex præcepto. Zab.clem.2. 15.not.
de magistris.

Videtur contra, quod non tres, sed vnus
debeat esse Baiulus. sup.const.Magistri Ca-
merarij, & inf.const.occupatis nobis. Vnde
secundum Affl.hic nu.2.in fi. ista const.cor-
rigit illas, vel erunt tres Baiuli ad exercen-
4 da iura baiulationis, vel dohanæ, vt hic, sed
vnus tantum in iustitia ministranda. Petrus
de Monforte hic vbi Gram.in princ.& nu.1.

5 Nota, quod multitudo generat confusio-
nem.Bal.l.2.in ver.nouissime, de orig.iuris.
vnde melius est habere paucos, & bonos,
quàm multos, & malos: paucos scholares, &
intelligentes, quàm multos, & ignorantes.
Ant.de But.c.pen.nu.1.de æta.& qual. faci-
le enim est multos cõcludi in manu pauco-
rum, quoniam non in multitudine exercitus
victoria belli, sed de cœlo fortitudo est.
1.Machab.3. prout de Gedeone Iudic.7. &
Alexandro Magno, qui paruo exercitu sem-
per innumeros vincebat, adeo quod omnes
suo subiecit imperio, refert Fr. Alovsius de
6 Gran.4.par.suæ medit.char.15. Vnde multi
hominės, & pauci homines, multi nomine, &
pauci re. Abb.c.fin.§.is autem, nu.6.cir.fin.
7 de off.deleg. Licet in testibus vbi multitudo
ibi præsumitur aliquis bonus, & verax. Bal.
l.3.§.eiusdem, 2.rep.ff de test.& vbi est mul-
titudo, præsumitur inter eos aliquis bonus.
8 gl.fin.l.1.eo.tit.de testib. Nec multitudo est
1 arguenda, nisi quando officit. Luc.l.compe-
rimus, circa princ de prox.sacr.scrin.

Vt clerici non sint Baiuli, neque iudices, & de pœna facientium contra.

SVMMARIVM.

1 *Vt, causaliter, vel consequutiuè.*
2 *Clericorum appellatione qui veniant.*
3 *Præceptum includit necessitatem.*
4 *Exequutio sine coertione est elusoria.*



ONTINVATVR vt per Affl.
1 dicitur [VT] quæ causa-
liter stat, vel consequu-
tiuè. D.Th.ad Eph.3.ibi,
vt innotescat, col.3. cir.
2 med. [CLERICI] qui lar-
gissime comprehendunt
personas ecclesiasticas in totum translatas
ad obsequium diuini. Abb.c.demonialibus,
1.not.cir.med.de sent.excom. [NON SINT]
3 quod præceptum inducit necessitatem. Luc.
l.1.col.2.in princ.de agr.& emancip.dome.
[BAIVLI, NEQVE IVDICES] Baiulorum
Afflict. hic. [ET DE POENA FACIENTIVM
CONTRA] alias executio sine coertione es-
4 set elusoria. gl.pen.c.significasti, & c.pasto-
ralis, in ver.si coertionem, de off.deleg.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, vel clerici non possunt se ne-
gocijs secularibus immiscere.*
2 *Quoque, est implicatiua, inducit re-
petitionem, & copulat diuersa.*
3 *Clericos esse peritos disceptationum
forensium, est ignominia.*
4 *Ordo clericalis est honor.*
5 *Extendere, & prorogare, non est in-
terpre-*

terpretare, sed eadem dici, quia videtur inesse.
6 *Eadem, & similia, differunt.*
7 *Sors patrimonium, & consortes, quibus eadem hereditas prouenit.*
8 *Dies ponuntur per Kalendas nonas, & idus, & quos Kalendas habet mensis.*
9 *Sacerdotes sunt iudices, secularia exercere nõ possunt, nisi in certis casibus.*
10 *Extensio in multis casibus fit per superiorem.*
11 *Similibus ad similia proceditur in officijs.*
12 *Statutum, & priuilegium non extenduntur, post num. 16.*
13 *Interpretatio si ex lege colligitur, pro expressa habetur.*
14 *Extensio requirit fundamentum, ideo quod non est, extendi non potest.*
15 *Excluso aliquo, censetur exclusum omne ei simile.*
16 *Consuetudo extenditur de similibus ad similia, & ea deficiente, allegatur eius ratio, & æquitas.*
17 *September, October, & Nouember, ac December, ab imbre dicuntur.*

1 CLERICI] Episcopi, quos oportet esse ornamento cæteris, & exemplo, diuina procuratione neglecta, procuratores rerum secularium fieri, derelicta cura, & plebe, alienas prouincias obseruantes, negociationesq; quæstuosas, & nundinas aucupari prohibentur. D. August. 3. contra Cresco. Gram. col. 26. post princ. Ita clerici non debent, nec possunt honores inter laicos sumere. Abb. c. non minus, nu. 14. de imm. eccl. non possunt esse Procuratores, Officiales, Viceregès, Vicecomites, vel Locumtenẽtes alicuius Principis secularis, nec ciuitatis curam habere. c. sed nec, vbi Abb. in princ. & fi. ne cler. vel mon. Insuper prohibentur esse Baiulos, & Baiulorum iudices, vt in rex. qui diuidit, & fu n. vt per Affl. & dicit [CLERICI] quorũ appellatione veniunt in quacũque dignitate cõstituti. Abb. c. 2. nu. 5. de coh ab. cler. & mul. Gram. infra const. cũ circa. ordinati ad sacros Ordines maiores, vel minores, abb. c. 2. nu. 1. de preb. primi, vel secundi gradus. idem Abb. c. fin. nu. 6. cir. med. eo. tit. de preb. etiã Canonici. c. cũ tibi, de verb. sign. Gram. sup. const. apo-
2 statantes, nu. 3. & 4. [QUOQUE] non solum in prædictis casibus. gl. l. cũ quis, in ver. quoque de solut. isto modo ea quæ nõ habemus, sunt in eadem oratione. gl. 1. l. Illud, cum l. seq. de pet. hæred. cum sit implicatiua. Bal. l. damni infecti, §. emptor, cir. fin. de dam. infe. Implicat æqualiter, & ponit idem cum superioribus. l. eadẽ, §. 1. in ver. quoque, de duob. reis. facit quod dicit Bal. l. si quis hæres, cir. prin. de acq. hæred. Inducit repetitionem, quæ fit pluribus modis. Idẽ Bal. l. Titius, C. de oper. libe. ostendit pluralitatẽ, cum habeat copulare diuersa. in l. 1. post nu. 20. quan. non pet. partes. & exponitur etiam. glo. l. pacto, C. de trãsact. [QUOS A FORENSIBUS NEGOCIIS] quod est verbũ generale, adeo quod etiam causæ criminales continentur. l. quoties, de dign. lib. 12. Io. Ant. de Nigr. c. reg. vulgaris famæ, nu. 44. fiunt cũ labore, & conatu. Arist.
3 8. Polit. 3. Vnde esset clericis opprobrium, si peritos se præberent disceptationũ forensium. l. consulta diualia, C. de testam. [IPSE
4 ORDO CLERICALIS] qui est honor. Ant. de Butr. c. vni. 3. not. de obliga. ad ratioci. ordi. vel nou. [EXCLUDIT] sed non à patria potestate, nisi Episcopatus. Gram. sup. const. Pæteranorũ, vltra quod propter onera annexa, nõ est facile, immo difficillimum digne gerere clericatũ. Abb. c. cum secundum, 1. not. 3. tit. de preb. [AD ADMINISTRATIONES BAIULORUM] in exactione iurium baiulationis, siue dohanę, vt per Petrum de Monteforte in const. pręced. [VEL IPSORUM OFFICIA] siue ministeria, quæ idẽ sunt. Abb. c. 2. 1. not. de cõcess. preb. [NULLATENUS] nullo modo. Io. And. c. vn. cir. princ. de excess. prel. in 6. [ADMITTANTUR] propter publicã vtilitatẽ. Bal. l. hoc modo, de cond. & demonst. Et sic clerici nõ possunt officio seculari preponi, vt in c. reg. vt cum nihil habeant commune. [QUOD ETIAM AD IUDICES EXTENDENTES] prorogantes. Bal. l. 1. cir. fin. princ.
5 de excus. tut. quia cũ procedat ex mẽte, & ratione legis, dicitur ex ipsa lege procedere. Bal. l. tutela, in princ. de leg. tut. & videtur inesse, cum eadẽ sit ratio. Bal. l. data opera, nu. 11. de his, qui accus. non poss. Nec est extensiuè interpretari, sed idem dici. Bal. pręd. l. libertum, §. Senatusconsultum, cir. med. de ritu nupt. mandãdo in similibus obseruari. c. qualiter, & quãdo, lo primo, de accus. quia etsi verba deficiunt, sententia locum habet. Spec. tit. de dolo, & contu. §. 2. cir. med. si desunt verba, sententiis cõcordat. add. ad Spec. cir. princ. ibi, is cui, de iureiur. procedendo de similibus ad similia, quod potest iudex etiã nemine petente. Bal. l. vn. nu. 10. vt quæ desunt aduoc. nã æquiparatur ius per rationem.

nem. idē Bal. l. fin. post nu. 2. C. de inoff. testa. adeo quod ratione omnimode similitudinis casus conuenientes habentur pro expressis, & constitutio disponens in fauorē libertatis circa vēditionem, trahitur ad donationē ex interpretatione extēsiua. Bal. l. 1. C. si mancip. ita fuerit alien. ne prostit. & contractus capiunt naturā à suo simili. l. libera, nu. 1. in fi. de sent. & interloq. om. iud. Et differūt eadē,
6 & similia, nam similia sunt illa quorū qualitas est vna; eadem, dicuntur quorū substantia est vna secūdum Arist. Bal. l. 1. post nu. 19. quæ sit longa cōsuet. Et potest esse identitas in genere, & in specie. idē Bal. l. fin. de inoff. donat. [IPSOS A BAIVLATIONIBVS, ET BAIVLORVM CONSORTIIS PRIVATIS, ET PVBLICIS REMOVEMVS] ab eorum participatione, quia vt melius diuinis vacent negocijs, secularibus se immiscere non debent. c. 1. ne cler. vel mon. cicui portio, ... qui
7 licet consortes dicantur, quibus idē patrimonium, vel hæreditas cōmuniter obuenit, sors enim patrimonium significat. gl. fin. l. si is qui tres. ff. de excus. tut. [EOSDEM ETIAM PVBLICATIONE BONORVM SVORVM, SI CONTRAFECERINT, CONDEMNANTES] fisco Regio applicandorū. Her. §. hæreditatē, nu. 25. de pace ten. sed ista pœna nō potuit imponi per Imperatorē non subdito. Aff. hic 8. not. cir. med. [ET BAIVLATIONES OMNES VTILIQVE, vel vbicunque in fin. Pa. de Cast. cōs. 298. nu. 5. circa med. 1. vol [PER REGNVM A KALENDIS SEPTEMBRIS] à primo Septē-
8 bris. Aff. hic 3. not. nam dies ponuntur per Kalendas, nonas, & idus, & quot Kalendas habeat mensis. Spec. tit. de instr. edit. §. 1. nu. 7. post med. Mensis tot habet dies, quot currunt in Kalendario, & quod deest mensi, suppletur ex sequēti. Bal. c. ne pro defectu, nu. 1. & post. nu. 3. de elect. inde Kalendariū libertationum, vel nominum, eo quod Kalendæ terminorū sunt. gl. fin. l. qui filium, de leg. 3. l. qui testamentum, in ver. Kalendario, ff. de probat. [INCHOARI PRÆSVMIMVS, SIVE IN EXTALEVM, SIVE AD CREDENTIAM CONTINGENTIA] & sic prima die Septembris fiunt noui Baiuli ad extaleum, siue credentiam, ita & noui Capitanei. Aff. hic 3 not. qui non perpetui, sed annales, & inde fiunt ad aduētum successoris, vt in c. reg. elect. iol nem insuper iudicum, & c. impor tuna. Idem in actuarijs, & alijs, etiam quod sibi nomina mutent, in elitem quod prædicti officiales, Iustitiarij scilicet, & Capitanei, vbi Io. Ant. de Nig. & in non iurisdictionalibus. Nuncii Pelli. in prælu. consu. Auer. col. antepen. vt de iure cōi, in Kalendis Ianuarij, vt hic in glo.
9 Contra, clerici possunt esse Baiuli, & iudices, quia iudices appellantur Sacerdotes, & corā deo sunt. Gram. inf. const. sæpe, in fi. de pœna collu. Etiam, quia licitè insistunt circa curam rerum suarum. Abb. c. ex literis, lo primo, in 1. not. de homicid.

Dic, quod sacris Sacerdotes vacare oportet. l. non distinguemus, de arbitr. vnde officia secularia exercere non debent, nec esse tabelliones. Spec. tit. de instr. edit. §. 8. post nu. 28. & infra const. instrumentorum robur. esse aduocatos, etiā quod sint in minoribus, Canonici regulares, vel monaci, nisi pro propria monasterij, vel miserabilium personarum vtilitate. c. 1. & 2. vbi Bal. de postulando. vel procuratores fori ciuilis, l. 1. §. secundo loco, in fi. ff. de postul. nec aduocati, nisi in casibus de quibus inf. const. aduocatos, & c. multa, vbi Abb. 5. not. ne cler. vel mon. vel si facerent ex necessitate, virtus, quia tunc possent aduocare corā iudice seculare. add. ad Bal. l. 1. in ver. vltimo sumit, circa med. C. de operis liber. possunt etiam, si necessitas proximi imminet, negocia illius exercere; alias causa cupiditatis non liceret clericis, nec monachis secularia negocia gerere. D. Th. 2. 2. q. 187. art. 2. & 3. vbi etiam quod possunt manibus laborare, & ex dispēsatione militare pro monasterio suo. q. 188. art. 3. Non tamen dicunt testimonium sine licentia in scriptis sui superioris, non solum corā iudice seculari, sed etiam suo ecclesiastico. l. cōstitutum, & fi. de testib. in Longob. Arno. 94. comm. Non possunt mercari. c. 1. cum duobus seq. 88. dist. Opus tamen rurale non est eis interdictum. Abbas c. 1. 5. not. de celeb. Miss. Possunt deputari seruitijs maiorum prælatorū. Abb. c. cum cōtingat, 1. not. de foro comp. Possunt insuper effici monachi, & constitui iudices, procuratores, & syndici à superiore in propria ecclesia, si sunt necessarij, vel non sunt æquè idonei. gl. c. de præsentium, & c. monachi, in gl. fin. 16. quæst. 1. Possunt etiā esse consiliarij Principis. c. sed nec. vbi Abb. & eius delegati in causa criminali; sed non in omnibus, nu. 5. & c. clericis, 4. not. nu. 7. & 10. dist. ne cler. vel mon.

10 Nota, quod extensio fieri debet per superiorem. Abb. c. pon. in 1. not. de fideiussor. & cum prouidentia legis, vel hominis vnus casus continet alium similem per fictionem propter publicam vtilitatem. Bal. l. Gallus, §. quid si is, col. 3. cir. med. de libe. & posthu. quia potestas legis est ambulatoria. l. erit, de fundo dot. sicut voluntas testatoris. l. cū hic status, §. oratio, lo secondo, de don. inter vir. & vxo. & non dicitur supra, sed intra, virtute prorogationis. Bal. l. fin. 1. rep. in princ. de iurisd. om. iud. Verum extensio fit in proportionabilibus. Abb. c. fin. nu. 8. de sta. mon. & licet exprimatur vna persona, videtur expressa

pressa causa exempli, nō quod dispositio legis ad illā tantum restringatur. Abb.c.sane, cir.fin.de priuil.adeo quod etiam dispositio pœnalis extenditur ad limites rationis expresse. Abb.c.1.nu.15.de sent.& re iud. Isto modo ius cōmune recipit interpretationem extensiuā. Bal.l.non possunt, 2.rep.in princ. ff.de leg. Prætor supplet, quod legi deest. l. quia, vbi Bal.de præscrip.verb. Constitutio iuris antiqui declaratoria extēditur ad præterita. Abb.c.pen.nu.7.de cōsec.eccl.vel alt. Consuetudo à iure cōi exorbitans, inducta in vno casu, in alio simili obseruat. Io.And. ad Spec.rub.de feudis,col.5.circa fin. Et ius etiam quod sit limitatiuum, ad cōmunes regulas extenditur per identitatem rationis. Abb.c.iurauit,nu.3.de prob. Vno concesso, vident omnia similia concessa, quia propter connexitatem de vno fit extensio ad aliud. Abb.c.cū inter,post nu.8.& 24.de exceptio. Immo dispositio simplex nedum trahitur ad alium casum ex identitate rationis, sed etiā ad casus exceptos à regula. idē Abb. c.cum dilecta, nu.6.7.& 8. de consi.vtili, vel inuti. Et à similitudine rationis arguit. Abb. c.cū secundum.post nu.3.de præb. & fit extensio cū omnibus qualitatibus. Abb. c.fin.nu.13. cir.fin. ne cler. vel mon. quia vbi est eadem ratio, debet esse idem beneficium iuris. Bal. l.pen.de fideiussor.& nom. Vnde ratio legis non restringitur per exemplū positum in lege, sed ampliatur in omnē casum, in quo habet locum ratio. Abb. c.pen tuas, 2.not. de
11 appell. Ita in officijs proceditur de similibus ad similia. Bal.l.ex facto,circa princ.& post nu.2.de neg.gest.& quod de eo dicitur, idem censentur in feudatario per similitudinem. Spec.tit.de emph.post nu.57. cum detur iuris identitas, sed in facto contrarietas. l.diuortio,in ver.ex cōtrario, in fi.sol.mat.adeo quod quando vnū est consequutiuū ad aliud, sublato vno, censetur sublatum consequutiuum. Abb.c.pen nu.11.in fi.de cōsang.& aff. Sed videtur, quod prouidendo sibi in vno casu, non videtur sibi prouidere in alio. Bal. l.si extraneus, 1.not.de cond.cau.data. Prouisio facta in vno casu, non extenditur ad alium. Bal.l.sed si mors,in princ.ff.de donat. inter vir. & vxor. Et dispositio limitata ad vnū casum, non operatur nisi in illo. Bal.l.si cū dotem,col.2.in princ.sol.mat. Isto modo per identitatem rationis nō extenditur ius pœnale. Abb.c.extirpādæ,§.qui verò,2.rep. nu.48.& 50.de præb. Pœna quasi contractus non extenditur ad verum contractum. Abb. c.quā fronte,nu.3.de appell. Et vbi sunt duo à iure æquiparata pœna adiecta in vno, nō videtur adiecta in alio. in c.de multa,nu.18. de præb. Et pœna, quæ à lege imponitur, non debet extendi ex identitate rationis. Abb.
12 c.fin.nu.8.de iure pat. Isto modo statutum, & priuilegiū non extenduntur. Bal.l.quod constitutum, ff.de test.mil. Et per similitudinem rationis non debet extendi ius priuilegiatū. Abb.c.canonica, 2.not.de sent.excom. etiā quod non sit tanta. gl.l.3.vbi Bal.de peric.& commo.rei vend.& licet ius cōmune magis extendatur, quā priuilegium. Bal.l.centurio, 4.not.de vulg.& pupill.tamen cōstituto, quę non innititur æquitati, non debet extendi. Abb.c.pen.num.9. in fi.de dolo, & contum. Quando autē promissio extēdatur ad casus similes. Bal.d.l.Gallus,§.quid si tantū,col.1. in fi.& 2.de lib.& posth.& tunc dicit tacitè inesse. Bal.add.vlt.ad Spec.tit.de disputat.& alleg.aduoc. & includi ex interpretatione, Abb.c.mulieres, nu.10.in fi.de sent.excom.
13 Pro adiecto,& specificato habetur, quod per legis interpretationem colligitur. Bald.l.3. §.sed si quid,ff.de neg.gest.extēditur.c.quod nonnullis, de priuil & prorogatur, vt hic, & const.iurisgentium, quod idem est, quod extēdere. Abb.c.P.& G.nu.15.cir.med.& post nu.20.de off.deleg. & c.oblatæ, post nu.9.de appell. & c.omnis vtriusque, post nu.14.de pœnit. & remiss. add.ad Spec.tit.de appell. §.7.in ver.ex ratione. & fit sex modis. Abb. d.c.P.& G.nu.12.vsque ad 16. Et certo modo limitatum, ad alium extenditur cū suis qualitatibus. Bal.l.inter socerum,§.cum inter, ff.de pact.dotal. & produci dicitur.i.extendi. Bal.l.sed & si,§.fin.de in ius voc. quod
14 tamen non est, extendi nō potest, quia extensio iuris, requirit fundamentū. Bal.l.fin.col. 1.cir.fin.3.rep.quod met.cau. Quando fit in similibus, idē præcipitur obseruari.c.excommunicamus, § credentes, de hæreticis. Ita
15 quando excluditur omne, ei simile videtur excludi. Bal.l.3.§.hac actione, in fi.d.tit.de neg.gest. Et ex ratione legis coniecturata possumus, & debemus leges restringere, & ampliare ad limites rationis. vltra superius dicta, Abb.c.fin.in princ.nu.12.cir.fin.de iureiur.c.quia in insulis, nu.3.de regul.& transeun.ad relig.in c.quia plerique, nu.39. cir. fin. & c.pen.nu.5.cir.fin.de immu.eccl. c.ex publico, nu.8.de conuer.coniug. & eo modo quo conueniunt in ratione, conueniunt in effectu iuris. Bald.l.3.in fi.princ.de iniusto, rup.& irri.test. Verba deficiunt, sed sentētia locum habet. Spec.tit.de interrogatio.§.2.
16 nu.11.in fi. Vnde consuetudo extenditur de similibus ad similia, & deficiente consuetudine, potest allegari ratio, & æquitas ipsius. Bal.l.de quibus, 1.rep.num.2.& 3.ff.de legi. Et dum habemus idem, non recurrimus ad simile. Bal.ead.l.de quibus, 1.rep.nu.4.in fi. Ita non diffinitum à Sanctis Patribus, relin-

quitur

quitur consuetudini. c. de vxore, §. verum, de sepult. & quod ex causa dicitur, ad omne simile extenditur. l. damni infecti, la 2. §. fin. vbi Bal. de dam. infe. Statutum, vel priuilegium non extenditur etiam per similitudinem rationis. Abb. c. cū inter vos, in fi. de verb. sign. Statuta verò interpretantur secundum ius commune; quando nō procedunt per fictionem. Abb. c. insinuatum, post nu. 6. de simon. Et iudex quando possit extendere, Bal. l. omnes populi, ibi, tertio quæro, post num. 10. de iustitia, & iure.

17 Vltimo noto, quòd September, October, Nouember, & December ab imbre dicūtur. glo. in ver. excrescit, de aqua plu. arc.

In quibus rebus petatur trigesima.

S V M M A R I V M.

1 *Rei appellatione omnia continentur.*

CONTINVATIO patet de per se, tamen dicit [IN] idest pro. gl. 2. l. in medicis, ff. de cōtrah. emp. [QVIBVS REBVS] cum
2 omnia, rei appellatione contineantur. gl. l. 1. de statu hom. corporalia, & incorporalia. l. 1. ff de cond. trit. & facti. l. naturalis, in ver. dari, de præscri. verb. [PETATVR TRIGESIMA] quæ debetur secundum solitum, vt infra.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicis est causam examinare, & proinde debetur ei salarium.*
2 *Defectus, & vitium differunt.*
3 *Lex vna, supplet, & declarat aliam.*
4 *Tantum, scilicet, & videlicet, non solum restringunt, sed declarant.*
5 *Mutuum est res, quæ mutuatur; interdum nomen contractus.*
6 *Omissum simile expresso, habetur ac si esset expressum.*
7 *Lex non debet calumnias excitare, nec alicui laqueum parare.*
8 *Causæ iura appellantur.*
9 *Obligatio personalis est sicut character, & nō fundatur in re, & actio, quandoque obligatio appellatur.*
10 *Nouella dicitur liber authenticorum, respectu aliorum.*
11 *Transactio est genus continens omnem modum recedendi à lite.*
12 *Vtraque est distributiua, & ponitur pro collectiua.*
13 *Assisia, numerus stabilitus, vel liber curiæ, in quo sunt iura, consuetudines, & affictus curiæ.*
14 *Præter, includit, quādoque excludit.*
15 *Illicitum, sex modis dicitur.*
16 *Iuramentum voluntarium, necessarium, & iudiciale.*
17 *Iuramentum iure canonico solum Deum habet vltorem, iure isto punitur pœna pecuniaria.*
18 *Aurum purum, sine liga dicitur.*
19 *Officialibus olim trigesima, nunc salarium debetur.*
20 *Contractus ex conuentione nomen accipiunt.*
21 *Mutuum, depositum, & donum ex quantitate, & alijs præsumuntur.*

CONSTITVTIONVM] qui exponit, interpretatur, sed nō corrigit, qui supplet; non exponit, nec corrigit, tamen interpretatio cit. Bald. cap. super quæstionum, in princ. de
1 offic. delegati. Iudicis est causam examinare. l. sed hæc, vbi Bal. 1. & 2. rep. ff. de procu. non tamen cogitur in dispendium rei suæ familiaris laborare. inf. const. Baiulos, cir. fin. de ferijs. vel laboribus vacuis insudare: sed cū qualitate causæ vicissitudo salarij debet cōpensari. inf. const. cum circa, cir. fin. de ord. iud. tam si res est mobilis, quā stabilis. Affl. hic 4. not. non in certis casibus, vt olim, sed in omnibus in casu decisionis trigesimam quantitatis rei petitæ, vel eius æstimationis iudici tex. iste dari mandat, qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [CONSTITVTIONVM] l. 1. ff. de const. Princ. [PRAEDECESSO-
2 RVM NOSTRORVM DEFECTVM] quod differt à vitio. Bal. cons. 398. post nu. 6. 5. vol. [NECESSARIO SVPPLEMENTO SVPPLENTES] quia quod negligitur, supplendū est, & quod omittitur, restaurādum Ant. de But. in rub. de suppl. negl. præl. cum verba legis, vel statuti interdū sint defectiua. Bal. l. 1. cir. med.
3 princ. quod falso tutó. auct. Vna lex exponitur, & suppletur per aliā. Abb. c. super quæstionum, nu. 2. cir. med. de off. deleg. [QVAE] constitutiones, vt sup. in const. Regiæ Maie-
4 statis. [IN CERTIS TANTVM] quæ dictio, scilicet, & videlicet, nō solum sunt declaratiuè,

tiue, sed restrictiuè. Cass. cõsue. Burg. rub. 7. §. 4. ibi, cost. aulcaulier. [QVAESTIONIBVS, ET PERSONIS] & sic non erant generales. c. erit autem, 4. dist. [COMMODATO] quod semper datur cũ præfinitione certi vsus. l. in cõmodato, §. sicut, in ver. non officium, post med. ff. commo. Nec potest vti nisi ad vsum præfinitum. l. 1. & 2. C. de rit. C. de commo.
5 [VIDELICET MVTVO] quod interdũ res est, quæ mutuatur, interdum nomen cõtractus. Bal. l. singularia, col. pen. post med. si cer. pet. [ET DEPOSITO] quod quandocunque reuocatur, sicut precariũ, secus in cõmodato, nisi post vsum expletũ. gl. c. 5. in ver. reuocare. de deposito. [ET BAIVLVS TERTIARIAM RECIPERE] à degentibus. d. constit. Regię Maiestatis. [STATVENTES, NEC DE ALIIS
6 ALIQVID] in mandabãt. & licet omissum quandoque est simile expresso, habetur pro expresso. l. Gallus, §. & quid si tantum, in ver. emancipatus, de lib. & posth. dixi late in const. præced. [SANCTIONES] prædictę pœnales, quia sanctio est, cum pœna adijcitur. Arch. c. cõsequens, in princ. 11. dist. [DE SVA NON MODICA] immodicam. l. si mercės, in ver. cui locati, seu magnam. [MALO ANIMO] alibi maligne. l. de rebus, de arbit. [MATERIAM
7 OFFERREBANT] cum quasi lex nõ debeat calumnias excitare, nec esse alicui ad laqueũ. Loc. l. pen. C. comm. de decur. Et interdũ quis plus significat, quam loquatur. Bal. l. scire leges, 1. rep. in fi. ff. de legi. Propterea sententiam legis accõmodando. l. filio, in princ. ff. de ritu nup. [STATVIMVS] statutum esse ostẽdimus. Abb. c. cum super, 1. not. de sepult. [VT DE
8 CAVSIS ...] quæ iura appellantur. l. 3. in gl. 1. & in positione casus, ff. de iuris, & facti igno. [TAM MOBILIVM, QVAM IMMOBILIVM, ET QVARVMCVNQVE RERVM, QVAE NON CADVNT IN NOMEN CONTRACTVVM PRAEDICTORVM] commodati, mutui, vel depositi; vt sup. Et contractus in genere masculino aliud est, & aliud in genere neutro; in genere neutro est id, quod contractũ est; in genere masculino capitur pro conuentione. Alfa. in tract. de pacto, & contractu, post nu. 51. & tunc quidam sunt nominati, alij innominati. glo. l. iurisgentium, in ver. facias, ff. de pact. & contractus stipulatione continet, etiam secundum legem municipalem. Quid iure sit stipulatio, & vnde, Alfa. præd. ibidẽ nu. 46. vsq; in fi. [SI PERSONALI QVALIBET, VEL ALIA ACTIONE REALI PETVN-
9 TVR] cum obligatio personalis sit sicut character, & fictualiter nõ fundatur in re, sed in persona, & relata ad debitorem, dicitur obligatio, relata ad creditorẽ, appellatur actio, quæ est in obligatione, sicut potẽtia in anima, & prior causa, quam effectus, & effectus ante concipitur, quã nascatur. Bal. l. sub conditione, post princ. & col. fin. de cond. indeb. Tendit ad necessitatẽ, quæ pacto obstatiuo contunditur. in rub. nu. 19. de postul. prælat. [TRIGESIMAM TANTVM QVANTITATIS] si consistit in numero, vel mensura. [VEL AESTIMATIONIS REI PETITAE] si mobilis est, vel stabilis. Affl. hic 4. not. [BAIVLI IPSI EXIGANT] tam à volentibus, quam inuitis. Pau. de Cast. cons. 181. post nu. 3. & 182. post princ. vol. 1. [ET RECIPIANT] i. quidquid. ff. comm. præd. [A DAMNATO] vel vtraque parte, vt d. const. cum circa. [CVM CAVSA PER SENTENTIAM DECIDETVR] iustitia mediante. c. causam quę, de testi. [SICVT IV-
10 DICIIS NOVELLAE] respectu aliarum; ita liber authenticorũ dicitur nouellarum respectu aliorũ capitulorum, & veterũ legum. Archid. c. de persona, in princ. 11. q. 1. legis duodecim tabularũ, quod ius antiquum dicitur. l. 1. in ver. ius antiquum, ad Tertullia. [NOSTRI NVMINIS] vel nominis principalis ingenij crescit prouisio. d. const. cũ circa. [CONSTITVTIO INTRODVXIT] induxit, vel fecit. Niz. in ver. introduco. [SI VERO CAVSA TRANSACTIONIS REMEDIO DECIDA-
11 TVR] cum sit genus continens omnẽ modum per quẽ receditur à lite. Abb. c. Quintauallis, nu. 8. post med. de iureiur. per condemnationẽ, vel absolutionem, cum in hoc cõsistat finis causę. arch. c. duodecim, eir. prim. 3. q. 4. [TVNC] non ab alterutra. l. veneto, in gl. fin. de aeq. hered. vel vter. l. quoties, §. si quis tamen, de hæred. inst. [SED AB VTRAQVE] quę
12 est distributiua, & ponitur pro collectiua, & econtra. Bald. d. l. Cornelius, de hæred. instit. [PARTE LITIGANTIVM] actoris, & rei. ins. const. hostici. [RECIPIANT TRIGESIMAM SVPRADICTAM] quãtitatis in petitione deductę. d. const. cũ circa. [BAIVLVS AVTEM CONTRA PRAEDICTA, VEL ALIQVOD SVPRADICTORVM VENIENS] aduersando contrauenerit. Niz. in ver. contrauenio. [QVAE IN NOSTRIS, ET REGVM] prædecessorum.
13 [ASSISIIS CONTINENTVR] dicitur assisia numerus stabilitus à superiore, nõ solum in venalibus, sed etiam super salarijs iudicum. Affl. hic 8. not. vel sunt libri curiæ in ciuitatibus vbi sunt iura, consuetudines, & affictus curiæ, & isti probant quo ad suos, & in suo territorio. Bal. l. exemplo, C. de prob. [PRAE-
14 TER] c. 3. de spõsa duo. regulariter excludit, quandoque includit. Abb. c. dudũ, post nũ. 16. de electio. hic includit. c. 2. vbi Ant. de But. nu. 2. de off. vic. Abb. c. literas, nu. 9. & 10. de præsum. Bal. c. dudum, lo 2. nu. 47. de elec. l. si cum, §. fin. col. fin. cir. med. vbi idẽ de dictione ea, citra, & vltra. si quis caut. præter autẽ, & citra, æquiparantur. Abb. c. prudentiam,

post

post nu.5.de off.deleg. ita quando certa forma est de substantia. Abb.c.causam,post nu. 7.de sent.& re iud. [PERIVRII POENAM] de qua inf. const. eos qui scienter, de periurijs. [IN ARTICVLIS] capitibus. Io.And.c.2.nu. 25.de testi.in vj. [IVRISIVRANDI CONTEMTAM] nam sex modis dicitur illicitum.gl.1.
15 c.1.22.q.4.& eius pœna diuersa. Luc.l.quoties,col.4.in princ.de dign.& præstāt actor, reus,& aduocatus. l.2.C.de iureiur.propter
16 calum.dam. & est volūtarium,necessarium, & iudiciale. c.fin.in glo.1. de iureiur. [DE QVO DIVINA SENTENTIA CONDEMNATVR]
17 quia etiam quod iure canonico solū Deum habeat vltorem. Abb.cap.dilectus,2.not.de temp.ord. etiam [DVAS LIBRAS AVRI PV-
18 RISSIMI] absque liga,& mixtura. inf.const. Magistros mechanicarū artium, & est metallum fuluum præstantissimum. Nizolus in ver.aurum. [AERARIO] l.Senatus,ff.de contrahen.empt. [NOSTRO SE NOVERIT ILLATVRVM] ex causa quam detulerat.l.Arianus, ff.de iure fisci.

19 Sed videtur, quod ratione trigesimæ, vel sexagesimæ iudices procurarent sibi cōmissiones contra legis voluntatem, vt in prag. Regis Alfonsi char.11.in antiquis alij petiē candelas,fuit tamen sublatum,cum officiales habeant salarium, vt in prag. Caroli V. quæ incipit,& vt etiam vassallos,& d.cōstit cū circa,& inducitur tacitus recessus à prāti mo per appositionem formæ. Bald.l.2.ff.de nouatio.

20 Nota, quod contractus ex conuentione nomen accipiunt. Bal.l.3.in princ.nu.1.cir. med.& fi.& l.1.col.2.fi cer.pet. Vltra quod
21 quantitas attenditur,nam si parua præsumitur donum, si magna mutuum, vel depositum, nisi alia concurrant. Bal.l.3.col.2.circa med.& 3.cir.fin.eo.tit.si cer.pet.quandoque adiectio diminuit. Bald.l.pen.de seruit. rust. præd.

SVMMARIVM.

1 *Facere quod quis tenetur ex officio, diligenter fecisse tenetur probare.*
2 *Circa, importat similitudinem.*
3 *Neapolis à polis, quod est ciuitas, quasi noua ciuitas.*
4 *Straticoti à sterno dicuntur, quia malesicia sternunt.*
5 *Spectare dicitur de iure, quod iure speciali spectat.*
6 *Consuetudo loci attenditur.*
7 *Nihil, est indeclinabile, nullam habet substantiam, magnam, vel exiguā.*
8 *Innouari nouū ius, impetrari dicitur.*
9 *Lex vbique suam extēdit virtutem.*
10 *Vltima voluntas, lex, obseruantia, & emptio ambulant.*
11 *Nominum, & vocabulorum origo non est quærenda.*



IRCA] officiales quidā intantum habent quędam suo annexa iudicio, vt sup. const. Magnæ Curiæ, vt quæ tenentur ex officio, debent probare se diligenter fecisse. Bal.l.1. §.si magistratus,ff.de mag.conue.Ita Baiuli
1 Neapolis,Salerni,& Messanæ ex quadā prærogatiua de omnibus causis ciuilibus cognoscunt:& Amalfiæ Baiulus generalē potestatem in omnibus habet.Frec.de subfeu.de prouincijs,& ciuitatibus reg.char.78.col.2. cir.princ. Ideo Imperator hic quo ad eos circa exactionem trigesimæ nihil voluit innouare. Affl.sup.const.Baiuli locorum,nu.6.in fi.& constit.præced.col.pen.post med. cuius pars hæc est,& dicit [CIRCA] quæ importat
2 similitudinem.l.qui duo,vbi Bal.de ser.rust. præd. [TAMEN] modificat,quod prædixerat, Luc.l.1.in princ.de fug.colo.patr. [COMPLATIONES] vel complatios. Affl.const.præced. col.pen. post med. idest iudices Baiuli, qui ius reddunt in palatijs, vt in add. vlt.ad gl.cōst.preced.qui alibi compares,i.collegæ dicuntur.inf. const.cum noua. Sic multum valet ad pronunciādum aptitudo sermonis, in principio enim generis humani, quando sola hominibus æquitas sanciebat, non cognoscebātur differentiales voces,sed grosso, & materiali modo,sed quasi sine regula procedebatur,sed postquā gentes cœperunt viti moribus,& statutis,adinuentæ fuerunt differentiæ, quæ si non essent, ius ciuile,& canonicum esset chaos. Bal.rub.post nu.9.de po-
3 stula.præl. [NEAPOLIS] quæ à polis dicitur, quod est ciuitas. Bald.inst.de iust.& iure, in princ.& quia postremo ædificata est, Neapolis nuncupatur. Niz.in ver.Neapolis.vel dicit pluralitas.glo.l.ædiles,la 2.in ver.polia, & l.qui clauū,in gl.2.de ædil.edi. alibi Pantepolis. Sap.10. & l.de fugationibus,de fun-
4 tis,in Longob. [ET STRATICOTIS] qui dicuntur à sterno sternis,quia sternunt maleficia, nam habent iurisdictionem ciuilem, & criminalem omnium. Affl.const.præceden. 12,not. [SALERNI SCILICET, MESSANAE] ita quædam alia loca nominantur in iure. Bal.l.si quis mihi,ff.mandati. [QVIBVS COGNOSCERE LICET DE CRIMINIBVS] quia cum sint idonei in actis publicis, ita & in priuatis.

priuatis. Bal. l. 1. C. qui, & aduer. quos. [DE SPECIALI IVRE]. i. consuetudine. Abb. c. ve-
5 rū, post nu. 16. de fo. comp. Vnde de iure speciali dicit, quod spectat iure speciali. Abb. c. licet, 2. not. de prob. [ET ANTIQVA PRAEROGATIVA] l. 1. cir. med. de vet. iu. enuc. alibi seuā prærogatiua. l. nō dubiū, C. de legi. [ET REGNI NOSTRI OBSERVATIONE] d. const. Magnæ Curiæ. [DIGNOSCITVR ESSE CON-
6 CESSVM] quia cōsuetudo loci attēditur. c. fi. de cōsang. & affi. adeo quod lex humana potest tolli cōsuetudine, dūmodo sit rationabilis, & legitimè præscripta. Abb. c. 1. nu. 4. post princ. de treg. & pace. [ORDINATIONE] institutione. Io. And. c. cum illis, post nu. 2. de præb. in vj. [CONSTITVTIONIS PRAESEN-
7 TIS NIHIL] nullum, vel exiguum. D. Aug. in cathegorica, col. 15. cir. fin. & est indeclinabile. idem lib. de Grāmatica, col. 2. in princ. est vniuersalis negatiua. Bal. l. lex Cornelia, cir. fi. de vulg. & pup. ac nullā habet substantiā. Bal. l. si fine, §. 1. post princ. rem rat. hab. Vnde qui male agit, nihil agit. D. Aug. 4. de musica, col. 6. cir. fi. [VOLVMVS] & sancimus, infra const. consuetudinem, de instr. confic.
8 [INNOVARE] nullum ius nouum impartiri; Imme. 1. vt lite pend. nihil innou. quia vetus consuetudo lex est. l. 3. vbi Bald. in princ. de can. largit. tit. nam validiores, & de validioribus rebus leges sunt illæ, quæ ex moribus proueniunt, quā quæ ex literis. Arist. 3. Pol. 12. & quantam vim habeat, quod consuetum est, leges ostendunt. 2. Metaphys. post nu. 13. Et vt induceat consuetudinem, debet habere statuendi facultatem. Bal. auth. omnes peregrini, post princ. commun. de success.
9 Videtur, quòd lex suam vbique extendat virtutē. auth. qua in prouincia, vbi de crim. agi opor. & sic taxatio trigesimę, de qua sup. debet extendi Neapoli, Salerni, & Messanæ. Nisi diceres, quòd lex generalis nunquam extenditur ad id, de quo habet lex specialis. Cass. cōsue. Burg. rub. 13. §. 8. in princ. nu. 12.
10 Nota, q̄ vltima voluntas legis potestas, & obseruātia ambulat. gl. l. sed vbi, ff. de mino. Princeps autē in dubio nō præsumit diminuere officiū ordinarij, nec derogare ei' potestati. Bal. l. sæpe audiui, 1. rep. cir. prin. de off. pſ.
11 Itē nota, q̄ vetusta vocanda, non sunt contendenda, nec quærenda nominū origo, nam multū habet loquacitatis, & vtilitatis parū. D. Aug. 2. de musica, col. 11. cir. med. nec vt de rebus, ita & de nominibus possumus respondere, quia res omnium mentibus cōmuniter sunt insitæ, nomina verò vt cuique placuit sunt imposita. D. Aug. præd. 3. de Musica, col. 2. post princ. Item prædictas ciuitates Neapolis, Salerni, & Capuæ meliorauit in maiori numero iudicum. inf. in const. in locis de-

manij, cū sint ciuitates Regiæ, & cōmunes patriæ. l. sed reprobari, §. fin. de excus. tut.

De ordinandis iudicibus: quando, & de quibus rebus possit peti trigesima.

S V M M A R I V M.

1 *Fredericus fuit cum Soldano in Syria.*
2 *Facta tempore tyranni, reuocantur.*



1 QVIA dū fuit iste Imperator cū Soldano in Syria multæ ciuitates deuiauerunt à fide, & eius fidelitate, quas reuersus reeuperauit. Assl. inf. in textu nu. 8. in fi. Et facta tēpore
2 tyranni, superueniente iusto domino, debent reuocari. l. decernimus, de sacros. eccl. ideo reuocando illius officiales, designauit. Luc. 10. alios, eumq; posset dubitari, si eis debetur trigesima, reuocando const. præcedentes circa eas mandat in causa possessorij dari sexagesimam, quam stante salario per eum statuto mandat eam exigi in beneficium Curiæ, vt inf. videbimus cum textu.

S V M M A R I V M.

1 *Bella quare permittuntur, & bona, quæ sequuntur ex eis, & cuius est.*
2 *Oculus mentis, & alius corporis, iste debet esse pudicus, et alter prouidus.*
3 *Armatur lex, Princeps, et minister legis.*
4 *Aggrauat quidquid fit vltra modum.*
5 *Magnificentia Principis versatur in duodecim, tribus tempore pacis, & nouem tempore belli.*
6 *Temporum vicissitudine æternitas demonstratur.*
7 *Bella à nominibus processitus processerūt.*
8 *Prouisio, sonat in ius.*
9 *Videlicet, est declaratiua.*
10 *Regnum Siciliæ ab hostibus Ecclesiæ ablatum, potuit ipsa dare Carolo.*
11 *Commissum sapientibus non possunt ipsi subdelegare.*
12 *Rex nouus, noua lex, nouum testamentum, & nouum canticum.*
13 *Esculenta, & poculenta semel tātum dantur, nisi ex defectu salarij.*
14 *Gratia, priuilegium appellatur.*
15 *Petitio, idest libellus.*
16 *Transactio commendatur, & est salubris,*

bris, quia cōmodū est à lite recedere.

17 *Iudicis officium in decidendo, & componendo partes consistit.*

18 *Statim, intelligitur sine interuallo, & facta exactissima diligentia.*

19 *Pecuniæ appellatione omnis vtilitas continetur.*

20 *Superior debet consulere partibus super laboribus, & expensis vitandis.*

21 *Sacramento statur, si ex aduerso non probatur contrarium.*

22 *Onus cum lucro compensatur, quia labor non debet esse sine mercede.*

23 *Beneficium habere non dicitur qui ex eo vtilitatem non percipit.*

24 *Salariū est cōmodum officij, emolumentū causæ, non personæ, nu. 34. cir. fin.*

25 *Arceri violentiam demonstrat.*

26 *Sublatum non videtur, quod subito reformatur.*

27 *Regna sine iustitia non sunt nisi magna latrocinia.*

28 *Iudex id facere debet, quod partes non grauet.*

29 *Hominum voluntates diuersæ, & facilè nos pœnitet, quod fecimus.*

30 *Vicissitudo rerū, et varius euētus belli.*

31 *Cupidus faciliter deuiat à vero, quia abstinere non nouit à vetitis.*

32 *Salariū nō facit causam suā, nec cōmodū sportularū reddit eū suspectum.*

33 *Causa si cōmittitur consilio sapientis, intelligitur sumptibus communibus.*

34 *Petitorio, & possessorio, si simul agitur, si prius constat de possessorio, debet de eo iudicari, & quando possessorio tractatur de petitorio.*

35 *Spoliatus debet restitui antequam cogatur respondere.*

36 *Probationes receptæ in iudicio summario, an probent in plenario.*



VM CIRCA] in tāta muta
bilitate rerū humanarū
nulli aliquando populo
concessa est tāta securi-
tas, vt huic vitæ hostiles
non formidet incursus.
D. Aug. 17. de ciuit. Dei,
1 c. 13. nā diuina prouidentia solet corruptos
hominū mores, bellis emendare, atq; conte-
rere, itemq; vitā mortalium iustam, atq; lau
dabilem talibus afflictionibus exercere. D.
Aug. vbi sup. lib. 1. c. 1. Itaque ex bello bona
sequunt. Bal. l. ex hoc iure, nu. 6. de iust. & iu.
& post bellorū strepitus, vt inf. obtēta victo
ria, succedit quies pacis, cumq; nullū magis
oporteat publicā tueri salutē, quàm Cæsarē,
& nemo est potens, & habilis sicut ipse. Bal.
l. 3. 1. rep. de off. præf. vig. propterea post re-
gnum pacè reformatū, reformat iustitiā, &
cassatis iudicibus à tyrāno cōstitutis, alios
creat, quibus de suo salariū præbet, & man-
dat trigesimā, vel sexagesimā exigi in benefi
ciū curiæ, vt in tex. qui diuidit vt per Affl. &
sum. in gl. 1. dicit tamen [CVM] quia; gl. fin.
l. Aquiliana, ff. de trāsa. vel quāuis. l. cū filius.
in ver. cū, de leg. 2. l. militis codicillis. in ver.
cum, de test. mil. gubernatoris reipublicę, ac
legū positoris totum negociū versari videa-
mus circa ciuitatē. Arist. 3. Polit. [CIRCA]
impropriè. l. 1. vbi Luc. in princ. de prim. &
secundicer. alibi exponit contra. Bal. l. fin. in
princ. C. qui leg. pers. [IVSTITIAE TRAMI-
TES] per quos ambulandū est. in princ. ff. post
princ. alibi æquitatis, & legū tramites. l. fin.
§. cū autē, de his qui ad eccl. confug. l. 1. cir.
princ. de vet. iure enucl. nolētes ab illis decli
nare. c. licet, de prob. quia virtus splēdor est
maximus, & ex ea boni viri nominantur. D.
Th. 2. 2. q. 58. art. 12. [IMPERIALIS CLEMEN-
TIA] vel nostra clemētia. l. additos, de Episc.
2 aud. [OCVLOS] mentis, cū alij sint corporis,
isti debent esse pudici, illi prouidi. Bal. l. 1. in
princ. de præscri. 30. vel 40. ann. [SVAE PRO-
VISIONIS AVERTIT] ad tramites iustitię di-
rigendo. Affl. hic in princ. [ET SVI REGIMI-
NIS EXTOLLIT FASTIGIVM] altitudinē, vel
magnitudinem. 1. const. §. 1. in ver. fastigio,
de nouo C. fac. Affl. hic 1. not. & sup. cōst. post
mūdi machinā, §. nos itaque, nū. 5. & dicitur
eminentia, culmen, & sublimitas. Luc. l. eos,
de excus. mun. Inde superbiæ fastigio tumi-
3 dus. l. fin. C. de legi. [ARMANDO] solus enim
Princeps armat, lex, & minister eius pro de-
fensione suæ iurisdictionis, claue non errāte,
quandoquidē sine armis iustitia tuta esse nō
potest, sed in spiritualibus huiusmodi armis
nō esset munienda. Bal. l. si aquā nu. 69. & 79.
C. de ser. & aqua. Armant leges cōtra perpe
trātes nefandissima delicta. l. cū vir, vbi Bal.
C. de adult. [LEGVM MVNIMINE] firmamēto.
Io. and. c. 2. in princ. de off. ord. in vj. [IMPE-
RATORIAM MAIESTATEM] Imperatorē, quę
est in sacra Maiestate. Bald. rub. post nu. 5. de
nouo C. fac. vel nostram Maiestatē. §. 1. inst.
quib. mo. tut. fin. sed debet verecūdari de tan
ta fama, quæ tenet gloriā nominis, & nō ho-
minis, nā iacet infatuatū Imperiū in Italia,
quāuis in sua maiestate confundi nō posset.
Bal. l. fin. 1. rep. C. locati. vel maiestatē. i. po-
tentiam.

ventiam.gl.l.ii.in ver.maiestate,de sum.Trin.
[ET SVBIECTORVM GRAVAMINA] c.ad no-
strũ,de iureiur.c.fin.de excep.& c.accedens,
4 de eõsuet.coniug.& quidquid fit vltra modũ
aggrauat. Bal.l.inter quos,§.æstimando,de
dam.infe.[ET OPPRESSIONES] afflictiones,
valde pressiones, quæ fiũt in pauperes contra
iustitiã,& veritatem. Luc.l.1.cir.fi.de preda
curia.[RELEVAT] quod nobis magna cura,
ingẽtiq; studio prouidendũ est. iudicij c.a te
[QVI SOLA] & non alia.l.cũ qui,§.si petẽtis
in ver.duntaxat,de publicia.alibi sola.1.au-
da.Bal.l.sciendum, ibi item,qui satisd.cog.
[POST DEVM] qui est trinus,& vnus,eternus,
mouet omnia,est Deus.12.Met.3.ibi dedu-
ctio,vbi auer.Monarcha,& dominus vniuer-
sorum.Hest.13.Ier.quę sint reg.in ver.con-
trah.incest.nup.post nu.47.[MAGNIFICEN-
5 TIA PRINCIPIS] quæ est,secundũ Tull. rerũ
magnarum, atq; excelsarũ,cum magna,&
ampla animi quadã,& splẽdida propositio-
ne, cogitatio,atq; administratio. D.Th.2.2.
q.128.art.1.& in 1.b.versatur tribus tẽpore
pacis,& nouẽ tempore belli.Luc.li.1.col.3.
in fi.& seq.de veter.& differt à magnanimi-
tate,quę est circa maximos honores,magni-
ficentia circa maximos sumptus,sed vtrũq;
denotat extremũ,nisi considerentur circun-
stãtiæ vbi, quando,& propter quod oportet,
alias esset excessus:quãdo,& vbi nõ oportet.
D.Th.1.2.q.64.art.1.[LENITATE] quæ est
magna virtus in Principe,& est clemẽtia su-
perioris erga inferiorẽ in constituendis pœ-
nis.Affl.hic 2.not.[RESPIRANT] nedum re,
sed spe recuperãdi.Niz.in ver.respiro,cir.fi.
[DISCRETA] distincta. Niz.in ver.discretes
vel diuisa quoad ius administrãdi.Bal.c.edo
cẽri,nu.3.cir.med.de rescrip.[ITAQVE VI-
CISSITVDINE] mutatione.c.querimoniam,
vbi Abb.post nu.4.de iurepat. mutata vice.
l.cõmuni,§.cum de vsufructu, ff.cõm.diuid.
inde laborum vicissitudo.l.fin.C.de off.mil.
iud.nunc hoc,nũc illud.in proœ.ff.in ver.vi-
cissitudinẽ, & in ver.vicissitudo. [TEMPO-
6 RVM] cum decedant,& succedant tempora.
D.Aug.6.de Trin.col.fin.in princ. vicissitu-
dine tẽporali.idẽ D.Aug.1.de lib.arb.col.9.
in fi.vel per vices,& tẽpora.sup.in const.Ma
gistri Iustitiarij. vicissitudine temporũ sibi
succedentium,dum Luna minuitur,& rursus
impletur. Sol omni anno locũ suum repetit.
Æstas,Autumnus,& Hyems,sic trãsit,vt re-
deat,adeo quod est quędã ęternitatis imita-
tio.D.Aug.psal.9.col.5.cir.fi.ita decedenti-
bus,& succedentibus mortalibus in lõga spa
tia protenduntur.idẽ Aug.4.de ciu.Dei,c.5.
[DVM POST BELLORVM STREPITVS] clamo-
res, & tumultus. Io. And.c.indemnitatibus,
7 nu.2.de elect.in vj. quæ bella à nominibus
possessiuis,meum,& tuum processerũt. Bal.
d.l.ex hoc iure,post nu.11.vnde si duo verba
hęc à natura rerũ omnium tollerentur, quie-
tissimam vitam agerent homines in terra
D.Aug.ser.2.ad fratres in heremo,col.pen.
[PORTENTA VICTORIA] per subiectionẽ re-
pugnãtium,quo facto,pax est. idem D.Aug.
19.de ciu.Dei,c.11.in princ. [SVCCEDERET
QVIES PACIS] propter quã pugnatur,apud
vos,23.q.1.vt pacata,& quieta sint omnia,
l.cõgruit,iuncta gl.2.de off.præsi. [AD HOC
SE NOSTRI NOMINIS PRINCIPALIS] cuius
principaliter interest. Bal.in sum.l.fideiusso-
ris,u.rep.in fi.ff.de pact. Quid autẽ principa
le, & principaliter dicatur, in c.cũ dilecta,
nu.3.in fi.& 4.de rescri.[INGENTI CRESCIT
8 PROVISIO] quæ sonat in ius:Abb.c.pro illo-
rum,post nu.43.de preb. [VT PACI IVSTI-
TIAM SOCIARET] pacẽ populis,& eisdem pa
cificatis iustitiã,quæ velut duæ sorores se ad
inuicem amplexantur.sup.const.post mundi
machinam.vt sic facta tempore belli circa
fiscum locupletandũ,cum aliena iactura de-
beat tolli tempore pacis. Bal.l.vn.in princ.
nu.1.de cad.toll.[AD QVOD ITAQVE] quæ
est dictio rationalis,vel illatiua. Luc.l.iure,
cir.med.de fabricen.[DVM PERPENSAE DE-
LIBERATIONIS CONSILIO] cũ deliberatio-
ne statuto.Archid.c.placet,in princ.16.q.1.
[VACAREMVS] conferendo cũ peritis, sicut
iudex. Abb.c.vt debitus,nu.28.de appell. Et
Episcopus,qui se nõ habet Capitulum, quia
ecclesia est deuastata propter bellum , loco
Canonicorũ habet alios clericos honestos
Abb.c.1.num.7.de his,quæ fiunt à præl. sine
cõsen.cap.[DISTINCTA POSTMODVM MO-
DERATIONE] vel competente moderatione
moderãtes.inf.const.vt delicti fines.[PRAE-
SCRIPSIMVS] supra scripsimus. l.Seia, ff.de
vsur.[QVOT, ET QVALES BAIVLI,IVDICES,
ATQVE NOTARII PER VRBES SINGVLAS
IVSTITIAM MINISTRARENT] suß.cõst.Magi
stri Camerarij,& cõst.sæpe. & differũt quid,
quale, & quantũ. Bal.l.certũ,in princ.si cer.
9 pet.[VIDELICET] quæ est declaratiua.l.vi-
delicet,cum ibi not.in marg.ff.de pact. [VT
HIS,QVOS DVDVM] sicut olim,& iã,tria tem
pora signat. Bal.l.sub cõditione,post princ.
de solut.[INVASORVM] qui bellando occu-
pauerunt. Bald.rub.post nu.23.de rer.diuis.
nam vis non cadit in actu verbi. Bal.c.quia
propter,nu.16.post med.de elect. [REGNI
10 NOSTRI] vnde regnũ Sicilię, quod fuit abla-
tũ ab hostibus Ecclesiæ,potuit & ipsa conce
dere Regi Carolo,propter spem postliminij,
Bar.& Bal.l.id quod,de leg.1.[PER DIVER-
SAS PROVINCIAS CONCREVIT INIQVITAS]
vnde innouata per tyrannum, remouentur.
l.omni,vbi Bal.in princ.de sacros.eccl.[PE-

NITVS] ex toto. Io. And. c. I. nu. 2. de suppl. negl. prael. in vj. [ANTIQVATIS] cassatis. l. decernimus, vbi gl. 1. de sacrosi. eccl. remotis, vel expulsis. Gra. hic in princ. quia turbatio praeteriti tēporis antiquarat, 2. const. praedecessorū nostrorum, de reb. stab. eccl. nō alien. alibi antiquādis, l. fin. de decur. lib. 10. [ET IPSORVM LOCO DE MANDATO NOSTRO] cū mandans, gerere videtur, & non gestor. l. 3. §. fin. in gl. 1. ff. de neg. gest. [DVOBVS, AVT] et. gl. l. 1. in ver. aut, ff. de postul. [TRIBVS] d. const. saepe. [AVT QVINQVE IN LOCIS ALIQVIBVS, QVI CONTRACTIBVS TVNC INTERSINT] vt inf. in const. in locis demanij, cum singulae ciuitates habeant sua regimina. Bald. l. illicitas, §. qui vniuersas, 2. rep. in princ. de off. praes. [EX VNO] iudice, & actorū notario. Gra. hic in princ. [TANTVMMODO] l. sacrosācta, & seq. de sacros. ecc. [QVI VNA] i. simul. §. nos autē, inst. de actio. tut. [CVM BAIVLO CAVSAS EXAMINENT] i. & sic vnus de iudicibus, qui in ciuitate creātur, debet deputari ad causas cognoscendas vnā cū Baiulo, alij sunt ad contractus. Gra. hic; examinent, inquirent, & inuestigēt. Affl. sup. const. quaestiones omnes, nu. 6. in fi. [ET DECIDANT] Baiulus, & iudex. Gra. hic nu. 2.

11 Vnde si quid est sapientibus commissum, vt quidquid per eos factum fuerit, valeat, non possunt substituere, quia videtur electa industria personae. Bald. l. 1. §. ad cir. fin. ff. de excep. [VIRIS PROVIDIS, ET FIDELIBVS] vel prouidis, & honestis; c. grauis nimis, de praeb. c. pen. de cler. aegrot. idoneis, & honestis. c. post electionē, de concess. praeb. [SVBSTITVENDIS] loco illorū quos tyranni creauerunt. [VT IN NOVI REGIS VICTORIA NOVELLAE IVSTITIAE PROPAGO CONSVRGAT] vt inf. const. vlt. ad laudē, quia nouus Rex, noua lex. Gra.

12 hic nu. 2. Nouo Virginis partu, nouum sidus apparuit. D. Th. 3. de Saluatore, q. 36. art. 7. Nouus homo, nouum testamentū, nouū canticum. D. Aug. psal. 32. Exultate iusti, col. 10. & noua sunt omnia. Spec. tit. de instr. editio. §. 2. nu. 18. cir. med. c. trāslato, de const. Inde maiora dona per filium, quā per famulos largiuntur. D. Aug. lib. quaest. ex vtroq; mixtim, lo 1. col. 13. post princ. Versu sic agimus nouitatem, vt non timeamus vetustatem. Idem Aug. psal. 38. col. 1. cir. fin. [QVI] substituti. [IVXTA TENOREM NOSTRARVM CONSTITVTIONVM] sup. const. puritatē. [ET IVRA] vulgata. l. cū hic status, §. oratio, post med. ff. de don. inter vi. & vxo. [ET CONSVETVDINES] terrae. Gra. hic post nu. 2. [APPROBATAS] quae quales dicant, Gra. hic nu. 3. in defectu constitutionū. d. const. puritatē. [CAVSAS AVDIANT, AVDITAS EXAMINENT] secundū quod rei natura requirit. Io. And. c. statutum, lo. 2. post nu. 2. de haeret. in vj. [ET A GRAVEDINVM, ET MVNERVM SORDIBVS ABSTINENTES] nulli honori, vel gratiae deferentes. d. const. puritatē. abstineant a muneribus, sordes i. auaritia. Non ver. sordes, in fi. [DEPVRATI] i. absolute. Bar. l. saepius largus, de leg. 3. [CONSCIENTIAE] quae est clypeus animi rationalis. Bal. cōs. 265. nu. 4. 2. vol. [GRAVITER] vnde nō debet adhaerere opinioni, quae remordet in scientiā, & naturalē rationem. Bal. l. 3. cir. fi. de iccō. crit. [GRATVITAS FERANT SENTENTIAS, ET NON VENALES] sup. cōst. Capitaneorū, & seq. adeo quod pro scripturis, vel subscriptionibus sententiarū aliquid non exigatur, vt in c. reg. itē statuimus, quod sunt in Magna Curia. [NIHIL] quae est vniuersalis negatiua. Affl. sup. cōst. Iustitiarij nō per Kalendas, post nu. 4. [QVA IN] totaliter. Io. And. c. quorundā, nu. 3. post med. de elect. in vj. [PRAETER BREVIVM ET PONDERA] 1. plebiscito. ff. de off. procō. [SOLVATVR TANTVM] nisi ex defectu salarij. Par. de Pute. in verb. poculenta, & esculenta; c. 1. & 2. [IN CAVSIS PER SE, VEL ALIAM A LITIGATO-

13 RIBVS] etiam sponte dantibus. Io. And. c. vo. post nu. 2. de cle. nō resid. in vj. [CVI IAM PRIS] etiā si vl. sustentur. l. Nessennius, §. fin. in fi. ad leg. Falc. [SAT DE MVNIFICENTIAE] supra cōst. Iustitiarij per prouincias, in prin. & vbi sunt aequē, de cad. toll. liberalitatis. l. fin. C. de dot. prom. vel beneficentiae, quā benignitatē, seu liberalitatem appellare licet. D. Th. 2. 2. q. 58. art. 11. sicut magnificentiae, quae est circa diuitias magnas, liberalitas circa diuitias mediocres. D. Th. vbi sup. q. 117. art. 3. & 31. vbi etiā de beneficentia, & misericordia. & Caiet. ad eundē ea. q. art. 1. col. 2. [NOSTRAE

14 GRATIA] quae priuilegium appellatur. Affl. sup. iniuria, nu. 3. cir. fin. de noua fer. fide. [SALARIVM] l. fin. ff. de in rē verso. redditus, siue praebendā. l. creditor, §. inter, vbi glo. de act. empt. [A CVRIA NOSTRA RECIPIANT] vel panes ciuiles, redditus ex publico pmissos. Bal. l. rogasti, §. si tibi, cir. fi. si cer. pe. [PROVT VNICVIQVE PRAEMIATORVM IN LOCIS SINGVLIS] emolumēta de publico. l. 1. C. de off. praef. praet. Afr. [PER NOSTRAM EXCELLENTIAM] sup. const. ea quae ad speciale. [EST PROVISVM] benignitate indultum. c. cū tibi, de verb. sign. nostrae beneuolentiae, liberalitate. l. non minus, de assess. & domest. [STATVIMVS] firmamus. D. Aug. lib. expositionum quarundam propositionum. epist. ad Rom. col. 4. cir. med. [ETIAM] quod est extēsiuū. Pau. de Cast. cons. 252. cir. fin. post nu. 3. 2. vol. [VD TRIGESIMAM PARTEM] alibi tertiā, vt sup. const. dohanae. [QVANTITATIS

15 IN PETITIONE] i. libello. Bald. l. de rebus, 2. rep. post princ. ff. de arbitr. & petitio sumit

dupli-

duplicìter. Bal.l.vinum,cir.princ.ſi cer.pet. [DEDVCTAE, VEL ÆSTIMATIONIS PETITAE REI SVB SACRAMENTO PARTIS, ET TAXATIONE IVDICIS] vt de taxatione expenſarum. inf.conſt.diuiorum Principum. [EX VTRAQVE] alterutra parte,contra quã, vel à qua. Bal.l.ſi quãdo,poſt nu.2.C.de teſt. ſiue qualibet.idẽ Bal.l.debitor,§.1.de leg.2. iſta,& illa. glo.fin.l.ſeruis vrbanis,de leg.3. [PARTE LITIGANTIVM] mediam ab vno,& mediam ab alio.Gram.hic poſt nu.3.[POST DIFFINITIVAE SENTENTIAE CALCVLVM.] vt ſup.conſt.Præſides prouinciarũ,& d.cõſt. conſtitutionum.examine apud iudicẽ facto. l.mora,ff.de vſuris.[VEL CAVSAS TRANSACTIONE] finitas. l.ſi ſuſpecta,§.1.ff.de inoff. teſtam.l.fratres, C.de tranſact. Intellige de tranſactione,quæ valet.addit.ad Spec.tit.de
16 confeſs.§.3.in ver.apud. ipſa enim commendatur, & ſalubris dicitur, nam magnum eſt cõmodum à lite recedere,& Prætor commendat eũ qui lites execratur. Abb.c.1.in 1.not. de tranſact. Inde tranſactio dicitur deciſio cauſæ,& æquiparatũ rei iudicatæ. Abb.d.c.1. 6. not. de tranſact. Et ſicut aqua extinguit ignem,ita tranſactio litem. Bal.l.ſi non ſortem,§.adeo,in fi.de cond.indeb. [VEL AMICABILI COMPOSITIONE.] c.dilectus filius, de præb. ſeu adiudicatione.l.1.ff.fin.regund.
17 [DECISAE] nam officium iudicis conſiſtit nõ ſolum in decidendo cauſas ſecundũ iuris regulas, ſed etiam in componendo partes. Abb.c.fin.1.not.de trãſact.ita arbiter cogit partes ad componẽdum. Bal.l.ſi paterfamilias,2.not.de hære.inſt.[PRO IVDICATVRIS SVIS, ET SVBSCRIPTIONIBVS] trigeſimam, ſexageſimã,& centeſimam,prout cauſæ proponuntur. Gram.hic nu.3.cir.med. nam cui onus eſt annexum, non poteſt ſine onere acceptare. Bal.l.neminem,de leg.2.alias contineret iniquitatem. Luc.l.annonas, de erog. mil.ann.Gram hic in princ. [CONSEQVANTVR STATIM] i.quod dicimus,de ſolu.l.2.de
18 off.procõſ.& leg.& dicit ſtatim,ſine aliquo interuallo, facta exactiſſima diligentia,& omnibus fruſtrationibus amputatis.Baldus l.nec quid,in 2.rep.§.de plano,1.rep.col.2. poſt med.de off.procõſ.& leg.[OBLATO LIBELLO] in petitione,vt ſup.Spec.tit.de exeq. ſent.§.5.poſt nu.8.quę cõtinere debet narrationẽ ſcriptã quid petatur,& quare. Bal.d.l. nec quid,quã,§.vbi decretũ,col.5.cir.princ. quid in petitione verbali redacta in ſcriptis, & libello. idẽ Bal.l.1.poſt nu.4.ff.de edendo. [ET PETITIONE PORRECTO] per inſcriptionem, inde inſcribere,libellũ offerre dicitur. Spec. tit.de denũciat.§.3.in princ.[IN PECVNIA] cuius appellatione omnis vtilitas continetur. Bal.l.1.4.not.ff.de calum. [VEL IN PIGNORATIO]

19 RE] quod ex conſuetudine plus valet,quàm debitũ. §.ſi verò ſemel,in ver.ſecundum,in fi. auth.de exhib.reis. [PRO CVRIA NOSTRA] nomine noſtrę curiæ,nã idem eſt dicere,pro tali,quod nomine talis.Pau.de Caſt.cõſ.48. nu.2.cir.fi.2.vol. [ET PRO SE DEMVM] tandem.Niz.in ver.demũ.[LATA SENTENTIA, VEL TRANSACTIONE FINITA] l.cũ quærebatur, cir.fin.princ. ff.iud.ſolui. Spec.tit.de excep.& replic.§.3.nu.36.Tranſactio in genere,& largè quid ſit,& quid ſtrictè.Bal.l.2. 1.rep.poſt princ.& cir.fin.& 2.rep.in princ. ff.de iureiur. [TRIGESIMAM INTER IPSAS AEQVALITER] proportionabiliter,vt conſt. ſeq. [DIVIDENDAM] videlicet [BAIVLVS, IVDEX, ATQVE NOTARIVS PRO SCRIPTIONIBVS, ET SVBSCRIPTIONIBVS SVIS CON-
20 SEQVANTVR] cum ſuperior debeat partibus conſulere ſuper laboribus,& expenſis vitandis. Abb. c.vt debitus, 2.not. de appellat. [PRAETERQVAM] quæ dictio excludit,dixi in d.conſt.conſtitutionũ. præter, abſque co, nam præter,& abſque,idem ſignificant.Bal. c.cum M.Ferrarienſis, nu.6.in fi.de conſtit. [IN ACTIONE INIVRIARVM] quãdo agitur ciuiliter. Affl.hic 15.not. [IN QVA DE EO TANTVM, QVOD IN TAXATIONE, ET CONDEMNATIONE DEDVCITVR] & parti debet, vt inf.conſt.varietates pęnarũ.[VIGESIMA PERSOLVATVR] c.ad noſtrã, de iureiu.c.pen. de reb.eccl.non alien.[VERVM] pro etiam. l.1,in ver.verum,ſi quis omi.cau.teſta. [SI POSSESSIONIS IVDICIO SOLA RESTITVTIO POSTVLETVR] etiã pro incorporalibus, pro quibus agi poteſt poſſeſſorio. Abb.c.fin. 1.not.ne ſede vac.& pro re ſacra,quia plenè nõ diſcutitur cauſa.in c.cũ liberum,nu.2.in fi.de ſepult.[TVNC SEXAGESIMAM TANTVM RECIPIANT] & ſic valet cõſuetudo in foro ſeculari, quod iudici pro labore dent vigintì,vel decimas. Abb.c.cũ ab omni,3.not.nu. 31.de vita,& hon.cler.[RELIQVAM TRIGESIMAM SVB] aliter. in l.Mathematicos, vbi gl.de Epiſ.aud.[DECISIONE PLENISSIMA] alibi plenius.c.cũ ſuper,de cau.poſ.& propr. pleniſſima indulgentia.l.1.ff.de [mil.teſta.] [IN PETITORIO PERCEPTVRI] quia quãdo agit petitorio,& ſic plenario iudicio,eſt grauioris præiudicij ex quo agitur de proprietate. Abb.c.fin.nu.30.[illegible] [AESTIMATIONE POSSESSIONIS] ad finem liquidandi ſexageſimã.[CVM SACRAMENTI VEL
21 SOLENNITATE PRAEBABITA] quia ſtat ſi[illegible] ſi ex aduerſo non probatur contra[illegible] Abb.c.propoſuiſti,[illegible]de prob.[illegible] enim controuerſię finis eſt iuramentũ,c.& ſi Chriſtus,de iureiur.[illegible] 1.ff.de iureiu. & imponit finẽ liti.i.probationi,non inſtantiæ.Bal.[illegible] de iureiur.

[VT EST DICTVM, VT SIC CVM QVALITATE CAVSAE VICISSITVDO SALARII
22 COMPENSETVR] nam cõpensari debet onus cum lucro. Abb.c.significasti,nu.7.cir.med. de fo.comp. & vbi emolumentũ,ibi & onus, glo.2.§.si mandato, ff.mandati, & dignitas debet cum aliquo emolumento conferri. Spec.tit.de legato, §.nunc, lo.1.nu.16. in fi. [ET IVDICES CVRIAE NON COGANTVR
23 LABORIBVS VACVIS] cum non dicatur habere beneficium,qui ex eo vtilitatẽ non percipit.Bal.1.nu.27.commu.de leg. Nec debet esse labor sine mercede.§.ne autem,auth.de iudic. c.charitatem,12.q.2,Spec.tit.de salarijs. alibi pro euacuando, c.1.de alien.iud. mut.cau.facti.l.priuilegia,de sacrosan.eccl. [LABORARE]alias qui nõ laborat,non manducat.gl.2.l.quæuis,de dam.infe. [DE COMPOSITIONIBVS] de illa parte pecuniæ, quæ fit inter partes ante litem contestatam, vel post. Gram.hic post nu.4.quæ idem sonant, quod transactiones.Paris de synd.in ver.cõpositio,c.1.num.6. [MALEFICIORVM] quæ trãsactiones in maleficijs an sint licitæ,Bal. l.continet, 2.rep.quod met.causa. [ETIAM QVAE PRIVATIS PERSONIS] in terminis const.præd.varietates pœnarũ.[VEL PARTI REIPVBLICAE INEHRVNTVR]vt const.dubitationem,& const.grandis. [EANDEM PARTEM] videlicet trigesimam [A PARTIBVS, VEL OFFICIALIBVS CVRIAE IVDICIBVS PERCEPTVRIS]pro cuius executione imponent collectas.d.const.dubitationem.[CIRCA QVASI POSSESSIONEM IVRIVM]pro qua sufficit probare fuisse in possessione,vel quasi.Abb.c.suborta,nu.6.& 7.de sent.& re iud. [HIS OMNIBVS QVAE IN IVDICIIS POSSESSIONVM RERVM CORPORALIVM DVXIMVS OBSERVANDIS] vt sexagesima soluat. Affl.hic nu.3. [AD CVIVS SALARII PRAE-
24 STATIONEM] cum sit cõmodum officij.Bal. l.barbarius,1.rep.nu.8.cir.prin.de off.præt. pro parte salarij exigẽda.Affl.hic nu.2.in fi. Vnde stipendium an transeat ad hæredem, Bal.c.ad audientiam, post nu.4.de rescript. [PARTES] actor.s.& reus. inf.const.hostici. [AVT SPONTE PRAESTITIS, VEL SVFFRAGIO] auxilio. l.vn.C.de suffra.c.quicunque, lo.2.12.q.2. & sic suffragium auxiliũ significat.Caiet.tract.16.de indulgẽtijs,c.7.col.2. cir.med.[CVRIAE]ministrorũ curiæ.Io.18. ibi, à Pontificibus, & Fariseis ministros. [RECEPTIS PIGNORIBVS]partes pignorando pro executione trigesimæ. Affl.hic post nu.5.[PROTINVS] statim. Niz.in ver.protinus.[AROBANTVR] quod violentiam denotat. Abb.c.omnis vtriusque,5.not.de pœnit. & remiss.

Videtur citra de d.const.constitutionum

25 vbi trigesima tantum exigitur à condẽnato, & in fine causæ: hic verò ab vtroque, & in principio, oblato libello. vt glo. ibi in ver. cum causa.

Dic,quòd licet soluat vterque, succũbens condemnatus in expensis,cum eis soluit integram trigesimã. Affl.d.const.constitutio-
26 num,5.not.vel non videtur sublatũ,quod subito reformatur.add.ad Spec.tit.de sent.ibi ver.2.in fi. & facilius recuperatur,quàm de nouo fiat. Bal.l.sancimus,num.4.circa med. C.de testa.
27 Nota,quod remota iustitia,regna nõ sunt nisi magna latrocinia. D.Aug.4.de ciu.Dei, c.4. manubia, deprædationes,concussiones, furta,& alia flagitia.l.fin.C.de modo mulct. Vnde in debitis oneribus grauati,ad preces sunt cõuolãdi.l.fin.C.de off.præf.præt.Orie. dicitur autẽ præiudicium,& grauamen.c.3. de noui oper.nunc.c.sacro,de sent.excomm. c.dilectus,lo 1.de simon.l.sacrosancta,de sacrosan.eccl.Quidquid fit à iudice incompetente, illi dicitur grauare contra quem fit. Bal.rub.nu.9.cir.fin.de nouo C.fac.vnde iu-
28 dex id facere debet, quod partes nõ grauet. Bal.l.1.in 1.rep.& ibi gl.si quis caut.Nõ tamen dicitur grauamen,quod spõtè fit. Port. §.cum autẽ,nu.13.inst.de adoptio.sicut contra grauamen iuris,& de iure nulli remedio locus est.Bal.l.necessarius,post prin.de acq. hæred. In alijs pro reuocatione grauaminis debet pars citari.Bal.l.quia,2.rep.cir.prin. ff.de arbitris.Hic tamen Imperator dicit,quod grauamina, & oppressiones releuat, statuit salarium de publico,& mandat exigi trigesimã ad cõmodum curiæ,quomodo ista const. & præcedens contineant forte iniquitatem. Luc.l.annonas, col.2.cir.fi.de erog.mil.ann.
29 Nisi dicas, quòd voluntates hominum sunt diuersæ, & facilè nos pœnitet eius quod fecimus. Io.And.ad Spec.rub.de rer.permut. col.2.circa finem.

Nota secũdo rerum vicissitudinem, epist.
30 inter claras, de sum.Trin. Vicissim,& quid importet,c.1.vbi Abb.nu.6.de mut.petitio. Inde instans vicissitudo.c.cũ P.Manconella, de accus. alterãtur prospera,& aduersa bellorum. D.Aug.16.de ciu.Dei,c.vlt. varius est euentus belli,nunc hunc,nunc illũ consumit gladius.2.Reg.11.cir.fin.& in ipso conflictu rarò seruatur modus,destruendo domos innocentium,& condemnando innocentes, imponitur pro eo quod exceditur pœnitentia. Abb.c.3.post nu.5.de pœn.& remiss.& facta tempore intrusorũ, reuocantur, vt hic. Quid in solutione. Bar.& alij l.creditor,ff.de solu. Et intrinseci an possint facere statuta contra expulsos. Bal.l.omnes populi, num.9.de iustitia,& iure.

31 Tertiò nota, quòd cupidus de facili deuiat à vero, quia abſtinere non nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis. c. 1. & c. verũ, 47. diſt. Cupiditas egenos facit quos capit, cũ finem quærendi non inueniat. Abb. c. dudum, poſt nu. 5. de elect. Inde dicuntur odioſa, quæ ex fonte cupiditatis videntur procedere. c. 2. de alien. iud. mut. cau. facti. Propterea ſtatuitur hic à curia ſalarium officialibus, & emolumentũ. Bal. l. 1. C. de ſtat. & imag. Cauſæ, & non perſonæ ob meritum laboris, non in fauorem eius, cui dirigitur litera. Bal. l. nõ dubium, poſt nu. 25. C. de legi. & liberalitas in hoc habetur pro cauſa. Abb. c. quanto, nu. 7.
32 de cenſi. Salarium autem nõ facit dici cauſam ſuã. add. ad Spec. tit. de citatio. §. 1. in fi. ibi lex 2. nec iudicatur ſuſpectus propter cõmodum ſportularũ. Abb. c. ad audientiam, nu. 10. in fi. de appell. Magiſtratus autem habet ſalarium à publico, aſſeſſor non. gl. l. milites, ex quib. cau. maioris. vel debet ex quo ſoluitur etiã tertio in caſu diſcordiæ. Spec. tit. de aſſeſſore, §. 5. Quid ſi illa occaſione equus moritur, vel ipſe deſpoliatur, & ſi debentur alimenta pro eo quod plus impẽdit, quàm ſi domi propriè fuiſſet. Spec. tit. de ſa-
33 larijs iud. §. 1. Iudex autẽ ſi committit cauſam cõſilio ſapientis, intelligitur ſumptibus communibus, ſi aliter non dixit, vel petijt. Bald. l. 4. §. 1. 2. reper. fin. regund. vterque, & vtrunque quid, Bald. l. creditor, §. duobus, ff. mandati. vtriuſque. in l. falſus, in fi. princ. quod falſo tut. auct. in l. ſi ita, vlt. not. de iniuſto, rupto, & irrito teſta. Aſſeſſor, vel conſultor quando detur expenſis petentis, & quando expenſis vtriuſque. Bal. l. Imperatoris, de tutelis.
34 Quarto nota, quòd quando agitur petitorio, & poſſeſſorio ſimul, ſi prius conſtat de poſſeſſorio, debet ſuper illo iudex ſtatim pronunciare delata quæſtione proprietatis. Abb. c. ſuborta, poſt nu. 17. de ſent. & re iud. Vnde cauſa poſſeſsionis, & proprietatis ſub eodẽ iudice terminari debet. in c. 1. nu. 1. de cau. poſs. & propr. c. cæterum, nu. 17. & c. fin. nu. 14. de iudic. Et cõmiſſa cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, poteſt actor alterain inchoare, & ſuſpenſo poſſeſſorio, trãſire ad petitoriũ. Abb. c. ſignificauerunt, in 1. & 4. not. Et vbi prius liquet de poſſeſſorio, quã de petitorio, ferenda eſt ſententia in poſſeſſorio, & poſtea in petitorio, & ab ea appellatur. nu. 3. 5. 7. & 8. de teſti. Et ſentẽtia ſuper poſſeſſorio quando dicatur diffinitiua, & quãdo non, idẽ Abb. d. c. fin. nu. 12. de iudicijs. dicit interloquutoriã, in c. pen. nu. 6. & 12. de inſt. cauſa autem proprietatis, abſorbet cauſam poſſeſsionis. Abb. c. Cumana, poſt num. 7. de elect. c. 2. nu. 14. vt lite non conteſt. & poteſt poſſeſſorium ſemel, & iterum ex cauſis diſſimilibus intẽtari. c. inter dilectos, de donat. ſit tamen hic in exactione ſalarij differẽtia inter petitorium, & poſſeſſoriũ, ne vacuatis, ideſt inanibus, & ſine mercede laboribus iudices ſtudeant: inde teſtamentũ euacuatum quando eſt inefficax. addit. 1. ad Spec. tit. de inſtr. editio. col. 1. cir. med. Datur pro poſſeſſorio ſexageſima, & trigeſima pro petitorio, nam omnis labor nõ debet carere mercede. Ant. de Butr. c. niſi, in ver. verum, poſt princ. de renunc. nec cogitur ſuis ſtipendijs militare. Spec. tit. de recuſ. §. fin. poſt nu. 18. Qui autẽ delinquit in officio, non debet habere ſalariũ. Bal. l. lege fundo, de lege comm.
35 Vltimo nota, quòd ſpoliatus debet plenariam conſequi reſtitutionẽ tam rei principalis, quàm acceſſorij, antequam cogatur reſpondere ſuper petitorio. Abb. c. accedẽs, lo 2. nu. 5. vt lite non conteſt. Practicã procedendi in poſſeſſorio ponit idẽ Abb. d. c. ſuborta, nu. 3. de ſent. & re iud. Nec dari debet poſſeſsio quã nunquam habuit, niſi conſtet prius de legitimo titulo. in c. poſt electionẽ,
36 nu. 14. de conceſs. præb. Et probationes receptæ in iudicio ſummario, an fidem faciãt in plenario. Abb. c. ſi clericus, nu. 15. de foro comp. c. veniens, nu. 13. & 16, & c. cũ in tua, 2. not. & nu. 3. in fi. de teſti. & licet ſit actum petitorio, ſi conſtat in proceſſu iudicij reum eſſe in poſſeſsione, poteſt ex officio tueri vſque ad exitum cauſæ. Abb. c. pen. de inſtit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio vnica, & indiuiſibilis datur cum caſtro, & inhæret territorio.*

2 *Prælati, & Barones iuriſdictionem habent in vaſſallos.*

3 *De, ſignificat materiam de qua aliquid fit.*

4 *Quæſtiones ex facto emergentes, dubitabiles dicuntur.*

5 *Prælati ſtrictè habentes iuriſdictionem fori contentioſi dicuntur.*

6 *Capitanei magni Barones, à quibus feuda tenentur.*

7 *Iuriſdictio non eſt dominium, nec ſeruitus rei corporalis, ſed tertia ſpecies.*

8 *Cura dicitur eo quod cor vrit.*

9 *Cauſa auditur citata parte, alias non valet, niſi in Principe.*

10 *Cauſa finem accipit per diffinitiuam ſententiam.*

11 *Diui-*

-ditur consuetudini. c. de vxore, §. verum, de sepult. & quod ex causa dicitur, ad omne simile extenditur. l. damni infecti, §. 2. in fin. vbi Bal. de dam. infe. Statutum, vel priuilegium non extenditur etiam per similitudinem rationis. Abb. c. cũ inter vos, in fi. de verb. sign. Statuta verò interpretantur secundum ius commune, quando nõ procedunt per fictionem. Abb. c. insinuatum, post nu. 6. de simon. Et iudex quando possit extendere, Bal. l. omnes populi, ibi, tertio quæro, post num. 20. de iustitia, & iure.

17 Vltimo noto, quòd September, October, Nouember, & December ab imbre dicũtur. ghl... in verso excrescit, de aqua plu. arc.

In quibus rebus petatur trigesima.

SVMMARIVM.

1 *Rei appellatione omnia continentur.*

CONTINVATIO patet de per se, tamen dicit [IN] idest pro. gl. 4. l. is medicis, ff. de cõtrah. emp. [QVIBVS REBVS] cum omnia, rei appellatione contineantur. gl. l. 1. de statu hom. corporalia, & incorporalia. l. 1. ff. de cond. arg. & facti. l. naturalis, in ver. diei, de præscri. verb. [PETATVR TRIGESIMA] quæ debetur secundum solitum, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis est causam examinare, & proinde debetur ei salarium.*
2 *Defectus, & vitium differunt.*
3 *Lex vna, supplet, & declarat aliam.*
4 *Tantum, scilicet, & videlicet, non solum restringunt, sed declarant.*
5 *Mutuum est res, quæ mutuatur, interdum nomen contractus.*
6 *Omissum simile expresso, habetur ac si esset expressum.*
7 *Lex non debet calumnias excitare, nec alicui laqueum parare.*
8 *Causa iura appellantur.*
9 *Obligatio personalis est sicut character, & nõ fundatur in re, & actio, quandoque obligatio appellatur.*
10 *Nouella dicitur liber authenticorum, respectu aliorum.*
11 *Transactio est genus continens omnem modum recedendi à lite.*
12 *Vtraque est distributiua, & ponitur pro collectiua.*
13 *Assisia, numerus stabilitus, vel liber curiæ, in quo sunt iura, consuetudines, & affictus curiæ.*
14 *Præter, includit, quãdoque excludit.*
15 *Illicitum, sex modis dicitur.*
16 *Iuramentum voluntarium, necessarium, & iudiciale.*
17 *Iuramentum iure canonico solum Deum habet vltorem, iure isto punitur pœna pecuniaria.*
18 *Aurum purum, sine liga dicitur.*
19 *Officialibus olim trigesima, nunc salarium debetur.*
20 *Contractus ex conuentione nomen accipiunt.*
21 *Mutuum, depositum, & donum ex quantitate, & alijs præsumuntur.*

CONSTITVTIONVM] qui exponit, interpretatur, sed nõ corrigit, qui supplet; non exponit, nec corrigit, tamen interpretatio est. Bald. cap. super quæstionum, in princ. de off. deleg. Iudicis est causam examinare.
1 l. sed hæc, vbi Bal. 1. & 2. rep. ff. de procu. non tamen cogitur in dispendium rei suæ familiaris laborare. inf. const. Baiulos, cir. fin. de ferijs. vel laboribus vacuis insudare. sed cũ qualitate causę vicissitudo salarij debet cõpensari. inf. const. cum circa, cir. fin. de ord. iud. tam si res est mobilis, quã stabilis. Affl. hic 4. not. non in certis casibus, vt olim, sed in omnibus in casu decisionis trigesimam quantitatis rei petitæ, vel eius æstimationis iudici tex. iste dari mandat, qui diuiditur, & sum. vt per Affl. & dicit [CONSTITVTIONVM] l. 1. ff. de const. Princ. [PRÆDECESSORVM NOSTRORVM DEFECTVM] quod differt
2 à vitio. Bal. cons. 398. post nu. 6. 5. vol. [NECESSARIO SVPPLEMENTO SVPPLENTES] quia quod negligitur, supplendũ est, & quod omittitur, restaurãdum Aut. de Bat. in rub. de suppl. negl. præl. cum verba legis, vel statuti interdũ sint defectiua. Bal. l. 1. cir. med.
3 princ. quod falso tuto. auct. Vna lex exponitur, & suppletur per aliã. Abb. c. super quæstionum, nu. 2. cir. med. de off. deleg. [QVÆ] constitutiones, vt sup. in const. Regiæ Maie-
4 statis. [IN CERTIS TANTVM] quæ dictio, scilicet, & videlicet, nõ solum sunt declaratiuæ,

tinè, sed restrictinè. Cass. cõsue. Burg. rub. 7. §. 4. ibi, cest aucaulier. [QVAESTIONIBVS, ET PERSONIS] & sic non erant generales. c. erit autem, 4. dist. [COMMODATO] quod semper datur cũ præfinitione certi vsus. l. in cõmodato, §. sicut, in ver. non officium, post med. ff. commo. Nec potest vti nisi ad vsum præfinitum. l. 1. & 2. C. eo. tit. C. de commodo.

5 [VIDELICET MVTVO] quod interdũ res est, quæ mutuatur, interdum nomen cõtractus. Bal. l. singularia, col. pen. post med. si cer. pet. [ET DEPOSITO] quod quandocunque reuocatur, sicut precariũ, secus in cõmodato, nisi post vsum expletũ. gl. c. 1. in ver. reuocare. de deposito. [BAIVLVS TERTIARIAM [illegible]] de regalibus. 24. constit. Regni Siciliæ. [STATVERANT, NEC DE ALIIS

6 ACTIONIBVS] mandabant, & licet omissum quando est simile expresso, habetur pro expresso. l. Gallus, §. & quid si tantum, in ver. dixit nei patus, de lib. & posth. [illegible] in const. præced. [SANCTIONES] prædictæ pœnales, quia sanctio est, cum pœna adijcitur. Arch. c. cõsequens, in princ. [illegible] dist. [DESIT NON MODICAM] immoderatam [illegible], in ver. cui locati, sed magnam. [MALE ORANDI] alibi maligne. l. de rebus, [illegible] arbit. [MATERIAM

7 OFFERREBANT] cum lex nõ debeat calumnias excitare, nec esse alicui ad laqueũ. Luc. [illegible] de decur. Et interdũ quis plus significat, quam loquatur. Bal. l. scire leges, 1. rep. in fi. ff. de legi. Propterea sententiam legis accõmodando. l. filio, in princ. ff. de ritu nup. [STATVIMVS] statutum esse ostẽdimus. Abb. c. cum super, 1. not. de sepult. [VT DE

8 CAVSIS [illegible]] quæ iura appellantur l. 3. in gl. 1. & in positione casus, ff. de iuris, & facti igno. [TAM MOBILIVM, QVAM IMMOBILIVM, ET QVARVMCVNQVE RERVM, QVAE NON CADVNT IN NOMEN CONTRACTVVM PRAEDICTORVM] commodati, mutui, vel depositi; vt sup. Et contractus in genere masculino aliud est, & aliud in genere neutro: in genere neutro est id, quod contractũ est: in genere masculino capitur pro cõmertione. Alfa. in tract. de pacto, & contractu, post nu. 51. & tunc quidam sunt nominati, alij innominati. glo. l. iurisgentium, in ver. facias, ff. de pact. & contractus stipulationẽ continet, etiam secundum legem municipalem. Quid autẽ sit stipulatio, & vnde, Alfa. præd. ibidẽ nu. 46. vsq; in fi. [SI PERSONALI QVALIBET, VEL ALIA ACTIONE REALI PETVNA

9 TVR] cum obligatio personalis sit sicut character, & actualiter nõ fundatur in re, sed in persona, & relata ad debitorem, dicitur obligatio, relata ad creditorẽ, appellatur actio, quæ est in obligatione, sicut potẽtia in anima, & prior causa, quam effectus; & effectus

ante concipitur, quã nascatur. Bal. l. sub conditione, post princ. & col. fin. de cond. indeb. Tendit ad necessitatẽ, quæ pacto obstatiuo confunditur. in rub. nu. 19. de postul. prælat. [TRIGESIMAM TANTVM QVANTITATIS] si consistit in numero, vel mensura. [VEL AESTIMATIONIS REI PETITAE] si mobilis est, vel stabilis. Affl. hic 4. not. [BAIVLI IPSI EXIGANT] tam à volentibus, quam inuitis. Pau. de Cast. cons. 181. post nu. 3. & 182. post princ. vol. 1. [ET RECIPIANT] siquidquid, ff. commi. præd. [A DAMNATO] vel vtraque parte, vt d. const. cum circa. [CVM CAVSA PER SENTENTIAM DECIDETVR] iustitia mediante. c. causam quæ, de testi. [SICVT IV-

10 DICIVS NOVELLVS] respectu aliarum; ita liber authenticorũ dicitur nouellarum respectu aliorũ capitulorum, & veterũ legum. Archid. c. de personas, in princ. [illegible] legis duodecim tabularũ, quod ius antiquum dicitur. l. 1. in ver. ius antiquum, ad Tertullia. [NOSTRI NVMINIS] vel nominis principalis ingenij crescit prouisio. d. const. cũ circa. [CONSTITVTIO INTRODVXIT] induxit, vel fecit. Niz. in ver. introductio. [SI VERO CAVSA TRANSACTIONIS REMEDIO DECIDA-

11 TVR] cum sit genus continens omnẽ modum per quẽ receditur à lite. Abb. c. Quintauallis, nu. 8. post med. de iureiur. per condemnationẽ, vel absolutionem, cum in hoc cõsistat finis causæ. arch. c. duodecim, [illegible] 1. q. 4. [TVNC] non ab alterutra. l. veteres, in gl. fin. de acq. hæred. vel vter. l. quoties, §. si quis tamen, de hæred. inst. [SED AB VTRAQVE] quæ

12 est distributiua, & ponitur pro collectiua, & econtra. Bald. d. l. Cornellus, de hæred. instit. [PARTE LITIGANTIVM] actoris, & rei. ins. const. hostici. [RECIPIANT TRIGESIMAM SVPRADICTAM] quãtitatis in petitione deductæ. d. const. cũ circa. [BAIVLVS AVTEM CONTRA PRAEDICTA, VEL ALIQVOD SVPRADICTORVM VENIENS] aduersando contrauenerit. Niz. in ver. contrauenio. [QVAE IN NOSTRIS, ET REGVM] prædecessorum.

13 [ASSISIIS CONTINENTVR] dicitur assisia numerus stabilitus à superiore, nõ solum in venalibus, sed etiam super salarijs iudicum. Affl. hic 8. not. vel sunt libri curiæ in ciuitatibus vbi sunt iura, consuetudines, & afflictus curiæ, & isti probant quo ad suos, & in suo territorio. Bal. l. exemplo, C. de prob. [PRAE-

DICTVM fuit de trigesima, quæ debetur Baiulis, & quãdo diuiditur inter Baiulum, & officialẽ prælati, vel Comitis, & quando inter fiscũ, & vtilem dominium cõdemnati, nunc ponit quid fiet [DE SALARIO] de quo sup. cõst. cum circa. [BAIVLORVM] vel aliorum offi-
1 cialium, nam sæpe nomen vnius officialis ponitur pro alio ex mente loquentis. Bald. l. 1.
2 post nu. 4. ff. de procur. [IVDICVM] quorum appellatione veniũt omnes præpositi ad iustitiam ministrandam. Affl. §. iudices, 1. not. de pace iura. firm. [ET NOTARIORVM CVRIAE] quibus de publico soluitur, etiã quod
3 partes possent cogi ad satisfaciendum apparitoribus, & scriptoribus actorum curiæ, Spec. tit. de salarijs iud. §. 1. post nu. 8.

S V M M A R I V M.

1 *Nemo sine salario laborare cogitur in dispendium sui patrimonij.*
2 *Quæstionarij tres, & eorum officium.*
3 *Cum, quia, & est redditiua causæ.*
4 *Senes vnde, & senectutis commoda, & incommoda.*
5 *Commoditatis mala, & eius multa nomina.*
6 *Camera Regis differt à Camera Imperij.*
7 *Iudices dicuntur, quia ius dicunt, vel de iure disceptant.*
8 *Obuentiones, & fructus differunt.*
9 *Pœnæ legitimæ dicuntur, quæ secundum leges ponuntur.*
10 *Magistri Camerarij Secreti dicuntur.*
11 *Quilibet, & cuiuslibet, distribuunt insolidum.*
12 *Peculatus est furtum de re publica.*
13 *Prouidere, sonat in ius.*
14 *Officialis recipientis solutionem pœnæ, si non ponit in introitu?*
15 *Artha diuersa tributorum ab illa vbi imponuntur pœnæ.*
16 *Clauis, triclinus, & conclaue quid.*
17 *Obliquitas triplex.*
18 *Vbi, & ibi localiter, & alijs modis.*
19 *Pecunia omnia mensurat, & non mensuratur.*
20 *Aut, copula requirit existentiam vtriusque, in disiuncta sufficit altera.*
21 *Inquisitio est modus agendi extraordinarius.*
22 *Iudicium humanum odio, amore, prece, vel pretio peruertitur.*
23 *Iudex non petenti, non tenetur officium impartiri.*
24 *Fraus antequam prosit, displicet.*
25 *Potestas refertur ad subditos.*
26 *Pigritia, segnities, vel negligentia quid, & vnde dicitur.*
27 *Pertinere, est verbum generale, & ad quod tempus refertur.*
28 *Receptans scienter, tenetur, secus si metu, vel ignoranter.*
29 *Dare, est verbum executiuum, & capitur pro restituere.*
30 *Expensa in causis criminalibus à quo fiunt, & quãdo soluitur actuario.*
31 *Confiscatio bonorum quare fuit introducta.*

32 Pecu-

32 *Pecunia Regia à quo, & cuius mandato soluitur.*

33 *Prouentus, obuentiones, redditus, & fructus differunt.*

34 *Plura ad inuicem connexa, unum reputantur.*

35 *Periurium est transgressio iusti iuramenti.*

36 *Iustitia petentibus non est denegãda.*



1 CVM IVXTA] honor debet præcedere onus. Bal.c. veniẽs, cir.med.de renunc. In dispẽdium rei familiaris nemo cogit laborare, ideo prout status cuiuslibet fuerit prouideatur, Baiulis videlicet de expensis annalibus sup.cõst.quæstiones, in fi. quæ debẽtur in compensationẽ laborũ in audiendo partes, & studendo processus. Affl. hic 3. not. & soluuntur de prouentibus, qui olim per Magistrũ militũ, postea per Quæstorem exigebantur. l.1. & 2. de off. 2 quæst. Tres enim erãt Quæstores, vnus sedebat ad latus Principis, & hic erat illustris, & ad officium eius pertinebat subscribere rescripta & implorãtibus viua voce respondere: alius audiebat causas criminales: tertius dicebatur Quæstor prouincialis, qui quæstũ, & tributa à prouincialibus exigebat. Bald. l.2. 3. not. de pet.bon. subla. tamen quia pecuniæ custos innocens esse non potest. D. Aug. 3. contra lit. Petiliani, col. 41. cir princ. Et receptator pecuniæ alienæ capitaliter punit. l.vn. vbi Bal. de crim. peccula. mandat hic per ærarium custodiri modo, & forma, vt in tex. 3 qui diuidit, & sum. vt per Affl. & dicit [CVM] quia, & est reditiua causæ. Io. And. c. fin. cir. med. de homic. in vj. [IVXTA] relatiuè. l.1. cũ ibi not. de Epis. & cler. [PROVIDVM] multum in posterũ prouidens. Niz. in ver. prouidus. [ET SALVBRE] salutare, vel salutẽ afferens. inf. const. salubritatem. vtile, nam salubritas. i. vtilitas. Bal. c.1. nu. 1. circa med. de transact. [CONSILIVM] quod aliorũ dictum præsupponit. Iser. c.1. num. 9. hic finitur lex. [ANTIQVORVM]. senũ, consiliarij debent esse 4 senes. 2. Paralip. 10. & dicuntur senes, quasi se nesciũt, vel à sensus diminutione, senectus enim affert multa mala, & debilitatẽ: affert & bona, quia ab imprudẽtissimis liberat voluptatibus, imponit modum libidini, frangit impetus, sapientiã auget, & dat matura consilia. Arch. c. tanta, 86. dist. viuunt in memoria multorũ, dicũt semper antiqua. Et iuuenes viuũt in spe magnorũ. D. Th. 1. ad Tit. 2. col. 3. cir. princ. Et olim, vt testat Valerius Maximus lib. 2. de institutis antiquis, iuuenes senectuti ita deferebãt, tanquam maioribus natu adolescentiũ cõmunes patres essent, nã senes quos volebant iuuenes ad sibi obsequendũ vocabãt, quibus etiam resistere nõ licebat, refert Guliel. Pipin. in epist. fer. 4. post 3. Dom. in Quadrag. [VIAM PRAECIDERE] incidere, amputare, præcludere. Niz. 5 in ver. precido. [CVPIDITATIBVS] quę multa mala faciunt, & multis modis capiuntur. Luc. l. 2. col. 1. cir. fin. & 2. in princ. de consu. & nõ sparg. nostrorum Baiulorom, vel iudicum. Gram. hic in princ. [CVPIENTES] quia mens potentiũ auida nescit à vetitis abstinere, nec gaudere cõcessis, vel adhibere pietatis cõsensum. Bal. l. 1. post nu. 1. de præscr. 30. vel 40. ann. [DE CAMERA] siue caneua, & est feudum. Iser. §. illud quoque præcipimus, post nu. 71. de prohib. feu. alie. per Fred. Vel Camera. i. fisco. Bal. in proœm. Decr. in ver. Rex pacificus, post nu. 15. [NOSTRA] & 6 sic differt à Camera Imperij. Ang. in rub. de iu. fis. lib. 10. [SALARIA] quę lucra dicuntur. Luc. l. humilioribus, in fi. de suscept. præp. & arch. [BAIVLIS] officialibus, siue Balliuis. c. vt inquisitionis, cir. fin. de hæreticis, in vj. 7 [IVDICIBVS] qui sic dicuntur, quia ius dicũt populo, vel ex quo de iure discepant. c. iustum, 23. q. 2. [ATQVE] quæ est dictio coniunctiua, & connectit. Affl. sup. const. omnes, nu. 10. post med. de viol. merer. ill. [NOTARIIS] vel scribis. §. scriba, d. tit. de prohi. feu. alie. per Fred. [EXHIBENDA] sed male seruatur. Gram. hic cir. princ. [NON INIVSTA COMPENSATIONE PROVIDIMVS] loco gagiorũ, de quibus inf. [VT OBVENTIONES OMNES] quæque obuentiones. l. vsufructu legato, de vsufr. & quemad. quis vta. est vocabulũ magis latum. l. 1. in princ. C. de pig. act. & diffe- 8 rũt à fructibus, nam fructus sunt qui immediatè proueniũt ex re, obuentionesq; immediatè propter rem, vt pensio, & vectura. Bal. l. vinum, col. 3. post princ. si cer. pet. aliã differentiam ponit gl. in l. si vrbana, in fi. de cond. indeb. & l. vsuræ, ff. de vsuris. vel obuẽtiones fructus, siue redditus. c. pen. vbi gl. 2. de his, quæ fiunt à præl. sine consen. cap. prouentus verò appellatio est generalissima continens omnẽ redditum. Pelli. in consue. Auersę, c. 8. nu. 138. & seq. [QVAE DE TRIGESIMIS POE- 9 NIS LEGITIMIS] quæ secundũ legem imponuntur. Abb. c. quæ in ecclesiarũ, nu. 3. in fi. de const. occasione delicti, nam vbi non est delictũ, non est pœna. l. lege duodecim tabularũ, in ver. vitium, C. de leg. hered. tunc minor summa dicitur sors, & superadditũ intelligitur pœna. Bal. l. vn. nu. 8. cir. med. C. de his, quæ pœnæ nom. [SEV IVDICIALIBVS MVLTIS] quæ licet à pœnis differant, tamen

quando

quando lex certam imponit pœnam, etiam
mulcta appellat. l.si qua, vbi gl.fin.de verb.
sign. [DAMNIS] factis per eos, qui id faciũt
quod faciendi ius nõ habent. Bal.cons.182.
nu.2.in fi.1.vol. [AVT QVIBVSLIBET SIMI-
LIBVS] in accidẽtia facti, potius, quàm iuris
dispositione. gl.l.diuortio, in ver.ex contra-
rio, cir.med.sol.mat. [ALIQVIBVS NOSTRIS
FIDELIBVS] subditis. Pau.de Cast.cons.164.
col.fin.cir.princ.2.vol. [INFERVNTVR] indi-
cuntur, & afferuntur. Nizolus in ver.infero.
[BAIVLIS, SEV IVDICIBVS IPSIS] facta di-
uisione, vt in cõst.præced. [PROPORTIONA-
BILITER INTEGRE] in sua integritate ma-
nẽte.c.maioribus, de præb. [NOSTRIS ÆRA-
RIIS] sup.const.constitutionũ, in fi. [APPLI-
CENTVR] cõferantur, & adiungentur. Niz.in
ver.applico. [DE QVIBVS OMNIBVS MAGI-
10 STRI CAMERARII] qui Secreti dicũtur. Affl.
hic 5.not. [PER SINGVLOS MENSES CVM
BAIVLIS DILIGENTER RATIONEM EXPVR-
GENT] ostendendo legaliter, & fideliter, non
fraudulẽter exercuisse. Affl.hic d.5.not. [ET
RELICTIS SIBI, PRO SE, IVDICE, ATQVE
NOTARIO PRO RATA TEMPORIS STATV-
TIS EXPENSIS] quando exegerunt pro ser-
uitio Curiæ. Affl.hic 6.not. [QVOD SVPER-
ERIT, PRO] quæ dictio denotat causam fina-
lẽ.Loffr.cons.33.nu.5.cir.fin. [CVRIAE NO-
STRAE SERVETVR] facta executione. Bald.
l.vni.cir.princ.de Iust.C.confir. Cum vnus
condẽnet, & alius exequatur, puta Prætores
vrbani condemnant, ædiles inscribunt, alij
sententiã in scriptis mandatam exequi cu-
rant: si enim idẽ qui condemnat exequitur,
duplex cõtrahitur odium. Arist.6.Politic.8.
11 [ET CVIVSLIBET] quæ dictio tribuit omni-
bus insolidũ. in con. feud.diuer.pri.nu.199.
sicut quilibet. Bal.l.nõ distinguemus, §.cum
in plures, cir.med.ff.de arbit. [PECVLATVS]
12 quod est furtum de re publica. D.Aug.super
Io.tract.50.col.6.in princ. c.quid ergo, 23.
q.4. [VIA] alibi modos. Bal.in rub.de cond.
& demonst. Via etiã vocatur hæc vita, quia
per eã omnes trãseunt. D.Aug.in lib.decem
chordarũ, col.2.cir.fin. nã homo in hac vita
est quasi in quadã via, qua debet tendere ad
patriam, in qua quia imminẽt multa pericu
la interius, & exterius, ideo dãtur custodes,
& sunt Angeli. D.Thom.1.par.q.113.art.4.
[CVILIBET] cuique. gl.l.vxorẽ, §.agri pla-
gam, in ver.cuique, de leg.3. [PRAECLVDA-
TVR, ET MODVS] prædæ occasio auferatur.
13 l.1.de frum.Alex. [PROVIDIMVS] quod so-
nat in ius. Abb.c.pro illorum, post nu.13.de
præb. [VT OBVENTIONES] quod verbũ est
multũ generale, comprehendens omnes red
ditus cuiuscunq; qualitatis. Abb.c.3.nu.15.
de eccl.ædific. appellatione verò redditum

venit quod superest, deductis expensis. Bal.
l.cohæredibus, in princ.C.fam.ercis. [PRAE-
DICTAE SVB INFRASCRIPTA FORMA] cui
nihil addi, vel detrahi potest. Cass.consuet.
Burg.rub.7.§.3.ibi autremẽt, cir.prin. [PER
PRAEFATOS BAIVLVM, ET IVDICEM, ET
NOTARIVM RECIPIANTVR] colligant. Niz.
in ver.recipio, circa med. [ET RECEPTAE
14 SERVENTVR] Io.2.alias officiali publico, qui
recepit solutionẽ, & non scripsit in introitu,
imponitur pœna abscissionis membri. Bald.
l.data opera, post nu.49.de his, qui accus.nõ
poss. vel pœna nonupli eorũ, quæ fisco sub-
traxit, & pro his, quæ illicitè à priuatis qua-
trupli pœna mulctatur, est c.reg.ad hoc vo-
lentes, vbi Io.Ant.de Nig. Quid de iure cõ-
muni, & cui applicetur hæc pœna. [VIDE-
15 LICET IN SCRINEO VNO] in archa enim
Præfecti, & Rationalis ponebantur tributa
pro militari erogatione, in alia ponebantur
pœnæ maleficiorũ. l.in fiscalibus, & seq.vbi
Bal.post nu.3.de exact.trib. Sicut enim bo-
na castrensia, & bona paganica dicũtur duę
vniuersitates, quasi duas personas repræsen-
tantes. Bald.l.per hanc, nu.13.in fi.de temp.
appell. & miles duas habet hæreditates, pa-
ganicã, & castrensem. idẽ Bal.l.1.C.de testa.
mil. Filiusfamilias duplex peculiũ, & miles
duplex patrimoniũ. Bald.l.1.nu.11.si plures
vna sent. Ita fiscus habet duas stationes, vna
conseruatorum ad quam pertinet introitus
gabellæ, & solutio stipendiorũ: alia vocatur
massariorum, & ad ipsam spectãt introitus
delictorũ. Bal.l.1.nu.2.C.de compens. sed du
rãte officio, pro credito fisci inuicem expe-
riũtur. l.vn.vbi Bal.ne fiscus rem quã vend.
euin. [ALIBI ARCHA COMMVNIS] l.iure so-
cietatis, ff.pro soc.l.hęc vẽditio, §.huiusmo-
di, de contrah.emp.l.cũ ostendimus, de fide-
iussio. & nom.l.si ita, & l.demonstratio falsa,
§.1.de cond.& demonst. [TRES CLAVES] est
16 autem clauis, qua quidquid intrinsecus est,
tenetur clausum, rationabili manifestatione
producitur. D.Aug.serm.3.col.1.in fi.& seq.
in princ. in festo Apost.Petri, & Pauli. Inde
triclinus locus tribus clauibus firmatus. gl.
l.si vt certo, §.si de me, in ver.sternerem, ff.
commo. & conclaue, locus qui multis claui-
bus firmatur; & clauditur. glo.3.l.foramen,
ff.de ser.vrb.præd. ad vnã tamen seram ape-
riendã vna clauis immediatè ordinatur, sed
nõ est inconueniens, quod vna ad actũ alte-
rius ordinetur. D.Th.3.par.de Sacram.q.48.
alias 17.art.3. [DIVERSAS] contrarias. gl.
rub.C.de diuer.rescrip. [ET FORAMEN] per
quod mittitur pecunia. in fin. gl.1.d.l.fora-
17 men. [OBLIQVVM] inde obliquitas triplex,
in affectu, operatione, & intellectu. D.Th.ad
Hebr.12.col.2.cir.med. vel foramina debẽt
esse

esse diuersa, quia vnaquæque clauis debet habere foramen suũ diuersum ab alio. Gra. hic. [Ad Immessionem Avri Habentes Qvantvm Praedictarvm] clauium, vel prædictorum quilibet. [Vnaquaeqve] quæ plus continet, quã in penes. l. penes, in gl. fin.
18 de verb. sign. [Se Retineat Vel] localiter, quandoque temporaliter. Bal. rub. ff. de iudicijs. alias vbi, in qua quæstione. glo. l. tutor, in ver. vbi, ff. ad Vellcian. Bal. l. Seichum, §. 1. ff. de nouat. & vbi, exponitur postquam, & ne differentia inter relatiuũ quantitatis, & relatiuum substãtiæ, nam primum significat numerum secundum substãtiam, siue speciem. Bal. l. hæc venditio, §. 1. ff. de contrah. empt. & quando exponatur postquam. idem Bald. l. si cum dies, §. fin. ff. de arbitris. gl. l. vbi, de const. pec. vel in quo iudicio. glo. l. quidam, ff de ureiur. & quod dicitur de dictione vbi, idem de dictione ibi. gl. l. si quis in legatione. d. tit. de iudicijs. [Percepta Pecvnia]
19 quæ omnia mensurat, & nõ mensuratur. Bal. l. singularia, si cer. pet. [Reponatvr] collocetur. Niz. in ver. repono. [Qvod Non] valeat aperiri [Nisi In Praesentia] corã. l. coram, de verb. sign. [Magistri Camerarii] qui secretus dicitur, vt supra. [Per Omnes Praedictos, Avt] cuius copulæ
20 conditio requirit existentiam vtriusque, in diuiduntura sufficit alter. a. Bald. l. si a reo, in ti. mandati. [Ipsorvm Aliqvem Valeat Aperire] aicnã pecuniæ Regiæ, vt in prag. 11. de anno 1539. de off Quæst gene. [Per Singvlos Etiam Menses Qvatvor A Magistro Camerario De Baivlis, Ivdicibvs, Atqve Notariis Processibvs Inqviretvr] & sic ad officium Camerarij pertinet vt singulis quatuor mensibus inquirat processus Baiulorum si fecerint, quod iustum est, & hoc quando Baiuli recipiunt gagia à Regia Curia. Affl. hic 9. not. [Et Demvm] tandem. Niz. in ver. demũ. [Anno Perfecto] per eius circulum, vt inf. const. grandis vtilitas, vbi dixi. [Per Generales A Cvria Nostra Destinatos] de quibus supra constit. inquisitiones generales: [Exactissima] sup. const. si damna clan-
21 destina. [Fiet Inqvisitio] quæ est modus agendi extraordinarius. Inn. c. cũ oporteat, nu. 1. cir. fin. de accus. Quædã est fama, quædam propter famam, in prima nõ requiritur citatio, in secunda citatur reus. An possit formari cõtra aduenas delinquentes in territorio, & contra subditos Episcopi delinquentes extra territorium, & contra eum qui tenetur ex facto alieno, & quod remedium sit. B ald. c. 1. num. 1. vsque 10. de offic. ordinarij. Episcopus inquirit cõtra laicum, ibi. num. 9. Si maleficium est commissum, & ignoratur quis fecerit, formatur inquisitio generalis, post num. 16. & supra in const. si damna clandestina 3. & sic inquisitio duplex. Baldus in rubic. num. 16. de offic. iudicis, cap. quoniam contra, num. 58. vsque 63. de probatio. [Contra Eos] Baiulos, & notarios. Gram. hic. [Qvi Avtem] Baiuli, & notarij. Gramm. vt sup. [Inventi Fverint Per Magistrvm Camerarivm Svpradictvm, Vel Inqvisitores Cvriales] notabiles. sup. in const. hi qui per inquisitiones, contra formã iuramẽti per eos prestiti. Affl. hic 10. not. [Videlicet] scilicet. Niz. in ver. videlicet. [Qvod Odio, Vel Amore,
22 Prece, Vel Pretio] quibus humanũ iudicium peruertitur: c. quatuor modis, 11. q. 3. [Amicvtvs Ivstitiam] ex qua, secundum Tulliũ, præcipuè boni viri nominantur, cum in ea virtutis splendor sit maximus. D. Thò. 2. 2 q. 58. art. 3. [Facere Petentibvs Denegassent] adeo quod si iudex noluerit facere aliquẽ actũ in causa ab illa denegatione posset appellari. Bal. l. 2. nu. 8. C. vt lite pend. [Avt] quæ est disiunctiua, & cõtinet vtrũq; gl. l. 1. in ver. aut, de his qui insidia. & subito surg in Longob. [Per Fravdem] fraudulenter. l. creditor, §. Lucius, ff. mandati. [Infra Statvtvm Tempvs] de quo sup. cõst. causas, vel const. Instiriarij nomen, & normã, §. defectus, secundũ Gram. hic. [Ivstitiam Petentibvs, Facere Denegassent] alias
23 non petenti, non tenentur imparttiri officiũ, nisi ob publicã vtilitatem. Bar. l. hoc autem, nu. 2. de dam. infe. Cass. cõsuet. Burg. rub. 13.
24 §. 8. in princ. nu. 4. [Avt Per Fravdem] quę antequã prosit, displicet. Bald. l. confessionibus, 2. rep. cir. med. de interrog. actio. aut sequitiem. l. amissi, §. 1. ff. de fideiusso. [Infra Statvtvm Tempvs] vt sup. [Ivstitiam Facere Detractassent] vel dolo malo detraxissent. Gram. hic, non obediendo, nam detractãtem. i. inobedientem, dicit gl. l. Præses, la pen. de off. Præs. [Vel] saltem. gl. l. si legato, in ver. vel, de manu. test. [Qvod] quia. gl. l. destinata, ff. de mil. test. [Svae Ivrisdictioni] plene, vel semiplene. [Svbie-
25 ctos] ad quos potestas refertur. Bald. l. qui testamento, §. 1. ff. de testam. [Per Venales Sententias] iustitiæ ministeriũ pretij venalitate mercãdo. sup. const. Magistri Camerarij. [Avt Similibvs Aliis Gravaminibvs] quę omnia iuris imprudentia in iudice interloquẽte funt. Bal. cõs. 217. nu. 2. cir med. 2. vol. [Manifestis] notorijs, vel probabilibus. Abb. c. cum non ab homine, nu. 29. cir. med. de iudic. [Oppressterint] quod quid proprie significet. Luc. l. 2. col. 2. cir. princ. de desert. [Vt Remissa Inqvisitione Ad Magnam Cvriam Nostram] vt sup. cõsi. si

Ss teras

teras. [De Periurio Manus Mutilatione Mulctentur] vt inf. const. eos, de
periurijs. Afflict. hic vlt. not. quod hodie est
correctũ, sed pœna capitis puniũtur. Gram.
hic. [Etsi] alibi quamuis. gl. 1. l. 2. de lib. &
posth. [Durante Officio] & sic nõ solum
finito, sed durante officio. Gramm. hic. [Per
Camerarios In Manifesta Desidia]
26 l. vn. de off. comi. sacra. larg. atque negligentia.
l. socius socio, ff. pro soc. quæ est ignauia,
vel pigritia corporis, d. valde sedẽdo dicta,
siue desidiosè, i. negligẽter. Arch. c. dictum,
30. q. 1. [Inventi Fuerint] in ministranda
iustitia. Grãm. hic. [Non Dolo] qui in iudice
non præsumitur, sicut in alijs. Paris de
synd. in ver. appellatio, col. 1. nu. 3. & 4. [Tertia
Parte Mobilium Puniantur] à Camerarijs.
Gram. hic, non quia peccatum est,
sed nè peccetur. Luc. l. si ad magistratum. 2.
col. 2. in princ. de decur. [Et Ad Officium
Suum Baiuli, Et Iudices Praedicti
27 Pertinere] quod est verbum generale.
Bal. l. 1. in 1. rep. de sta. hom. aliter in l. quidam,
§. fin. ff. de edẽdo. & refertur ad tempus
quo potest illud pertinere pleno iure. Bald.
l. fideicommissa, §. si filio, de leg. 3. [Cognoscant
Malefactores In Ipsis Maleficiis
Deprehensos] vt sup. const. Baiulus
si furem. Gramm. hic. [Et Forbannitos
Sine Licentia Curiae Redeuntes] de
qua inf. const. clementiæ Imperialis. [Et
28 Scientes Receptatores] quã puniuntur
si scienter, & spontè: secus si propter terrorem
receptauerint. Bald. l. in delictis, 1. rep.
de noxal. vel ignoranter. Gramm hic. vnde
vbicunque quis accusatur de receptatione,
debet probari scientia. Bal. l. 3. §. si quisquã,
ad Syllan. [Eorum] simi. supra const. Pateranorum.
[Capere De Personis] in ipso
maleficio. Gram. hic. [Iustitiariis Assignandos]
adeo quod non possunt ipsos liberare
sub fideiussoribus. Affl. hic vlt. not.
[Ab Aliis Autem Malefactoribus]
qui in maleficijs ipsis non deprehenduntur.
Gramm. hic in fine. [In Terra Praesentibus]
non absentibus, vel foriudicatis, vt sup.
[Fideiussores Recipiant] vt inf. const.
humanitate. [Si Eos Dare] tradere. Bald.
l. Cassius, de solu. vel dare poterint. glo. 2.
vbi Bal. l. 1. de aqua plu. arc. [Potuerint,
Praeterquam In Criminibus Exceptis]
29 d. const. humanitate. [Aut Si Ipsos Dare]
quod est verbũ executiuum. Bal. l. eum qui,
§. qui ita, de verb. oblig. alibi capitur pro
restituere. gl. 1. l. si plus, ff. de euict. vel reddere.
Baldus l. qui Romæ, in princ. & l. si ita
stipulatus, in glo. de verb. oblig. [Non Potuerint,
Eos Personaliter Capiunt,
Iustitiarius Similiter] simili modo.

2. in substitutione, de vulg. & pupill. [Assignandos]
consignandos, vt supra.
30 Sed videtur, quòd iudices mili, siue fiscalini
pro qualibet causa non exigant fredam,
priusquã facinus componatur, l. vt iudices,
& l. hoc quoque, de off. iudicis in Longobar.
Vltra quod per prag. de anno 1509.
quæ est 24. in ordine, sub rub. de off. magist.
iust. dicitur per stilum antiquum Magistrus
actorum, nihil à curia accipere, sed facta inquisitione,
si inquisitus iustitiatur, curia
amittit expensas, inquisitus personam, &
actorum magister dietas, si inquisito dantur
defensiones, quia lucratur in defensionibus,
etiam quod sequatur compositio; nihil debetur,
si verò componitur non factis defensionibus,
debet actorum magister per inquisitum
recognosci de suis laboribus, & sic nõ
venit refectio expensarum, quando pœna in
supplicio consistit. Bald. l. non ignorat, post
num. 2. de fruct. & lit. expens. Expensas au-
31 tem in prosequutione delinquentium debet
facere is, qui habet iurisdictionem, & pro
istis expensis videtur cõfiscatio introducta.
Cassan. consuet. Burgund. rub. 2. §. 1. ibi, &
appartient la confiscation, num. 2. & 31.
32 Thesaurarius autem generalis non soluit pecuniam
Regiam, nisi præcedente mandato
Scribæ portionis, vbi de ordine Proregis iubet
quod soluat ei pro quo mandatur. Loffr.
cons. 35. post num. 13. & tunc in specie dicitur
quod soluat ex archa trium clauium.
33 Nota, quòd habemus prouentus, obuentiones,
redditus, & fructus: de prouentibus
loquitur cap. quoniam, de vita, & honest.
clericorum, cap. pastoralis, & cap pen. de
donatio. c. fin. de voto, & voti redempt. c. 3.
de eccl. ædific. & cap. Iacobus, de simonia.
Pensiones, & redditus vocantur prouentus,
sic nominati ab effectu. Bald. c. cum omnes,
num. 10. circa princ. prouentus est nomen
generale ad omnes fructus naturales, industriales,
& artificiales, vt sunt portiones.
c. cum M. Ferrariensis, post num. 6. de const.
Redditus est generale verbũ ad omnes prouentus.
in c. conquerente, ante nu. 1. de rest.
spol. Redditus, prouentus, & obuentiones lucrum
significant. in cap. grauis, post num. 1.
eod. tit. Obuentiones, & redditus quid: &
puri redditus intelliguntur deductis expensis.
gl. & Bal. l. 1. §. exercitorem, ff. de exercit.
Vnde verba sine redditu, omnem accessionẽ
excludũt. in l. Paulus, §. fin. ff. de vsuris. Redditus
autem appellatio generalior est, quàm
fructus. Spec. tit. de locato §. 1. nu. 6. cir. med.
An comprehendat pecuniam, & differẽtiam
inter redditus, & fructus. Ang. l. litibus, nu.
11. & 12. de agric. & censi. Vnde qui vtitur
pecunia qua vti non debet, tenetur ad vsuras.

ras, Bal. l. cum debitor, ff. in quib. cau. pign. tacite contra. Vltra quod officiales, gabelloti, & alij administrantes pecuniam fiscalem, si non assignant illam in tempore, puniuntur, vt in c. regni scire vos volumus, vbi Ioan. Ant. de Nigris.

34 Secundò noto, quòd plura ad inuicem connexa, vnum reputantur. Bal. l. cum actio, 2. rep. 2. not. ff. de neg. gestis, quia vbi vnum est propter aliud, vnum tantum esse videtur, secundum Philosophum, addit. ad D. Th. 3. parte de Sacramentis, quæst. 105. alias 74. art. 4. ibi exam.

35 Tertiò nota, quòd periurium est propriè transgressio liciti iuramenti, Abbas c. tua nos, post nu. 2. de iureiur. Et quia pœna periurus punitur, dicitur hic: hodie si seruaretur, quasi omnes officiales essent sine manibus, Affl. hic 31. not.

36 Vltimò petentibus non debet denegari iustitia, nam paria sunt innocentes occidere, vel non admittere habentem iustam defensionem, Bal. l. si quis filio, §. hi autem, post med. de iniusto, rupto, & irrito testamento. Insuper dare, intelligitur secundum naturam contractus, Bald. l. vbi autem, §. fin. de verb. oblig. & qui tenetur dare, ad quid tenetur, Bal. l. si rem, de solut.

De pœna contemptorum Curiæ Imperialis, & de pœnis eorum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna est signum culpæ.*



STATVIT Imperator satis abundè officiales in regno, supra in constit. satis abundè, eisq; statuit salarium, vt constit. præced. nunc ponit pœnam contemptorum Curiæ Impe-
1 rialis, & cum sit culpa, imponitur pœna, quæ est signum culpæ. Bal. l. 1. num. 3. de iustitia, & iure: de qua pœna videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Natura, & veritas ante iudicia sanciebant.*

2 *Iudicia sunt de iure ciuili, & forum causarum de iuregentium.*

3 *Iudicia omnia habent formam à iurisdictione.*

4 *Iustitia est perfectio animæ, quæ etiam alios iustificat.*

5 *Copia abundantia, vel multitudo dicitur.*

6 *Mandatum Principis lex est.*

7 *Pœna vbique sequitur delinquentem.*

8 *Iudicem adiens incompetentem, punitur amissione causæ.*

9 *De, significat causam propinquam, & immediatam.*

10 *Statuere, rem perfectam significat.*

11 *Patrimonialium appellatione veniunt temporalia, sed non feuda, nisi dicatur.*

12 *Statutum si punit declinantem iurisdictionem, non comprehendit clericos.*

13 *Laici pacto possunt renunciare foro.*

14 *Dominus non potest probibere ne appelletur ad superiorem.*

15 *Iurisdictionem declinans iudicis competentis potest fieri contumax.*

16 *Tonsura, & habitus declinant pro clerico.*

17 *Iudicio primo suspenso, qui trahit ad alium, amittit causam.*

18 *Actor, & reus quid seruabunt in iudicio.*

19 *Vir bonus dicitur, qui innocentia consilij pollet.*

20 *Iudex non minus iudicabitur, quàm iudicet.*

1 

VM IVSTITIAE] in veteri seculo sola veritas, vel natura hominibus sanciebat. Bald. l. error, in princ. C. ad leg. Falcid. Postea lege Regia, quæ de Cæsare loquuta est quasi manu, & arbitrio Regis absoluto à Regibus gubernabatur. in c. fin. eis princ. de auct. & vsu pallij. Non erant iudicia; quia homines viuebant simpliciter secundũ naturam, postea ex perfidia iudicia sunt nata, vt in proœm. Decret. Bal. l. fin. post nu. 7. C. quod cum eo,
2 quæ licèt sint de iure ciuili, idẽ Bal. l. 2. nu. 2. in princ. C. de cõpens. & l. 3. nu. 1. in fi. quom. & quando iudex, forum causarum est de iuregentium, quia omnes gentes, quæ incolunt insignes ciuitates, illud habent, Baldus l. ius pluribus, t. repet. num. 3. circa med. de iustitia, & iure. Vnde locus insignis est vbi est copia peritorum. Exercetur merum, & mixtum imperium, & locus causarum etiam

quod sit castrum,& non ciuitas. idem Bald.
l. iuris ignorantiam, post num. ... qui admi.
Vltra quod in qualibet ciuitate prouincia,
est locus causarum. Bald. præd. l. testamenta,
nu. 3. cir. med. C. de testam. vel non omnes
sed tantum Regiæ, & principaliores habet.
3 l. curiales, l. 2. cir. princ. de decur. Formam
autem omnia iudicia capiunt à iurisdictio-
ne, & ad distinctionem eius omnia referun-
tur. Bal. l. ex hoc iure, nu. 3. in fi. de iust. & iu.
Istam Imperator consulit officialibus, quo-
rum iurisdictionem pro eis, quæ ad eos spe-
ctant, si quis declinauerit, tam si sit clericus,
quàm laicus, pœna publicationis bonorum
punitur, vt in textu, qui sum. vt per Afflict.
& dicit [Cvm] quia. glo. l. immo, de vsufr. &
habit. Bal. l. 1. §. sed & si, si ex noxa. cau. aga.
c. cum ecclesia, post num. 12. de cau. poss. &
propr. vel quamuis, & stat causatiue. gl. l. cu
quidam, §. quod dicitur, lo 2. in ver. cum nō,
de acq. hæred. [Ivstitiae] qua homines vo
lunt, & operantur iusta, secundum Philoso-
phum. D. Th. 2. 2. q. 58. art. 2. importat æqua-
litatem, vt ipsum nomen demonstrat. idem
4 ea. par. q. 57. art. 1. est perfectio quædam ani
mæ, quæ etiam alios iustificat, & secundum
Arist. est mensura quam Deus statuit super
terram, per quam pauper à diuite, & verax
capitur à men lace. Bal. l. iustitia, 1. rep. post
princ. & 2. in fi. de iust. & iure. si est legalis,
Hesperus, neque Lucifer est ita admirabilis.
Caiet. ad D. Th. vbi sup. q. 120. art. 2. ordinat
omnes virtutes ad bonum cōmune, & quan-
doque veritas appellatur. Id. in D. Tho. ead.
5 par. q. 58. art. 4. & 6. [Copiam] abundan-
tiam, vel multitudinem. Io. And. c. statutum,
circa princ. de rescrip. in vj. [Per Officia-
les] quorum copia est in regno. Afflict. hic
3. not. [Nostros] qui repræsentant perso-
nam nostram, infra const. eos. administrator
enim repræsentat personam domini. Bal. l. si
fundus, de cond. & demonst. [Cvnctis] cæ-
teris. Bald. l. 1. §. sed & si, si ex noxa. cau. aga.
6 [Regnicolis Mandaverimvs] cuius mā-
datum lex est. Isern. §. præterea si vassallus,
nu. 15. cir. fin. quæ sit prim. cau. benef. amitt.
[Elargiri] ex largitione nostra. infra in
const. vt de successionibus. Cum per id quod
facit maior, inferior nō perdat quasi posses-
sionem iuris sui: nam non est actus deroga-
tiuus, sed prorogatiuus cuiusdam priorita-
tis. Bal. c. dilectus, post num. 3. de off. legati.
7 [Poenam] quæ vbique sequitur delinquen-
tem. Io. And. c. si sententia, nu. 3. circa med.
de pœnit. & remiss. in vj. [In] .i. contra. vl
Spec. tit. de execut. sent. §. 2. post nu. 5. [Eos
Qui Nostra Ivrisdictione] quæ est du-
plex, contentiosa, & voluntaria. contentiosa
autem triplex, & in triplici quantitate. est ter-
minus complexiuus, & ius directe. Bal. c. licet
causam, post num. 3. & 4. de probat. [Con-
temptam] declinant iurisdictionem nostram
recusando, secus si per modū appellationis.
Bal. l. nemo, C. de iurisd. omn. iud. Et vltra
8 quod qui adit iudicem incompetentem, nihil
agit, debet puniri amissione causæ, ideo
quod vocatus debet processari, quod innititur
trahitur. Bald. l. secundum, C. de donat. nam
probare contemptum est difficile, cum con-
sistat in animo. Abb. c. at si clerici, §. de adul-
terijs, post nu. 5. de iud. [Ad Forvm Alivd]
causarum, vel locorum iudicialium, quod
idem est. gl. l. si duas, in ver. forum, de excus.
tutor. licet locum publicum causarum non
omnes ciuitates habeant. Bal. l. ex hoc iure,
nu. 12. cir. fin. aliter forus. in l. inter stipulan-
tem, §. sacram, de verb. oblig. & capitur plu-
ribus modis. Abb. rub. de foro comp. & c. fo-
rus, de verb. sign. 1. not. l. & qui, vbi glo. ff. de
procur. In dubio vbi fit mentio fori, intelli-
gitur de competenti. Bald. l. quæ conditio, §.
cum ita, de cond. & demōst. Nam nō potest
quis se submittere iurisdictioni eius, qui nul-
lam habet. Prorogatio autem fit quatuor
modis. in c. P. & G. per. post num. 3. in fi.
4. 5. 10. & 11. circa med. de off. deleg. Multi
non possunt prorogare. in c. 1. in princ. de iu
dicijs. & in multis casibus. ibidem 1. rep. nu.
9 5. 6. 7. & 8. [De] quæ significat causam pro-
pinquam, & immediatam. Bal. d. l. ex hoc iu-
re, nu. 14. cir. med. Quid de dictione ex, & à.
Bal. c. veterum, nu. 11. in fi. de iudicijs. [His
Qvae Ad Cvriam Nostram Pertinent]
quæ sint ista, quæ ad curiam spectant, pro
quibus imponitur pœna. Glossa hic remissi-
uè, secundum quem intelligitur tantum de
causis ciuilibus. sup. const. locorum Baiuli,
circa fin. cum sint quædam quæ spectant ad
Curiam Ecclesiæ. infra const. Maiestati no-
stræ, de adulteri. coercen. [Convolave-
rint] concurrerint. Nicol. in ver. conuolo.
[Constitvtione Praesenti] per mo-
dum legis. l. 1. ff. de const. Princ. [Dvximvs
10 Statvendvm] quod rem perfectam signifi-
cat. l. 1. §. hæc autem, ff. quod quisque iuris.
[Videlicet Vt Sive Clerici, Sive
Laici Sint, Confiscatione Bonorvm
Mobilivm, Et Immobilivm, Sive Sint
11 Patrimonialia] quorum appellatione,
etiam quod veniant quælibet temporalia.
Arch. c. fin. col. 3. cir. fin. 2. q. 6. non tamen ve
niunt feuda. c. In generali, si de feu. defun. mil.
contr. fuerint dicatur vt hic [Sive Fevda-
lia] Afflict. hic 5. not. [Pvniantvr] sed est
magna pœna, ideo reducitur ad ius cōmu-
ne, quod minorem imponit, vltra quod est
correcta quoad clericos. Isern. & Afflict. hic 3. &
4. not. cum nō possint trahi ad iudicium secu
lare.

lare, nisi pro feudalibus. Nam Imperium cir
cumscribitur, & limitatur ad eos, qui ab eo
accipiunt, vel recognoscũt temporalia. Bal.
c. solitæ, de maior. & obed. Licet Franciæ in
realibus actionibus, cum res sint de territo-
rio Regis, iudicatur secundum constitutio-
nem Regis. Bald. c. 3. nu. 6. cir. fin. de eo, qui
mitt. in poss. cau. rei serua. Quid si deponant
falsum corã seculare, est c. reg. itẽ statuimus
quod clerici, vbi Io. Ant. de Nig. Pro quoli-
bet crimine debent coram iudice ecclesiasti-
12 co conuenire. c. clerici, de iud. Vnde statutũ,
quòd declinans iurisdictionem, incidat in
pœnam, non habet locũ in clericis. Abb. c. si
diligenti, nu. 41. de foro comp. nec valet, etiã
quòd dicatur, quod consanguinei teneãtur.
Bal. l. 2. cum add. ad eum, de ind. vidui. posset
tamen purgari vsque ad sententiam, & vt
incidat in pœnam, oportet esse pronuncia-
tũ. Bal. l. si quis in suo, post nu. 5. C. de inoff.
13 testa. Laici verò possunt pacto renunciare
foro. Bal. l. hæres absens, §. 1. post nu. 1. & 2.
rep. post princ. ff. de iudicijs. Et licet vassalli
nõ possent prorogare iurisdictionem in præ-
iudicium dominorum, possent consentire si
non in iudicem, tanquam in arbitratorem.
Bal. l. 1. §. & post, de noui oper. nunciat. alias
vassallus punitur amissione feudi, si trahit
subditum ad aliud tribunal, quam statutum
per Regẽ. Cap. sua inuest. in ver. feuda amit-
tuntur, ibi quinquagesimo septimo. Nec po-
14 test prohibere ne appelletur ad superiorem.
Bald. l. 1. 2. rep. & 3. cir. fin. ff. de const. Princ.
Cassan. consuet. Burg. rub. 1. in princ. ibi, &
droictz de icelles, post nu. 113. Quid si negat
se vassallum. Bal. c. ceterũ, nu. 6. de iudicijs.
Ita nec Episcopus potest ampliare iurisdi-
ctionem secularem, vel ecclesiasticam, quin
iudices seculares habeant, quæ sibi debẽtur
de iure cõmuni. Bal. l. omnes populi, nu. 13.
de iust. & iure. Vnde nec canones possunt im
ponere falcem in messem alienã successio-
nis, & aliorum, in c. clerici, in princ. de iud.
15 Vnde declinans iurisdictionem iudicis com
petentis censetur contumax, & potest cõtra
eum ferri sententia vt in contumacem. idem
Bal. l. 2. vbi quis de curia. vel cohorta. Verũ
16 declinans iurisdictionem secularem ad Epi-
scopum habitus, & tonsura declinant pro
ipso, nec ille tenetur habitum, & tonsuram
dimittere, quia esset quodammodo aposta-
tare, nec cogitur delinquere, debet tamen
protestare, sed per hoc nihil iudici queritur.
Bal. l. ab administratione, C. de legatis. licet
quo ad alia habitus, & tonsura non faciunt
monachũ, sed professio. Bal. auth. sed hodie,
nu. 3. in fi. de adulter. Ostendunt eum mona-
chum si facta sunt ab habente potestatem.
in c. item cum quis, nu. 3. cir. fin. de test. spol.

Elidere tamen iurisdictionem alterius, est
quædã exceptio declinatoria. Bal. l. fin. §. fin.
post nu. 2. C. de appell. Et sicut amittit cau-
sam, vt sup. qui trahit aliquem coram iudi-
17 ce incompetente, idem si primo iudicio su-
spenso, coram alio reum trahit, & perdit ius
per sententiam, fallit si contingit culpa rei,
vel si actor primæ instãtiæ renunciet, & hoc
tam in causa liberali, quàm in alijs iudicijs.
Bal. l. 7. §. super peculio, nu. 6. de assert. toll.
Clericus auctor laudatus declinat forum, in
c. quod si super, nu. 6. vt lite non contest. vbi
etiam nu. 10. quod dominus sciens causam
moueri, potest comparere, & in se iudicium
sumere. vide Cap. decis. 197. nu. 7.

Nota verbum forum, de quo l. nemo, la 2.
de Episc. aud. illud defuncti sequitur hæres.
Bal. l. hæres absens, 1. rep. in princ. ff. de iudi-
18 cijs. in eo non debet veritas taceri, nec fal-
sitas immisceri, c. cum dilecti, de accus. nam
nõ decet bonum virum causam falsitatibus
adiuuare. Spec. tit. de aduocato, §. fin. nu. 4.
19 in fi. est autẽ bonus vir, qui innocentia con-
silij pollet. Bal. l. iustitia, 1. rep. in fi. d. tit. de
iust. & iure. tamen in iudicio sæpe quis inci-
tatur ad dicendum falsum ab aduersario, vt
obtineat pugnã. Abb. c. 1. nu. 18. in fi. & post
num. 20. de iuram. calum. & ad euitandum
pœnam, de facili deuiatur à veritate. idem
Abb. c. in omni, nu. 4. cir. med. de testi. & de
facili iurat contra verum, vt euitet pœnam
calumniæ, in c. fin. in princ. nu. 3. in fi. de iur.
calum, est tamẽ magis verisimile, quod reus
dicere, quam actor, quia grauius est amit-
tere, quam non acquirere. in d. c. fin. §. sane,
nu. 9 post med. de iuram. calum. propter gra
uitatem enim iudicij pars de facili deierat.
Abb. cap. pastoralis, post nu. 6. de exceptio.
Vltra quod homines proni sunt ad deieran-
dum. Spec. tit. de except. & replic. §. 2. nu. 2.
20 post med. Aduertet tamen iudex, quòd non
minus iudicabitur, quàm iudicet. idem Spec.
tit. de sententia, §. 5. circa princ.

De ferijs, & salarijs iudicum, & notariorum instrumenta scri- bentium, & scribendorum, & de eorum forma seruanda.

SVMMARIVM.

1 *Iudicialis strepitus diebus feriatis conquiescit.*

2 *Feriæ idem sunt quod ius non reddere.*

3 *Scripturas præsentare non est actus iudicialis.*

4 *Salaria lucra dicuntur.*
5 *Iudicum, & notariorum nomina sunt promiscua.*
6 *Tabelliones inhumani in exigendis salarijs.*
7 *Forma dat esse rei, & eius defectus inducit nullitatem.*



1 VIA Imperator mādauit officialibus, quod iustitiam ministrēt, & in diebus feriatis strepitus iudicialis conquiescit. Abbas c. fin. de ferijs. ideo sequitur [DE FERIIS]
2 quæ idem sunt, quod ius non reddere. Bald. l. 1. in 1. rep. §. f. cir. fin. ff. de ferijs. possunt
3 tamen præsentari scripturæ, quia eas præsentare non est actus iudicialis. Spec. tit. de dilatio. §. 1. nu. 5. nec in contractibus sunt feriæ. Bal. d. l. 1. col. 2. cir. princ. ideo sequitur
4 [ET SALARIIS] quæ lucra dicūtur, dixi supi const. cum iuxta. [IVDICVM, ET NOTARIO-
5 RVM] quorum nomina apud Beneuentanos sunt promiscua. Abb. c. cum à nobis, nu. 31 cir. fin. de testib. [INSTRVMENTA SCRIBEN-
6 TIVM, ET SCRIBENDORVM] nam cum tabelliones, vt plurimū sint inhumani in salarijs exigendis, ideo fit differentia inter scripturam forensem, iudicialem & extraiudicialē. Spec. tit. de salarijs iudicū, §. 2. nu. 4. & 5. & statuitur salarium extraiudicialibus. [ET
7 DE EORVM FORMA SERVANDA] quæ forma dat esse rei, & eius defectus semper inducit nullitatem actus. Abb. c. nulli, nu. 7. de rebus eccl. non alien. & videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia semper, & quo ordine præstari debet per iudicem.*
2 *Hora comestionis, & somni, quietis nomen acceperunt.*
3 *Notarij debent esse veraces, & secundum leges instrumenta facere.*
4 *Tempus quid, & necessarium in hominis operatione.*
5 *Sententia an possit fieri de nocte.*
6 *Vespertinis temporibus non conuenit esse in publico.*
7 *Operarij de æstate possunt dormire.*
8 *Iudex dicitur sui copiam facere, præbendo facilem aditum.*
9 *Iudex debet audire, & examinare non fulminare.*
10 *Exceptio quælibet nititur æquitati.*
11 *Natiuitas, & resurrectio Domini æquiparantur.*
12 *Dies Dominicus dicitur per excellentiam, cū & alij etiā Domini sint.*
13 *Sanctorū solēnitas quare celebratur.*
14 *Diebus festiuis etiam in cibis vltra spiritualem possunt assumere delectationem.*
15 *Iudex diebus feriatis habet iurisdictionem, sed non exercitium.*
16 *Feriæ sunt secundum diuersitatem locorum, & possunt remitti per partes.*
17 *Discordias concordare, est officium pietatis.*
18 *Instrumenta possunt confici die feriata.*
19 *Summa quando est taxata, non potest plus accipi, etiam à sponte dātibus.*
20 *Notarius si errasset per imperitiam, tenetur ad interesse.*
21 *Infra, includit tempus super quo ponitur.*
22 *Notarius debet esse rogatus, quomodo, à quibus, & quid præsumitur.*
23 *Requirere quis debet tempore opportuno, vt teneatur.*
24 *Notarius tenetur registrare, & postea publicare instrumentum.*
25 *Consūmare significat perfectionem.*
26 *Hæredes sunt iuris successores.*
27 *Coercendi modus pignoribus captis, denegando iustitiam, & sub pœna.*
28 *Abbreuiatura, schedæ, bastardellum, & protocollum idem.*
29 *Scripturæ priuatæ nō probant, si ignoratur cuius manus sint.*
30 *Idoneus dicitur quo ad personam, & mores.*
31 *Reassumptioni faciendæ necessaria est iudicis auctoritas, & partis citatio.*
32 *Contractus, & instrumentū differūt.*
33 *Instrumenti auctoritas consistit in subscriptione, & signo.*
34 *Protocolla sine subscriptione, & signo sunt imperfecta, quid in indictione.*
35 *Instrumentum potest notarius conficere ex protocollo alterius.*



AIULOS] non semper habetur copia iudicis, & congruis horis. Bald. c. si autē aliquis, nu. 2. de rescript. tamen quotidie cōtra leges agitur, quotidie malū mali faeere non verentur,
1 ideo iustitia omni tempore fieri debet. l. 2. de ferijs in Longob. Inde iurisdictio dicitur habere causam continuam, quia quotidie exercetur. Bal. l. imperium, 2. rep. nu. 13. in fi. de iurisd. om. iud. Cum qua autem diligētia iudices sedere debeant, vt ius dicant quos prius, & quos posterius admittere debeant, ad proponendum eorum iura, & quas prius audiēt causas. Plat. in 9. dialogo de legibus, in princ. refert Poll. sup. cōst. cultus iustitiæ, in princ. regulariter iudex nemini potest denegare audientiam. Bald. l. 2. in princ. C. de custod. & exhib. reo. nam officialis quatenus concernit officium publicum, dicitur seruus publicus. idē Bal. l. nō enim, 1. rep. de adopt.
2 Non tamen tenentur in horis comestionis, & somni, quæ quietis nomen acceperunt. D. Aug. 22. de ciu. Dei, c. 22. & fatigatio corporis soluitur per quietē corporis, & in huius vitæ cōuersatione requies cū ludo habetur. D. Th. 2. 2. q. 168. art. 2. Nec in die Dominico, qui successit loco Sabbati. Pau. de Cast. l. fin. in princ. C. de ferijs. In diebus Sanctorū, qui principaliter sunt inducti ad Dei venerationē. Abb. c. fin. 1. not. eo. tit. de ferijs. vel festiuis, cum alij communes dicatur. l. 2. C. de stat. & imag. nec feriatis. d. l. 2. de ferijs in Longob. Debent tamen dare licentiā, & confidentiam, se adire volentibus, vt de B. Ioanne Alexandriæ Episcopo B. Hieronymus in vitas Patrum, char. 67. col. 3. nā cum frequēter immineat iudiciorum necessitas, facilis debet esse accessus ad iudicē. D. Tho. 1. 2. q. 105. art. 2. post princ. alias si denegat aures excipienti, videtur ei libellum dare repudij. Bal. c. ex parte Adæ, nu. 19. eir. med. de testib. Cancellarij autē veraces eligūtur,
3 electi ad infirmos ire debēt, & secundum leges instrumenta conficere, quæ testibus roborentur, & iurent, quod nullum scriptum falsum, vel occultū, nec in Comitatu alieno scribēt sine licētia illius Comitis. l. 2. & fin. De Scabinis, & Cancellarijs in Longob. & statuitur eis salarium, ad euitandum grande dispēdium. c. pen. de consang. & affin. & litis impendia. l. qui proprio, §. litis, ff. de procur. vt late hic in textu, qui diuiditur vt per Affl. cum

cum superfluum sit summari, propter eius
longitudinem, dicit tamen [BAIVLOS] secu-
lares potestates, & eorũ Ballivos. c. excom-
municamus, §. 1. de hæreticis. [ET OMNES
IVDICES] quos minus audire velle non ar-
bitramur, h. 1. C. de off. ciuil. iud. Et qui ante
factum debent studere concordiæ, post factũ
punire, quia ante factum quis est monẽdus,
post factum plectendus. Bald. c. cum non ab
homine, post princ. de iudic. [AC ACTOREM
NOTARIOS] quorum singuli vnũ habere de-
bent. sup. const. Magistri Camerarij per sin-
gulos dies, hodie, cras, & post cras. Spec. tit.
de accus. §. 1. num. 7. circa med. [A MANE
4 VSQVE AD VESPERAS] quia in omni nego-
cio tempus est necessariũ, & opportunitas,
Ecclesiastes 8. nec sit aliquid sine tempore,
in quo sit necessaria operatio hominis. Bal.
l. edictorũ 39. post med. de edicto Diui Adr.
toll. est autẽ tempus numerus motus secũ
dũ prius, & posterius, vnde mensis in anno,
dies in mense, horæ in vno die simul conti-
nẽtur. D. Th. par. q. 10. art. 1. & ibi quartũ,
de maiori, & sic vespere, & mane dies vnus,
Gen. 1. ista hora congrua appellatur. Spec.
tit. de compari. in ter. post num. 7. alibi post
horam tertiam vsque ad decimam. l. via, de
seruit. vel à vespere vsque ad vesperam. i. ab
ortu Solis vsque ad occasum. Abb. c. 1. post
nu. 1. d. tit. de ferijs. Bal. l. more Rom. ff. eod.
de ferijs. adeo quod non semper iudices au-
diendi necessitas tenẽt, cum in aliqua parte
noctis sedere nõ teneantur. D. Aug. lib. con-
tra Donatistas, post collationem col. 12. cir.
5 med. Et an possit ferri sententia de nocte,
Bal. l. non minorẽ, C. de transf. In curijs Prin-
cipum sententiæ feruntur de nocte, secundũ
Host. quia per suũ abusum faciunt tenebras
lucem, & lucem tenebras, & tenet propter
multitudinem gentium. Bal. c. cõsuluit, post
nu. 7. 19. de off. deleg. vnde dictio vsque, stat
exclusiuè. idem Bal. l. 2. 1. rep. cir. fin. si quis
in ius voc. non ier. & exponitur circa. Spec.
tit. de citatione, §. 1. post nu. 21. quia vesper-
6 tinis temporibus in publico esse, incõuenies
est. l. 2. §. post aliquod, vbi Bal. in ver. & quia,
de orig. iur. & d. l. more Romano, 1. rep. post
med. Vnde verus contumax nõ appellat, iu-
dice sedente pro tribunali; verũ si maturius
ante horam recessit, poterit appellare, quia
qui tam citò comparuit, nõ censetur verus
contumax. Bal. l. si cum ipse, de execut. tut.
[PRAETER] excludit. Io. And. c. 2. post nu. 7.
de sent. & re iud. in vj. [NECESSARIAS HO-
RAS COMESTIONIS, ET SOMNI] meridiani,
vt hic in gl. & Affl. 2. not. nam inest homini
naturalis inclinatio, vt cuilibet rei necessa-
riæ deputetur aliquod tempus corporali re-
fectioni somno, & alijs huiusmodi. D. Tho.
1. 2. quest. 102. art. 4. dulcis enim est somnus
operanti, quia tristitiam ex labore operãdi
causatam mitigat. idem 1. 2. q. 58. art. 5. cum
7 appendice. Vnde laborãtes in æstate possunt
dormire. Alber. l. eum patronus, num. 2. ff. de
oper. lib. quia medius ictus diuidit tempus
à tempore. Bal. l. seruitutes, l. 4. 2. rep. post
nu. 2. de seruit. nam qui laborant, indigent
relaxatione, & huius gratia est iocus. Arist.
8. Polit. 3. vnde horis competentibus dicitur
habere copiam iudicis, & qui nõ venit com-
petenti hora non dicitur venisse. Bal. c. ple-
runque, nu. 6. de rescrip. [SVI COPIAM OM-
8 NIBVS PRAESTARE PRAECIPIMVS] faciles
se in adeundo præbeant, adeo quod contẽdi
non patiantur, nec in vlteriorem familiari-
tatem prouinciales admittant, nam ex con-
uersatione æquali contemptus nascitur di-
gnitatis. Spec. tit. de legato, §. superest, num.
53. post med. & nimia familiaritas parit cõ-
temptũ, quod quomodo intelligatur, c. & si
Iudæos, vbi Abb. 2. not. de Iudæis. Iudex au-
tem quomodo, & quãdo adiri debeat. Spec.
tit. de compe. iudicis aditi. §. 3. & secundum
qualitatem personarum compellit ad com-
parendum personaliter in iudicio, in loco
maiorum, non in domibus priuatorum. Bal.
c. si qui testium, nu. 7. de testib. vel mittit ad
domum, & in Ecclesia præstantur iuramenta
iudici alia ex causa, puta si est mulier. Bald.
l. generaliter, §. fin. C. de reb. cred. & iureiur.
[OFFICII SVI PARTES PETENTIBVS OM-
NIBVS] ita & Rex. Io. Ant. de Nig. in c. reg.
post corruptionis, num. 12. exceptis illis de
quibus l. qui iurisdictioni, de iurisd. om. iud.
[PRAEBITVROS] & quomodo. l. obseruandũ,
9 de off. Præs. debet enim sedere, quia sedẽdo,
& quiescendo, secundũ Philosophum 7. Phys.
20. anima fit prudens. D. Th. 1. 2. q. 53. art. 3.
& sedere dicit quietem corporalem, vnde
sedit. i. quiescit. appendix ad præd. 3. par. de
Sacram. q. 17. alias 76. art. 6. audiẽdo, & exa-
minando non fulminando. Bal. l. iudex com.
vel epist. alias si non vult audire partes, pos-
se ex hoc puniri. Bal. rub. nu. 8. de pœna iud.
qui male iud. [EXCEPTIS] etiam quod alij
excipiantur de iure communi. l. omnes dies,
10 C. de ferijs. Qualibet tamẽ exceptio nititur
sua æquitate. Azo in sum. nu. 10. C. de excep.
Ita iudex instituit certa tempora controuer
siarũ, quæ præterire non licet. com. ad Arist.
1. Post. tex. 77. [DIEBVS] duobus, vel tribus.
Gram. hic post nu. 2. [NATIVITATIS DO-
MINI, PASCHATIBVS] cũ septem diebus an-
te, & post. glo. l. 2. in ver. Paschalis, de Episc.
11 aud. Affl. ibi. 4. not. & sic æquiparantur na-
tiuitas, & resurrectio. Bal. l. oratione, 2. rep.
d. tit. de ferijs, & octauæ earum, cum sit de
consuetudine colere octauas sicut ipsa festa.
Bal.

Bal.l.pen.in fi.quando prouoc. non est necess.
Vnde si statutū dicit, quod de maleficio com
misso in diebus Paschalibus, non possit fieri
cōcordia, intelligitur de quindecim diebus.
Bald.l.omnes, C.eod.tit.de ferijs. [Ita Sequ
12 Dominicis] per excellentiam, nam cū spe-
cialiter attribuātur Domino, ab eo denomi-
nantur, vel quia in eis fecit omne insigne, seu
ad Dominum pertinens, nam eo die resurre-
xit. D.Aug.serm. 15. de verbis Apost.col.3.
Quomodo alio modo dicantur Dominici, &
alij dies vocentur à Planetis, excepto isto, &
Sabbato, quæ à Saba dicit, quod est requies.
Abb.c.1.post nu.3. & c.2.in fi.eo.tit.de fer.
Ita per excellentiam quidā Ordines dicun-
tur sacri, licet omnes sint sacri.idē Abb.c.1.
post nu.2.de cler.cōiug. Istis diebus Domi-
nicis domini nō possunt mādare seruis quod
exhibeant opera seruitia rusticana, vel quę-
stuaria, sed Dominicalia. Bald.in rub.extra
de ferijs. licet quædā festiuitates sint maio-
res die Dominico.in c.2.eod.tit. [Ac Bea-
tae Virginis] etiā Conceptionis. Affl.hic
6.not.late D.Th.cū ibi not.3.de Saluatore,
q.27.art.1.& quolib.6.art.7.quàm B.Virgi-
nem hiperdulia honoramus, propter specia-
lem affinitatem quam habet ad Deum.idem
D.Thom.vbi Caiet.& add.ibi, secundum, de
maior.2.2.q.103.art.4. [Et Apostolorum
13 Festiuitatibus] quorum solēnnitas fit
propter eorum memoriam conseruandam.
Bald.d.const.ff.§.itaque, num.8.in princ. Et
Ecclesia non honorat Sanctos propter reli-
gionem, sed honorat propter imitationem,
honorat eos in charitate, non seruitute, &
veneratur Saluatoris nostri, & Sanctorum
iconas, ac imagines non vt Deos, vt spem
fingat, sed vt monumenta quædam ad recor-
dationem, & memoriam: refert Foll.sup.in
const.inconsutilem, post nu.31.cur Sanctorū
mors, sed B.Marię semper Virginis, & S.Ioā-
nis Baptistæ natiuitas celebratur. Abb.c.3.
2.not.d.tit.de ferijs. Quid in festo S. Mat-
thiæ, & eius vigilia, c.quæsiuit, vbi Abb.de
verb.sign.& Assumptionis. D.Th.Aquinatis
in octauum Patronum huius fidelissimæ Ci-
uitatis, quæ 20.Ianuarij 1605.fuit solēniter
facta sub Pontificatu Clementis VIII. re-
gnante potentissimo Philippo III. Austrio.
Vnum tamen festum maius est altero. Abb.
c.2.3.not.d.tit.de ferijs. sed omnes dies fe-
riati in honorem Dei sunt æquales die Do-
minico. Bal.l.4.nu.12.in fi.quom.& quando
14 iudex. In quibus homines non solū spiritua-
liter gaudere debent, sed etiam honestè in
cibis possunt capere aliquā delectationem.
Abb.c.fin.post nu.2.de obser.ieiu.& induere
14 *Scriptura, sententia, & acta possunt probari per testes.*
15 *Sententia vnde, quotuplex, quid res iudicata, et an possit ferri sub modo.*
16 *Sententiarum formæ diuersæ.*
17 *Sententia vbi apparet, præsumuntur omnia solemniter acta.*
18 *Scriptura non requiritur ad esse, sed ad probationem esse.*
19 *Scriptura non validat actum nullum nisi in certis casibus.*
20 *Sententia est finis, & terminus actorum, quia omnia extinguit.*
21 *Sententiæ assertio an probet solemnitates.*
22 *Sententia an debeat continere causam, & inserta præsumitur finalis.*
23 *Laudum propriè non est sententia, sed largo modo sic.*



B OMNIBVS] Iudex si non est certus de sua iurisdictione, non potest eā exercere. Bald. c. prudentiam, post num. 2. de off. deleg.
1 Debet sedere. Affl. hic nu. 3. quia vltra quod sedēdo, & quiescēdo anima fit prudens, dum mouetur corpus, mouetur & anima, & sic non est in soliditate rationis. Vltra quod hæc solennitas fuit introducta propter honorem, nam de consuetudine propter bellum, vel metum tyrāni potest stare rectus, & si non habet certam sedem, posset vbique, dummodo in loco honesto, equo, vel curru. Bal. l. 1. nu. 4. & 5. de sent. ex breuilo. recit. vel in ijs quę sunt magni præiudicij, debet sedere pro tribunali in ijs quæ sunt parui præiudicij, potest supplere stando. Bal. c. bonæ memorię, lo 1. post nu. 5. de postul. præl. De eo quod fuit petitum, & cognitū pronunciat. Spec. tit. de off. om. iud. §. 6. post nu. 21. Et iuxta iudicij formā, sententiæ quoque formam dictabit. c. licet Eli, de simonia. Circa quā tria sunt considerāda,
2 ordo, substantia, & solemnitas. Ordo est præmittere præmittēda, & postponere postponenda, seruato more solito iudiciorum. Substantia est, quod absoluet, vel cōdemnet. Solemnitas, quod feratur in scriptis. Bal. l. 4. in princ. de sent. & interloq. omn. iud. non ad finem probandi, sed tunc recitādi. Abb. c. sicut nobis, nu. 24. de sent. & re iud. alias nullius est momenti. c. fin. de re iud. in vj. l. 1. de sent. ex breuil. recit. & hic in textu, qui sum. vt per Affl. & dicit [AB OMNIBVS] nemine excepto. gl. hic. [REGNI NOSTRI FIDELIBVS] subditis. Pau. de Cast. cons. 164. col. fin. cir. princ. 2. vol. [QVEMCVNQVE DIGNITA-
3 TIS GRADVM] qui secundum merita conferuntur. gl. fin. c. vlteranæ, 12. q. 2. nā dignitas sine persona nihil agit. Bal. c. vno delegatorum, post nu. 3. de off. deleg. [AVT IVRISDICTIONIS] plenissimæ, plenioris, vel semiplenę. gl. l. si in aliquam, in ver. cū plenissimam, ff. de offic. procons. [OBTINEANT] teneant. Niz. in ver. obtineo. [OBSERVARE PRAECIPIMVS] quod est verbum præceptiuum. Abb. c. pen. post nu. 1. de vita, & hon. cler. [QVOD OMNES SENTENTIAS] quæ à sensu vocabulū
4 acceperunt. D. Aug. 11. de ciu. Dei, c. 3. in fi. quas numerus, non auctoritas facit. Bal. l. in albo.

albo, de decurio. & differunt à re iudicata. Spec.t t.de sent.§.1. [DIFFINITIVAS] quæ à fine dicuntur, nam finē imponunt litibus. Bald l.1.in princ. C.sent.rescind.non posse.
5 cum sententiarum plures sint species. Spec. d.tit.de sentent. §.2. & earum appellatione veniunt tam diffinitiuæ, quàm interloquutoriæ. Abb.c.causam,post num.3.de off.deleg. propriè venit diffinitiua. idē Abb.c.fin.post nu.10.de sequest.poss.& fru.c.cū olim,nu.8. de testi. c.super,nu.6.& c.pastoralis,post nu. 6.de appell. Bal.in add.ad Spec.d.tit.de sentent.col.2.post med.[IN SCRIPTIS] scribendo prius,& postea proferendo,nam non sufficit scribi,nisi legatur tam mente,quàm scriptura.Bal.l.2.cir.princ.& 3.de sent.ex breui.recit.[PROFERANT] propter dilationē temporis, cum etiam post modicū tempus eadē verba audientes,si interrogentur,non eadē, sed cū modica verborum differentia sensum variāt.D.Th.2.2.q.68.art.2. & cum ea tam
6 sit ciuilis, quàm criminalis,debet recitari libellus.not.Bal.d.l.2.de sent.ex breuil.reci. post nu.3. non sic in interloquutoria,quæ potest proferri solo verbo. Bal.ea.l.2.nu. 13. & satis est, quòd postea per notariū redigatur in scriptis.Abb.c.1.num.20 & 21.de postul. prælat.c.cū venerabilis.nu.31.de except. Bal. d.l.3.nu 4.in princ.vbi etiā quod posset ferri per aliū parte absente. & quando non. de sent.ex breuil.recit. ita in sententijs excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quę licet sint interloquutoriæ, debēt proferri in scriptis. d.l.4.nu.5.cir.fin. de interloq.omn. iud. alias diffinitiuæ requirunt maiorem solemnitatem,ex quo diffinitiua est fons. Bal. d.l.3.nu.10.cir.med. de sent.ex breui.recit. Quomodo, & per quē debeat legi,& proferri. Bald.præd.l.1.nu.11.in finem vsque, cum l.seq. d.tit. de sent.ex breuil. recit. [QVOD SI FORTE] c.nisi essent, de præb. [FACERE NEGLEXERINT] cum negligentia omnia lædat. §.1.auth.de quæstore. [NVLLIVS MOMENTI] l.1.de iniusto,rup.& irrito testa.l.si ita, §.fin.cum l.seq. de lib.& posth.l.patris, & filij, cir.fin.de vulg.& pupill.l.eleganter, de cond.indeb. c.1.vbi Abb.num.14.in fi.de testa.vigoris,& efficaciç. Abb.c.1.post nu.7. de can.poss.& propr.vel firmitatis. l.si quis Semproniū, in ver.momentū, de hæred.inst.
7 [VERBALES] omne enim verbum sonat,sed cum est scriptū, est signū verbi, & inspectis literis à legente occurrit animo, quod voce prorumpit. D.Aug.in Dialectica,col.3.post med. [ET NON SCRIPTAE SENTENTIAE REPVTANTVR] vnde si quis est condemnatus,& non apparet scriptura,vel apparet nō
8 completa,vel non est lecta,lata,etiam quod sit in archiuio,est nulla. Bal.l.il is qui,circa med.ff.de testa. & redactæ in scriptis,publicæ sunt.d.c.licet Hell,de simo. Si interuenit scriptura, & est perdita , potest probari per testes,& quomodo,alias non,cum de eius natura sit quod scriptura interueniat.Bal.l.fin. nu.14.& 15.de re iudic.& l.emancipatione, nu.1.de fide instr. [IPSI QVOQVE] etiam sup.const.clerici. [DE SVO DAMNVM] quod est diminutio patrimonij. l.3.de dam.infec. [QVODLIBET ET EXPENSAS] de quibus inf. const.diuorum Principum. [LITIGANTIBVS RESARCIRE] emendare.infra const.mulier quæ dotarium.[COGATVR] præcisè.gl.l.mu
8 tus,§.fin.ff.de procurat.
9 Contra, non est facienda vis vtrum potestas stet,vel sedeat, legat sententiam per se, vel aliū.Bal.l.certa ratione,post nu.6.quando non est neces.& etiā quod scriptura nō interueniat,veritas manet. idē Bal.l.fin. nu.3.cir.princ.C.si cer.pet. etiam quia iure cōmuni causæ breuiores non requirunt scripturā in sententia.auth.nisi breuiores.d.tit. de sent.ex breuijo,recit. Nisi diceres, quòd interuū est magis de solemnitate sedere pro tribunali. Bal.c.cū in iure,in fi.de off.deleg. Illud procedit ex cōsuetudine,quę præualet iure cōmuni.Bal.d.l.certa ratione.iure isto, secundum gl.hic requiritur scriptura in omnibus.Arno.24.differen.vtriusq; iuris. Secus in Principe , qui fert sententiam sine scripti recitatione.Bal.c.1.post nu.7.de cōst. Vltra quòd causæ breuiores in regno dicuntur si sunt infra duos augustales, vt inf.const.dilationes, vbi gl.& Arno.sua pract.c.4. in alijs concordat ista constit.cum iure cōi,& quod de sentētia dicitur idem in emancipatione. Bal.d.l.emancipatione,nu.2.de fide instr. & in sententia diffinitiua,secus in interloquutoria. Arno.in 96.problem. quæ potest ferri viua voce,debet tamen postea redigi in scriptis. Bal.c.quoniam, post nu.19.de probat.
10 Nota, q sententia debet ferri in scriptis, amplia,& limita, vt per Par.de synd.in ver. sententia,c.1.idem in sententia excōmunicationis,vltra superius dicta, Spec.tit.de legato,§.fin.post nu.6.add.ad Bal.l.2.in ver.recitatione, de sent.ex breuil.recit. c.1.de sent. excom.in vj. Item vbi exigitur decretū, ibi est necessaria scriptura.Bald.l.si procuratorē,2.rep.nu.1.ff.de procu.Posset renunciari, quia est inductū ad rigorem iuris seruandū, sicut libellus litis contestatio, iuramentum calumniæ, & similia. Bal.c.de causis,nu.13. de off.deleg. Verum pro scripturis sententiarū nihil exigitur.in c.reg.item statuimus
11 quod siue in Magna Curia, & sententia si est scripta,& postea recitata,nō potest corrigi, d.l.2.de sent.ex breui.recit.Iudex autem an possit sententiam suam scribere, & legere.

Bal.

Bald.cũ sententiã, nu.4.de sent.& interloq.
12 om.iud. Et sic scriptura quandoq; est de sub-
stantia, vt hic, quãdoq; necessaria ad proba-
tionẽ, aliquando vt probatio ipsa magis ha-
bilitet. Bal, auth. sed nouo iure, nu.11. si cer.
13 pet. Sentẽtia enim requirit mẽtẽ, & verba.
idẽ Bal. l. dicere, in princ. ff. de arbitris. Verũ
etiam quod de solemnitate substantiali sit
quod feratur in scriptis, nõ est necesse, quod
illa sit publica, sed sufficit quod manu iudi-
cis sit redacta in scriptis, nec ꝓcedit in cau-
sis matrimonialibus minimis, & inter cleri-
cos. Abb. c. Albericus, nu.2. de testi. & c. cum
dilectus, post nu.2. de fide instr. vel vbi non
requiritur libellus, seu de consensu partium.
Spec. d. tit. de sentẽtia, §.8. nu.12. licet requi
14 rat sentẽtia de sui substantia scripturã pro-
bari potest per testes, & quomodo, & quid
deponẽt. Abb. c. sicut nobis, de sent. & re iud.
ita & acta, si non sunt redacta in scriptis.
Abb. d. c. Albericus, post nu.1. licet sentẽtia,
& productio instrumentorũ non dicantur de
actis. Abb. c. quoniã contra, nu.5. & 8. de pba.
15 Secũdo noto quid sit sententia, quotuplex,
vnde, & quid sit res iudicata. Abb. rub. de
sent. & re iud. An possit ferri pro futuris sub
modo, vel conditione. Bal. l. prolatam, nu.8.
& 9. & l. seq. num.2. & 3. de sent. & interloq.
om. iud. c. sicut nobis, nu.1. de sent. & re iud.
Sententia enim nõ est nisi tenor ipsius. Bal.
l.3. §. falsus, circa princ. rem rat. hab. Scri-
ptura non dicitur propriè sententia, sed id
quod significatur per scripturam. idem Bal.
l. fin. in fi. ff. de testa. quæ habet condemnare,
vel absoluere. c.3. vbi gl. de accus. & per quę
verba, Abb. c. his, de verb. sign. quæ sunt stri-
ctè intelligẽda, in c. dilectus, nu.2. de off. ord.
16 Illius formas diuersas ponit Spec. d. tit. de
sentẽtia, §.6. Paulus Apostolus primus in ea
nomẽ Domini inuocauit. Bal. rub. nu.1. post
princ. de nouo C. fac. Et vt propriè dicatur,
tria requiruntur. Abb. c. cũ dilectus, post nu.
3. de arbitris. Nõ debet esse alternatiua, seu
condicionalis, sed clara, vt non relinquatur
locus disputationi, & ita seruat consuetudo
vbique locorum. Bal. c. cum M. Ferrariensis,
nu.4. de const. Præsumitur pro ea, etiã quod
sit minimi, maioris, vel maximi iudicis. in c.
cũ ab ecclesiarum, nu.2. cir. med. de off. ord.
Sine lecta lata nõ probat. Bal. l. fideicõmissa,
§.1. de leg.3. Potestates terrarũ legunt per
alios. Bal. l. Decreus, ff. de iudic. sicut Illustres,
& Superillustres. Affl. hic 1. not. nu.1. circa
med. In dubio præsumitur lata in scriptis. l.
Bal. l. quædã, 2. rep. nu.3. ff. fam. ercis. Si con-
17 stat de sententia, licet non appareant acta,
præsumuntur omnia solemniter acta. Abb.
c. sicut nobis, nu.7. de sent. & re iud. nam so-
lemnitas præsumitur. Bal. l. pacta conuenta,
§. quod fere, ff. de pactis. debet tamẽ ita for-
mari vt euitetur omnis perplexitas. Bal. l. si
tam, §. si quis, quod met. cau. In aliis præter
casus notatos in gl. l.2. de iure emph. nõ re-
18 quiritur scriptura ad esse, sed ad probationẽ
esse. Spec. tit. de donat. post nu.2. regulariter
19 scriptura non validat actum nullum, nisi in
aliquibus casibus. Abb. c. exteriori, cir. prin.
de concess. præb. alias esset nullius momẽti.
l. si quis donationis, in fi. vbi glo. & Bal. ff. de
20 contrah. empt. Vltimo sententia est finis, &
terminus actorum. Abb. c. quoniam contra,
nu.7. in fi. de prob. nam per eã extinguuntur
omnia acta litis, contestatio, citatio libelli,
oblatio, & similia. idem Abb. c. ex literis, nu.
13. in princ. de rest. in integ. Eius solemnitas
an probetur per assertionem in sententia.
21 Quid si dicitur lecta lata. Bal. l.1. nu.23. vsq;
ad 28. de fide instr. & iure hastæ fisca. sufficit
in ea partium presentia absque alia citatio-
ne. Abb. c. tenor, nu.12. de sentent. & re iud.
22 Causa an sit inserẽda, Gra. hic. Bal. d. c. sicut
nobis, habet substantialia, & quędã solẽnia.
Bal. ad Spec. d. tit. de sent. col.1. in fi. causa in
ea semper præsumit finalis. Bald. l. Senatorẽ.
de Senat. qui eam tulit, vel eius successor, an
possit interpretari. & si semel, an possit ite-
rũ, Bal. l.2. nu.6.7. & 8. de sent. ex breui. reci.
23 Laudum verò largo modo dicitur sententia,
propriè non. Abb. c.1. nu.2. de arbitris.

De summaria cognitione contra gabellotos.

SVMMARIVM.

1 *Cognoscere intelligitur & finire.*
2 *Causæ pro, & contra gabellotos, quomo-do incipiunt, & terminantur.*



CONTINVATVR vt p Affl. vel in constit. præced. dictũ fuit quod sentẽtia requirit scripturã, secus in causis breuioribus, vt ibi; nunc dicit, quæ sunt istæ causæ breuiores, & sic [DE SVMMARIA COGNITIONE] quæ fit per dilationum, & probationum abbreuiationem. Bal.
l.1. §. stipulationũ, post med. de præto. stipul.
1 Cognoscitur enim & finitur, quando causa
committitur Baiulis, & sic ordinarijs. Paul.
de Cast. l. qui procuratorem, nu.5. ff. de proc.
2 [CONTRA GABELLOTOS] qui pro libello
offerunt, capturam, carcerem, & rerum re-
tentionẽ, nam si oporteret in omni re offer-
re libellum, non inuenirentur conductores
vecti-

vectigalium, & quod iudex mandat, non est propriè sententia, sed quodam mandatum, in quo potest incipi ab executione. Bal. cōs. 238. 1. vol. & videbimus latè cum textu.

S V M M A R I V M.

1 *Subditi sumus potestatibus, nec quia sumus Christiani, non soluimus gabellas.*
2 *Auxilium impartitur contra exigentes id quod non debetur.*
3 *Offensus ab officiali, releuatur à superiore.*
4 *Etiam, abundat, & implicat terminos appositos.*
5 *Summariè, quomodo intelligitur.*
6 *Vectigalia si sunt superfluè exacta, quid, & qua actione restituitur.*
7 *Cōsuetudo attēditur in vectigalibus.*
8 *Exercere, denotat frequentiam, & intelligitur per se, vel alium.*
9 *Officio iudicis coercetur exigens plus debito à passagerijs.*
10 *Tertius comparens an declinet forum, vel audiatur in terminis in quibus reperitur.*
11 *Officium attenuat delictum, & inducit præsumptione bonæ fidei.*
12 *Dolus vulpi non imputatur ad vitium, quia eius est natura.*
13 *Conductor vectigalium publicanus dicitur, & vnde publicanus.*
14 *Exactio illicita prætextu officij fieri non debet.*
15 *Pedagium quid, & quid vectigal, & pro eis quid, & quantum debetur.*
16 *Vectigal à quibus, & in quo loco non soluitur.*
17 *Tolonium exigitur vbi est solitum, & præscribitur animo.*
18 *Statutum quod transiens per portum soluat, ita si solet alibi colligi.*
19 *Gabella exigitur in mari sicut in terra.*
20 *Repertus per transitum an incidat in commissum.*
21 *Gabellas fraudare an sit licitum.*
22 *Bellum indicitur, si transitus denegatur.*



AVCTORITATEM.] Indulti honores non declarāt habere inane nomen. Bal. c. quoniā Abbas, nu. 2. cir. fin. de off. deleg. Nomē debet officijs deseruire in eius significatione veritas est sequēda, & in eo sit vis propter significatum, non propter vocem. in rub. post nu. 22
1 extra de procu. Ideo omnibus potestatibus, quæ dantur hominibus ad regendū pro nostro vinculo subditi sumus. D. Aug. lib. de vera relig. col. pen. post princ. Nec putet Christianus, quia Christianus est, non esse sibi vectigal reddendum, aut tributum, vel nō esse exhibendum honorem debitum eis, qui hæc curant potestatibus; nam in magno errore versatur, sed tenet obedire. D. Th. 2. 2. q. 104. art. 6. & modus est seruādus quem dominus ipse præscripsit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo. Matth. 22. c. pen. de cler. coniug. D. Aug. in lib. expositionis quarūdā propositionum, ex epist. ad Rom. col.
2 24. cir. med. Verùm à ciuilibus potestatibus legum auxilium datur aduersus eos, qui exigunt quod illi noluissent. idem D. Aug. epist. 50. col. 10. cir. med. puta si prætextu officij, vel potentiæ quis exigit indebitum, plus punitur, & cuilibet secum tenetur restituere. Abb. c. quia plerique, post nu. 6. de immun. eccl. & exactor tributorum si plus exigit, quàm debetur, tenetur crimine falsi. Bald. l. 1. in fi.
3 de exact. trib. adeo quod offensus ab officiali, releuāt à superiore. Paris de synd. in ver. iudices, c. 10. superior astat inferiorem ad corrigendum excessus. Bald. c. irrefragabili, nu. 2. cir. princ. de off. ord. qui virtute huius const. tribuit auctoritatē Baiulis procedendi summariè cōtra huiusmodi exactores, vt in tex. qui sum. vt per Affl. & dicit [AVCTORITATEM] futuris casibus occurrendo, c. 12. 23. dist. [ETIAM] vltra casus antepositos. Iser. §. scriba, col. 1. cir. fi. de prohib. feu. alie.
4 per Fred. nam ista dictio abundat, & implicat terminos appositos. Bal. l. fin. §. preterea, nu. 2. cir. fin. & 3. C. de iu. dot. [BAIVLIS] vel Balliuis, quod est vulgare prouincialium. clem. 1. in ver. Ballinus, de pœnis. [IMPARTIMVR] adeo quod sumunt vigorē ab auctoritate nostra. c. 1. gl. fin. de transact. [VT AD QVERELAS] quæstiones. gl. l. cum filiusfamilias, in ver. neuter, de verb. oblig. [NOSTRORVM FIDELIVM] qui nobis tributa soluunt. Bart. l. omnes, de ann. & trib. [SVMMARIE]
5 sine magna, sed semiplena probatione. Spec.
6 tit. de off. omn. iud. §. fin. nu. 12. & 13. vel quo ad substātialia iudicij probationes, dilationes, & ferias. Bal. in rub. ibi dotis, col. 3. cir. med. sol. mat. Iqde summarium est omne in

quo

quo sufficit indicis motus cum aliquali pro-
batione. in rub. extra de iudicijs, 1. rep. post
nu. 5. [COGNITIONE PRAEMISSA] nam sine
causa neminem Prætor audit. l. cũ ij, §. vult,
ff. de transact. [SVPER EXACTIONES] passa-
gia, seu gabellas, quas exigunt à transeunti-
bus, Ang. l. vn. nu. 23. & 34. de mul. & in quo
loco, de facto. Bald. l. si pupilli, §. item ait, in
princ. ff. de neg. gest. versabit & quod extortũ
est. [RESTITVI FACIANT] iubeant. l. 3. C. no
6 ua vectig. inst. non posse. actione in factum
per quam duplum restituere coguntur infra
annũ, post simplum ei à quo ipsi, vel eorum
familia exegerunt. Spec. tit. de censi. §. 2. in
princ. Afli. hic in princ. 3. not. [ET RAPI-
NAS] quę sunt de grauioribus, c. vnũ, 25. dist.
& sup. const. rapinas. Ideo Imperator ex cer-
ta scientia potest tollere omnia pedagia no-
bilibus Lombardiæ, quia potest cuilibet con-
suetudini derogare, præsertim quia faciunt
extorsiones enormes. Bal. c. fin. nu. 39. in fi. de
consuetud. [QVAS GABELLOTI, FORESTA-
RII, PLATEARII, PORTIONARII, SEV PAS-
SAGERII] quæ Regalia sunt. Bal. rub. 1. rep.
post nu. 11. extra de iudicijs. & in itinere exi-
guntur. l. si quis pro vxore, ff. de donat. inter
vir. & vxo. quod ius est reale; & an possit exi-
gi à clericis. Ang. vbi sup. de mul. & in quo
loco, & quando connumerãtur inter immo-
bilia, & quando non. Bald. l. stipendia, C. de
execut. rei iud. [CONTRA VETEREM FOR-
MAM] & antiquam cõsuetudinẽ, vltra quam
vectigal exigi non deberet. l. fin. d. tit. noua
vectig. inst. non posse. [AVT CONTRA NOVA
7 NOSTRAE CVRIAE STATVTA] nam cõsuetu-
do attẽditur, nisi Princeps ex causa de nouo
permittat minus exigi. l. 4. §. fin. iuncta glo.
l. locatio, §. earum, & l. vectigalia, de publ. &
vectig. Possessorium autem, possessionis, &
colligẽdi pedagia est mixtum, & iuris admi-
nicula desiderat, vnde fundatur in antiquo
iure, vero, vel præsumpto: nec sufficit exerci
tium solũ aliquorũ actuum. Bal. l. vni. col. 2.
post med. si de monu. poss. fuer. appell. [IN]
idest cõtra. l. 4. in ver. quod, de heret. [FIDE-
8 LES NOSTROS EXERCENT] per se, vel alios.
Bal. in fin. l. 2. de cond. indeb. sępe, & frequẽ-
ter, impropriè, si semel tantum faciunt. l. ne.
l. 1. col. fin. in princ. de cohart. & princ. cor-
nicula. [SVPER EXACTIONES] exactiones
vltra modũ, nam supra, vltra interpretatur.
idem l. ne. rub. & l. vni. in princ. de superexa.
[ET RAPINAE] de qua in d. const. rapinas,
cum benignè, & salua cõgrua honestate sint
compellẽdi homines ad solutionem fiscalium.
Bal. l. 1. C. de comm. & merca. [MAGISTRIS
CAMERARIIS, QVI PRAEDICTOS OFFI-
CIALES INSTITVERINT OBSERVATA] con-
siderata exactorum molestia. D. Aug. epist.
1. 24. col. 2. cir. med. Et sic Magister Camera-
rius debet gabellotos, & passagerios quos
constituit in officio constito de excessu pu-
nire infra annum in quadruplum. Afli. hic
9 3. not. & contra eos, & eorum dominos im-
ploratur officium iudicis. Spec. d. tit. de off.
om. iud. §. 2. nu. 9. cir. med. & qui exigit, & à
quo exigitur, quomodo se defendent: idem.
Spec. tit. de cau. poss. & propr. §. 1. nu. 14. cũ
add. in ver. leuent, & seq. Posset exactor in iu-
dicio nominare auctorem, idẽ est quod prin-
cipalem. Bal. c. cum cõsuetudinis, nu. 3. post
med. de consuetudine. Vel potest nominare
illũ cuius nomine tenet. in c. inter quatuor,
post num. 2. & 3. de maior. & obedientia.
Et quando possidet nomine absentis, datur
dilatio ad transferendum iudicium. in c. di-
lectus, nu. 2. de proc. latè in c. quod si super,
vt lite non contest. Vel dominũ pro quo exi-
git. Bal. l. 2. nu. 8. C. vbi in rem act. & nomi-
natio ista fit ex pluribus causis. in l. ciuile
est 1. not. C. de furtis. & tunc tertius compa-
10 rens pro suo interesse quomodo admittatur,
quid potest, an suscipiet in se iudicium, vel
admittatur in terminis in quibus reperitur.
latè idem Bal. auth. nunc si heres, de litigio-
sis. & quomodocunque comparens ante sen-
tentiam opponit declinatoriam fori. Baldus
præd. l. fin. in fi. de excep. & præscrip. Ita pro-
curator, colonus, & inquilinus. in c. quoniam
frequenter, num. 2. in fi. vt lite non contest.
c. quod si super, nu. 8. in fi. eod. tit.
11 Contra, publicũ officium bonæ fidei pre-
sumptionem inducit. Bal. l. errore, nu. 2. cir.
med. C. de testa. adeo quod captus per iudi-
cẽ sine ordine, si soluit, nõ repetit. Bal. c. tuę
fraternitatis, in fi. vt lite non contest. Valet
delictum aliqualiter. idem Bal. l. pen. num. 3.
cir. med. de exact. trib. Vltra quod præposte-
rum est aliũ prius cogere, quàm condẽnare.
Bald. l. 1. num. 6. de execut. rei iud. Nec potest
cognoscere Baiulus, quia qui illicitè extor-
sit, punit ciuiliter, & criminaliter. l. locatio,
§. quod illicitè, de publ. & vectig. criminali-
ter pœna furti. l. etiam, vbi Bal. C. de furtis.
ciuiliter in duplum. Bal. l. 1. C. ex quib. cau.
infa. irrog. Baiulus non cognoscit nisi de ci-
uilibus, de quibus sup. const. cõstitutionum,
3. not. de trig. & sal. off. & successiuè non po
terit cognoscere de istis. Rursus, si exacto-
res isti sunt mali, non debet hoc imputari,
12 sicut dolus vulpi non imputatur ad vitium,
quia eius natura talis est. Bald. l. ea quæ for-
tuitis, cir. fin. post nu. 16. C. de pign. act. l. 1.
nu. 15. cir. fin. de edil. act. Et per culpam ser-
uatoris, non probatur culpa promissoris, &
emphyteota non tenetur de culpa suorum
rusticorũ. Bal. rub. extra de pactis, nu. 8. in fi.
Nisi diceres, quod officium dolet maleficium,
& mi-

& minuit pœnam in maleficio præsumpto, non liquido. Bal. d. l. etiã, in fi. Et publicanus exigens plus debito, nõ tenetur pœna furti. d. l. 2. in gl. fin. ex quib. cau. in fa. irrog. sed ciuiliter ad duplum, si exigitur statim delictũ mitigatur, quia velamine officij, & iustitiæ exigit. Bal. l. vn. de superexact. Et sic qui cognoscit extortum, restitui iubet. l. 3. d. tit. no ua vectig. inst. non posse. Et ratione officij fit cõmutatio pœnæ personalis in pecuniariã. Bal. l. quinque summates, 2. not. de decurio. Vltra quod si mercatores grauantur passagijs, habent immediatum recursum ad Ecclesiam. Bal. c. significantibus, post nu. 5. de off. deleg.

Nota, quòd cõductor vectigalium dicitur emptor, quandoque conductor respectiuè,
83 dixi sup. const. officiorum. Et iste emptor dicitur publicanus. Bald. l. si quis ab alio, §. 1. ff. de calum. & publicanus quasi publicè peccans. Abb. c. nouit, nu. 13. post med. de iudic. vel à publico cõductore, siue publico Rege, qui primo eos instituit. Archid. c. non satis,
84 col. 1. cir. fin. 86. dist. Iste prætextu officij nõ debet illicitas exactiones præsumere. not. c. ea quæ, de censi. Nec molestus debet esse exactor, quando ad reddendum deuotus est debitor. D. Aug. in lib. de quinque hæresi. in princ. alias si collector excedit, officio priuatur. d. c. ea quæ, vbi Abb. & c. innouamus, de censi. & tenetur in duplũ eorum, quæ illicitè extorsit. Bal. l. conuenticulas, nu. 6. cir. med. de pace iur. firm. Custodes autem passuum, & grassiæ an possint capere homines, & animalia, & si indebitè, quomodo puniuntur, est c. reg. 74. de cust. pass. & grassiæ, cũ duobus
85 seq. Quid autẽ sit pedagiũ, & quid vectigal, Abb. d. c. innouamus. Exigitur tamẽ pro his quæ vehuntur octaua pars, nisi aliud sit de consuetudine. Bal. l. 3. nu. 3. de priuil. fisci. Et didogma capitum, vel tributorũ, exactio dicitur, non prædiorum, quod nunc pannosum aurum appellatur. D. Aug. lib. quæstionũ ex nouo testam. col. 22. Siracusis Dionysio eam ciuitatẽ tenente, factũ est Siracusanos quinque annorũ tempore cũctas facultates suas in soluendis tributis consumpsisse, Arist. 5. Polit. 11. Statur iuramento nõ soluentis vectigal, si dicat ignorasse ibi solui. Arno. 56.
86 dialogo. Non soluunt clerici pro patrimonialibus. Abbas c. 1. in fi. & d. c. innouamus, nu. 4. & 5. de censi. nec tenentur ad gabellas, quę hodie imponunt vino, oleo, & similibus. Abb. c. nõ minus, nu. 21. de immun. eccl. Non soluunt gabellas pro mercibus. Bal. l. 2. §. cũ in eadẽ, ad leg. Rhod. de iactu. & pro ijs, quæ sunt ad vsum propriũ etiam laici non tenentur. gl. clem. fin. in ver. proprijs, d. tit. de cẽsi. sui, vel suę familię victus causa, de quo statur iuramẽto si est verisimile, vel non. Bal. l. cum proponas, post num. 10. de naut. fœno. Ita & scholares auth. habita, in ver. speciali, ne fil. pro patre. Non soluitur etiã pro instrumentis ruralibus. l. vniuersi, d. tit. de vectigal. & com. & in alijs casibus, vt l. 4. in ver. munificum, & l. fin. §. quoties, in ver. vsualia, d. tit. de publ. & vectig. Quando possit contra priuilegium propria auctoritate denegare. c. sane, vbi Abb. in princ. & cir. fi. de excess. præl. Non exigitur in cãpo plano vbi nõ est pons. l. de teloniis, l. vt nulli, & l. considerauimus, l. vt vbi, l. vt pontes, l. volumus, & seq. de Episc. & cler. in Longob. Nec cogitur ire ad pontẽ telonij, quando per alium locum flu-
17 minis transiri potest. Non exigitur nisi vbi antiquo tempore consuetum fuit exigi, vt d. iuribus. Ius enim colligendi pedagium præscribitur, licèt non vtamur omni tempore, ita iurisdictio, & exactio gabellæ, quia habet in animo, respectu cuius semper cõtinuatur. Bal. l. fin. post nu. 8. de præscript. longi temp. Vel non præscribitur, sed acquiritur consuetudine. in c. fin. nu. 38. & 39. de consuetudine, quæ præscribitur cum scientia illius qui habet ex priuilegio, si nullus habet, cũ scientia Principis: quid si eius Locũtenentis. in c. cõqueritur, nu. 2. in fi. de off. ord. Ita statutum,
18 sicut potest facere quod omnes ingrediẽtes portam soluant, ita qui colunt, vel coli faciunt, in districtu soluant. Bal. l. vn. num. 33. post med. de sentent. pro eo quod interest.
Vltimo non exigitur à venientibus ad molendinum propter famem. Arno. 138. comm. Et sicut exigitur in terra, ita & in mari. Bald.
19 rub. nu. 2. in fi. de rer. diuis. Et sicut punitur officialis si plus exigit, ita si permittit asportari rem contra deuetitũ. Bal. l. fin. in fi. C. de
20 comm. & merca. Quid si reperitur per transitum, an censeatur commisisse delictum, & si confiscatur res, an censeatur confiscatum animal, nauis, vel vehiculũ, pecunia, & alia, quæ cum eis sunt, & si fuit defectu vecturalium, an ipsi teneatur. Bal. d. l. cũ proponas, de nauti. fœno. Quid si mutatus est pons, vel vt fraudet, vadit per vadum, attenditur consuetudo. idem Bal. l. 3. cir. fin. de priuil. fisci. Vel totius territorij vna est qualitas, vnde nõ consideratur ædificium, sed territorium, & contra denegantes datur conditio ex moribus. in c. querelam, nu. 28. de elect. Proceditur autem in istis causis contra debitores executiuè, & de facto. Bald. l. fideiussores, la vltima, circa med. ff. de fideiusso. summariè, sicut in nonnullis casibus. l. 3. vbi glo. in ver. summatim, ff. de interrog. act. l. at si quis, in gl. 1. de relig. & sum. fun. l. pen. de naufr. not. Affl. hic 1. not. & cogit summariè pro istis, pro alijs non. Lucas l. vn. col. 2. cir. med. de condu.

condu. & proc. cõdemnatur diffinitiuè, lite nõ contestata. Bal.l.2.nu.3.C.vbi quis decur.vel cohart. quãdo exactio quę debet fisco, petatur per modũ ordinariæ petitionis, vel per modũ mixtæ executionis, vt in exactione tributorũ, & aliorũ. Bal.l.faculcas, 1.not.& n.9. vbi Ang. post nu.4.de iu.fis.& licèt delictũ prętextu officij alleuiet, Abb.c.2.1.not.de sent.excom.nõ potest cõuentus ꝓ cõcusfsionibus, vel exactionibus, fori præscriptionẽ opponere. d.l.2. vbi
21 Bal. vbi quis decur.vel cohar. An aũt sit licitũ fraudare gabellas, Bal.l.2.de iust.& iure, & d. rub.post nu.3.de rer.diu.l.vn.in prin.post nu.4.de cad.toll. & fraudãs teneatur in foro con scientię. Affl.c.2.nu.3.cir.fi.de feu.cog. Dic, ꝙ si Rex imposuit vnũ grossũ pro salma, & passagerij de facto exigũt duos, licitũ est quocũq; ingenio fugere manus eorum, quia prædones sunt, & oẽ damnũ quod Regi contingit, debet refici per passagerios. Bal.d.l.cũ proponas, in fi.de naut.fœno. & l.2.nu.3.de iure aur.anul. sicut eorũ mora nocet fisco, si eis offertur solutio, & noluerunt recipere. idẽ Bal.l.pactũ curatoris, cir.prin.C.de pact.& apocha facta ꝑ maiorẽ officialẽ minori, ꝓbat solutionẽ, Bal. l.semel, de apo.pub.& indebitè exigẽdo fit in-
22 iuria.gl.2.l.2.de Epi.& cler. Adeo quod iustũ bellũ gerit, si innoxius trãsitus negat, qui iure humanæ societatis æquissimo petere debet. D.Aug.4.q̃st.sup Num.col.28.post prin. Vltimo instrm̃ affict' gabellarũ ponit Spec.tit.de loca.§.1.cętera, Deo duce, dicã cũ rit.R.Cam.

De Iudicibus, & Notarijs, & eorum numero.

SVMMARIVM.

1 *Iudices chartularij habent iurisdictionem in uolentes.*

2 *Notarij à notis dicuntur.*



ONTINVATIO Affl. est satis à remotis: tu dic, ꝙ dictũ fuit sup.de excessibus passagiorũ, & qualiter puniũtur per Baiulos, cũ quibus iudices, & notarij per singulas vrbes iustitiã faciũt. sup.const.cum circa. Ideo nunc dicit [DE IV-
1 DICIBVS] chartularijs, qui habẽt iurisdictionem in uolentes tantum. add.ad Spec. tit.de instr.edit.§.9.in ver.ibidẽ, cir.med. [ET NO-
2 TARIIS] qui à notis dicunt. Spec. vbi sup.§.9. post n.26. [ET EORVM NVMERO] quorũ cert' statuit numerus, vt in Baiulis. Gra.inf.in tex.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones olim non erant, vel pauci, & scripturas conficiebant argentarij.*

2 *Notarij, & argentarij differunt.*

3 *Notarij officium non minus vtile, quàm procuratoris.*

4 *Insignificat dominium, quandoque possessionem.*

5 *Volumus, liberam voluntatem, non arbitrium boni viri significat.*

6 *Ciuitas, castra, oppida, & villæ quid.*

7 *Ciuitates maxima, magna, & parua antequam essent Episcopi.*

8 *Forus causarum plenus, vel non, secundum magnitudinem ciuitatum.*

9 *Superior quod taxat inferior, nõ irritat.*

10 *Contractus, pacta, & conuentiones inter se differunt.*

11 *Notarij, et tabelliones quare sic dicãtur*

12 *Celebrare, est dignum cælo facere.*

13 *Notarius non nascitur, sed creatur, & quis eum creat.*

14 *Actorum notarius acta conficit de gestis coram iudice.*

15 *Cautela propriè est futurorum.*

16 *Notarius dr̃ publicus, nõ quia seru' sed quia est publica auctoritate cõstitutus*

17 *Notarius quis creari non possit. nu.29.*

18 *Teneri propriè intelligitur actione reali, vel personali obligatus.*

19 *Testimonium triplex, naturæ, legis, & hominis.*

20 *Vsuræ debentur prout frequentantur in regione.*

21 *Notarij non debent esse Doctores, sed bene scire officium.*

22 *Tabellionum vsus non erat ratus, præferuntur tamen quibuscunque.*

23 *Notarius ad iurat, et cuius ꝑsonã gerat.*

24 *Notarius certi loci nõ põt ubique, sed inter homines illius loci cõtrahere, n.28.*

25 *Contractus naturalia, substantialia, & accidentalia, & quæ suppleri possunt.*

26 *Consilio sapientis quæ addi possunt.*

27 *Notarius creatus à non habente potestatem, est nullus, & instrumenta nulla.*

30 *Notarius perpetuò depositus, & cum infamia, non potest iterum creari.*

31 *Vicem gerens habet potestatem ab eo qui commisit.*

32 *Committens, explicat per alium tanquam per organum.*

33 *Papa si committit Archiepiscopo vices suas in tali prouincia, videtur concessisse*

cessisse personæ, & non dignitati.

34 *Filios, vel nepotes descendentes ex corpore, potest quis subrogare.*

35 *Vassallus Baronis non potest esse notarius, nisi de speciali licentia Regis.*

1 IN Locis Demanii] olim nō erāt tabelliones, vel pauci, & scripturæ conficiebant per nummularios, vel argetarios. Bal. l. prætor, 1. rep. in prin. ff. de edēdo. nūc vbi nō est vsus tabellionū, in extrajudicialibus requirit subscriptio testiū. secus in iudicijs, nā credit actuario in c. post cessionē, nu. 2. cir. med. de prob. Et inter se differūt,
2 nā officium notarij est publicū auctoritate, & vtilitate: officiū argētarij est publicum .i. cōe vtilitate, nō auctoritate. Bal. l. instrumēta, nu. 3. de fideic. Tabellionatus non cadit in seruū, secus in officio argentariæ. Bal. d. l. prætor, §. sed & si, nu. 1. & licèt dicat seruus publicus, Bal. l. Caius, in prin. ff. de vsur. dr seruus cōditionalis à seruiēdo. Bal. l. facultas, nu. 19. & 22. in fi. de iu. fis. quia requisitus tenetur cōficere instrumētū. Bal. l. 2. §. si plura, quemad. test. aper. & tenere secretū, qn iniungitur silentiū, alias non.
3 Eius officium non est minus vtile, quā procuratoris, quia ille potest esse infamis, iste non. Abb. c. sicut te, nu. 4. 5. & 19. ne cler. vel mon. Debet notarius esse legibus eruditus, benę opinionis, & præstare iuramētū quòd nullatenus falsitatē, vel colludiū scribet. l. fin. in fi. de off. iud. in Longob. Verū sicut Nūmularij olim, & Medici eligebātur vsq; ad certū numerum, & hodie quilibet prout vult. gl. l. quædā, §. fi. d. tit. de edē. io. fuit restrictus numerus aduocatorū. l. 3. & l. petitiones C. de aduo. diuer. iud. ita hic taxatur numerus notariorū, & iudicū pro contractibus faciendis cū qualitatibus de quibus in tex. qui diuidit, & sum. vt per Affl. & dicit
4 [In] quæ dictio significat dominiū, quandoq; possessionē. Bal. l. 1. 2. rep. §. item Pomponius, nau. caup. stab. [Locis Demanii] seu demanij, inf. const. dignum. [Nostri] nobis debiti. inf. cōst. ad subiectorū. [Vbique] in quocunq; loco. Io. And. c. vbicūque, in prin. de pęn. in vj. [Per Regnum] nō generaliter, sicut in l. 2. de sum. Trin. [Iudices] chartularios, qui habēt iurisdictionē inter consentientes habitu, non actu. Bal. l. 1. in 1. rep. col. 2. post prin. & 2. rep. col. 3. cir. fi. de iud. ff. [Non Plures Tribus, Et Notarios Sex] apud quos pscribi oportet priuatos cōtractus, sentētias iudicū, postulationes, vocationesq; in ius, qui diuidūtur in plures, & præfecti tū memoriales, vel similibus nuncupantur nominibus. Arist. 6. Pol. 8. cū eorū copia non sit in omnibus locis. l. hac consultissima, cir. fin. C. qui test. fac. poss. [Volu-
5 mus] quod non arbitriū boni viri, sed liberam facultatē significat. Abb. c. Abbatē, nu. 15. de verb. sig. [Ordinari] institui. inde ordinatio .i. institutio. Io. And. c. cū in illis, post nu. 4. de
6 præb. in vj. [Civitatibus] quæ sint ciuitates, castra, oppida, & villæ. Bal. l. ex hoc iure, in princ. & nu. 12. de iust. & iure. ciuitas nō est nisi multitudo ciuium in quodā vinculū concordiæ reducta. D. Aug. 5. ep. col. 6. post princ. vel concors hominū multitudo. idē epist. 52. col. 5. post med. & 1. de ciu. Dei c. 15. [Neapo-
7 lis, Salerni, Et Capuae] nā antequā essent Archiepiscopi ciuitates quædā erāt maximæ, quædā magnæ, & quædā paruæ: hodie quæ sint, & quomodo cōstituant. Ang. l. vni. in prin. vsq; ad nu. 3. de metrop. Beri. [Tantum] dūtaxat, & eius natura est alia excludere. Alex. cons. 3. post nu. 4. 6. & 97. vol. 6. & 130. post nu. 6. 4. vol. [Exceptis] ex hoc infert, q ciuitas Salerni erat demanialis, & præfert Capuę ex ordine scripturæ. Affl. hic 1. not. sicut ordo nominationis attēditur, cui primo, vel secūdo soluat. l. si quis hæres, ff. de hæred. inst. & quem primo nominauit, maiori ēū eo affectione habere videt l. qui, soluēdo, vbi gl. 2. eo. tit. de here. inst.
8 [In Quibus] quāto sunt maiores, tanto forus earū litibus ciuilibus, & criminalibus plenus est. D. Aug. 19. de ciu. Dei, c. 5. in fi. [Quinque Iudices, Et Octo Notarios] qui sic cōi nomine appellantur. Inn. c. cū à nobis, cir. fin. de test. [Esse Volumus] quod merā volūtatem significat. Bal. l. fideicommissa, §. quāquam, de leg. 3. [Statuendos] nam in paruis ciuitatibus pauciores, in magnis plures magistratus
9 esse oportet. Arist. 6. Pol. 8. vnde quod superior taxat, inferior nō irritat. Bal. l. si duas, cir. fi. de execut. tut. [In Quibus] ciuitatibus. [Fere] l. ite si vores, §. fin. ff. de arb. gl. fin. l. furti, de his qui not. infa. c. pen. de cler. ęgrot. & exponitur pænæ. c. extirpandæ, de præb. l. 4. de rer. diuis.
10 & l. 1. p. de off. quæst. [Contractus] pacta, & conuentiones, quæ inter se differunt. addit. ad Spec. tit. de sententia, §. 8. in ver. est ex, post med. [Omnes Coram] præsentibus, & intelligentibus. l. corā, de verb. sig. [Iudicibus, Et
11 Notariis] qui sic dicunt, quia in notas redigunt acta coram eis, sicut tabelliones, quia in tabulis scribunt. Spec. tit. de instr. editio. §. 8. post nu. 22. [Celebrentur] impropriè, nam
12 celebrare propriè est cęlo dignū facere. Luc. l. vnica, col. 1. cir. fin. de his, qui se deferunt. Et sic in terminis huius const. contractus debent celebrari corām iudicibus, & notarijs. [Quos] iudices, & notarios. [Non Vt Olim] de qua dictione in const. seq. [A Magistris Iustitiariis, Vel Camerariis] vt supra const. Magistri Camerarij. [Sed A Nobis Tantummodo] quæ est exclusiua aliorum à creatione notarij. Affl. hic 4. not.

Quis

Quis possit creare notarios, Bald. c.cum P,
tabellio, nu.8.& post nu. 12.de fide instrum.
[ORDINARI SANCIMVS]quod est verbũ Im
peratorũ. Iser.c.1.ante nu. 1.cõst.feud.dom.
13 Loth. Imp, & sic creare notarios spectat ad
Papam, Imperatorem,vel Regem, vel ad eũ
cui per speciale priuilegium Rex,vel cõsue-
tudo cõcessit. Iser.§.scriba,nu.24.de prohi.
feu.alien,per Fed. & quæ sint reg.in ver.po-
testas creandorũ,nu.65. Spec.tit.de procur.
§.3.nu,2. & d.tit.de instr.edit.§.8.nu.22. cũ
seq. 28.& 38. cum officium tabellionis non
possit acquiri per rerum naturam, sed sola
auctoritate Principis.Bal.l.2.post num.7.de
sent.& interloq.omn.iud. Vnde non creditur
instrumento alicuius præsidentis etiã quod
sit Rex. Abb.c.dilectus,nu.1.in fi. & c.pen.
nu.7.de fide instr. Quid in ciuitate,an possit
creare notarios, Bald.l.nec ei, §.satisdatio,
nu.9.de adopt. & Baronibus in eorũ terris.
Affl.hic 4.not.nu.6. [PRAETER] quæ dictio
cõmuniter excludit. Io.And.c.2. post nu.7.
de sent.& re iud.in vj.[IVDICEM, ET ACTO-
14 RVM NOTARIVM]qui acta conficit de gestis
coram iudice.gl.1.l.vn. C.de satisd. [QVOS
VT PRAEDICTVM] vel præscriptum [EST]
d.const.Magistri Camerarij. Affl.hic nu.1.
in fi. [POTERVNT MAGISTRI CAMERARII
ORDINARE] quia ad iudicem spectat sibi
eligere notariũ, sicut delegati in causa pos-
sunt sibi eligere nuncium. l.2.in ver.suppo-
nere,cũ ibi not.C.de sportulis,Bal.cõs.137.
3.vol. qui scribendo nullam auctoritatem
exercet. Abbas c.quia propter,num.10.post
princ. de elect. [QVOS OMNES ETIAM SVB
15 TALI CAVTELA] qui propriè est futurorũ.
Io.And.c.solet, nu.14.in princ. de pœnit.&
remiss.in vj. [DECERNIMVS] quod nouum
ius facit. Zab.clem,2.3.not.de præb. [PRO-
MOVENDOS] producendos. Niz.in ver.pro-
moueo. [VT NVLLVS IVDEX, VEL NOTA-
16 RIVS PVBLICVS] publica auctoritate cõsti-
tutus, etiam quod vocetur seruus publicus,
nam ita appellantur Papa,& officiales. Bal.
l.nõ vim aliter, 1.rep.de adopt. Et quare pu-
blica, & honesta persona appelletur notarius,
Spec.tit.de primo decr. §.fin.nu.29. [NISI
FORTE] c.extirpandæ, §.qui verò, de præb.
c.1.de cler.ægrot. c.si quis, de reb.eccl. non
alien.[SIT DE DEMANIO, ET HOMO DEMA-
17 NII] nam vassallus Baronis non potest esse
notarius, nec iudex ad contractus. Cap.sua
inuest.in ver.feudorũ clausulæ,ibi,ac etiam
notarios, ver.in regno. Lucas l.si quis, post
med.de fabric.nisi de speciali licẽtia Regis.
Affl.hic 7.not.nõ vilis conditionis,villanus,
vel angarius, filius clerici spurius,vel natu-
ralis.inf.constit.constitutione præsenti. nec
clericus, nisi in causis spiritualibus. Abbas
d.c.sicut te, ne cler. vel mon. Spec. d.tit.de
instr.edit.§.8.nu.26.27.& 29. In regno autẽ
quis possit esse notarius. Gram. hic num.1.
& 2. [STATVATVR] decernatur.Niz.in ver.
statuo. [ITA QVOD NVLLI SIT SERVITIO,
VEL CONDITIONI SVBIECTVS] adscripti-
tius,vel villanus. in sim.inf.const.adscripti-
tios,& seq.licèt officiũ stipulandi,& scriben
di iniungat.Bal.l.non aliter, 1.rep.de adopt.
[NEC ALICVI ALIAE PERSONAE ECCLE-
SIASTICAE] alibi ecclesiarum. c.personas,
de testib.c.personas, de appell. [VEL SECV-
LARI]Baronalis.Affl.hic 7.not.[SED IMME-
DIATE] nullo medio. infra const.personas.
Quid sit mediate, & quid immediate, Bald.
l.in arbitrio, 1.rep.§.fin.cir.fi.de dolo malo.
18 [NOBIS TANTVMMODO TENEATVR] quod
indifferenter importat actionem realem,vel
personalẽ. Bal.§.fin.col.pen.post princ.inst.
de auct.tut. [PRAEDICTI AVTEM TAM IV-
DICES, QVAM NOTARII] ad hoc vt creari
possint, quorum creationis formam ponit
Spec.tit.præd.de instr.edit.§.8.nu.37.& 38.
[CVM LITERIS TESTIMONIALIBVS] sicut
in Medicis. infra const.vtilitati speciali, de
defens.ciuir. Affl.hic 8.not. nu.17.circa fin.
[HOMINVM LOCI ILLIVS, IN QVO STA-
TVENDI SVNT]vbi scribendi officium habi-
turi sunt.Bal.l.nec ei,§.satisdatio,nu.8.in fi.
de adopt. [AD PRAESENTIAM NOSTRAM,
VEL EIVS, QVI VICEM NOSTRAM] gerit,
potestatis vicem à nobis habuerunt.Abbas
c.pen. nu.2.cir.med.de statu mon. vel vice.
c.ex tenore, de sent.excom. nostra per aliũ.
c.cum inter,vbi gl.de sent.& re iud.[IN AB-
SENTIA NOSTRA IN REGNO] vices gerit.
c.cũ pridem,de pact.c.mandata,de præsum.
[VNIVERSALITER]generaliter.Niz.in ver.
vniuerse. [PROCVRABIT] curabit. Niz.qui
supra in ver.procuro consequenter [ACCE-
DANT] §. his consequenter. hic finitur lex.
19 [QVAE LITERAE TESTIMONIVM] quod est
triplex, naturæ,legis,& hominis. Bal.l.filiũ,
1.rep.nu.10. de his,qui sunt sui,vel alie.iur.
[FIDEI] quam per testimonium illorũ per-
cipimus.Bal.l.scire leges, 1.rep.circa princ.
ff.de legi. [ET MORVM] & actuum.c.vt cle-
ricorũ,de vita,& honest.cler. [IVDICIS, ET
NOTARII STATVENDORVM] creandorum.
[CONTINERE DEBEBVNT] & sic ponit quid
continere debent literæ officialiũ illius loci
vnde statuendus iudex,vel notarius.Affl.hic
8.not. Qui etiã iurare debet officium suum
fideliter exequi,aliter non creditur suæ scri-
pturæ,præsumitur tamen præstitisse, si repe-
ritur in possessione officij. Baldus c.ad au-
dientiam, post num.4.de præscriptio. Insu-
per quod [ET IN IPSIVS LOCI CONSVE-
TVDINIBVS SIT INSTRVCTVS] quia in pro-

20 missionibus veniunt vsuræ minores, quæ in
regionibus cõsueuerunt. gl.l.socium, in ver.
nõ quasi, ff.pro socio. & debentur quæ in re-
gionibus frequentantur. l.idemque, §.1.cir.
fin.ff.mand.l.1.in gl.3.ff.de vsuris. [EXAMI-
NATIONE AVTEM LITERATVRAE] sicut in
aduocatis.inf.cõst.aduocatorũ.[ET ETIAM
IVRIS SCRIPTI] si sciunt, vel ignorant, cum
iura scire teneantur. l.fin.de off.iud.in Lon-
gobar. Lucas l.1.col.2.cir.med.vt nemo ad
suum patr.Abb.c.1.nu.7.de fide instr. Intel-
21 lige non quod sint Doctores, vel Legistæ, sed
quod bene sciant officium notariatus. Bart.
l.generali, nu.11.de tabul.scrib. ne illicitos
celebrent contractus. Affl. hic vltimo not.
[NOSTRAE CVRIAE RESERVAMVS] alibi
nostro iudicio reseruamus.sup.const.si dam-
na clandestina, in fine.
22 Sed contra; vsus tabellionum nõ est ratus,
Bal.l.si procuratorẽ, in princ.ff.de procurat.
nunc verò vnus quantumcunque idoneus nõ
æquiparatur notario, quia est approbatus, &
gerit officium publicũ. Abb c.quoniam con
tra, nu.3.post med.de prob. Eorũ numerum
augere est fauorabile, sicut in clericis. Inn.
c.cum secundum, in princ.de præb. ideo ho-
die non seruatur, vt per Affl. hic 5.not. sed
sunt ad libitum, sicut nũmularij, & Medici,
vt supra. non possunt tamen esse serui. Spec.
23 d.tit.de instr.editio.§.8.nu.30. Iurant sex in
principio eorum officij. Abbas d.c.sicut te,
nu.15.& 20.ne cler.vel mon. Et gerit dupli-
cem personam, sicut magistratus. Bald.l.qui
testamento, §.quicunque, in fi. ff.de testam.
Tamen si ex forma statuti in aliquo actu re-
quirũtur duo notarij, vel plures tabelliones;
plus eis creditur, quàm totidem testibus nõ
tabellionibus. Bald.auth. sed cum testator,
nu.16.ad leg.Falcid.tunc sufficit, quòd vnus
scribat, & alter subscribat. Abb.d.c.quoniã
contra, nu.32. in fi. Spec.d.tit de instr.edit.
§.9.nu.16. Constitutus autem pro certo lo-
24 co, non potest contractus vbique conficere,
nisi inter personas illius loci. Spec. eod.tit.
§.8.nu.25.& tunc conficit instrumenta inter
subditos in alieno territorio, an inter perso-
nas ecclesiasticas de consuetudine patriæ.
25 Abb.d.c.sicut te, nu.12.& seq.Substantialia,
naturalia, & accidẽtalia cõtractus, quæ sint,
gl.l.pacta cõuenta, de contrah.emp. An pos-
sint suppleri per notariũ: quid in die, & con-
sule: & an possint refici, ipsis additis, Spec.
d.tit.de instr.edit.§.9.nu.6. cũ add.dixi sup.
26 in const.Baiulos. Quæ autẽ possint addi ad
consilium sapientis, Bal.l.illa institutio, post
med.de hæred.inst.Et vno de tribus, vel quin-
que mortuo, subrogatũ qui prius in illa terra
officiũ notariatus est adeptus. Luc.l.vnicui-
que, post princ.de prox.sacr.scrin. Quomo-
do autẽ probetur notarius; Spec.vbi sup.de
instr.edit.§.8.num.39.& §.9.nu.2. dixi in d.
const.Baiulos. Non enim præsumitur, quia
non datur à natura, nec nascitur tabellio, vt
ibi nu.24.& 39.dixi supra post nu.13. Vnde
qui dicit se tabellionẽ ex priuilegio Princi-
pis, non creditur, nisi exhibeatur. Bald.l.vn.
27 cir.med.C.de mand.Princ.Et notarius crea
tus à non habente potestatem, est nullus, &
instrumẽta nulla. idẽ Bal.l.barbarius, 1.rep.
col.6.post princ.de off.præto. Priuatus offi-
cio nõ potest conficere instrumenta. Bal.l.2.
1.rep.post nu.3.ff.de Sena. Immo auferuntur
instrumenta, protocollum, & priuilegium.
Bal.l.prætor, §.is etiam, ff.de edendo. cũ assu
matur probatio ex libro, licèt bastardellus
sit cassatus. Bal.l.fin.de his, quę in test.delen.
An autem possit per alium ordinare, & ipse
postea in formã redigere. Abb.c.pen.nu.10.
de fide instr.§.1.auth.de tabell. Ver ùm con-
dẽnatus in secreto, valent instrumenta. Bal.
c.exceptionem, post nu.2.de excep. Et si ha-
28 bet officiũ notariatus in certo loco, non po-
test alibi exercere etiam de voluntate par-
tium. Bal.l.repetita, de Episc.& cler. Affl.hic
nu.9. In dubio potius præsumitur error, quã
dolus in tabellione. addit.vlt.circa med.ad
Spec.d.tit.de instr.edit.§.9.
29 Nota, ꝙ notarius non potest creari, nisi sit
demanialis; alias conficiens instrumentum
quod respicit eius dominũ, non facit fidem.
Gram.hic, nam nõ potest fieri per notarium
vassallum, & factũ non tenet, & tunc an con-
tractus teneat, licèt instrumentum non va-
leat, Gram.in c.reg.non sine præsidentis. per
quod confirmatur ista constit.& Afflict.hic.
30 Perpetuò autem, & cum infamia depositus
ab officio, iterum nõ redit, nec potest de no-
uo creari, si commisit falsum in officio, secus
si fuit remotus, quia percussit aliquem.
Ano. 46.commen.
31 Secundo noto, quòd vicem gerens habet
potestatem ab eo, qui cõmisit. d.c.pen.& fin.
de sta.mon. ita qui defendit sustinet vicem
rei.l.minor, §.quoniam, ff.de procur. Vsuræ
vicem fructuũ obtinent.l.vsuræ, ff.de vsuris.
Is cui mandatur iurisdictio, fungitur vice
mandantis, & non sua.l.solet, de iurisd.omn.
32 iud. & tunc dicitur explicari per alium tan-
quam per organum. l.diem, vbi Bald.1.rep.
cir.fin.princ.ff.de arbit. licèt nemo cogatur
alteri vices suas committere. Bal.l.1.2.rep.
§.vsus, cir.med.ff.de procurat. aliter vices,
in c.sicut, de sent.& re iudic.c.3. de sortileg.
33 Vnde si Papa cõmittit Archiepiscopo vices
suas in tali prouincia, videtur cõcedere per-
sonæ, & non dignitati. Specul.d.tit.de instr.
editio. §.11.nu.7.de vicario, & eius iurisdi-
ctione ordinaria, vel delegata. Ioan.And.in
add.

add. ad Spec. tit. de off. vicarij. & committendo simpliciter vices suas, videtur commisisse in totum. Abb. c. venerabili, num. 11. de off.
34 deleg. Descendẽtes ex corpore filios, vel nepotes potest subrogare. Spec. tit. de feudis, nũ. 52. Debetur tamen maior honor Episcopo, quàm eius Vicario. Bald. l. sed & si, §. fin.
35 de in ius voc. Vltimo vassallus Baronis non potest esse notarius, nisi de speciali licentia Regis. Affl. hic 7. not.

De instrumentis conficiendis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta quæ sint, unde dicantur, & quot modis capiantur.*



VLTRA Affl. quia dictũ fuit de notarijs, & eorum numero, qualiter, & à quibus constituantur, sequebat videre [DE INSTRVMENTIS] idest chartis, in
1 quibus per eos aliquid in scriptis redigitur. l. notionem, in ver. separare, de verb. sign. & dicuntur ab instruendo, quia repræsentant ea propter quæ scripta sunt. Cassa. tract. de gabellis, ibi hic posset, num. 14. & tribus modis considerantur. Bal. cons. 154. nu. 1. 5. vol. de istis [CONFICIENDIS] perficiendis, vel complendis. Nizol. in ver. conficio, tractatur infra.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura in charta bombacina, vel membrana loquitur, quid iure communi, & isto.*
2 *Cõsuetudo quid, unde, & lex dicitur.*
3 *Olim, præteritum significat.*
4 *Instrumenta publica, & authentica, quæ sint, & post num. 7.*
5 *Scriptura debet esse legibilis, & non habere characteres illegibiles.*
6 *Notorij qui ignorant bene scribere, non debent admitti, vel suspendi ab officio.*
7 *Omnino, purè, sine omni conditione, & quid importat, num. 13.*
8 *Similitudo quid, & quid si maiores sunt dissonãtiæ, quã similitudines.*
9 *Priuilegium debet scribi in charta pecorina.*
10 *Emphyteuticus contractus requirit scripturam.*
11 *Priuilegia antiqua renouãtur si sunt integra, & intelligibilia.*
12 *Apocha quid, & quid antapocha, & quare probant.*
14 *Præterita ex præsentibus metiuntur.*
15 *Scribebatur olim in tabulis ligneis, nunc in carta bombacina, & membranis.*
16 *Instrumentum dicitur quod legi potest, num. 19.*
17 *Chartæ animalis mortui credi sine alijs adminiculis, est contra ius.*
18 *Charta membrana, & pergamenum quid.*
20 *Cautelam sufficientem quis facere cogitur non abundantem.*
21 *Similia quæ sint, & unde sumitur similitudo.*
22 *Notarius quomodo probetur, si inde ad centum annos scriptor negetur fuisse notarium.*
23 *Solemniter acta omnia præsumuntur spatio septuaginta annorum.*
24 *Exemplum cũ alijs adminiculis probant in antiquis.*
25 *Fama sola probat ubi ex communiter accidentibus probatio est diffi. ilis.*
26 *Verum olim semper præsumitur verũ.*
27 *Ciuitatis appellatione an veniãt suburbia.*



[CONSVETVDINEM] ex literis, augetur fides veritatis, unde magna priuilegia requirũt scripturã. Bal. c. constitutus, nũ. 19. in fi. de rescrip. quia scriptura nunquã moritur. in c. quoniam contra, post nu. 63. de probat.
1 Scriptura in charta bombacina tenet sicut in membrana, publica est, & ad absentes loquitur. appendix ad D. Th. 3. par. de Sacram. q. 98. alias 67. art. 7. valet tamen constitutio Imperatoris, quod scriptura alicuius ponderis scribatur in chartis pecudinis. Bal. l. donatio, nu. 2. in fi. C. de donat. De iure cõmuni instrumenta in papirio conscripta probant. c. cũ dilecta, §. nos igitur, de confir. vtili, vel inut. Et in nõnullis regionibus instrumenta fiũt in chartis bombacinis. Spec. tit. de instr. edit. §. 9. nu. 21. Antiquitus in ciuitate Neapolis, Amalfie, & Surrenti cõueniebãt in modo, forma, & materia scribendi instrumenta. Affl. hic 2. not. quod idre isto tollit, nã vult

quod non probent, niſi ſint ſcripta in pergameno, exceptis apochis, & antapochis, & quod literæ ſint intelligiblles, vt in tex. qui diuidit vt per Affl. & ſum. in glo. 1. & incipit
2 [CONSVETVDINEM] communẽ aſſuefactionem, ſeu actuũ repetitionẽ. Abb. c. Ioannes, num. 9. de cler. coniug. & alijs modis, vt per Bal. in rub. extra de conſuet. vbi etiã ex quibus inducitur, & eius ætates, & multa quæ inducit actus inducentis cõſuetudinẽ ſunt facti, tamen ex eis reſultat ius quod appellatur conſuetudo. in c. cum dilectus, cir. princ. eod. tit. Legis appellatione venit. Abb. c.
3 2. not. de ſponſal. [QVAM OLIM] quæ dictio præteritũ ſignificat. gl. & Bal. l. 1. §. 1. de nouo. oper. nunc. [IN ALIQVIBVS REGNI NOSTRI PARTIBVS] inf. conſt. in aliquibus, & ſic non totum regnum cõplectitur. Niz. in ver. pars. [AVDIVIMVS] ad audientiã noſtram peruenit. c. intantum, & c. ad Apoſtolicam, de ſimonia. [OBTINERE] retinere. gl. l. clam, in ver. obtinẽdæ, de acq. poſs. videlicet quod inſtrumenta notis, ſiue ſignis inſcribantur. Gram. hic in princ. [DILVCIDA] apertaque. l. fin. C. de legi. [CONSTITVTIONE CASSANTES] præteritam, & annullando futuram. Affl. hic 4. q. [DECERNIMVS] decernendo ſtatuimus. Arch. c. 1. 76. diſt. [INSTRVMENTA PVBLICA]
4 publica manu confecta. Bal. c. cum Ioannes, nu. 2. cir. fin. de fide inſtr. ſeu authentica, quæ habent publicam auctoritatẽ. Bal. c. 1. nu. 1. de fide inſtr. & poſt nu. 2. vel publica, & authentica differunt, & quæ ſint. in c. 2. nu. 1. 2. 4. & 8. eod. tit. quorum ſpecies plures ſunt. Spec. de inſtr. edit. §. 7. in princ. [ET QVASLIBET CAVTIONES] cautelas. gl. l. ſi quis inter, in ver. cautio, de excuſ. tut. alibi intelligitur de cautionibus meris, quando ratio ſubiectæ materiæ hoc importat. Bald. l. 2. in 2. rep. nu. 4. in fi. ff. de iudicijs. [PER LITERATVRAM COMMVNEM, ET LEGIBILEM]
5 adeo quod non debet habere characteres, vel habere ſchedæ legibiles. Spec. tit. de pe. §. 3. nu. 1. cir. fin. ita quod legi poſsit quod dicit. Bal. l. 1. col. 1. cir. med. de his, quæ in teſt. dele. & vbi legi poteſt, ſed cum difficultate, fit innouatio, ſecus ſi non poteſt legi. Abbas c. cũ dilecta, nu. 17. de confirm. vtili, vel inut. Si non poteſt legi propter vetuſtatem, non facit probationem. Bald. c. fin. poſt princ. de auct. & vſu pallij. & quid fiet. in c. fin. num. 3. de fide inſtr. dicuntur autẽ characteres ſigna diſtinctiua. D. Tho. 3. par. de Sacra. q. 4. alias 63. art. 1. & 61. alias 30. art. 3. [PER STATVTOS A NOBIS NOTARIOS] vt conſt. præced.
6 [SCRIBI DEBERE] vnde notarij, qui nõ ſciunt bene ſcribere, nõ debent admitti, & admiſsi debent ſuſpendi ab officio, quia iudex licet nõ poſsit cognoſcere de priuilegiante, poteſt iudicare de perſona priuilegiata, monendo quod infra certum tempus doceat benè ſcribere. Affl. conſt. præced. 10. not. nu. 21. & 22. [SCRIBENDI MODO QVO IN CIVITATE] de qua in conſt. præced. [NEAPOLIS, DVCATV AMALFIAE, ATQVE SVRRENTI] & earum pertinentijs, c. cum venerabilis, de except. c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. [HACTENVS SERVABATVR] ſed quia non eſt dicenda conſuetudo, ſed potius corruptela. c. pen. de con
7 ſecr. eccl. vel alt. [OMNINO] purè, ſine omni cõditione. Inn. c. ex parte enim, de off. deleg. [SVBLATO] lacerato. l. ab Anaſtaſio, cir. fin. C. mand. [VOLVMVS ETIAM] quæ dictio antepoſitũ includit. Iſer. §. ſcribæ, col. 1. cir. fin. de prohib. feud. alien. per Fed. [ET SANCIMVS VT PRAEDICTA INSTRVMENTA PVBLICA] non ad vtilitatem publicam, ſed ſcripta per manum publicã. Bal. l. 2. 3. not. quemad. teſt. aper. [ET ALIAE SIMILES] non idẽ forma-
8 liter, ſed in effectu, non idem per omnia, ſed ratione ſimiles. Bal. l. qui liberis, in princ. de vulg. & pup. licèt nõ dicatur ſimilitudo, niſi illa quæ eſt plena ſimilitudo, at vbi plures inueniuntur differentiæ, quàm conſonantiæ, illa non ſunt ſimilia. Bal. l. 1. in 1. rep. 2. not. de iure emphy. [CAVTIONES] inſtrumenta obligatoria. l. 2. ff. de pactis. inde cautę, ideſt promiſſę. Bal. l. mercede, C. de cond. ob turp. cau. [NONNISI IN PERGAMENIS] alibi
9 membranulis. l. pen. de leg. 3. ſic priuilegium debet ſcribi non ſolũ in pergameno, ſed etiã in papirio, & charta pecorina. Abb. c. cum dilecta, nu. 9. de confirm. vtili, vel inut. [IN POSTERVM] c. conſultationibus, de iurepatr. c. cũ propter, eo. tit. de iurepat. [CONSCRIBANTVR] ſimul ſcribãtur cum iudice, vt inf. conſt. inſtrumentorum robur, & ſic in regno inſtrumenta publica non in papirio, ſed in membrana ſcribi debẽt, apocha, & antapocha in papirio. Gram. conſt. ſeq. in fi. Arno. differentia 25. vtriuſque iuris. [CVM ENIM] quia. D. Th. 1. ad Cor. 7. ibi ſeruus, col. 1. poſt med. [EORVM FIDES] quam vna cũ veritate continere debent, pluſquàm verbales teſtificationes. Luc. l. excellẽtiã, in fi. de erog. mil. ann. [MVLTIS FVTVRIS TEMPORIBVS DVRATVRA] fit publicatio inſtrumentorum ad æternã rei memoriã. Bal. c. publicato, nu. 1. cir. fin. de elect. quis enim nouit poſt centum annos vtrum fuerit notarius, nec ne, ſi tamẽ reperiuntur in loco ſolemni bene cuſtodita, quibus ex conſuetudine datur fides, vt in archiuio publico, & eccleſiarũ codicibus creditur. in c. cum cauſam, nu. 12. de probat. ne enim perſonarum caſu fides publica pereat rei geſtæ, & memoria documentis publicis ſtudioſè redigitur. in c. reg. ne perſonarum.
10 Hac ratione contractus emphyteuticus re-

quirit

quirit scripturā, quia ordinatur ad tempus
excedens memoriam hominum. Bal.d.l.1.in
1.rep.nu.7.& in 2.nu.5.in fi.de iure emphy.
& ad hunc finem vt magis cōseruetur in fu-
turum, mandat hic Imperator instrumenta
conscribi in charta pergamena, non in papi-
rio. Affl.hic 3.not. [SPERETVR] cupimus, nā
nemo sperat, quod nō cupit. Io.And.c.1.nu.
8.de elect.in vj. [IVSTVM] quod cū æquo con
currit. Frec.de subfeu.lib.2. ibi quadragesi-
mo secūdo, nu.7.in fi. [ESSE DECERNIMVS]
statuimus, cōstituimus. Niz.in ver.decerno.
[EX VETVSTATE FORSITAN DESTRVCTIO-
NIS PERICVLO NON SVCCVMBANT] & sic
longitudine temporis pereat memoria con-
tractus. Abb.c.1.post nu.3.& 5.de precarijs.
11 Inde priuilegia antiqua renouantur. Angel.
l.2.de diuer.præd.vrb.& rust.& si literæ non
sunt legibiles, vel instrumentū non integrū,
non dicitur authenticū, secus si sigillum sit
fractum. Abb.c.inter dilectos, post nu.3.de
fide instr. [EX INSTRVMENTIS IN CHARTIS
PAPIRII, VEL ALIO MODO] puta in corio
arborū cerasearum, vt audiuisse ab antiquis
testatur. Gramm.hic. [QVAM, VT DICTVM
EST, SCRIPTIS, NISI SINT APOCHAE, VEL
ANTAPOCHAE] apochæ de recepto, antapo-
12 chæ de soluto, apocha fit à creditore debi-
tori, quæ debiti receptionē continet, antapo
cha fit à debitore creditori, & cōtinet pecu-
niæ solutionem. gl.l.fin.§.Titius, in ver.apo-
chæ, de cond.indeb. Azo in sum.de fide instr.
num.22.& seq. Apodixa, vel cedula an fieri
debeat pro exactione collectarū, & pro eis
an sit aliquid soluendum. in c.reg.33. quod
quaterni. vbi Io.Ant.de Nig.nu.1.5.8.& 10.
[IN IVDICIIS, VEL EXTRA IVDICIA NVL-
LA OMNINO] quæ idem importat, quod ipso
iure. Alex.cons.6.post nu.19.3.vol. [PROBA-
13 TIO ASSVMATVR] cū instrumenta non in pa
pirio, sed in membrana scribi debeant, alias
non faciunt fidem, secus in apocha, & anta-
pocha, quæ etiam scribi possunt in papirio.
Gram.hic in fi.Luc.l.1.col.3.in princ.de apo
chis publ. licèt in aliquibus regionibus mē-
branarum vsus habeatur in regno quælibet
scriptura scripta in papirio, exceptis prædi-
ctis, nullā obtinet firmitatem. idem Luc.l.3.
post princ.de apochis publ.& l.3.post princ.
de rabul.scrib. logogra. Vnde instrumento
publico creditur sine alio adminiculo. Spec.
d.tit.de instr.edit.§.8.nu.1.& 2. Et quæ fiunt
à fisco, apochæ, vel antapochæ non debent
in dubium reuocari. Bald.l.2.post num.2.de
quadr.præscript. [SCRIPTVRIS TANTVM-
MODO PRAETERITIS IN SVO ROBORE DV-
14 RATVRIS] nam licèt ex præsentibus præte-
rita metiamur. Spec.tit.de emph.nu.38.non
tamen extenduntur ad præterita nisi dicat.

c.Imperialem, §.Imperator Lotharius, de
prohib.feu.alie.per Fed.nisi esset facta super
nomine hostis Regij, quia tūc renouari man
dat. Inf.const.priuilegia, de reuo.priuil. Affl.
hic nu.18.cir.fi. [QVAE TAMEN] scripturæ
publicæ authenticæ, cum aliæ sint priuatæ;
& vnde dicantur authenticæ. Abb.c.1.nu.2.
d.tit.de fide instr. [IN PRAEDICTIS CHAR-
TIS BOMBACINIS SVNT REDACTAE SCRI-
15 PTVRAE] nam olim scribebatur in tabulis
ligneis. Bal.l.in cōmodato, §.sicut, ff.cōmod.
[IN PRAEDICTIS LOCIS NEAPOLIS,
AMALFIAE, ET SVRRENTI INFRA BIEN-
NIVM A DIE EDITAE SANCTIONIS ISTIVS
AD CVMMVNEM LITERAM, ET LEGIBILEM
16 REDIGANTVR] nam illud tantū dicitur in-
strumentum, quod legi potest. Bal.l.ad pro-
bationem dominij.C.e probat.& si litera est
obscura, quàm nullus sanus intellectus con-
cipere potest, nō probat. idem Bal.l.1.nu.2.
in fi.de fide instr.& abbreuiatura si sic repe-
ritur abbreuiata, quod ignoratur quid di-
cere velit, non potest publicari. Spec.d.tit.
de instr.edit. §.4.nu.17. ita & captiosa scri-
ptura in iudicio vim obtinere non debet.
idem Spec.eo.tit.de instr.edit.§.8.post nu.2.
Error incertæ Grammaticę æquipollet iuri.
Bal.c.ad audientiam, nu.8.de rescriptis.
17 Contra, credi chartæ animalis mortui,
sine alijs adminiculis, est contra ius. Abbas
c.pen.post nu.7.vbi Bald.nu.8.in fi.quod est
quodammodo contra ius naturale credere
voci mortuæ, in præiudicium tertij. de fide
instr. nec refert instrumenta conscribi in pa
pirio, membrana, vel quacunque materia.
Bal.l.quoniā, nu.3.per illū tex.C.de testam.
quia virtus instruméti non est in papirio, sed
in intellectu. Bal.præd.l.si conductionis, C.
locati. & satis est si vsitato modo scribatur,
nam ratio legis impletur, quæ est vt clarè
legi, & intelligi possit, etiam quia consuetu-
dini est standum, aut quòd sine. in fi.eod.tit.
de testa. latè idem Bald.l.iudices, de sent.&
interloq.omn.iud.

Dic, quòd adminicula sunt subscriptio iu-
dicis, notarij, & testium, vt inf.const.instru-
mentorū robur. nunc verò scribitur in char
ta linia, membrana, vel corio animalis. Io.
And.ad Spec.tit.de testam.§.3. in ver.secun
dum tabulas. & charta debet esse rasa æqua-
liter, secus si partim rasa, & partim nō. Bal.
l.quædam, 2.rep.in fi.ff.de edendo. Quid au-
18 tem sit charta, & quid membrana, l.librorū
appellatione, in princ.vbi gl.de leg.3. & di-
citur membrana, quia de membris anima-
liū eripitur. l.sacri, vbi gl.de diuer.rescript.
pergamenum est de membris animalium ex-
coriatū. add.ad Spec.d.tit.de lib.cócep.§.1.

Nota, quòd aliquid statuitur propter anti-
qui-

quitatem, & ei statur in multis. Affl. inf. cōst. constitutionem diuæ memoriæ, 13. not. post
19 nu. 3. si possunt intelligi, alias nō, nam paria sunt non loqui, & non intelligibiliter loqui. Bal. l. Lucius, §. 1. de leg. 1. Vnde valet testamentum scriptū per notas, quādo notæ sunt visitatæ. idē Bal. l. quoties, §. 1. de hæred. inst. Et si in instrumento est aliqua particula nō intelligibilis, non vitiantur ea quæ intelligi possunt. Bal. l. in ciuile, in fi. ff. de legi. Immo ex vicinis scripturis aliquid iudicatur. gl. in l. fin. de vsufr. ear. rer. Potest insuper tabellio qui scripsit instrumentum ambiguum, illud declarare, dum viuit corrigere non potest, nisi iudicis auctoritate. Bal. c. fin. post nu. 8. de const. Quid si deleta est indictio, sed apparent anni Domini. Bald. l. vnum ex familia, §. pen. de leg. 2. & l. 1. col. 2. de his, quæ in test. delen. posset peti, quod expleatur coram iudice ordinario, qui attestabitur de tenore scripturæ, citato eo cuius interest, & ista dicuntur exemplaria, quæ quādo fiunt, & quibus præiudicant, Abb. c. 1. & fin. d. tit. de fide instr. & si quid cautelę deficit, de iure supplet tur. Bal. l. Iulianus, §. 1. de verb. oblig. nā co-
20 gitur quis ad cautelā sufficientem non abundantem. idem Bald. l. fideicommissa, §. si hæres, de leg. 3.

21 Nota secundo, quæ sunt similia, & vnde sumitur similitudo. Bal. add. vlt. ad Spec. tit. de disput. & alleg. aduoc. in princ. Quæ sunt eiusdē qualitatis, in c. cum contra, nu. 1. cir. fin. de testi. cog. Inde domestica cautio, vel chirographū. l. in tacitis, de leg. 1. Scripturæ manu presbyteris, vel mercatoris ex necessitate officij factæ, statur eū iuramento. Bal. l. admonēdi, col. 4. post med. de iureiur. alias nō facit fidem. idē Bal. l. 1. in princ. de excus. tut. & cautum. i. satisfactū. glo. in l. fin. de tu-
22 telis. Et si post centū annos negetur scriptorē fuisse notarium, quomodo probetur. Abb. c. significauit, nu. 7. ante, & post, de testi. & d. c. 1. nu. 3. cir. fin. vbi Bal. post nu. 2. & c. 2. nu. 2. circa fin. & 3. de fide instr. Affl. hic 3. not.
23 Et per spatium 70. annorum, & vltra præsumuntur omnia solemniter acta, & debitum modum interuenisse. Dec. cons. 298. col. 2.
24 post nu. 3. Et propter antiquitatem exemplū etiā probaret cum alijs adminiculis, nec de fide priuilegij esset dubitandū. idē Dec. cons. 435. nu. 15. quomodo, & qualiter exēplatur, cuius auctoritate, & quibus citatis. Bal. c. fi.
25 de fide instr. Immo sola fama facit plenā fidē vbi ꝓ cōmuniter accidētibus probatio est difficilis. Dec. prę d. cons. 175. nu. 7. 595. nu. 6. &
26 638. post nu. 5. & tūc olim verū, semper præsumitur verum. Bal. l. cū de indebito, §. 1. de
27 prob. Vltimo appellatione ciuitatis an veniant suburbia, Abb. c. fin. post nu. 8. de præb.

De Iudicibus per Imperialem celsitudinem promouendis.

SVMMARIVM.

1 *Fraus fit de nomine ad nomen, & de persona ad personam.*
2 *Iudices sunt legis exequutores.*



[C]ORREXERAT Imperator abusum circa scribendi modū in ciuitate Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, & quia per ciuitates prædictas in eisdē locis creabantur officiales, quos Admezatores dicebant, contra formam constit. cum
1 satis, committendo fraudem de nomine ad nomen, sicut fit quando cōmittitur de persona ad personam. l. non dubium, C. de legi. Affl. inf. in tex. nū. 3. cir. fin. Ideo illos cassan-
2 do tractat [DE IVDICIBVS] qui cum sint legis exequutores, Lud. de Mol. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 16. nu. 21. in princ. sunt [PER IMPERIALEM CELSITVDINEM] per Imperatorem, qui est in præeminenti culmine constitutus. sup. const. quanto. [PROMOVENDI] producendi. Nizol. in ver. promoueo, & non per ciuitates prædictas, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Cassatur quod de iure tenet, & iniuste est factum, & nullum quod de facto processit.*
2 *Iurisdictio fluit, & refluit ad Regem.*
3 *Cum, causatiuè, alibi quamuis exponitur.*
4 *Quæstiones pluribus modis capiūtur.*
5 *Ammezatores, disceptatores, vel transactores dicuntur.*
6 *Pertinentiæ sunt secundum legem, vel consuetudinem.*
7 *Iurisdictio idem quod potestas, & dicitur quasi iuris dicendi potestas.*
8 *Iurisdictionem priuatus non dat.*
9 *Examen plenam causæ cognitionem requirit, & in loco consueto.*
10 *Cōpares, collegæ, vel similes dicuntur, & ad ipsos non appellatur. nu. 27.*
11 *Superior possidet inferiorem, non par parem.*
12 *Appellatio desiderat quendam gradum superioritatis.*

13 *Appel*

13 *Appellatur ad Papam, Regem, & Magnam Curiam, omisso medio.*
14 *Camera idem quod fiscus.*
15 *Arbitri qui, & quomodo differant ab arbitratoribus, arbitria, & iudicia, in quibus concordant.*
16 *Arbitrator vir bonus, & medius, qui facit pacem inter duos.*
17 *Compromitti possunt quadã, & quadam non.*
18 *Cõpromitti potest iure isto, et cõmuni.*
19 *Cõpromissum prorogatio iurisdictionis vocatur.*
20 *Transactio partium consensu substantiatur.*
21 *Arbitrator amicabilis compositor dicitur, quid de proxoneta, num. 22.*
23 *Compromissum, & contractus, & in quo aquiparatur iudicio.*
24 *Clericus potest esse arbiter, & compellitur ad pronunciandum.*
25 *Arbitri debent sequi ius, sicut & iudices.*
26 *Par si requirit parem, non est propriè citatio, & si habet priuilegium, eo remoto, remanet ius commune.*



Vm Nova] cassatur non solum, quod de iure tenet, & iniustè est factũ, sed etiam quod est nullum, & de facto processit. Bal. consi. 144. 5. vol. Potestas creandorum officialium est de Regalibus, quæ sint reg. in ver. potestas cõstituendorũ magistratum, quia iurisdictio procedit à Rege, & successiuè à publico à quo fluit per cõmissiones, & cõfirmationes, & refluit per appellationes, querelas, nullitates. Affl. hic 2. not. cir. med. In ciuitatibus Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti eligebantur Admezatores ad decidendas quæstiones, qui nõ habebant iurisdictionem, nisi quæ ab eligentibus conferebatur, vt per Affl. vbi sup. nam arbitramentum cadit in negocijs, cum sit species transactionis, non autem in iudicijs. Bal. l. 1. C. de discussor. Vnde sententia lata contra formam mandati, non tenet, quid si vltra. in c. causam, nu. 3. de sent. & re iudic. Hic remouentur, & mandat Imperator omnes quæstiones decidi per officiales ab eo statutos, firmis remanentibus arbitrijs, vt in textu, qui diuiditur, vt per Affl. & sum. vt in gl. 1. & dicit [Cvm] causatiuè, alibi exponit quamuis. gl. l. non solum, §. quæritur, in ver. eum, ff. de procu. gl. 3. l. ab hostibus, ex quib. cau. maio. [Nova] & successiuè magna maturitate, & euidenti vtilitate. gl. in c. cõmunis, in ver. nouum, 23. dist. vel dicitur noua, quia fuit facta post promulgationẽ istarum constitutionũ. Affl. hic post princ. [Nostri Nominis] à quo vti à statuente assumit vigorem, vt sup. in prælud. in ver. Imperator. [Sanctione Statvtvm Sit] d. const. cum satis. [Vt] idest. Io. And. c. accusatus, in princ. de hæret. in vj. alibi exemplificatiuè ponitur. gl. l. iurisgẽtium, §. quinimmo, ff. de pactis. [Ivdices] qui ius dicunt. c. forus, de verb. sign. [De Qvaestionibvs] criminalibus. Gram. sup. const. omnes Baiuli, vel dubitabilibus, cum quæstiones capiãtur pluribus modis. Affl. hic 1. not. [Cognoscentes] cognitionẽ suscipientes, inquirendo quæ incumbunt. l. ius alimẽtorum, §. 1. iuncta gl. in ver. cognitionem, ff. vbi pup. educ. deb. [Per Nostram Celsitvdinem] sup. cõst. ea quę ad speciale decus. [Debeant] necesse habeant. Alnar. c. fin. ante nu. 1. de feu. dato inuicem leg. com. [Promoveri] adiudicandi dignitatẽ. c. fin. in fi. de purg. can. [Ivnctos Etiam Admezatores] disceptatores. Bal. l. hac edictali, §. his illud, nu. 9. in fi. de secun. nup. In medio arbitratores ad componendã pacem. in fin. Magister sent. lib. 3. dist. 19. ibi qui solus. Vel transactores. Baldus l. quod ephasi, §. 1. de eo quod certo loco, siue mediatores, quorũ officium est vnire eos quorum sunt mediatores ea quæ vnius sunt, deferendo ad alium, & boni sunt dum reconciliant inimicos, mali autem si separant amicos. D. Tho. 3. par. de Saluatore, q. 26. art. 1. & 2. Itur enim ad iudicem tãquam animatum ius, vnde quidam vocant mediatorem, quasi iustũ assequuturi si medium assequuntur vicissim cum medium iustum sit. Arist. 5. Ethic. 7. vbi secundũ Auerr. dicunt cõmediatorem, assumptus super controuersia iam orta, vocatur transactor, super futuris potest esse iudicium, Bal. c. 3. nu. 6. post med. de off. deleg. Non tamen est satis prudens, qui in se accipit cõpromissum. in c. suspicionis, nn. 6. in fi. eo. tit. de off. deleg. [Qvi Per Privatorvm Consensvs] qui non possunt iurisdictionẽ concedere. d. cõst. ea quæ ad speciale decus. Vltra quod prorogatio non cadit in his, quæ iurisdictionem sapiunt. Bal. l. 1. in 1. rep. in fi. & 2. in princ. ff. de iudic. & l. si qui, nu. 6. de Episc. aud. [Ad Decidendas] sine debito. sup. const. de quæstionibus. [Qvaestiones] facti. l. idem erit, de sta. hom. [In Praedictis Locis Neapolis, Amalfiae, Et Svrrenti] de vino Surrenti meminit. l. fin. de vino, trit. & olto leg. [Et Ci-

6 Circvmstantibvs]pertinentijs, quæ sunt
secundum legem,vel consuetudinem.Pau.de
Cast.cons.143.nu.4.1.vol. [Eligebantvr
Hvcvsqvs] quæ electio collationē quādam
importat, qua vnus alteri præfertur. D.Th.
1.2.q.13.art.1.Verùm electus nō potest sine
partium consensu alteri cōmittere.Spec.tit.
de iudice deleg.§.sequitur, lo 2.post num.1.
[Qvi Nvllam Aliam Ivrisdictionem]
7 quæ idem est quod potestas,& dicitur quasi
iuris dicendi potestas. Abbas c.quod sedes,
nu.5.post princ.de off.ord. [Habebant] nō
habebāt. l.quærebatur,post ver.tres,in ver.
compescent, ad leg.Falc. [Nisi Qvae Ab
Eligentibvs Conferebatvr Eisdem]
8 sed quia priuatus non confert iurisdictionē,
lite contestata. Bal.l.si conuenerit, 3.rep.de
iurisd.om.iud.[In Posterum] post hanc le-
gē.gl.pen.l.generali,de sacros.eccl.[Eligi
Prohibemvs] impedimus,inde prohibitus,
idest impeditus. Bal.l.2.§.si quis iudicio, in
princ.si quis caut.[Sed Per Ivdices Tan-
tvm] quæ dictio est restrictiua.Cass.cōsuet.
Burg.rub.7.§.6.ibi, c.est auscauler. [A No-
bis Statvtos]ad quos spectat creare offi-
ciales,vt supra. [Coram] quæ dictio exigit
pręsentiā personalem. Affl.hic 3.not.[Baiv-
lis Cavsas] quæ materiæ, & origines sunt
negociorum. c.forus,de verb.sign. [Omnes
9 Examinari] quod plenā causæ cognitionē
exigit,& in loco consueto. gl.fin.in l.voluit,
ff de interrog.act.[Volvmvs] & mādamus.
inf.const.vt officialibus. [Et Per Senten-
tiam Terminari] mediante iustitia, vel
concordia.c.causam quæ,de testi.c querelā,
de simo. [A Qvorvm Sententiis Appel-
lationes]prouocationes. Abb.c.fin.1.not.
de sequest.poss. & fruct. [Non Ad Compa-
10 res].i.collegas.Bal.l.minor,li 2.1.rep.post
nu.2.ff.de minor.vel similes,inde par.i.simi-
lis.glo.l.si seruum,in ver.par,de verb.oblig.
& paria.in l.Iulius,de cond.& demonst. par
enim imparem non habet imperium.c.inno
tuit,de elect.Et collega nō potest imponere
legem alteri collegæ,quia prohibitio non fit
à pari. Bal.c.fin.nu.15.circa fin.de sent.& re
iud. Duæ iurisdictiones pares vna in alterā,
nihil potest,& dedignatur per comparē quę-
ri.gl.& Bal.l.hæres per seruū,de acq.hæred.
nam parium natura est quod vnum in alte-
rum nihil possit, alias neutrum remaneret.
l.generaliter,ff.de fideiuss. & à pari nō cau-
satur impedimentum,quia causa impediens
semper debet esse potentior. Bal.l.cum qui-
dam,§.quod dicitur,circa med.d.tit.de acq.
hæred.nec à pari fit confusio,sed à præpoten
te.l.si reus,vbi Bal.de duob.reis.Simile nō
patitur à simili . Arist. 1.de gen.& corrupt.
textu 46.& 48.Nam qui de pari concertant,
non sunt talis conditionis,quod vnus infrin
gat alium.idē Bal.l.2.nu.2.cir.fin. C.de fide
fide instr. Nec par vincit parem.in l. in exer
cēdis,nu.2.cir.fin.eo.tit.de fide instr.sed ha-
bēt se ad modū inuidi, qui de pari dedigna-
tur.Bal.præd.l.2.C.de dolo malo. Et dicitur
par,quod in omnibus est ęquale.D.Aug.lib.
octuaginta trium quæst. col.11.cir.fin. alibi
impar. l.sed an,§.1.de neg.gest.l.candē,§.1.
de duob.reis.& impares.l.paupertas,vbi gl.
11 & Bal.de excus.tut. Et sic superior possidet
inferiorem, non par parem,nā in pari nulla
est superioritas, & nulla victoria fit à pari.
Bal.l.nō ignorat,col.2.in princ.& nu.6.post
med.de his,qui accus.non poss. Ordinarius
ordinario nihil potest mandari. Bald.c.cum
contingat,nu.11.de rescrip. potest delegare
maiori se,vel pari,si volunt acceptare,alias
non coguntur.in rub.post nu.2.de off.deleg.
Vel collega intimat,sed lex arctat.in c.cum
causa,in fi.eo.tit. Vnde nō potest quis seip-
sum, superiorē, vel æqualem excōmunicare.
D.Th.3.par.de Sacram.q.53.alias 22.art.4.
Posset tamen collega esse iudex in causa sui
collegæ. Minad.cons.27.nu.8.& successiuè
in causa appellationis,cum sint duo iudices
extremi,iudex à quo,& iudex ad quem. Bal.
l.2.nu.2.C.de appell.& appellatio est magis
altæ iurisdictionis,quàm primæ causæ.idem
12 Bald.l.pen.in fi.commi.vel epist. appellatio
enim desiderat quendā gradum superiorita-
tis. Bald.præd.l.1. in fi de peda.iud. in ea ius
superioritatis consistit. in c.venientes,nu.2.
cir.fin.de iureiur.& ad quem appellatur si iu
dices sunt diuersæ iurisdictionis, in rub. ex-
tra de appell.nu.4.Adeo quod iudex propter
exuberantem auctoritatē, quam habet,pro-
cedit in causa appellationis,lite non conte-
stata. Bal.l.fin.§.illud, circa princ.de temp.
appell. ideo nō appellatur ad compares. Et
qui appellat,debet probare iustè appellare.
in c.in præsentia,nu.3.de renunciatione.Sed
si partim iusta, & partim iniusta appellat
simpliciter,iudex tamen distinguit. in.c.finē
litibus,cir.princ.de rest.spol. Appellationis
naturā,& quæ nō supplet,in c.fraternitatis,
post nu.7.de testib.[Vel Adivnctos]com
palatios ordinatos à Regia Curia iudicātes
in palatio. Affl.hic cir.princ.nu.5.cir.fin.&
const.constitutionum, 11.not. Inde Palatini
nomen est generale, & interdū assumuntur
pro illis, qui deputantur ad exequēdas cau-
sas fisco delatas. not. Bald.l.2.6.not.de pet.
bon.subla.Regulariter de iure appellatur ad
eum, à quo is qui iudicauit fuit immediatè
deputatus: vnde iudex appellationis non po
test pronunciare in ijs de quibus corā eo agi
non potest, puta de spiritualibus,& econtra
corā ecclesiastico de rebus secularibus, nec
de

de causis occurrentibus in nundinis. Minad.
consi. 24. [VT DICTVM EST] sup. const. sta-
tuimus vt Magnæ Curiæ. [SED AD CELSI-
13 TVDINEM NOSTRAM] omisso medio, sicut ad
Papam, Affl. hic 4. not. ad quem appellatur,
omnibus postpositis, & omissis. c. si quis pu-
tauerit, 2. q. 6. c. si duobus, de appell. & iure
isto ad Regem, & Magnam Curiam. Arno.
26. differentia vtriusq; iuris. Videtur, q non
teneat, nec iurisdictionē inferioris suspēdat.
c. cum te, vbi Bal. de off. deleg. [VEL OFFI-
CIALES NOSTRAE CAMERAE] Secretum vi-
delicet in terris demanij, & in terris Baro-
nū ad Magnā Curiam. Iser. & Affl. hic nu. 7.
aliter Camera. Bald. in rub. nu. 3. C. de verb.
14 sign. & Camera idē est quod fiscus: vnde cō-
dēnatus soluere Cameræ Regis, est condem
natus soluere fisco. Bal. l. vni. §. cū autē, in fi.
de cad. toll. & ista Camera fisci, vel Imperij
vbi est, idē Bal. rub. nu. 13. de iure fis. lib. 10.
[IVSTITIARIOS, MAGISTROS IVSTITIA-
RIOS, SICVT IN RELIQVIS REGNI PARTI-
BVS DEFERANTVR] permittātur, vel conce-
dant. Arch. c. nos, cir. princ. 12. dist. & d. cōst.
statuimus. & sic dicit ad quē à sententia Ba-
iulorū appelletur. Io. Ant. de Nig. in c. regni
15 ad quietem, nu. 13. [ARBITRIS] qui quales
sint, quomodo differunt ab arbitratoribus,
Spec. tit. de arbit. & arbitrat. §. 1. cū add. ad
eum, in quibus conueniant, & discordent iu-
dicia, & compromissa, Bal. l. 1. post nu. 8. & 9.
C. de arbit. Arbitramentū est trāsactio. Bal.
l. 2. nu. 3. cir. med. de rescind. vend. Compro-
missum habet pro petitione. Bal. c. fin. nu. 6.
in fi. de sent. & re iud. Et arbitrator vir bo-
nus interpretatur. idem Bal. l. si procurator,
16 de cōd. indeb. Quis dicatur vir bonus, Spec.
sup. citato loco. Et dicitur, quia vir bonus
debet esse medius inter discordes, Bald. l. 1.
rep. antiq. C. de nupt. facit pacē inter duos,
vt reconciliati, sententiā eius sequuti, amit-
tant discordiam primā. D. Aug. 2. quæstionū
ex nouo testamēto, col. 39. in fi. & 40. in prin.
quod debet etiam iudex si potest, Bal. auth.
si verò contingerit, de iudic. Coram arbitro
nō est iudicium, nec requiritur ordo, nec so-
lemnitas extrinseca, non quæritur ab eo nisi
veritas, & nihil amatur ex eo nisi æquitas,
debet tamen monere partem, & ferre laudū
etiam die feriata in honorem Dei, & si non
tenet arbitramentū, quando potest iterato
arbitrari. Bal. l. fin. nu. 16. vsque ad 21. C. de
contrah. emp. potest esse etiā ignarus litera-
rum. l. certi iuris, d. tit. de iudic. Potest pro-
rogare nulla parte citata, laudum proferre,
& clausum dare parti. Bald. l. 1. post nu. 9. &
10. de sent. ex breuio. recit. Quomodo redu-
citur ab arbitriū boni viri, Spec. vbi sup. de
arb. & arbit. §. 1. & vsque ad quantū tempus,

Bal. d. l. fin. nu. 16. de contrah. emp. Et si sunt
electi mixtim vti arbitri, & arbitratores,
quis eliget tertium, Bal. l. hac edictali, §. hic
illud, nu. 2. de secun. nup. Et quomodo intelli
gatur procedere, in c. Quintauallis, nu. 19. in
fi. & 20. Et cōdemnatus per arbitratorē, po-
test cogi ad solutionē, iudicis officio implo-
rato, dummodo arbitrium sit æquum, post
num. 3. & 4. de iureiur. [SVPER REBVS DE
QVIBVS POTEST DE IVRE IN ARBITROS
17 COMPROMITTI] non enim compromittitur
vbi est instrumentū liquidū, sententia, obli-
gationes, vel causa feudalis, vt in prag. odia
litium, in fi. quæ est prima in ordine, sub rub.
de arbitris. & de re certa, liquida, vel sopita
non compromittitur. Bald. l. 1. in 1. & 2. rep.
in princ. & 3. rep. in princ. & nu. 26. ff. de trāsa.
etiā si renuncietur sentētiæ. Arno. comm. 89.
nam res decisa, non potest iterū decidi, Bal.
l. post sententiā, in princ. de sent. & interloq.
om. iud. nec fit de rebus pacificis, Arno. 76.
comm. nec de quæstione tutelæ. Bald. l. 4. de
tut. & cur. datis ab his. Ita si esset quæstio
iuris, secus si esset iuris, & facti. idē Bal. l. an-
cillæ, nu. 2. cum add. ad eum, C. de furtis. nec
causæ criminales, vel ciuiles criminaliter
intentatæ. Abb. c. irrefragabili, §. cæterum,
nu. 3. de off. ord. c. conquerente, post nu. 12.
de restit. spol. & d. c. literas, 2. not. & nu. 7. de
præsum. secus si ageret de crimine ciuiliter.
idē Abb. c. veniens, 2. not. & c. Quintauallis,
2. not. de iureior. cum P. Manconella, nu. 7.
de accus. l. nō distinguemus, §. Iulianus, ff. de
arbit. Spec. d. tit. de arbit. & arbitrat. §. 3. in
princ. Et quod fuit dictū de sententia limita
ve per Bald. l. pacta conuenta, §. si pacisear,
1. rep. ff. de pactis. multa Gram. d. prag. odia
litium. per tot. Prælatus non compromittit
super liquido. Bal. ad Spec. tit. de arbit. in fi.
Ius verò spirituale potest cōpromitti in cle-
ricos. Abb. c. præsentata, 2. not. de testi. Affi-
nes compelluntur, vt in d. prag. & dicuntur
arbitri iuris. Abb. c. 1. in 1. not. de arbitris. A
tamen soluta affinitate, etiā quod remaneāt
reliquiæ, non fit compromissum. Bal. l. 3. 1. &
2. rep. in ver. affinitates, ff. de postul. [PRO-
PTEREA NON NEGANDIS] & sic licitum est
partibus de cōi consensu iudicem nō adire,
& ad amicabilem compositorem, vel dispen
satorē ire, nisi causa de sui natura prætorem
desideret. Bal. rub. 2. rep. nu. 3. cir. princ. ex-
18 tra de iudic. Et permittitur compromitti,
sicut & de iure cōi. Affl. hic post princ. & 3.
19 not. & prorogatio iurisdictionis appellatur
compromissum, & fit verbis dicendo, cōpro-
mittimus in talem. Bal. l. cū nō solum, §. ne-
cessitatē, nu. 14. in fi. de bonis quæ lib. & tūc
quod pronunciat arbiter, taxabit magistra
tus. Bal. l. terminato, nu. 2. in fi. & 8. cir. med.
de

de fruct .& lit. expen. Et sic in rebus humanis
possunt aliqui sponte se subijcere aliorũ iu-
dicio, licèt non sint eorũ superiores, sed ne-
cesse est arbitriũ pœna vallari, quia arbitri
non sunt superiores, nec habent plenam pœ-
nam coercendi. D.Th.2.2.q.67.art.1. & ab
eis appellare, leuis animi esse videtur. ead.
par. quæst. 69. art.3. Vltimo causa famosa
an posſit compromitti. glo.l. quid ergo, §.1.
de his, qui not. infam.
20 Contra, transactio substantiatur partium
consensu. Bald.l. admonendi, col.1. cir. fin. de
iureiur. ita videtur, quòd possint alteri iuris-
dictionẽ dare, eo magis, quia arbitri possunt
assumere partes iudicis, sicut & exequuto-
ris. Ant. de But. c. veniens, 2. not. de renunc.
nã sua interest laudum suum nõ sperni. Bal.
l. cũ allegas, nu.5. cir. med. C. de vsuris. Intel
lige prædicta in sui præiudicium, quia tunc
potest consentire etiam in personã inhabi-
lẽ, & eã legitimare. Bal. l. qui iurasse, in prin.
ff. de iureiur. Iurisdictiones enim sunt publi-
ci iuris, ideo pacto priuatorũ non conferun
tur. Bald. c.1.1. rep. nu.11. in princ. de iudic.
Isto modo ignoranti quæritur iurisdictio in
habitu, non in actu. idẽ Bal. l.2. §.1. ff. de iudi
21 cijs. Et dicitur amicabilis compositor. Abb.
c. cõstitutus, nu.25. de relig. dom. arbitrator,
siue amicabilis compositor. in c. illud autẽ,
nu.17. de præscrip. compositor inter partes,
c. pen. nu.4. cir. med. de empt. & vẽd. & equi-
22 paratur proxonetæ, quia est mediator inter
partes, & tenetur de dolo, & lata culpa, sicut
proxoneta. idem Abb. c. quia verò, nu.6. cir.
med. & c. suspiciones, cir. med. num.6. de off.
deleg. & assumitur vt bonus vir, qui habet
officium sine iurisdictione. Bal. l. arbitrio, in
princ. qui satisd. cog. & dicitur amicabilis
cõpositor. Bal. l. idemque, §. si quis, cir. med.
ff. mandati. Vnde si promitto stare mandato
alicuius, videor eligere eũ in bonum virum,
& amicabilẽ compositorem, non vt arbitrũ.
Abb. c. veniens, post nu.3. de iureiur. vt quod
non determinatur conuẽtione, vel legali di-
spositione, determinetur arbitrio boni viri.
Bal. l. certo, §. fin. de ser. rust. præd. qui habet
exercitiũ compositoris. Abb. c. pen. nu.7. in
fi. de rest. in integ. Eius dictũ non est propriè
sentẽtia, sed potius cõtractus, seu transactio.
in d.c. Quintauallis, num.8. in fi. de iureiur.
Amicabilis compositio, & transactio diffe-
rũt. Bal. rub. extra de pact. nu.7. Vnde si duo
litigantes vadunt ad sapientem, & dicunt, quod
seruabunt quidquid ipse dixerit, si dixit pro
possessore, illa habet exceptionẽ pacti, si pro
actore, agit ad interesse si nõ seruatur pactũ.
Bart. de Capua q.22. in rep. Gra. super prag.
23 in fi. nam compromissum est cõtractus, & in
quo æquiparetur iudicio. Bal. l.1. ff. de arbit.

cum verum iudicium sit tantũ corã iudice,
quasi iudicium est corã arbitro. Bal. l. si quis
rem, §.1. eo. tit. de arbit. & quod de arbitris
dicitur, idem in arbitratoribus, l. cet arbitri
dicantur habere officiũ, & æquiparentur de-
legatis. Abb. c. vno delegatorũ, nu.2. & seq.
de off. deleg. cogitur arbitrari, si suscepit of-
ficium, seu arbitrium, alias non. Bal. l. fin. nu.
14. C. de contrah. empt. Arbitrator verò est
mediator, siue tertius, vel consiliarius. Spec.
d. tit. de arbit. & arbitrat. §. fin. nu.18. in fi.
Eius laudum quomodo appellatur, & differt
à trãsactione. Bal. add. vlt. ad Spec. eo. tit. de
arbitro, & arbitrat. Et fertur etiã inter cle-
ricos cum appositione pœnæ. Abb. c. suam,
2. not. de pœnis. Cõpromissum aliud simplex,
aliud duplicatum, semel, & pluries: quia im-
portet pluries, semel, sæpius, iterum: & com-
promissum factũ per prælatum, eo mortuo
nõ expirat, debet tamen finem accipere vbi
cœptum est compromissum, sed an posſit ci-
tari ad loca multũ remota, vel hodie in vna
ciuitate, cras in aliã. Bal. c. præsentata, nu.1.
9.10. & 12. de testib. nunquid in eo seruetur
aliquis ordo iudiciarius, & posſit fieri parte
absente, & nõ citata, infra quantum tempus
debet arbitrari, & renũciari posſit arbitrio
boni viri, vel emologari lapsu decẽ dierum.
Bal. d.c. Quintauallis, nu.7. vsque 12, 14 vsq;
19. de iureiur. Quid si detur facultas proce-
dendi de facto, & de iure sententiandi. in c.
consanguinei, cir. fin. de sent. & re iud. Cle-
24 ricus autẽ, vel prælatus potest esse arbiter,
sicut & iudex. Abb. c. cũ olim, 5. not. de præ-
script. Quid in religioso, Io. And. cir. fin. ad
Spec. in rub. de statu mon. Et potest esse qui-
cũque, si non prohibetur. Spec. d. tit. de arb.
& arbit. §. fin. nu.27. ex quibus contra ipsos
excipitur. Spec. ibi §.6. & sibi imputet, qui
compromisit. l. diem, §. stari, ff. de arbitris.
Adeo quod si confirmatur, & nõ paretur, cõ-
mittitur pœna cõpromisſi. Bal. l. fin. nu.20.
C. de contrah. empt. c. breui, num.1. & 2. de
iureiur. Et etiam quod sit datũ liberum ar-
bitrium, subiacet æquitati. Bal. l. si procura-
tor, de cond. indeb. Et sicut per mortẽ expi-
rat compromissum, ita & per longam absen
tiã. Abb. c. præsentata, nu.2. de testi. absentia
enim cogit adire forũ, qui alias nõ adiretur.
Abb. c. si quis cõtra, 2. rep. nu.45. cir. fi. de fo.
comp. & valde remoti dicuntur, qui distant
vltra duas dietas. Abb. c. secundo requiris,
nu.7. de appell. Et clericus si acceptauit cõ-
promissum, potest cogi ad pronunciandum,
nec liberatur per superuenientiã maioris di
gnitatis, secus si perrexerit ad partes lõgin-
quas. idem Abb. d.c. præsentata, nu.12. Si di-
scordãt arbitri, tertius eligit, qui cũ vno ex
arbitris, nõ solus determinabit. Bal. c. suspi-
cionis,

cionis,nu.2.de off.deleg. Et sic amicabiliter conuincunt. c.ex parte, de sepult. eligendo arbitros,vel arbitratores,qui quomodo capiantur in iure. Bal.l.idem Pomponius,§.recepisse,de arbitris, à quibus appelletur. idē Bal.l.arbitro,1.rep.nu.2.& 3.qui satisd.cog.
25 nam arctantur & ipsi ad sequendā iuris formā,adeo quod si non valet sententia contra ius, ita nec laudū. Abb.c.examinata,1.not. de confir.vtili, vel inut. Arbitratores verò pro bono pacis possunt partis iustitiam lædere. idem Abb.c.is qui,nu.1.in fi.de maio. & obed. nec fit compromissum nisi in causis ciuilibus. Bal.l.si qui,de Episc.aud.

Nota, quòd appellatur de minori ad maiorem gradatim,nō de pari ad parem.Spec. tit.de appell.§.4. nam habentes par officiū, collegæ dicūtur.Abb.c.licet vndique,3.not. de off.deleg.& parem.i.æqualem speciem dicimus.Bald.l.si cum exceptione,§.eum qui, 2.rep.cir.fin.quod met.cau. & in l.si ambo, ff.de compens.licèt maioris humilitatis videatur esse, quod quis æquali se subijciat. D.Th.quolib.6.art.11.tamen vbi par requi-
26 rit parem,non est propriè citatio. Bald.l.ad peremptorium, 1.rep.ff.de iudic. posset vigore consuetudinis. in rub.extra de constit. nu.12.& 13.vel non potest propria auctoritate,sed auctoritate superioris sic,vt in iudice delegato. D.Th.3.par.de Sacram,q.120. alias 89.art.2.alias si par imparem haberet priuilegium,remoto priuilegio, reponerentur sub iure communi,nam priuilegiatus nō amittit ius commune.Bal.l.sed & milites,in princ.de excus.tut.Par pari præstat reuerentia diuersis respectibus.in c.ad supplicationem,in fi.de renunciat.

De fide, & auctoritate instrumentorum,& quot testes debeant subscribi.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura sumit vires ex fide tabellionis.*

2 *Instrumentorum appellatione veniunt probationes scriptæ.*

3 *Fides vnius suppletur per alios.*



1 CONTINVATIO de per se patet,vt per Affl.tamē quia scriptura sumit vires ex fide tabellionis.Spec.tit. de instr. edit. §.9. nu.11. & ratione frequentiæ, ac cōsuetudinis datur fides scripturæ.Bal.l.quædam,§.nūmularios,ff.de edendo.ideo hic ponitur [DE FIDE, ET AV-
2 CTORITATE INSTRVMENTORVM] probationis scriptæ,quæ venit appellatione instrumētorum.Bal.l.oratione,1.rep.ff.de ferijs.[ET QVOT TESTES DEBEANT SVBSCRIBI]in in-
3 strumentis, vt sic vnius fides suppleatur per alios, sicut si plures notarij sunt rogati de eodem actu, vnus conficit, & alter subscribit.Bal.l.si quis,§.quid,d.tit.de edendo.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum origo, & forma.*

2 *Instrumenti scriptura quid contiuet, & quomodo conficitur.*

3 *Solemnitas maior quare requiritur in scripturis.*

4 *Plures non ita inducuntur in idem scelus sicut pauci.*

5 *Instrumentum quid, & eius appellatione quid veuit.*

6 *Solemnitas quid,vnde,& quotuplex, & quare multiplicatur.*

7 *Dubium tenet medium inter credere, & non credere.*

8 *Quantitatis appellatione venit quælibet res singularis.*

9 *Contractus, & instrumentum differunt,& partes vtriusque.*

10 *Faciles de facili mutantur, & mentiuntur.*

11 *Subscriptio præsupponit scripturam, vbi, & ad quid sit.*

12 *Notarij officium est probare, non inducere, & dicitur iudex.*

13 *Bona fidei quis dicatur,et nominetur*

14 *Subscriptio quid sit,et quādo,et ubi sit*

15 *Testes omni exceptione maiores, qui dicantur.*

16 *Literatorum copia maior in ciuitate, quàm in rure.*

17 *Forma idem quod status perfectus rei, vel dispositionis.*

18 *Notarius subalternus discipulus notarij dicitur.*

19 *Forma vbi cessat, impedit dispositionem etiam piam.*

20 *Gerumnium vbi ponitur lex instruit quid agendum.*

21 *Ordines nouem, & nouem hierarchia Angelorum.*

22 *Notariorum vsus in plerisque locis non habetur.*

23 *Presbyteri non sunt vocandi in conficiendis instrumentis secularium.*

24 *Modus, & esse ab eodem dependent.*

25 *Subscriptio testium non requiritur, sed præsentia, & notarius scribit eorum nomina.*

26 *Instrumentum sine testium subscriptione non sufficit ad probandum.*

27 *Contractus quatuor continet.*

28 *Scriptura idem est quod forma, cui nihil addi, vel minui potest.*

29 *Scriptura fit in vim probationis, vel, ut non valeat nisi scribatur.*

30 *Instrumenti vis in quibus consistit.*

31 *Subscribere idem est quod conscribere, & tūc statur propter subscriptionē.*

32 *Notarij fides remouet suspicionem falsitatis.*

33 *Instrumentum nomen Regis, vel Imperatoris, olim Consulis, cuius loco, hodie anni Domini.*

34 *Instrumētum facti est, cuius consilio, & voluntate præsumitur factum.*

35 *Notarius si errauit, tenetur ad interesse.*

36 *Contractus antequam sit absolutus non habet effectum.*

37 *Notarius non potest corrigere instrumentum parti traditum, nisi iussu iudicis citatis citandis.*

38 *Error notarij quando præsumitur, & quando partium.*

39 *Rasum præsumitur falsum, nisi viua voce comprobetur.*

40 *Vitiosum in aliqua parte, an vitietur totum.*

41 *Forma, & modus traditus à disponente, declarat mentē, & auget effectū.*

42 *Notarius non dicit pecuniam numeratam, nisi cum effectu vidit.*

43 *Instrumentum factum de nocte, cui diei attribuitur.*

44 *Nomen, vel dignitas an præponatur in instrumento.*

45 *Testes per subscriptionem præsumuntur rogati.*

46 *Instrumenti perfectio consistit in conclusione, vel signo.*

47 *Notarius non est purus testis, sed maioris auctoritatis, quàm sumit de præterito, quando fuit creatus.*

48 *Scriptura priuata idem quod secreta, & quæ publica.*

49 *Consuetudo attenditur in solemnitate scripturæ.*

50 *Signum notarij, & sigillum semper debet esse vniforme.*

51 *Notarius vnius loci non potest conficere instrumentum in alio loco, nec notarius Imperialis contrahit in Regno Siciliæ.*

52 *Scriptura Vltramarina non probat sine legalitate notarij, nisi in certis casibus.*

53 *Notarius si conficit instrumenta illicita, punitur etiam criminaliter, ita & si clandestina.*

54 *Actus si requirit plura solemnia, si vnum omittitur, vitiatur in totū.*

55 *Instrumentum, scriptura, & actus pro quo conficitur appellatur.*

56 *Instrumentum vnum per aliud, & per testes probatur, & reprobatur.*

57 *Instrumentū strictè, largè, & largissimè, et differt ab instructione testiū.*

58 *Notario sine testibus non creditur, nisi sint acta iudicij.*

59 *Venetijs statur instrumento, & testamento scripto manu Sacerdotis.*

60 *Instrumentum factum per excommunicatū, vel condemnatū, an teneat.*

61 *Iudex si non recordatur, notarius, & testes sic, an teneatur subscribere.*

62 *Notarius Apostolicus an possit conficere instrumentum in regno Siciliæ. post num. 64.*

63 *Notarius si non apparet, ex quibus præsumitur.*

64 *Sigillum vniuersitatis in instrumento denotat, quod actum explicauit legitimè.*

65 *Salariū notarij, quantū, et quis soluit.*

66 *Testiū duorū subscriptio debet esse in reassumptione, licèt plures fuerint.*

67 *Testis si non recordatur, non compellitur ad subscribendum, nisi fauore dotis, vel fisci.*

68 *Testes si contradicunt instrumento, nemo punitur de falso.*

69 *Notario, vel testi dicenti in articulo mortis*

mortis se falsũ dixisse, nõ creditur.

70 *Notarij charta in forma protocolli an debeat exemplari, & publicari.*

71 *Instrumentum præsentatum sine subscriptione, non potest capi vt per testes subscribatur.*

72 *Exemplum est omne quod sumitur ex aliquo.*

73 *Notarius potest facere instrumentum contra seipsum, an possit pro domestico, vel amico.*

74 *Notarius non potest sibi facere instrumentum, & si sibi, & alijs ascripsit in testamẽto, an vitietur in totum.*

75 *Solemniter fieri debet quod fit, aliter propriè non dicitur fieri.*

1 NSTRVMENTORVM] obligatio non potest esse sine sine radice, radix sine consensu, consensus sine actu, & conceptione formæ verborum. Bal. l. multũ, nu. 4. cir. med. si quis alteri, vel sibi verba ponuntur in scriptis, vt actus sit magis solẽnis, & efficax. Bal. l. qui pecuniã, post princ. si cert. pet. Vnde verbũ promisit, probatum à tabellionẽ, includit stipulationem. in c. cũ in iure, nu. 19 post med. de off. deleg. Scriptura est loco materiæ, consensus vel substantia, & comprobatio tanquã forma. Bal. l. si quis in emancipatum, post nu. 2. & 9. C. de donat. Forma declarat ius, quod ex ea nascitur. idem Bal. l. cũ tibi, in fi. C. de euict. requirit ordinẽ, solemnitatem, & personas necessarias. Bal. l. 1. 2. rep. post num. 4.
2 de sacros. eccl. tunc primo scriptura conficitur, secundo legitur, tertio per partes approbatur. Bal. d. l. si quis in emãcipatum. Quidquid scriptũ est, præsumitur de partium voluntate. in c. cum in iure, nu. 15. de off. deleg. In contractibus enim requiritur consensus vtriusque partis, in iudicijs dissensus. Bald. c. vn. post nu. 3. de litis contest. Et duo continet, obligationem, & renunciationem. Spec. tit. de oblig. & solut. §. 1. nu. 12. circa med. Effectus eius est satisfactio. Bald. l. fin. nu. 2. in fi. de contra. & comm. stip. Vel conuentiõ est radix, & formale principiũ, cui deseruit impletio. idẽ Bal. l. 3. nu. 2. ibi septimo, C. de
3 rerum permut. Et requiritur propter imperitos maior solẽnitas, quia in literis possent facilius capi. Baldus auth. sed nouo iure, in princ. si cer. pet. ideo in regno fit per tabellionem cum subscriptione iudicis, qui dicitur iudex ad contractus. Luc. l. 2. col. 2. post med. de numerarijs. Notarius debet esse rogatus, quid si nõ recordatur, nec debet illud reddere, nisi præcipienti illud fieri. Bal. c. de causis, num. 34. in princ. de off. deleg. & ita præsumitur. in c. cum in iure, nu. 18. eod. tit. c. 1. nu. 4. cir. med. de fide instr. Et nihilominus, quia Imperatores multũ studuerunt ad euitandas fraudes idẽ Luc. l. nulli, cir. princ. eo. tit. de numerarijs. addidit hic Imperator subscriptionem testium, ad tollendam mate-
4 riam fabricandi falsa instrumenta, nam tot personæ non ita faciliter inducunt vt vnanimiter concurrant in idem scelus. Luc. præd. l. 2. post med. de conuen. fisci deb. nec est ita timendum de subornatione in notario, & testibus, sicut in solis testibus. Abb. c. ser [illegible], post nu. 4. de testi. Vltra quod lex non præsumit quod notarius subornet. Bal. l. nolumus, C. de testam. Et testes subscripti præsumuntur rogati, sicut notarius, idem Bal. l. hæres palã, §. fin. in princ. ff. de testa. & auth. rogati, eod. tit. de testa. vt latius cũ tex. qui [illegible] vt per Afl. & [illegible] vt in gl. 1. & [illegible] [INSTRV-
5 MENTORVM] qui secundum communem vsum loquendi, Gram. in [illegible] const. iudices, nu. 6. cir. med. vel allusionem vocabuli, comprehendunt omnem scripturam. Bald. l. 1. post nu. 5. C. de iureiur. propter casum. dam. no. licet priuata scriptura non sit instrumentum. Bal. ea. l. 1. sed cõmunis vsus scripturam publicam appellat instrumentũ. Grãm. inf. const. qui falso instrumento, nu. 1. post princ. Et ex nominum distinctione habes, quod aliud instrumentum, aliud testes, sed ex vocabulorum ethymologia continet testes. Bal. c. cum causam, post nu. 5. de prob. Istud non est obligatio, nec ex eo oritur, sed est probatio obligationis, quæ prodest, & obest partibus. Spec. d. tit. de instr. edit. §. 3. nu. 7. significat tenorem, & quod cõtinet. Bal. l. fin. nu. 2. C. de falsa cau. adie. leg. dico debitũ, nam actio actiua residet in creditore, passiua in debitore vel character impressus personæ, nõ chartæ. Bald. l. 2. §. sed etiam, cir. princ. ff. de pactis. [ROBVR] c. Abbate, de verb. sign. firmitatis robur. c. 2. de fide instr. vel fomẽtũ, & robur. Bal. l. legitimã, cir. princ. ff. de pactis, c. 3. de cogn. spirit. hic robur. i. eff. etiam. Bal. l. diuisiones, 1. rep. d. tit. de pact. Vel probatio per se stans, firmitas appellatur. in c. 2. num. 4. in fi. de fide instr. [ET SOLEMNITATEM]
6 quæ est quidquid præcipuum fit vltra consensum. Bal. l. in epistola, nu. 7. de fideicom. Et est triplex, causalis, formalis, & probatoria. Bald. l. pacta conuenta, §. quod fere, post nu. 2. d. tit. de pact. vel duplex, intrinseca, & extrinseca. in l. si veritas, nu. 11. de fideicom. seu quædã instrumentali, alia negocij, & quædam mixta. idem Bal. l. 2. nu. 6. de fideic. lib. & ex eo quod solet, nomen accepit. in fim.

D.Aug.serm.2.in princ.feriæ 2.Pentecostes. præsumitur præcessisse.Spec.tit.de prob.§.3. & quādo,Bal.l.sciendū,de verb.oblig. & per acta probatur. idē Bal.l.1.post princ. & nu. 5.de præd.eur. [Avgentes] ad euitandam falsitatem. Bal.l.cōparationes,1.not.de fide instr. nam,vt infra,mandat instrumēta subscribi per testes,quod non erat de iure communi. Affl.hic 5.not. licet ex consuetudine receditur quādoque à maiore solemnitate, & minor subrogatur loco maioris. Bald.l.1. post nu.5.C.ad Velleia. semper tamē est indiuisibilis.in l.si veritas,nu.3.de fideicom.& quod fit,debet solemniter fieri.not.Bald.l.4. C.ad Tertull.[Vt]cansatiuè. Io. And.c.2.in princ.de cōst.in vj.[De Eorvm Fide] contractuum fide. l.sed addes, in fine, ff.locati. [Nvlla Omnino]quæ præcisam habet naturā. Dec.cons.582.nu.2.4.vol.[In Poste-
7 rvm] vt in const.præced. [Dvbietas] quæ medium tenet inter credere,& non credere. Spec. tit. de positio. §.6. num.13. in princ. [Possit Oriri] cum lex debeat esse clara. §.1.in ver.clara,auth.de testa.imperf.[Statvimvs] quod rem perfectam significat. l.1. §.hæc autem,ff.quod quisque iuris. [Vt Si
8 Qvantitas] cuius appellatione cōtinetur quælibet res particularis. Spec.tit.de fruct. & inter.§.6.post nu.3. [Qvae In Contractv] .i.pacto,nam ipsum pactū contractus
Quid si reperitur charta scripta manu tabellionis in forma protocolli, seu rogationis, in
qua continetur quod Titius vendidit, & tradidit rẽ Seio, an talis scriptura debeat exemplari, & publicari. Lucas l. cura, 5. & 6. quæst.
de omni agro deser. & licet instrumentum
non probet, nisi quod loquitur. Bal. l. ad probationem dominij. C. de probat. Consuetum
apponi in instrumentis, debet haberi pro apposito, & notarius censetur rogatus cum
clausulis solitis, & consuetis. l. fin. vbi Bald.
in princ. C. de fideiussor. Capyc. decis. 139.
nu. 39. & probat, licet non interueniat præsentia. Baldus l. si quis, §. ex hoc, circa medium, ff. de edendo. Et dicitur probatio patens eius quod directè, vel indirectè continet. Abbas cap. cum olim, de censi. Quid
71 si est præsentatum instrumentum sine subscriptione, an possit capi vt subscribatur à
testibus. Lucas dicta l. cura, circa finem,
& videtur, quòd non, quia cum requiratur
solemnitas, Baldus authent. si quis in aliquo,
num. 12. 14. & 17. de edendo, absque solennitate non datur fides, etiam quòd Papa,
vel Imperator velit. Arno. 74. problemate.
& scripturam non authenticam, ex post facto
non potest dari fides in præiudicium alterius. Abbas cap. 1. num. 1. de fide instrumen.
Cætera in materia reassumptionis vide hic
in addit. & Grammaticum num. 2. 3. & 27.
& dixi in dicta constit. Baiulos. Sciendum
72 est insuper, quòd exemplum est omne quod
sumitur ex aliquo. Baldus l. ... num. ... vbi etiam quod fit pluribus modis.
... ex originali idem

notarius, qui fuit rogatus potest sumere originalia, non discordando in aliquo à primitiuo originali, in c. quoniam contra, nu. 23. de probat. Originale dicitur, quod ex se oritur: exemplum, quod ab alio oritur: vnde si deficit exemplar, deficit exemplatū. in c. 1. post nu. 2. & 10. de fide instr. Si in exemplatione oritur dubitatio, recurritur ad originale. Abb. d. c. quoniam contra, nu. 4. in fi. de probat. & si aliter reperitur scriptum, quàm continetur in originale, præsumitur exēplar falsum, nisi probetur quod additio fuerit facta per habentem potestatem. Abbas c. cum marte, 2. not. de celeb Miss. cum non possit mutari instrumētum sine voluntate debitoris. Bal. l. furas, in fi. C. de solut. Et si originale est penes partem, & non vult exhibere, creditur exemplo, nisi dicat falsum. idē Bal. l. 2. nu. 8. C. de testam. Si est in actis, partibus præsentibus, & non contradicentibus, acta faciunt fidem circa tenorem originalis, reducendo tenorem ad acta: licet sola productio, & non tenor sit de actis, adeo quod si actuarius scripsit quod pars produxit, creditur circa productionem, non quo ad tenorem instrumēti, nisi probetur per originale. Abb. c. cum in iure, post num. 6. de off. deleg. Vltimo notarius potest facere instrumētum contra seipsum, licèt seipsum nō roget. Bal.

73 l. argentarius, 2. rep. ff. de edendo. Et acta sua scribere, si est consuetudo castri, vel villæ, ac contra se procuratorem facere, non pro, sed in d. c. quoniam contra, nu. 14. Et an possit scribere cōmissionem suam, nu. 5. de prob. quando scribit rogatum suum, quid faciet. c. præsentium, in fi. de testib. Et an possit facere pro domestico, vel amico. idē Bal. l. instrumenta, nu. 2. C. de prob. potest inter patrem, & extraneum. addit. ad Bal. l. 1. in ver. secundo quæro, in fi. C. de testi. non pro, vel contra Baronem, sed an inter duos Barones extraneos. c. reg. non sine prudentis; vbi Io. Ant. de Nig. & in loco vbi habet iurisdictionem, alias teneretur ad interesse, & punitur pœna falsi. Luc. l. 2. col. 9. post med. ibi & similiter, de numerarijs. sibi autem ipsi non potest facere instrumentum, quod si sibi, &

74 alijs ascripsit in testamento, an vitietur in totū. Bal. l. fin. nu. 7. & 8. de conuen. fisci deb. potest tamen de suo testamēto facere publicum instrumētum, in c. 1. nu. 2. de fide instr. Et sic quod fit, debet solemniter fieri. not. Bald. l. 4. C. ad Tertullianum. Solemnitas est tenor ipsius cōtractus, quæ præsumitur, nisi sit quid accidentale, & extrinsecum. Bal. c. est in iure, post nu. 6. de off. deleg. causa nō præsumitur, sed solemnitas sic: & an contra solemniaté expressam instrumento admittatur probatio testium, in c. sicut nobis, post nu. 5. de sent. & re iud. Et substantialia à non substantialibus quomodo cognoscatur, Bal. l. ad exactionem, post nu. 3. C. de dot. promi. Contractus verò, testamentum, & sententia non propriè, sed impropriè dicuntur, si sunt nullæ. Bal. præd. l. 2. §. 1. quemad. test. aperia. Notarius autem postquā scripsit instrumentum, debet partibus legere, audientibus contrahentibus, & testibus. Bal. l. 1. nu. 18. 19. & 21. de fide instrum. & iure hastæ fisca. lib. 10. Casus in quibus oportet testes esse rogatos, & quid in dubio, Spec. tit. de teste, §. 1. nu. 9. Et factum sub nomine collegij, quomodo probetur esse factum per illos de collegio, Abb. c. tertio loco, 2. & vlt. not. num. 4. & 5. de probatio.

De aduocatis ordinandis, aliàs de officio aduocatorum.

SVMMARIVM.

1 *Tabellionum examen, & approbatio spectat ad Principem.*

2 *Aduocati multis modis dicuntur, & eorum officio multi iniustè se ingerunt.*



1 Continvatvr vltra Affl. visum fuit de instrumentis tabellionum, quorum examen spectat ad Principem, vel alium de eius ordine. Luc. l. contra publicam, col. pen. in princ. de re milit. & quia idem in aduocatis, vt in-

2 fra, nam multi eorum iniustè se aduocationis officio ingerunt. Abb. rub. in fi. de postul. ideo sequitur [De Advocatis] qui postulatores alibi togati appellantur. glo. l. 1. in ver. iurisdictione, ff. de postul. [Ordinandis aliàs De Officio Eorvm] cum alias non admittantur, nisi vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatorum, & procuratorum vsus vtilis, & in iudicijs necessarius.*

2 *Iudicijs ignorantia plerunque calamitas est innocentis.*

3 *Aduocati testes iuris dicuntur, & plerunque creantur iudices.*

4 *Aduocati defensores appellantur, & a procuratoribus differunt.*

5 *Aduocati officium honorabile, non necessarium, sed defensiuū, & potest cogi* ad

ad suscipiẽdũ, secus in procuratore.
6 *Factum non queritur, sed causa faciendi.*
7 *Forma est rei perfectio, sicut in naturalibus, & idem quod conditio.*
8 *Ignorantia deprehẽditur in examine.*
9 *Aduocati munus nemo accipit sine Papa, vel Imperatoris auctoritate.*
10 *Aduocare prohibitus coram vno, poterit coram alio.*
11 *Examinare prudentis est, & natura rei requirit.*
12 *Habilitas soli examinatori constare debet nemine citato, & approbatur eoipso quod non improbatur.*
13 *Debitum dicitur, quod iure communi, vel statutario debetur.*
14 *Examinis periculũ ex quibus constet.*
15 *Aduocati officium non est dignitas, non cogitur aduocare, nec actus aliquis iudicij fundatur in eo.*
16 *Doctoratus gradu paucissimi sunt digni, sed vt possit peti, sufficit habere scientiam sufficientem.*
17 *Homines ignari, homines dici non debent, sed imagines hominum, & quomodo multi, & pauci sint.*
18 *Consilium qui praestitit malum potest emendare.*
19 *Iurisconsultus qualis, & qualiter se gerere debet.*
20 *Doctor, & Medicus semel approbatus potest reprobari.*
21 *Aduocatus nobilitat officium, sed non supplet imperitiam literarum.*
22 *Doctor non debet vilia agere, in vilipendium togae.*
23 *Aduocatus quibus vestibus vti debet, & qualiter se geret cum clientibus.*
24 *Aduocatus causae principalis non erit contrarius in causa appellationis: quid si audiuit secreta, consuluit, vel dedit fidem.*
25 *Iudex olim causae non potest in ea postulare.*
26 *Reprobatur propter insufficientiam semel approbatus, quia praesumptio habilitatis, est praesumptio generalis.*
27 *Officialis temporalis potest delinquentem perpetuò aduocatione priuare.*
28 *Occidere se volens pudore aeris alieni, punitur poena statuti alium occidentis, & debet cancellari à matricula aduocatorum.*

1 DVOCATORVM] vsus aduocatorum est vtilis, & necessarius. l.laudabile, C. de aduoc.diuer. iud. sicut vsus procuratorum ad publicam vtilitatẽ pertinet. l.seruũ, §.publice, vbi Bal. nu.1. ff.de procur. Iudex dat ex officio non habentibus, & potest dare amicum. c.1.vbi Bal.de off. iud. Sunt quasi membrum litis. Bald.l.properandũ, §.pen.4.not.de iudicijs. ad exonerationem imperitorum iudicũ inducti. Affl.sup.const.vt vniuersis, num.60.in
2 princ. nam iudicum imperitia plerũque calamitas est innocentis. D. August.19.de ciu. Dei, c.6.post princ. vnde praestant adminiculũ quo fit vt vera fit iudicij diffinitio. Arno. c.3.suae pract. iudiciariae. Rustici, & mulieres ad eos confugiunt pro consilio, sicut pergũt ad syluas pro lignis, & ad ciuitates pro indulgentijs. Bal.l.iuris ignorantiã, nu.1. cir.
3 med. qui admitte. Testes iuris appellantur, Spec.tit.de positio.§.3.nu.5. & aliquãdo fit vt ad iudiciariam quoque potestatem perueniãt. D.Aug.lib.cõtra serm. Arriano.col.17. post princ. qua finita redeunt ad sollicitudinem aduocationis. Bal.l.si quis, C.de aduoc. diuer.iud. In causis fiscalibus certus eorum numerus datur Iustitiarijs regionum. supra const. Iustitiarijs regionum, vbi Gram.hic verò dicitur, quòd ad aduocationis officiũ non admittuntur, nisi prius examinentur, vt in textu, qui summatur vt per Affl. & dicit
4 [ADVOCATORVM] siue defensorũ. c.si quis, de reb.eccl.non alien. Quot modis appellentur, Spec.tit.de aduocato, §.1.num.32. cum add.vltima. Et differunt à procuratoribus, Bald.rub.C.de procurat. [OFFICIVM] ministerium. Iser. supra const. in locis demanij, post princ. quod est honorabile, Bal.l.1.§.ait
5 praetor, circa med. ff.de postul. non nociuum, sed defensiuum iuris publici, & priuati. Abb. c.fin. in princ. de postul. Consistit in allegationibus iuris, libellum componere, recto ordine dictare exceptiones, formare capitula, acta, & pertinentia, fugere cauillationes, & litium prolixitatis. Bald.c.bonae memoriae, lo primo, nu.11.de postul.prel. Debet scire non solũ formã, sed etiã quae actio competat ex ca. in c.de causis, nu.34.cir.fi.de off. deleg. Debet loqui vulgariter, vel explanare quoddicit, in c.2.post nu.3.de postul. & alia

in c.fin.post nu.25.de confessis. Non currat ad actum, sed intrinseca linea cordis totum metiatur opus, nam in iudicijs paruus error in principio, magnus fit in fine. in c.quoniã contra, num.33.de probat. Ponit tantum de corpore libelli, & statim quòd assumptus est aduocatus videtur habere mandatũ ad omnia, quę natura patrocinij requirit. in c.pen. post nu.2.de testib. Adeò quod mandato iudicis cogitur suscipere inuitus, secus in procuratore, qui nõ cogitur esse procurator pro actore, nec reo. Bal.l.inuitus, post nu.1.& 2. d.tit.de procur. [QVI DVBIA DIRIMVNT] idest dicunt ea, per quæ dirimuntur, nam ipsi non dirimunt, sed iudices. gl.1.l.aduocati, C.de aduo.diuer.iud. [FACTA CAVSARVM]
6 quia factũ non quæritur, sed causa faciendi. l.verum, ff.de furtis. Vnde Seneca dicebat, Causam require, vt cũ initia inueneris, exitus cogitabis. refert Spec. tit.de aduocato, §.3.nu.4. [NON TAM VTILE, QVAM NECESSARIVM REPVTANTES] cum quidquid ius tangit, expediet aduocatus. Spec.d.tit.de positio.§.3.nu.11.& eius consilio debẽt partes respondere, vt inf.constit.partes in iudicio. [NOSTRIS CONSTITVTIONIBVS DVXIMVS INSERENDVM] cũ intentio Principis in generali sit ad bonum publicum. gl.1.de nouo C.
7 fac. [QVOS SVB TALI FORMA] i.cõditione. Bald.l.sed & si pupillus, §.conditio.ff.de instito. Forma autẽ dispositionis non est aliud quàm eius perfectio, sicut forma rerũ naturaliũ est perfectio earum. Bal.l.vnica, §.pro secundo, nu.10.in fi.de cad.toll. [VOLVMVS] & mandamus. c.contingit, lo secõdo, de sent. excom. [ORDINARI] promoueri ad aduocationis dignitatẽ. l.honores, cum ibi not.in marg.ff.de decur. [VT NON] admittantur ad postulãdum, l.nec quidquã, §.vbi decretum, ff.de off.proconf. & leg. [NISI] de ista dictione Bal. c.nisi spectabilis, num.2.& post nu.3.de off.leg. importat conditionẽ. c.præterea requisiuisti, num.3.& 17. de appellat. [EXAMINATI] sicut quando assumitur auditor sacri palatij, secus si creatur consiliarius. Affl.sup.cõst.vt vniuersis, nu.58.cir.fin.
8 nam ignorantia de facili deprehenditur in examine. Ant.de But.c.pen.nu.1.in princ.de ætate, & qual. & qualitas scientiæ, vel ignorantiæ probatur per examinatorem, nõ per eum qui eum proposuit. Spec.tit.de probat. §.1.nu.8. [PER IVDICES CVRIAE NOSTRAE] vel ordinatos à nobis, vt inf.const.vtilitati.
9 [APPROBATI] nam nemo sine auctoritate Apostolica, vel Imperiali ad hanc dignitatẽ promouetur. Bal.1.const.ff.in ver.hæc autẽ, lo secondo, cir.princ.& post nu.5. [IN EADEM CVRIA NOSTRA AVDEANT POSTVLA-
10 RE] in alia autem videtur, ꝙ sic, quia prohibitus postulare apud iudicẽ, non erit prohibitus apud eius legatum. Dec.cons.401.post nu.4.vol.4. & si apud Præsidẽ, poterit apud Legatum, & Procuratorem Cęsaris. Io.And. c.felicis, post nu.7.de pœnis, in vj. [CORAM IVSTITIARIO SIMILITER REGIONVM] si vellent coram eis postulare. [PER IVDICES, QVI EIS] pro tẽpore, sup const. Iustitiarios regionum. [ASSIDEBVNT] assistunt, propè sedent. Niz.in ver.assideo, Inde assessores iudices nuncupantur. Gram.sup.const.cum no-
11 ua, cir.med. [EXAMINARI] quod prudentis est, & natura rei requirit. Io.And.c.statutũ, lo secondo, post num.2.de hæret.in vj. [PER EOSDEM IVSTITIARIOS POSTEA] quod ad modicum tempus refertur. Abb.c.ex transmissa, post nu.12.de præscript. [APPROBA-
12 RI] & sufficit probationem concludere soli examinatori, cum nõ debeat aliquis citari, sicut Summus Pontifex quando vult videre impetrantes, & eos examinare summatim. Bal.l.fin.nu.5.in fi.& 23.cir.med. vnde legi, Et nullus debet transire sine examine, nam licet bonæ vitæ præsumatur, scientia tamen literarũ non præsumitur. in c.cum in cũctis, post nu.12.c.scriptum est, nu.3.cum add. de elect. Verùm per clausulã, si est idoneus, potest fieri nullis citatis. in c.fin.qu.1.cir.fi.de transla, Episc. Requiritur in Episcopo scientia eminens, toleratur tamen scientia competẽs, sed si nihil scit, etiam si sit Episcopus, debet deepiscopari, in cap.nisi cum pridem, num.3.circa med.de renunc.c.cum in iuuentutem, nu.5.de præsumpt. Qui petit, probabit qualitatem, subijciendo se examini, & adeptus honorem, præsumitur sufficienter examinatus, & inuentus idoneus. in cap.fin. nu.11.post med.eod.tit.de præsumpt. Prælatus ex officio tenetur examinare electum, in cap. exceptionem, num. 6. de exceptio. Prout fecit Clemens VIII. Pontifex Max. & hodie Paulus V. Quomodo autem sunt examinandi accedentes ad Episcopatum, & ad sacros Ordines, vel curam animarum, D.Th.cum add.ibi not.lo secondo, 3.par.de Sacram.q.67.alias 36.art.2. Assessores prius quàm prouideantur de officijs, examinãtur per Protonotarium, seu eius Locumtenentẽ, & aliquos de consilio. in c.reg.vt status reipublicæ, & approbantur eoipso quod non reprobãtur. gl.2.l.si ab arbitro, ff.qui satisd.
13 cog. [DEBEBVNT] iure isto, quia debitum dicitur, quod debetur iure communi, vel statutario. Loffr.cons.36.nu.2.

14 Contra, videtur, ꝙ hoc non solum non sit necessarium, sed periculosum. Bal.l.fin.ff.de inoff.testam. nam difficultates ingerunt, & malitias. c.pen.de pœnis. donec aliquid muneris manus contingat eorum, impedimẽta

ficitia

fictitia fraudulenter opponunt, c. audiuimus,
& seq. de simonia. Sine sumptu non student,
& tamen sumptibus; & scientia administratur
à Deo. Abb.c.1.nu.5.de off.iudic.adeo quod
peccant in foro conscientiæ si aliquid acci-
piunt à paupere. Cass.consuet.Burg. rub.6.
§.6.ibi,& prend,post nu.4. Rustici generali
tatem auctoritatem putant. Spec.tit.de ex-
15 ceptio.& replic.§.4.post nu.35. Eorum offi
cium non est dignitas. Bal.d.l.nec quidquā,
in ver.obseruare,de off.procons.& leg. Nec
cogitur exercere officium aduocationis nisi
vbi susceepit aduocationem. Bal.l.sancimus,
C.de aduoc.diuer.iudic.nec actus aliquis iu
dicij fundatur in eius persona. Bal.l.1.rep.
num.5.circa princ.ff.de postul. nec disputa-
tiones eorum audiunt consiliarij. Spec.tit.
de requisit.consilij, post nu.15. Non debent
esse iudices eiusdem causæ, nec in contume-
liam prorumpere, nisi expediat, non litem
protelare, nec loqui vlera quam decet: & cū
allegant, debent stare, non sedere. l.quisquis,
vbi Bal. C.de postul. Possunt prudēter occul-
tare ea, quibus impediretur processus eius,
non licet tamen aliqua falsitate vti. D.Tho.
2.2.q.71.art.3.in fi. Non tenetur allegare iu
ra alterius partis. Bal.c.si duobus, num.6.de
appell. Si habet honorem, & salarium à Re-
ge, non potest contra eum assumere aduoca-
tionē, secus in magistratu, vel eo qui habet
debitū. Bal.cū add.ad eum,l.2.C.de aduoc.
diuer.iud. Non cogitur suscipere tutelā, vel
patrocinium cōtra fratres, vel filios fratrū.
16 in l.fin.C.de excus.tut. Paucissimi tamē di-
gni attingūt gradum Doctoratus, & semper
hoc fuit, sed habens sufficientem scientiam,
non peccat petendo Doctoratum: in quo au
tem requiratur scientia eminēs, mediocris,
& sufficiens, Abb.c.cum in cūctis, nu.4.& c.
qualiter, & quando, post num.2.de elect.c.1.
17 nu.14. in fi.de probat. Vnde prorsus ignari
non merent dici homines, sed imagines ho-
minū, inde multi sunt homines, & pauci ho-
mines: multi sunt Sacerdotes, & pauci sunt
Sacerdotes. Abb.c.prudentiam, post princ.
de off.deleg.c.pen.1.not.de præsump.vel sal-
tem non debent variare reprobata proban-
do.l.Pomponius, la prima, in ver.semel, ff.de
neg.gest. nam cum semel cōsenserint in eos,
non possunt amplius dissentire. c. de illis,
lo primo, de desponsa.impub. l.sed & repro-
bari, de excus.tut.

Dic, ꝙ non attenditur quod fit, sed quod
fieri debet. l.sed licet, ff.de off.præsidis. Vnde,
18 qui male consulit, potest consiliū emendare.
Bal.l.fin.§.sed cum, in fi. C.de furtis. compo-
nitur pro malo consilio. l.vn.de illicito con-
19 silio in Longob. Nam Iurisconsultus debet
esse in iudicio iustus, in cōsilio cautus, in pa-
trocinio fidelis. Arch.c.nō licet, 11.quæst.3.
& tunc dicitur patrociniū præstitisse, quan-
do fideliter præstitit, & causæ astitit vt opor
tet. Bal.l.creditori, C.de pactis. Ita procura-
tor debet officiū honestè exercere. idē Bal.
l.litem, C.de procur.cum alias eius officium
dicatur infamissimū, quia deferat, & calum-
niat in causis, quod est infame apud graues,
& honestos viros. in l.si quis decurio, de de-
curio. vnde Episcopus habeat aduocatū, qui
absque mora iustitiam faciat, liberum, bonæ
opinionis, laicū, vel clericum. l.vn.qualiter
iudicium inter Episcopum, & priuatum fieri
debeat in Longob. Et semel approbatus re-
spectu vnius officij, nō potest respectu eius-
dem reprobari, respectū priuati, nō superio-
ris, qui potest illū examinare, cum transfe-
rendus est ad officium. Abb.c.cum venerabi
lis, nu.55.56.de except. & ad regendas pro-
uincias designat. Bald.l.si quis, C.de aduoc.
20 diuer.iud. Isto modo Medicus fauore publi-
cæ vtilitatis, & hominū sanitatis potest ap-
probatus reprobari, etiā quod fuerit sibi ius
quæsitū. Bal.d.l.sed & reprobari, in princ.de
excus.tut.& cū possit reprobari, sicut & Do-
ctor potest iterū examinari. Abb.c.cū secun
dum, num.12.de præb. & examinatus potest
iterū examinari, quando aliquid petit, & est
suspicio de indignitate. Ant.de But.c.accepi-
pimus, 6.not.de ætat.& qual.alias semel exa-
minatus, non est iterū examinandus, sed po-
test melius inuestigari si quid erat omissum
in primo examine. Bald.c.licet, nu.1.de off.
leg. ita quādo fit præsentatio Rectoris Eccle
siæ, Episcopus debet examinare præsentatū
si est idoneus, vel non. In c.cū vos, 1.not.de
off.ord. Ex quibus excipit cōtra aduocatos,
Spec.tit.de aduocato, §.6.nu.10.& per tot.
21 Nota, quòd aduocatus nobilitat officium
suū. l.aduocati, C.de aduoc.diuer.iud. Ant.
de But.c.eo libentius, in fi.de ser.nō ord. sed
nobilitas nō supplet defectū literaturæ. Bal.
l.in damno, de tut.vel cur.datis ab his. vnde
non habens peritiā literarum, nō potest esse
aduocatus. Abb.rub.num.2.de postul. quia
turpe est, ius in quo versat, ignorare. Spec.
tit.de aduocato, §.1.nu.12.& 33. & licet sit
honor, gl.l.1.in ver.certis, ff.de postul.& se-
paratū à munere iudicandi, Bal.l.1.§.inter-
22 dum, de legi.tut.nō debet exercere vilia mi-
nisteria in vilipendiū togæ. Bal.l.3.C.de ad-
uoc.diuer.iud. Nec infamis aduocare.l.2.de
off.assess. Nec potest esse minor annorū 17.
in procuratore requiritur 25. Spec.d.tit.de
aduocato, §.1.nu.16. Nō ponit in matricula
aduocatorū, nisi studuerit per quinquēnium.
Bal.l.2.C.de postul, licet positus in matricu
la gerat publicum officium. idem Bald. l.4.
C.de aduoc.diuer.iud. potest aduocare, sed

non esse iudicẽ in propria patria, d. cõst. Iustitiarios regionũ, vbi Affl. dat, & nõ petitur facultas orandi. l. 2. §. pen. & fin. de orig. iur. Debet laborare, si fieri potest, honestè, vt sciat consilij continentiam. Specul. d. tit. de requisit. consilij, nu. 12. Non vtitur semper insignis Doctoratus, prout nunc, sed potest, si velit etiam vbi est Princeps. Bal. l. vn. in fi.
23 de honor. vehic. Quibus vestibus vti debeat, & qualiter se habere debeat cum suis clientibus. Spec. d. tit. de aduocato. §. 2. & 3. Non tenetur alibi, quàm in suo foro suscipere iudicium. Abb. c. pastoralis, no. 8. de off. deleg. vel in alio loco, quam sibi suscepit aduocationem, nec contra se, vel suos, etiam quod sit fisci patronus. Bald. l. sancimus, & l. peti-
24 tionẽ, d. tit. de aduoc. diuer. iud. Aduocatus autem in causa principali, nõ potest esse aduocatus contrarius in causa appellationis. Quid si audiuit secreta causæ, consuluit, vel dedit fidem. Spec. tit. præd. de aduocato, §. 1. nu. 16. cir. med. §. 3. nu. 11. 12. & 13. Cõsultus in camera, cui nõ sunt patefacta secreta causæ, sed tantum tentatus à parte, si nõ habuit salariũ, potest pro alio interuenire. Paris de syndic. in ver. de excess. aduoc. post num. 25.
25 Olim iudex causæ non potest in ea postulare. Speculat. tit. de off. aduoc. actoris, & rei, & vtriusque, §. 7. 8. & 9. In regno solus Rex ordinat, nec potest quis exercere officiũ aduocationis absque licentia, nam Collegium, de cuius sum numero, dat Doctorato facul-
26 tatẽ aduocandi. Affl. hic 3. not. Et licèt præsumptio habilitatis, sit præsumptio generalis, Bal. l. mutus, §. 1. ff. de procur. propter insufficiẽtiam possunt reprobari. Ant. de Butr. c. fin. post princ. de renunc. & subintelligitur conditio, quod si noua causa intercedit, semel approbatus potest reprobari. Bald. l. licet, 2. rep. ff. de arbit. Sunt enim multi Legistæ, qui doctorantur in canonibus, quæ prorsus ignorant. Abb. c. clerici, nu. 3. cir. med. de iu-
27 dicijs. Et propter delictum potest officialis temporalis perpetuò aduocatione priuari. Abb. c. fin. num. 9. circa princ. de offic. lega. Et tunc nõ debet etiam audiri. Spec. d. tit. de aduocato, §. 1. nu. 13. Quomodo autem doctorentur, & delinquẽtes, gradu Doctoratus spolientur, dixi in const. vtilitati. Itaque qui pudore æris alieni voluit se occidere, punitur pœna statuti alterum vulnerantis, & debet cassari de matricula aduocatorum. Io. And. ad Spec. tit. de pœnis, in fi. Vltimo procurator, qui largo modo dicitur aduocatus, Gramm. const. seq. circa fin. debet esse legitimæ ætatis, secus in aduocato. Bal. ad Spec. d. tit. de procuratore, col. pen. circa finem. Et allegans prohibitionem iuris, tenetur eam probare. Bal. l. ob ea, ff. de probat.

De præstandis sacramentis ab aduocatis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti timore multi abstinent à calumnia.*
2 *Calumnia Deus offenditur, respublica læditur, & Ecclesia scandalizatur.*
3 *Iuramento aduocatus non præsumitur esse in calumnia.*
4 *Iuramentum calumniæ extenditur ad omnia.*



Continvatio de per se patet, vt per Afflict. vel
1 quia multi iuramenti timore abstinent se à calumnia. Abb. c. 1. nu. 12. post med. de iura. calum.
2 propter quã Deus offenditur, respublica læditur, & Ecclesia scãdalizatur. idem Abb. c. tuis, post nu. 6. de testi.
3 Et per iuramentum præsumitur aduocatos non esse in calumnia. l. 3. in ver. impositione, ff. de iureiur. Ideo mandat hic Imperator
4 aduocatos iurare de calumnia, quod iuramentum extenditur ad omnia, quę incidunt, vel emergunt. Spec. tit. de expensis, §. 4. post num. 3. & videbimus cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Mala omnia sciunt, qui circa lites versantur.*
2 *Aduocationis officio multi iniustè se ingerunt.*
3 *Aduocatus si instruit clientem falsa respondere, tenetur ad interesse.*
4 *Aduocati quales esse debent.*
5 *Misericordia desideratur in iudice, in aduocato fidelitas.*
6 *Aduocati oratores dicuntur.*
7 *Curia Regis est commune forum.*
8 *Iurantes sufficit tangere quamlibet scripturam, sed debent Deum habere ante oculos.*
9 *Officiales iurant quando suscipiunt administrationem.*
10 *Fides dicitur, quia per eam fit quod dictum est.*
11 *Veritas in se lucet, et facit alia lucere.*
12 *Factum proponit principalis per se, & nõ per aduocatum, nisi sit simplex.*

13 Con-

13 *Conscientia quid, & quomodo hominem torquet.*

14 *Causæ iniustæ sæpe assumuntur ad preces, & importunitatẽ amicorũ.*

15 *Aduocatus priusquàm præsentet se iudici, loquitur cum parte.*

16 *Iniustum dicitur contra veritatem.*

17 *Aduocatus vendit iustum patrocinium, Iurisconsultus iustum consilium, Iudex, & testis non vendunt iustam sententiam, nec testimoniũ.*

18 *Etiam, includit casum magis dubitabilem.*

19 *Pactum quasi factum ad pacem habendam dicitur.*

20 *Iuramentum olim, & nũnc quomodò semel tantum præstatur.*

21 *Forma est de substantia, & si deficit, deficit totum.*

22 *Clericorum officium est omnibus prodesse, & nulli nocere.*

23 *Clerici quomodo, & quando possint aduocare in curia seculari.*

24 *Item, repetit, & diuersitatẽ denotat.*

25 *Ita vt, importat formam.*

26 *Monachus de licentia Abbatis potest esse procurator in multis casibus.*

27 *Iuramentum potest tacitè remitti.*

28 *Sacrum, ad bonum, & malum: sanctum, ad bonum tantum refertur.*

29 *Ærarium est domus, quæ sic dicitur, quia in ea æs reponitur.*

30 *Eadem designat eandem in pluribus causis esse censuram.*

31 *Falsum iuratur ex cupiditate obtinendi.*

32 *Calumnia verbum est generale, & capitur pro omni eo, quod contra legem fit.*

33 *Iurant nonnulli, & nonnulli non, & quomodo per alios iuratur.*

34 *Religiosorum est præsumptio, quod nõ temerè agant, sed foueant bonam causam.*

35 *Iuramentum qui defert, & qui refutat, quomodo punitur.*

36 *Agit vnus, & alter iurat, vt in aduocato, ideo non seruatur.*

37 *Aduocatus si contra veritatem stetit, iudicem fefellit, iustam causam oppressit, cum falsitate vicit, tenetur reddere quod accepit.*

38 *Iuramentum secundum personas, & formas, in vnum, & alium finem ordinatur.*

39 *Iuramentum de calumnia, & de veritate dicenda olim diuersimodè dabantur.*

40 *Clericus, vel monachus potest esse procurator in causa ecclesiæ.*

41 *Cauillationis natura, & quomodo per eam, & subterfugia impeditur decisio causæ.*

42 *Aduocatus debet esse Catholicus, non consultor, & aduocatus.*

43 *Aduocatus in officio est subiectus iudici, ideo stat quando facta causarum panduntur.*

44 *Interdictum ne postulet, non extenditur extra territorium.*



1 Aduocatos] qui circa lites versantur, omnia mala nouerunt. Bal. l. ab Anastasio, in princ. C. mãdati, nam aduocatis vtrinque luctantibus, in foro controuersia vertitur, & procul dubio litigatur. D. Aug. 4. contra Crescon.
2 Grami. col. 3. cir. fin. vnde multi iniustè se ingerunt huic aduocationis officio. Abb. rub. in fi. de postul. adeo quod si iniustas causas defendunt, grauiter peccãt, & ad restitutionem tenentur. D. Th. 2. 2. q. 71. art. 3. Præposteræ exceptiones proponunt, & contra iuris dispositionẽ insistunt, inde plerũque moriuntur sine lingua. Bal. l. si quis, C. de except. & præscrip. Clientes prodientes vltra latrocinium peccãt, quia clientem pro viribus non defendunt. Spec. tit. de aduocato, §. 1. post
3 num. 13. & clientem docet falsa respondere, tenetur alteri parti ad restitutionem. idem Spec. tit. de positio. §. 3. nu. 7. in fi. & §. 9. n. 6. Et si eius imperitia dãnum est alicui illatũ, puta quia amisit causam, obligatur ad emẽdationẽ damni. Abb. c. fin. post nu. 3. de iniurijs, c. calumniam, nu. 6. de pœnis. Spec. d. tit. de aduocato, §. fin. nu. 17. & seq. & si ignorantia, vel imperitia consulendo non sequitur traditiones artis, tenetur in foro animæ, pro eo quod consulendo, alterum læserit. Ant. de But. c. ad aures, nu. 5. de ętate, & qual. & rub.
4 nu. 16. de appell. Ideo aduocati non debent esse cupidi, periuri, falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus iustitiã diligentes, bonæ opinionis laudabilis artis, nedum

dum humana lucra attendūt,æterna pręmia perdāt:& tales debent habere Episcopi, Abbas,& Abbatissa.l.2.cum sex seq.de aduocatis, & vicedominis in Longob. Et tandem
5 misericordia desideratur in iudice,& in aduocato fidelitas. D.Th. ad Hebr.2. col.fin. cir.princ. cuius officiū versatur in aptè formando libellū in exceptionibus, & positionibus aptādis poterit interesse responsionibus ad exceptiones, vt caueat ne cauillosa positione obscura,vel duplici clientulus capiatur,& quidquid ius tangit ipse expediet. Abb.c.pastoralis,nu.7.cir.fin.de iudicijs. & etiā quod eius persona obesse, nec prodesse possit,cū eius officium sit vt secundum iuris ordinē suscepti sui causam peroret. D.Aug. lib.quæst.ex vtroque mixtim, lo primo,col. 23. in fi. licet non sint de substantia iudicij, nisi aduocatus fisci Bal.c.1.nu.21.in fi.vt lite non contest.tamen vt sacramenti timore contētiosa litigantium instantia compescatur.l.1.C.de iureiur. statuitur,ꝙ aduocatus iuret ea de quibus in tex.qui diuidit,& sum.
6 vt per Affl.& dicit[Advocatos]oratores. l.omnes,in ver.oratorum,vbi Bal.num.3.de Episc.& cler. [Tam In Curia Nostra]
7 quæ est cōmune forum.Inn.c.pen.post nu.5. de elect. [Quam Etiam Coram Provinciarum Iustitiariis] qui certū, & designatum habent numerum aduocatorum, vt sup.coust.Iustitiarios regionum. [Et Baiulis] locorum. supra.const.locorum Baiuli. [Statuendos]præcedēte examine,vt cōst. præced. [Nec Non] etiam cum duæ negationes efficiant affirmatiuam. Arch.c.dixit Sara.2.32.q.4. [Et Per Partes Singulas Regni Nostri]quæ partes à toto deriuāt. Bal.consil.73.in fi.4.vol. [Ante Receptum Officium]ministerium,vel dignitatē Zab. clem.2.§.statuimus, in ver.ac deinde, nu.1. in fi. de sepult. [Tactis Sacrosanctis
8 Evangeliis] licèt apud Italos de cōsuetudine sufficit tangere quamlibet scripturam. Abb.c.& si Christus,nu.9.in fi.vbi Bal.nu.6. & 7.de iureiur.& quāuis tangant scripturā, habent ante oculos ipsum Deum. Bal.l.rem nō nouam,1.not.C.de iudic. alias præstatur tactis Euāgelijs,secus in Episcopo.c.fin.vbi Abb.nu.3.6.& 9.de iuram.calum. [Corporalia Volumus Sacramenta Praestare]cum certa solemnitate verborum, quia omne iuramentum proprietatem,vel qualitatem verborū desiderat, quia nō contrahitur consensu, sed verbis. Bald.c.significasti, nu.5.de elect. Tactus scripturæ reddit iuramentū solemne,nec oportet eam legere,vel intelligere.in c.fin.nu.7.de iuram.calum.sic
9 officialis,quādo suscipit administrationem, iurat. Luc.l.pen.cir.med. de murilegulis, & de aduocato iure cauetur. d.l.rē nō nouam, vbi Bal. sed de cōsuetudine non habet.Spec. d.tit.de aduocato,§.2.post num.31.& 9.fin. nu.15. Affl.hic cir.princ. & 1.not. cir.med. tamen iurabunt [Quod Partes] actorem, & reum.inf.cōst.hostici. [Quarum Patrocinium]auxiliū. l.4.in ver.per patrocinia, de sacrosan.eccl. vnde patrocinia linguæ,& adiutoria medicinæ sunt actiones excellētes in hoc sęculo.D.Aug.psal.83.col.9.in princ. [Susceperint]quod actū corporalem denotat. Io.Andr.c.1.post nu.1.de cogn.spirit.
10 in vj. [Cum Omni Fide]quæ sic dicitur ex eo quod fiunt dicta in cōseruatione promissorū. D.Th.3.par.de Sacram.q.80.alias 49. art.2, vel quia per eam fit quod dictum est, Abb.rub.de sum.Trin.cir.princ. sed o fides, vbi est fides amas eā vt exigas,ama vt exhibeas.D.Aug.psal.36.concio.2.col.3 nā qui fallit,malus est,& qui promittit,dabit,ne in malitiam fides conuertatur.idem serm.6.de verbis Apost.col.2.cir.fin. & capit pro conscientia. Abb.c.fin.2.not.de præscript. [Et Veritate] quæ est firma,& incōmutabilis propositio in re,vel de re,in qua est,vel prędicat. Bald.c.pen.nu.3.in princ.de rest.spol. quæ & siue re occultetur,veritas est.in c.cū causam,post nu.37.de testib.Est notitia certæ rei. Bald.c.& si Christus,nu.3.de iureiur.
11 In se lucet,& facit alia lucere. Arch.c.si testes,post princ.4.q.2.& 3.Est animi pabulū. D.August.epist.11.in fi. Sine strepitu,& vlla ambiguitate clamat. idē epist.16.col.5.post med.& 112.col.pen.cir.med. Prima veritas à nobis per suā essentiam non videtur,sed ab illa multæ veritates in mentibus hominum resultant. D.Th.quolib.10.art.7.quæ dulces sunt,& amarę,quando dulcis est,parcit,quādo amara curat. D.Aug.epist.9. in princ. & est necessaria, ita quod nec Deus potest veritatem remouere à veritate, nec nostrum affirmare, vel negare facit veritatem aliter se habere. Bal.l.ex his,in fi. C.de testa.milit. Abhorret vituperationē: debet esse sine macula, & omni exceptione. in c.3. post nu.8. de fide instr. [Sine] quæ,& absque, sunt dictiones exclusiuæ, & si in facto consistunt, possunt probari.Bal.c.1.cir.princ.vt lite nō cōtest. [Tergiversatione] dissimulatione,occultatione,vel palliatione. Io.Andr.c. 2.nu.6.de sent.& re iud.in vj.calumnia falsis allegationibus pro clientulo,vel fugiēdo laborem studij, nā vertere terga, idē est quod fugere. Affl.hic 3.not. [Aliqua Adiuvare Curaverint] diligentiam adhibendo. Nizol. in ver.curo. [Ipsas De Facto Non In-
12 struant] nam principalis debet per se, nō per aduocatū factum proponere, nisi fuerit valde simplex. c.pastoralis,de iud. Spec.tit. de

de positio. §. 3. post nu. 21. alias dans causam
periurio, punitur tanquã periurus. Abb. c. di-
lecto, nu. 18. in fi. de preb. [CONTRA VERAM
CONSCIENTIAM] suiipsius cordis sciẽtiam.
Lucas l. fin. in princ. de iure fisci. Vel animi
motus sibiipsi persuadens, sese concernens,
Vel ratio, idest conscientia, repressio malæ
voluntatis; & habet se ad libertatem liberi
arbitrij, cum grano salis. i. conscientiæ, vnde
hic duo iunguntur, liberũ, & arbitrium, nam
hæc vox arbitrium, semper bonum, & æquũ
significat, Bal. c. nisi cum pridem, post nu. 2.
& 7. de renunc. ex quibus oritur cõscientia,
& fieri cõtra conscientiã non est sine animæ
detrimẽto, & angustia mẽtis. in c. quia verò,
nu. 4. & post nu. 5. de off. deleg. Bal. 1. rep. rub.
extra de iudicijs, num. 10. quæ debetur Deo
scientia hominibus. in c. 1. post nu. 7. vt lite
pend. dicit conscientia à consilio, quod sup-
ponitur voluntati, & scientia, qui supponitur
intellectui. in c. 1. post nu. 2. de confessis, est
secretũ secretorum. in c. quoniam cõtra, nu.
65. in fi. de prob. c. mulieri, nu. 1. post med. de
iureiur. & contra conscientiam agens, debet
repelli. in c. pen. num. 6. de præscript. Ipse est
13 pœna sua, quem torquet conscientia sua. D.
Aug. psal. 36. concio. 2. col. 8. alibi tortores
animæ timor, & dolor, sed nõ simul torquẽt,
sed cruciatus alternant, quando bene est, ti-
met, quãdo male, dolet, & seculi huius, quem
non decipit prosperitas, non frangit aduer-
sitas. idem serm. 42. de verbis Domini, super
Io. col. 2. in princ. De ista conscientia statur
dicto suo, quandocunque tamen dicit se ha-
bere cõscientiã læsam ex litis improbitate,
debet à patrocinio desistere. Bal. d. l. rem non
nouam, post nu. 4. [NVLLATENVS] nullo mo-
do. Ioan. And. c. vn. cir. princ. de excess. præl.
in vj. [ALLEGABVNT] quia quidquid non fit
ex fide, peccatum est, gl. l. sed & si, in ver. hoc
est, ad leg. Aquil. Debet autẽ aduocatus fo-
uens iustam causam, allegare iura non mul-
tum efficacia, nam si iudex non est multum
doctus, mouetur potius ex quibusdam colo-
ratis, quã concludentibus. Abb. c. per tuas,
nu. 6. in fi. qui filij sint leg. non tenetur alle-
gare iura sui aduersarij. Bal. l. 2. nu. 16. cir. fi.
de his, qui accus. non poss. alias veniens con
tra conscientiam, etiã scrupulosam, ædificat
ad gehennã. Abb. c. per tuas, lo secõdo, nu. 4.
14 de simon. Insuper, quia sepe assumũtur causæ
iniustæ propter importunitatem, & preces
amicorũ, tenetur qui propter importunita-
tes, & falsas allegationes obtineret sentẽtiã.
Abb. c. 1. nu. 5. de iuram. calum. ideo iurabũt
etiam quod [ET CAVERE NON RECIPIENDO
DESPERATAS] & sic aduocatus non debet
assumere causam iniustam, Abb. c. fin. nu. 1.
cir. med. de postul. sed vulgares dicunt ali-
quem malum hominem, eo quod cõsulit cõ-
tra cõmune, nam si rectè consulit, bonus est.
Bal. l. vni. de sent. præf. præto. [VT SI QVAS
FORTE RECEPERINT, PARTIS FORTASSE
MENDACIIS COLORATAS] quæ per menda-
cium conqueruntur. sup. const. pessimã. Ideo
15 debet aduocatus antequã vadat ad iudicem,
loqui cũ parte. Bal. l. quidã Hiberus, de ser.
vrb. præd. Ita qui reddit consiliũ, debet prius
interrogare, & simpliciter perquirere in quo
statu negocium se habeat. idem Bal. l. quod
dicitur, §. 1. ff. de cast. mil. Dolus aduocati, &
dolus partis inuicẽ compensantur, vnde ad-
uocatus nõ debet allegare crimen sui clien-
tuli. in c. ex literis, nu. 2. de transact. [QVAE
IVSTAE IN PRINCIPIO SIBI VIDEBANTVR]
sed euentus iudicij contrariũ demonstrauit.
inf. const. exceptione filiationis, in fi. nã va-
liditas, vel inualiditas processus pendet ex
futuro euentu. Abb. c. cum speciali, nu. 12. de
appell. & exitus acta probat. Bal. d. l. rem nõ
nouam, nu. 5. de iudicijs. [ET IN PROCESSV
IVDICII, VEL DE FACTO, VEL DE IVRE
COMPAREANT IPSIS INIVSTAE] prout euẽ-
tus declarauit. Bal. l. 3. in fi. C. de iur. & facti
16 ign. & dicitur iniuste contra veritatem. Bal.
l. procurator, §. si procurator rem ratã hab.
[IPSARVM PATROCINIVM INCONTINEN-
TI] antequam deueniat ad alium actũ. Inn.
c. ecclesia vestra, cir. fin. nu. 11. de elect. ter-
mino congruo, breui tamen, vel sine tẽporis
interuallo. Bal. c. finẽ litibus, nu. 2. cir. med.
de rest. spol. [DIMITTANT] renuncient. Bal.
l. seruus cuius, in fi. de his, qui not. infam.
[SPRETAE PARTI] quia nemo inuito audi-
tori libenter refert. c. ex merito, 6. quæst. 1.
[PROVT PRISCIS LEGIBVS EST STATVTVM]
§. patrocinia, auth. de mand. Princ. [LICEN-
TIA AD ALTERIVS PATROCINIVM CON-
VOLANDVM DENEGANDA] sim. inf. c. cũ vni-
uersis. & consiliarium iustam fidem non ser-
uantem, posset expellere. §. festinabis, auth.
17 de mand. Princ. & alium sumere, quia vendit
aduocatus iustum patrocinium, & iurispe-
ritus verum consilium, Vnde si aduocatus
promisit adiuuare ecclesiam, si ecclesia sub-
trahit ei salarium, non tenetur eam iuuare.
Bal. c. breui, nu. 3. de iureiur. Iudex verò non
debet vẽdere iustũ iudicium, & testis verum
testimonium: illi ex vna parte consistunt, isti
ex vtraque parte ad examen adhibentur. D.
Aug. epist. 54. col. 13. cir. princ. Et sic aduo-
catus scienter non debet iniustã causam de-
fendere, si ignoranter, excusatur, debet cau-
sam deserere, non aliam partem iuuare, sed
inducere ad cedendum, vel ad concordiam.
D. Tho. 2. 2. q. 71. art. 3. [IVRABVNT] non in
causa, sed circa causam. Bal. c. cæterũ, nu. 1.
18 in fi. de iuram. calum. [ETIAM] quæ dictio

includit caſum magis dubitalẽ.Pau.de Caſt.
l.cũ antiquioribus, poſt nu.2. C.de iure de-
liber.[QVOD AVGMENTVM SALARII] vltra
taxam, de qua conſtit.ſeq.& Affl.hic 7.not.
[IN PROCESSV IVDICII NON REQVI-
RENT] & ſic nõ poſſunt recipere promiſſio-
nem à cliente,lite pẽdente. Bar.l.archiatri,
de profeſſo.& med. Idem in Medico. gl.pen.
c.ad aures,de ætate,& qual. c.qui ſtudet, in
ver.ſanitatis,vbi ſecus in magiſtro. gl.pen.
& fin.c.vendẽtes,1.q.1.& 3.Quid ſi ex cauſa
mutui promittitur ſalariũ. l.3.vbi Bal.C.de
poſtulan. [NEC DE PARTE LITIS INEANT
PACTIONES] l.ſumptus, ff.de pact.c.fin.de
pact.c.ſi diligẽti,de foro comp. c.quæſitum,
de rer.permut.& l.1.de reſcind.vẽd. niſi lite
finita.l.ſi remunerandi, §.fin.in ver.certam,
ff.mand.l.1.in ver.ſuſpenſa, de varijs, & ex-
traord.cog. alias redemptor litis diceretur.
Bal.l.litem, C.de procur. Et ſententia lata
contra dominũ,poteſt exequi contra procu-
ratorem,qui fecit pactũ quotę litis.Bal.c.1.
19 in fi.vt lite nõ conteſt.Inde pactum quaſi ad
pacem habendam factum. Abb.c.1.num.4.
in princ.de pactis. [QVOD SACRAMENTVM
NON TANTVM SEMEL PRAESTITISSE SVF-
FICIAT] de cuius verbi ſignificatione dixi
d.conſt.cum vniuerſis.[SED CORAM MAGI-
STRO IVSTITIAE,ET IVSTITIARIO REGIO-
NVM ANNO QVOLIBET RENOVABVNT] ſic
propter ſuperuenientem calumniã, ſeu con-
tumaciam ſæpius iuratur, & cõmittitur ar-
bitrio iudicis. Bal.c.cũ in eccleſijs,nu.2.cir.
med.de maior.& obed. & hoc in iuramento
veritatis, ſecus in iuramẽto calumniæ,quod
ſemel tantum præſtatur. in c.pen.nu.2.in fi.
de teſtib.c.& ſi Chriſtus,nũ.7.cir.med.de iu-
reiur.quia potuit heri non calumniari,hodie
ſic. Io.And.c.vt circa, num.2.in fi.de elect.
in vj.vnde quandoque præſtabat bis gl.pen.
20 l.comparationes,de fide inſtr. vel olim reno
uabatur, nunc ſufficit ſemel. gl.l.iuſiurandũ,
in ver.exigat, de iureiur. in tota lite.l.ſi non
fuerit,in gl.1.ff.de iureiur. l.ſi quis ex argen
tarijs,§.exigitur,in ver.calũniæ, ff.de eden.
& in principio præſtitum extenditur ad om-
nes exceptiones peremptorias incidentes ,
ſiue emergentes. gl.c.cũ literas,in ver.iura-
mẽto,de reſt.ſpol. quia ſemel verum,ſemper
eſt verum,ideo non iuratur plus.l.qui bona,
§. ſi quis ſtipulaturus , in ver.iurandum, de
dam.infe.& ſatis eſt,quod ad memoriã redi-
gatur per præſentem ſcripturam. l.3.in ver.
ſcripturis,de venden.rebus ciuit. [SI QVIS
AVTEM ADVOCATORVM] togatorum. gl.3.
l.nemo,la ſeconda, de Epiſc.aud. [CONTRA
21 PRAEDICTAM FORMAM] quæ eſt de ſubſtan-
tia,& ea deficiente,deficit totũ. Io.And.c.ſi
is cui, poſt nu.1.de elect.in vj. [ET SACRA-
MENTVM VENIRE TENTAVERIT] experimen-
tum ſumendo. D.Th.ad Hebr.3.ibi,quapro-
pter, col.2.in fi. [IN ALIQVA CAVSA PAR-
VA, VEL MAGNA] quia magis,& minus non
diuerſificant ſpeciẽ.D.Th.3.par.de Sacram.
q.127.alias 96.art.1. vel parua, & magna ,
ſecundum ſubiectam materiam. Abb.c.1.in
1.not.ne cler.vel mon.gl.C.de appellationi-
bus, de appell. [AB OFFICIO CVM PERPE-
TVAE NOTA INFAMIAE] de qua ſup. conſt.
Pateranos.[REMOTVS] diſſiũctus. Nizo in ver.
remotus. [TRES LIBRAS AVRI PVRISSIMI
FISCO NOSTRO COMPONAT] perſoluat.§.ſi
quis aliquẽ,de pace ten. [DENIQVE] infere.
gl.l.Iulianus,in ver.denique,ſi quis omi.cau.
22 teſt.[CLERICOS] quorum officium eſt nulli
nocere, & omnibus prodeſſe. Abb.cap.cum
P.Manconella, num.9.de accuſ. Spec. tit.de
aduocato,§.1.& eorum appellatione qui ve-
niant. c.cum tibi,vbi Abb.de verb.ſign. [IN
SECVLARIBVS CAVSIS, ET IVDICIIS OM-
NIBVS] de quibus 21.q.3.per totũ. [PRAE-
STARE PATROCINIA PROHIBEMVS] ſupra
23 conſt.clerici . cũ etiam iure ciuili abſtinere
debeant ab officio aduocationis in curia ſe-
culari pro negocijs ſecularibus . Gram.hic
in princ. ſicut & nonnulli alij in certis caſi-
bus. D.Th.2.2.q.71.art.2.nec debent ibi ob
aliquam cauſam publicè diſputare. Abb. d.
c.1.5.not.ne cler.vel mon. Idẽ in Canonicis
regularibus,qui nec contra Eccleſiã poſſunt
cauſas aſſumere,c.2.& 3.de poſtul. Prædicta
intellige, quando clericus generaliter vult
aſſumere officium prædictum, ſecus ſi vnum
vellet negocium aſſumere. Gram.hic nu.6.
quia eſt maximum pietatis opus ſubuenire
indigẽti,quod ad clericos maximè pertinet.
Abb.c.1.poſt nu.3.& 4.de fideiuſſo. Quæ di-
cuntur cauſæ ſeculares , Abb.d.rub. ne cler.
vel mon. Libellum contra clericum ſe inge-
rentem negocijs ſecularibus ponit Spec. eo.
tit. ne cler. vel mon. in princ. [PRAETER-
QVAM] quæ excludit. l.nullũ,ff.de diuortijs.
[IN CAVSIS SVIS PROPRIIS] eccleſiæ, &
conſanguineorum , quia tunc non ſolum
clerici, ſed monachi poſſunt eſſe procurato-
res . Gramm.hic num.2.3.& 4. ſua enim in-
tereſſe dicitur, qui propriam cauſam defen-
dit.l.2.in fi.ff.quando appell.ſit. [CONSAN-
GVINEORVM, VEL AFFINIVM] vnde clericus
24 poteſt eſſe procurator alterius clerici ger-
manis ſui. Abb.c.cũ pridem, 1.not.de pact.
[ITEM] quæ denotat diuerſitatẽ, & repetit.
Dec.conſ.423.nu.3.& col.3.in princ.3.vol.
[CAVSIS ECCLESIARVM] adeo quod cauſas
eccleſiarũ poſſunt proſequi etiã in propria
perſona. Abb.c.inſuper,2.not.de teſti.l.pla-
cet,vbi Bal.de Epiſc.& cler. Et an admittã-
tur ſine cautione.Abb.c.1.n.10.de reſt.ſpol.
&c.

& c. literis, 1. not. eo. tit. de resti. spol. in omit-
tendo præiudicāt. Abb. c. Imperatorū, 1. not.
de iuram. calumn. alias Prælatus solus non
posset requsare cōtractum per quod ius ali-
quod esset quæsitū ecclesiæ, immo illi de col-
legio possent agere pro reuocatione eorum,
quæ prælatus illicitè alienauit. Abb. c. querel-
lam, de simo. [AC MISERABILIVM PERSO-
NARVM] de quibus sup. consti. statuimus, vt
Magnæ Curiæ. Spec. d. tit. de aduoc. §. 1. nu. 7.
25 [ITA VT] ita demum, quæ importat formā.
Cass. consuet. Burg. rub. 4. §. 2. ibi femme, nu.
11. & 15. [ET TVNC ETIAM SINE PRETIO]
quod in desuetudinem abijt. Spec. tit. de sala-
rijs iud. §. 3. nu. 20. [VALEANT POSTVLARE]
alias prohibitus postulare, nec gratis posset.
gl. in extrauag. Io. dierū, in ver. admittatur,
de pœnis. Tenentur autē clerici in casibus
prædictis, quia viuunt de patrimonio IESV
CHRISTI. Abb. c. 1. post num. 5. de off. iud.
Quid autē sit postulare, Abb. rub. de postul.
& quod de clericis dicitur, idē in monachis.
Spec. tit. de procuratore, §. 1. nu. 32. cir. fin.
26 & 33. Adeo quòd religiosus potest esse procu-
rator monasterij, vel Abbatis. Abb. c. cum I.
& A. nu. 29. de sent. & re iud. Bal. l. si non for-
tem, §. qui filio, col. 3. in princ. de cōd. indeb.
Itē pro negotio monasterij potest Abbas per-
mittere, quod monachus sit illius procura-
tor. Abb. c. quanto, num. 1. in fi. de off. ord. &
alterius, in c. cōstitutis, 1. not. de appell. c. cū
dilecta, nu. 18. de confir. vtili, vel inut. ad vnū
tamen negotium, non in generali. c. sed nec,
ne clerici, nec cler. vel mon. sicut clericus, vt
sup. & in c. per venerabilem, 1. not. qui filij
sint leg. c. cum essent, nu. 2. de simonia, alias
non interueniret, tam si causa esset ciuilis,
quàm criminalis: tam ad defensam, quàm ad
offensam: idē Abb. d. c. 1. de postul. [SI QVIS
AVTEM NOSTRORVM FIDELIVM] quē consti-
tuimus super familiam nostram. Lucas 12.
[AD ADVOCANDVM IPSVM ADMISERIT]
27 omisso iuramento prædicto, quod tacitè po-
test. l. de pupillo, §. qui opus, in ver. exigitur,
de noui oper. nunc. [PRAESENTI NOSTRA
CONSTITVTIONE CONTENTA] calcata, non
seruata. l. temperēt, vbi Bar. de vesti. olobe-
28 ris. [LIBRAM VNAM SACRO] quod ad bonū,
& malum refertur: sanctum nisi ad bonum.
Luc. l. fin. col. 2. cir. med. de ann. & trib. publi-
cè consecrato. l. in tantum, §. sacræ, ff. de rer.
diuis. [AERARIO] domui, quæ sic vocatur eo
29 quod æs ibi reponitur. l. in prouincijs, in ver.
fiscales, de numerarijs. [NOSTRO SE FILI-
VRVM ANNISCAT] tanquam nota subiecto-
rum. Luc. l. fin. cir. med. de muner. patr. [AD-
VOCATO] qui in causis agendis quoquo stu-
dio operantur. l. 1. §. aduocatos, de extraord.
cogn. [NIHILOMINVS] eo non obstante.

In. And. c. 1. nu. 8. in fi. de except. in vj. [QVI
ILLICITVM PATROCINIVM] propter iur a-
mentum non præstitum, cum regulariter in
omni causa iuretur. Spec. tit. de testam. §. 3.
nu. 31. [RECIPERE PRAESVMPSERIT] d. c.
30 2. & 3. de postul. [EADEM] quæ designat ean-
dem in pluribus causis fore censuram. Luc.
l. 1. cir. fin. vt nemo ad suum patroc. [POENA
MVLCTANDO] cuius animaduersio pecunia-
ria est. l. aliud, §. inter, de verb. sign. vel mul-
cta pecuniaria coercio est personalis. Bald.
c. 1. nu. 2. in fi. ff. de off. deleg.
31 Contra, experimēto compertum est, quod
ex cupiditate obtinendi, falsum iuratur in
causa. Abb. c. cæterū, nu. 9. post med. de iura.
calum. Vnde iuramentum non est deferendū
illi, contra quem vehementer præsumitur de
transgressione. Abb. c. 3. nu. 2. de cohab. cler.
& mul. ne via periurijs aperiatur. c. pen. de
his, quæ vi, metusve cau. c. si verò, de iureiu.
& vbi veritatem quærimus, solemnitatem
personæ non inspicimus. add. ad Spec. tit. de
confess. §. 2. ibi §. 2. cir. med. vltra quod iu-
stius puto ad compescendas calumnias, &
malitias refici expensas tam in ciuilibus,
quàm in criminalibus. Luc. l. vn. col. 4. q. 15.
in fi. de sum. recupera.
Dic, quòd hoc districtione legum est in-
troductū, & de consuetudine iuratur in qua-
libet causa. Abb. c. 2. in 2. not. & nu. 11. circa
med. de iuram. calum. & calumniæ verbum
32 est generale, & capit pro omni eo quod con-
tra legem fit. Luc. l. 1. col. 2. post princ. de pri-
33 uil. eor. qui in sacro pala. mil. & iurat tā cle-
ricus, quàm laicus, tam actor, quā reus. Abb.
d. c. cæterum, in 1. & 3. not. de iuram. calum.
Hæres etiā, vel successor tenetur iurare, non
obstāte, quòd defunctus iurauerit. gl. c. 2. in ver.
iuramentum, eod. tit. de iuram. calum. in vj.
Minor iurat de veritate dicēda. l. videamus,
in ver. potest, ff. de iureiur. dominus non, nec
procurator. gl. l. quoties, §. fin. in ver. necesse,
de noxal. l. iusiurandum, §. pupillo, ff. de iure-
iur. nisi esset procurator in rem propriā. l. 2.
§. fin. autem, in ver. subeat, C. de iureiur. vel
habeat mandatum ad iurandum. Abb. c. 3. in
fi. d. tit. de iura. calum. hoc modo iurat qui-
libet per procuratorem specialem. Abb. d. c.
3. nu. 15. post med. de iuram. calum. Ita vni-
uersitas tota, vel maior pars, monasterium,
& Abbas iurant per syndicū. l. 2. §. hoc etiā,
in ver. vel à plurima, C. de iureiur. l. 3. in gl.
2. de vēd. reb. ciui. c. excōmunicamus, §. adij-
cimus, in ver. totam, de hæreticis. Abb. c. pa-
storalis, nu. 6. de iud. pro suis, & reb. ecclesiæ.
d. l. 2. §. sed quia, in ver. remitti, post med. C. de
34 iureiur. Vltra quod præsumptio est, quòd reli-
giosi nō temerè, aut calumniosè petant, sed
quod foueāt iustam causam. Luc. l. vn. col. 5.
post

post princ. de sumpt. recup. Ideo non iurant
iudicio sisti, nec iudicatum solui. l. cum cle-
ricis, in ver. prohibentur, de Episc. & cler. &
quãdo iuratur pro criminalibus l. fin. in ver.
existimãs, de fide instr. ad personas egregias,
& alias mittitur pro exigẽdo huiusmodi sa-
cramẽto. l. ad personas, cum ibi not. ff. de iu-
reiur. §. 1. cir. fin. auth. vt litig. iure. & iura-
bunt quinque. Abb. d. c. 1. nu. 10. de iura. cal.
sicut qui ab electione appellat, iurat esse ve-
ra, & posse probare quod obijcit. not. in c. is
35 qui, de elect. in vj. Et si actor sine causa refu-
tat hoc iuramentum, debet cadere ab actio-
ne, & reus habetur pro confesso. Abb c. fin.
nu. 2. d. tit. de iuram. calum. Procurator ad
agendum non potest deferre iuramentũ litis
decisiuum; & si detulit, & aduersarius nõ re-
cusauit, nõ præiudicat domino. not. c. qui ad
agendum, de procur. in vj. Quid in defensore
municipum, l. iusiurãdum, §. 1. l. nam postea,
§. pen. l. iusiurãdum, §. fin. cum l. seq. d. tit. de
præfertur, si rem quæ dedit in emphyteosim vult vendere, siue eius proprietatem. Ang. l. vn. d. tit. de locatio. præd. ciuil. Et multi sunt casus in quibus nonnulli in emptione præferuntur. Cass. consuet. Burg. rub 10. in princ. Intellige iusto pretio, nec extraneus licitator admittitur. Ias. l. qui Romæ, §. coheredes, nu. 26. de verb. oblig. Et pactum factum cum famulo deputato ad vendendum ne certas merces alicui vendat, an valeat. Baldus cons. 445. nu. 1. vol. 1.

De officio Magistrorum Fundicariorum.

SVMMARIVM.

1 *Officium ministerium dicitur.*
2 *Magistri Fundicarij exigunt iura Regij fundaci.*



VIA dictum fuit de iuribus ad curiã spectantibus, nunc tractat de his, qui sunt præpositi ad ea exigendum, & sic
1 de [OFFICIO], i. ministerio. Iser. sup. in const. in locis demanij, post
2 princ. [MAGISTRORVM FVNDICARIORVM] qui exigunt iura Regij fundaci, vt per Affl. infra in textu in princ.

SVMMARIVM.

1 *Iura curia noua, & quadam vetera.*
2 *Ius fundici primus in regno Fredericus instituit.*
3 *Ius dohana quantum, pro quibus, & quando non exigitur.*
4 *Ius exitura, & tracta pro ijs, qua extrahuntur per extra.*
5 *Sicut, non semper denotat omnimodam similitudinem.*
6 *Magazeni Regij fundi sunt ad Regiam dispensationem.*
7 *Procurare, est aliquid pro alio curare.*
8 *Magister Portulanus exigit ius exitura, & tracta.*
9 *Extractionem victualium probibere, est rationabile.*
10 *Grauamen infertur verbo, & facto, & semper ab eo appellatur.*
11 *Diligentiã hominũ natura desiderat.*
12 *Plus, idem facit quod minus.*
13 *Nisi, ponit quando pracedit oratio negatiua.*
14 *Sal in regni nemo vendit subditis, nisi Rex.*
15 *Salinari si emunt salinas, non potest vendi, vel mensurari sal sine eorum licentia.*
16 *Sal in genere masculino, & neutro, & eius significatu. num. 39.*
17 *Immissio salis, & victualium; si probibetur, non intelligitur per transitũ.*
18 *Actus iudicum non priuatorum limitantur respectu territorij.*
19 *Immunitas respectu loci, quandoque persona, quãdoque loci, & persona.*
20 *Priuilegiũ probibendi ne quis vtatur re sua, potest concedi per Principẽ.*
21 *Gabella incipit deberi intrando cespitem territorij.*
22 *Pœna appositione substinetur actus.*
23 *Pœna fraudantis fiscum.*
24 *Sententia prius profertur, quàm formetur processus in vectigalibus.*
25 *Cautio vbi non est necessaria, non interponitur.*
26 *Ius fundici pro quibus, et qñ soluitur.*
27 *Locus contractus, & non executionis attenditur pro vectigalibus.*
28 *Forum sortitur ratione contractus, & quando in ciuilibus fit remissio.*
29 *Conuenitur pro delicto, & contractu alibi gesto in loco domicilij.*
30 *Obligatio, actio, sententia, & executio ex quibus oriuntur.*
31 *Contrahentes fingunt alium contractum vt fraudent gabellas.*
32 *Contractus si nullus occasione gabella non soluta ab vno ex eis, quomodo vnus aget contra alium.*
33 *Priuilegium reale, personale, personalissimum, & mixtum.*
34 *Clericus etiam quod non habeat ecclesiam, potitur immunitate.*
35 *Priuilegio gaudent socij priuilegiati, quando atias esset inutile.*
36 *Locus exemptus aquiparatur loco extra territorium constituto.*
37 *Fiscus nõ agit nisi tradita possessione.*
38 *Clerici non soluunt, quid in prastantijs, & ijs qua cum fratre possidẽt.*

MAGI-

1 AGISTROS FVNDICARIOS] iura curiæ quædā sunt vetera, & quædā noua. Iser. sup const. quanto, de decimis. & in ritu R.C. de deci-
2 mis solue. Ius fundici primus in regno Fredericus instituit, nam cum omnes merces debeant exonerari in dohana, exceptis rebus pretiosis, auro, argento, & gemmis ratione albergatiæ exigitur ad rationē granorum quindecim pro vncia: pro ferro, pice, sale, & azario exigit plus, videlicet quartaria, & quintaria pro pice: pro animalibus, possessionibus, pannis, carnibus, & pane nō soluitur, sed si sunt empta, soluitur ius dohanæ, quod est grano-
3 rū 18. pro vncia, sed non in propria patria. In dohana Mene pecudum soluitur pro herbagijs, & pascuis. De rebus proprijs, & victualibus pro vsu non soluitur dohana, nec exitura per infra, sed præstat cautio de producendo responsale immissionis, si per extra soluit ius exituræ, & tractæ, vt in ritu R.C.
4 de iure fundici, & de iure dohanæ, Affl. hic in fi. Cap. in sua inuest. in ver. feudorū clausulæ, in ver. dohanis, in ver. regali, & in ver. dohanæ, in princ. & cir. fin. de iure salis, & salinarijs. Abb. c super quibusdā, nu. 8. de verb. sign. Horum iurium exactores diuersimodè appellātur. sup. const. auctoritatē, de summ. cogn. contra gabell. sed dimittamus vocabula diuersitatibus locorum, Io. And. ad Spec. rub. de off. vic. cir. princ. nam quomodocūq; sint, eos Imperator vult esse puros circa se, & subditos, & in quibus habetur in tex. qui dimittitur vt per Affl. & sum. vt per Lallum, & dicit [MAGISTROS FVNDICARIOS CVRIAE NOSTRAE] habitationis nostræ, vbi reponuntur merces, & exiguntur introitus, Affl. sup const. statuimus, in gl. 2. nu. 55. [SI-
5 CVT] quæ non semper denotat omnimodam similitudinē. Abb. de sum. Trin. in ver. damnamus, num. 1. [QVOSLIBET OFFICIALIS NOSTROS] in genere. Bal. cōs. 378. nu. 9. cir. med. 5. vol. [PVRITATEM] de qua sup. const. puritatē. [OMNIMODAM] & quamlibet, quę habēt plenissimum significatum. in con. feu. diuer. 57. post num. 8. aliter omnimodam. in clem. vn. in ver. omnimodam, de foro comp. [TAM CIRCA] impropriè, nam propriè refertur ad locum. Luc. l. 1. in princ. de prim. & secundic. [NOS QVAM FIDELES NOSTROS] quia sicut ius suum cuilibet inuiolatè seruamus, sic in iure nostro defectum perpeti non possumus. inf const. spontè volentibus, in fi. [VOLVMVS] & mandamus. sup. const. vt officialibus. [OBSERVARE] & habere. Nizol. in ver. obseruo, cir. med. [IDEO QVE] concludit. gl. l. 1. in ver. & ideo, C. de bon. lib. si emerge-

rit dubitatio. Bal. l. & ideo, ff. de legi. [PRAECIPIMVS] quod ex præcepto obligat. Zab. clem. 2. 15. not. de magistris. [VT IDEM MAGISTRI FVNDICARII NE] l. non. l. 4. §. Cato, de verb. oblig. vel. [NIL EMANT] in fundicis. [AVT EMPTVM] extra. [IN FVNDICIS
6 INTROMITTANT] nam nōn debent exercere mercaturas, & illas tenere in Regia Dohana. Affl. hic 2. not. nam magazeni Regij fundici sunt ad Regis dispositionem, vt in litera Regis Ferdinādi inter ritus R.C. [SINE TESTIMONIO BAIVLI, ET IVDICIS CIVITATIS, ET LOCI] quod testimonium hominis dicitur. Bal. l. filium, 1. rep. nu. 10. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. [PVBLICAE SCRIPTVRAE SVFFRAGIO ROBORANDO] de quo testimonio fiat publica scriptura, quæ suffragiū dicitur. gl. l. illud quod cuiusq; vni. nom. pro robore firmitatis. e. ex parte, de cōcess. preb.
7 [PROCVRABVNT] quod est aliquid pro alio curare. Luc. l. si quis procurationē, in princ. de decur. [AVTEM] & sic mutat casum. glo. l. 1. in ver. per interdictū, in fi. ff. si vent. nom. mulier in poss. mitt. [MAGISTRI FVNDICARII FVNDICOS] domos Regias. d. ritu de iure fundi. in princ. [SALIS, FERRI, AZARII, ET MERCIVM] aliarū. [QVAE FVNDICANDAE PER CVRIAM NOSTRAM SVNT STATVTAE] nam res pretiosæ aurum, argentum, & gemmæ in dohana non exonerantur, vt sup. [PRAETER EXITVRAS VICTVALIVM, QVORVM EXITVS ALIIS OFFICIALIBVS] vide-
8 licet Magistris Portulanis, vt c. 1. & 2. Caroli II. [PER NOSTRAM CVRIAM SPECIALITER] singulariter. gl. l. sed & si quis, §. quæsitum, in ver. specialiter, si quis cautio. [EST
9 COMMISSVS] vnde statuta prohibentia extractionē victualium sunt rationabilia. Bal. l. cætera, §. sed & si quis, de leg. 1. pro quibus quando tolluntur exitura, & tracta, non exigitur ius dohanæ. Cap. d. inuest. in ver. regalia, ibi dohanæ, in princ. & cir. fin. Sic honor, & gloria vnius est diminutio alterius. Bald. c. 1, nu. 2. in fi. vt lite pend. [VOLVMVS AVTEM] gl. d. l. 1. in ver. si per interdictum, si vent. nom. mul. [PRAEDICTOS FVNDICARIOS AB INFRASCRIPTIS FIDELIVM NOSTRORVM GRAVAMINIBVS] e. præterea, lo secundo, de iurepatr. e. vn. vt eccl. bene. sine. fine dimi. confer. [ABSTINERE] cohibere,
10 têperare. Niz. in ver. abstineo. Et inferuntur grauamina verbo, & facto, pro quibus potest appellari. Spec. tit. de appell. §. 6. & 10. n. 40. Immo à grauamine, quod est in fieri, semper nascitur appellatio. Bal. add. vlt. ad Spec. eo. tit. de appell. col. 2. post princ. In processibus potius concernitur iniquitas iudicis, quàm aduersarij. in c. interposita, post num. 10. de appell. [QVOD NON COMPELLANT EOS IN MAIORI

MAIORI QVANTITATE SALEM EMERE]
nec in alio loco. Luc.l.1.col.3.poſt princ.ne
ruſt.ad vllum obſeq. [QVAM IPSI VOLVE-
RINT] voluntariè.Pau.de Caſt.conſ.50.poſt
princ.2.vol. alias ſi irent ad fundicos diſtan
tes,plus impenderent,vt in ritu R.C.de iure
ſalis.[DVMMODO] quæ inducit monitionem
potius quàm conditionẽ. Affl.§.fin.nu.9. de
cap.qui cur.vend.Adiecta ex parte poſt non
facit conditionẽ,ſed modum. Bal.c.dudum,
lo ſecūdo,nu.26.in fi.& 27. vbi infert,vt per
eum,de elect.[PROHIBEBANT, ET DILIGEN-
11 TER]cum & ipſa natura deſideret hominum
diligentiam. l.diligenter, vbi Luc.in princ.
de aquæductu.& abhorret otioſum,vnde nul
la res in rerum natura ſine operatione. add.
ad D.Tho. 3.par.de Sacram.q.101.alias 70.
art.2.in appendice.[OBSERVENT] in ſeipſis
quod in alijs. l.frater à fratre,vbi Bar.nu.3.
de cōd.indeb. [QVOD EXTRA PROVINCIAM
SIBI DECRETAM] ſtatutam, nam decerno,
& ſtatuo,ſunt verba communia. Abb.c.nam
concupiſcentiã, poſt nu.4.de conſtit. [PRO-
VINCIALES] qui in prouincia habẽt domi-
ciliũ.Paris de ſynd.in ver.aſſeſſor.c.1.nu.20.
[SVI IN MAGNA, VEL MODICA QVANTI-
12 TATE] nam idem facit plus,quod minus. gl.
c.non mediocriter,in ver.immoderatam,de
conſec.diſt.5.& maius,& minus non differũt
ſpecie. Frec.de ſubf.lib.2.quis dicat Comes,
nu.23.circa med. [SALEM NON EMANT IN
PROVINCIAM DEFERENDVM]nam ab extra
regnũ , vel ab alia prouincia non poteſt ſal
immitti,ſicut ferrum,& azarium,alias amit
tuntur,& cedunt lucro gabelloti,vt in d.ritu
de iure ſalis,in fi. [POENA PVBLICATIONIS
BONORVM OMNIVM EMPTORIBVS,SEV QVI-
BVSLIBET ALIVNDE SALEM,PRAETER]ideſt
contra. Arch.c.ſi quis præter,in princ.11.q.
alibi propriè,& impropriè. Bal.c.dilectorũ,
poſt nu.1.de teſti.cogen.[MANDATVM SPE-
CIALE] expreſſum.Io.And.c.2.poſt nu.1.de
reb.eccl.nō alien.in vj. [CVRIAE NOSTRAE
DEFERENTIBVS PRAESTITVTA] nam ſal,vt
ſup.ſi immittitur per terrã,animalia cedunt
lucro gabelloti,ſi per mare vaſcellum,& ſal
eſt gabelloti capientis,& homines in eo ca-
pti,curiæ aſſignantur,ad eius beneplacitum
puniendi,vt d.ritu de iure ſalis,in fi.[NISI]
ſi non. glo.l.ſi eum,§.fin.in ver.idem,& ſeq.
vbi Bal.1.rep.poſt nu.3.ſi quis caut.& ponit,
13 quia præcedit oratio negatiua.addit.ad glo.
l.diuus, ff.de pet.hæred. [AB] quæ denotat
ſeparationẽ. Bal.c.ſuper eo, nu.3.de appell.
VLTRAMARINIS PARTIBVS IN NAVIGIIS
SAL DEFERATVR] de ſale arigentino, quod
flãma fluere facit,& aqua crepitare.D.Aug.
21.de ciuit.Dei, c.5.& 7.poſt princ. [QVOD
NON ALII, SED CVRIAE ASSIGNETVR PRO
PRETIO, QVO CVM CVRIA CONVENIRE]
quod eſt verbum magis nouum, & indiſcre-
tum, quã promittere. Bal.l.lecta,col.3.cir.
fin.ſi cert.pet. [POTERVNT DEFERENTES]
14 nam in Sicilia eſt vſurpatũ,quod non vendat
alius ſal ſubditis,niſi Rex,& facientes ſal in
ſalinis proprijs,cogit vendere fiſco: & bonũ
eſſet ſi iuſto pretio,ſed in his inſpicitur con-
ſuetudo.Cap.in d.inueſt.in ver.feudorũ clau-
ſulæ,ibi ſalinis, & in ver.regalia, ibi ſalinæ,
cir.princ.d.l.1. vbi Luc.de metall. & meta.
cir.med. Ita & conſignatum à curia, ſi vni-
uerſitates vellent vendere, emit fiſcus, vt in
prag.R.Ferdinandi non ſine,de ſale venden.
per vniuer. ſecus ſi quis haberet in priuile-
gio, quia per generalem derogationẽ etiam
in capitulis arrendamenti,non videtur dero
gatum priuilegio ſpecialiter conceſſo.Loffr.
conſ.35.nu.12.vſq; ad 16.& per c.Papæ Ho-
norij ſal eſt dominorum ſalinarum , nec de-
bent prohiberi vẽdere ſal ex ſuis ſalinis ob-
ueniens, vt in d.ritu, vel poteſt emere ex ſa-
linis ipſis prouenięns, non ipſas prohibere,
vt per Cap.vbi ſup. Iſta gabella,& alia iura
venduntur cũ licitatione. in c.reg.61. item
15 in eadem forma. Salinarij verò ſi emunt ſa-
linas, nihil poteſt menſurari , vel vendi ſine
eorũ licentia,& pœna ipſis applicatur. Bal.
l.pen.C.de vectig.[MERCATORIBVS EMEN-
16 TIBVS SALEM]in genere maſculino,cum re-
periatur etiã in neutro,vt hic ſal,& hoc ſal.
Arch.c.non omnes,in fi.2.q.7.[AB EIS]qui
tulerunt à partibus Vltramarinis. [ET IP-
SIS IVRA CVRIAE NOSTRAE SOLVENTIBVS
PERMITTATVR] concedatur.Io.And.c.vn.in
princ.& nu.1.cir.med. de æta.& qual. in vj.
& inducit nouum ius. Zab.clem.2. §.fin. in
princ.de iurepatr. dummodo ſit emptum ad
groſſum. Affl.hic 7.not. [QVO VOLVERINT
INFRA PROVINCIAM, ET PRETIO QVO PO-
TERINT] quia voluntates cōtrahentiũ ſunt
ſeruandæ.Bal.l.pen.C.pro ſoc.[DISTRAHE-
RE]& ſic merces aliũde delatę poſſunt aſpor
tari, ſed non ſimiles illis contra bannum, &
edictũ curiæ. gl.l.ſi quis, poſt hac,C.de ædif.
priua. Vnde emens gabellã ſalis cum facul-
tate prohibendi, quod nemo poſſit extra ci-
uitatem emere ſal,vel conducere,præter ip-
17 ſum emptorem,nō intelligitur de eo qui cō-
ducit per territorium alio conducturum,ita
ſi ſtatutũ prohibet, quod nemo portet bla-
dum,ſeu victualia extra ciuitatem,non com
prehendit illum qui conducit per ciuitatẽ ,
vel diſtrictum ſtatuentium vt ad alia loca
perducat.Alex.conſ.86.4.vol.[NEC CERTO
18 LOCO] cũ actus priuatorum non limitentur
reſpectu territorij , ſecus in actibus iudicũ.
Bal.l.quæro,in princ.de teſt.tute.licèt detur
19 priuilegium reſpectu loci,quandoq; reſpectu
perſonæ.

personæ. Abb.c.ex tuarum,nu.10.post med.
& ibi Ant.de But.c.2.cir.med.de auct.& vsu
pall. quādoque mixtum ratione loci, & per-
sonæ,& tunc non valet quoad alium locum.
Bal.l.2.num.38.C.de seruit.& aqua. Ita da-
tur personæ pro gestis in loco,non extra lo-
cum factis,vel promissis: vnde aliud est con
trahere in loco, & aliud cōferre solutionem
in loco.idem Bal.auth.habita,post num.24.
ne filius pro patre, l.si non speciali, post nu.
2.C.de testa. Et locus contractus est de sub-
stantia priuilegij nundinarum. in l. vnica ,
post num.3. C.de nund. Et mutato loco, an
mutetur priuilegium.Bal.præd.l.in tantum,
2.repet.de rerum diuis. De priuilegio Beati
Ambrosij Mediolanensibus concesso , Port.
§.sed quod Principi, nu.19.in fi. inst.de iure
nat.gent. & ciui. [SEV A CERTO VENDI-
TORE TANTVMMODO] sed à quo velint. sim.
in const. præced. [SALEM HOMINES COM-
PARARE]c.quia clerici,de iur.patr. [COM-
20 PELLANT] licèt Princeps possit concedere
priuilegiū prohibendi ne quis vtatur re sua.
Afflict.quæ sint regalia, in ver.& salinarum,
num.3.[MERCATORES] mercationibus oc-
cupati. ad dit. ad Speculat. tit.de instr.edit.
§ 12.ibi in fine,circa med.[ETIAM]quæ di-
ctio implicat.Iser.sup.const.cum circa,post
princ.[AD CIVITATES VBI SVNT FVNDICI
21 VENIENTES] ingrediendo enim cespitem
terræ , incipit gabella deberi , & totam ter-
ram ingressus videtur. Bald.cons.471.nu.7.
1.vol. EXONERATIS,ET DEPOSITIS MER-
CIBVS] quia ille locus præsumitur destina-
tus vbi merces exonerantur,& recedit mer-
cibus exoneratis. Bal.ibi num.3.circa med.
[QVAE FVNDICARI DEBENT]etiā si exone-
rasset vbi voluntariè venit causa cōmercij ,
tunc soluit fundicum,vel præstat cautionem
de eundo infra regnum ad terram fundicum
habētem,vt in ritu R.C.de fundico flagelli,
ibi si vascellū,in fi.[IN FVNDICIS]vel doha
nis, vt in eo.ritu.[VBI, VEL QVO VOLVE-
RINT PER CIVITATEM HOSPITARI PER-
MITTANT]& sic non debent hospitari in ci-
uitate vbi est fundicus,nisi prius exoneratis
mercibus. Affl hic 8.not. Et dicitur hospes,
qui recipit,& recipitur,sicut vector,qui ve-
hit,& vehitur.l.1.§.1.in ver.vel vectoribus,
ff de exercito. [POENA PVBLICATIONIS
MERCIVM MERCATORIBVS IMMINENTE]
22 per cuius pœnæ appositionem sustinetur a-
ctus, quia lex non videtur simpliciter prohi
bere nisi vltra pœnam inducat nullitatem ,
sicut si statuto cauetur,quod nullus contra-
hat si non soluit gabellam, alias soluat cen-
tum nomine pœnæ.valebit contractus,licèt
possit annullari. Abb.c.2.post nu.5.de testi.
[QVI ALIO LOCO MERCES FVNDICATAS,
SINE SPECIALI MANDATO FVNDACARII
DEPOSVERINT]nam de voluntate gabelloti
potest,vt plerunque fit, quando merces sunt
subtiles,& magni valoris,aut domus fundici
nō bene clausa,adeo quod est timor ibi mer
ces pernoctare, vt in ritu præd.de iure fund.
in princ. [VEL MODO QVOLIBET] quocun-
que,vel quolibet modo, & est distributiuum
modorum. Io.And.c.indemnitatibus, nu.21
cir.fi.de elect.in vj. & omnē modū includit.
gl.clem.2.in ver.quolibet, de sent.excomm.
[IVS FVNDICI]granorū 15.pro vncia,quod
semel soluitur,vt d.ritu de iure fund.in prin.
& de fundico flagelli,in princ. [FRAVDARE,
23 SEV FVRARI TENTABVNT]& sic qui contra-
hendo aliquid excogitant contra fiscum,pu-
niuntur in quadruplū in incorporatis , & in
duplum in incorporandis.l.qui in contracti-
bus,vbi Bal.de iu.fis.lib.10. hic sufficit atten
tare furtū iuris fundici, vt amittat merces,
quod tene menti dicit Affl. hic 9. not. nam
regulariter est contrarium , ex quo non pu-
nitur voluntas in actum deducenda. gl.2. c.
quia præsulatus,1.q.4. Et statuta punientia
delicta, intelliguntur de delictis cōsumatis.
Dec.cons.256. col.pen. post princ. & nixus,
vel conatus non punitur pro actu perfecto .
Boer.dec.316,nu.1 & 2.Et statuta per Italiā
puniunt factum,& non animum. Ang.tract.
malef.in ver.& ex interuallo, ibi, sed aduer-
tas ne erres,& etiā quod conatus puniatur,
gl.fi.c.2. 22.dist.& c.sollicitatores,de pœnit.
dist.1.punitur eadē lege,sed non eadem pœ-
na.Gram.dec.74.nu.12.vel iudex potest mi-
tigare pœnā,sed non tenetur. Affl.in f.const.
si quis aliquē,2.not.de spol.hom.seu sunt ca
sus speciales.c.pœnæ,de pœnit.dist.1. Et fit
confiscatio vectigaliū ipso iure , adeo quod
24 prius fertur sententia,quā formetur proces-
sus,quia est sentētia legis. Bal.rub.nu.12.de
rer.diuis. non tamen agitur post quinquen-
niū,vt ibi nu.12.in fi.[DVM TAMEN FVNDI-
CARII CAVEANT] quod est necessariū,alias
25 cautio vbi non est necessaria,non interponi-
tur.l.emptori,in gl.pen.ff.de euict. nā pote-
stas tota,& officium dependet à forma.Bal.
l.illud; §.1,nu.2.in fi.quod cuiusq; vni.nom.
[QVOD NVLLAS RES ALIAS PRAETER EAS
QVAE IN NOVIS STATVTIS FVNDICARII,
SEV DOHANARII MANDAVIMVS]vt sunt iu-
ra noua,de quibus in princ. & nonnulla alia
pro quibus nō soluitur fundicus,vt d.ritu de
fundico flagelli,ibi soluitur ius.[MERCATO-
RES, SEV QVOSLIBET DISTRAHENTES] qui
negociatores dicūtur. gl.1.l.fin.ff.quod cum
eo.[FVNDICARE,SEV DOHANARE COMPEL-
LANT]sed non seruant, sicut dohanerij cum
exigunt à venditoribus in nundinis franchis
in ritu præd.de iure fundici, ibi,si venditur,

Contra, videtur quod sit ratio quare magistri fundicarij magis prohibeantur, quàm alij, & successiuè vbi non est ratio, quare magis vnus debeat grauari, quàm alius, aut pariter omnes grauandi sunt, aut nullus. Bald. l. cuius bonis, in fi. ff. de curat. furio. Rursus prohiberi salem extra prouinciam, videtur absonum, nam qui exeunt districtum, & aliò vadunt ad contrahendum, sortiuntur forum in loco contractus. Abb. cap. fin. nu. 35. in fi. de foro comp. Vltimo nulla obligatio potest incipere ab executione. Bald. l. 1. repet. antiq. in fi. C. de iure dot. etiam quod sit debitum probatum, nã probationes, & instrumenta non habent paratam executionem, nisi sit confessio facta in iudicio, vel iusiurandum iudiciale. Bal. l. 1. post nu. 1. de execut. rei iudic.

Nisi dicas, vt supra num. 14. quod in regno Siciliæ est vsurpatũ quod alius nisi Rex vendat salẽ subditis, & isti magis, quàm alij prohibentur, quia multa in fraudem domini committunt, vt dixi supra const. auctoritatem, & tractatur summariè fauore fisci, vt supra constit. auctoritatem, de sum. cogn. contra gabello.

26 Nota de quibus soluitur fundicus, & de quibus non, latè Isern. hic. Et mercatores venientes ad locum fundici, quando tenentur exonerare, & quando non: & fraudans fundicum, amittit merces. Item ius dohanæ granorum 18. pro vncia debetur toties quoties contractatur. In Ciuitate Neapolis debetur ius boni denarij granorum 20. pro vncia, vt in pragmatica Regis Ferdinandi inter ritus R. C. & est prima in ordine, subrub.

27 de vectigalibus. & in hoc attenditur locus vbi fit, non vbi mandatur fieri. Baldus l. fin. 1. rep. de offic. præf. vrbis. potest enim vendi, vel donari res existens in alio loco, quàm in loco contractus. l. 1. vbi Bald. in princ. C. de contrah. empt. Et quoad hypothecam debitor sortitur forum in loco contractus. idem Bald. l. 2. in fi. C. mandati. adeo quod actus expediendus certo loco, ibi videtur expediri vbi fuit celebratus. Io. And. ad Specul. in rub. de concessio. præb. col. pen. circa princ. & solui pro re alibi facta, & si est solutum in loco contractus, quod nõ debeat alibi solui, cum exactio sit odiosa, non extenditur de similibus ad similia, nec extra territorium, & in dubio debet iudicari, quod non debeatur. Dec. consi. 457. 4. vol. Inde in loco contractus

28 sortitur forum, ratione contractus efficitur subditus. Bal. l. etiam, num. 15. circa med. de execut. rei iudic. & si hic vendo rem, quæ est Florentiæ, hic debet solui gabella, & hic interponi potest decretum. idem Bal. l. magis puto, §. illum, de reb. cor. & l. 1. num. 2. & 3. C. de contrah. empt. adeo quod priuilegium quod non possit conueniri, nisi sub certo iudice, intelligitur præterquam in loco delicti, contractus, vel rei. Bal. auth. qua in prouincia, vbi de crimine agi oportet, ita quo ad contractus dissolutionem. Abb. c. ex parte, post num. 5. de restit. spol. Bal. l. hæres absens, num. 1. in fi. ff. de iudicijs. alias agens ad distractum, tenetur sequi forum rei. l. 2. & ibi Bald. C. vbi, & apud quem. Promissa autem in vno loco, non possunt peti in alio, quàm vbi fuit destinata solutio, & petens condemnatur reo ad interesse. Abb. c. vnico, 3. not. de plus petitio. Baldus l. quæro, de solutio. Et si est interesse actoris, & rei, an veniat in actione arbitraria. Bald. l. vn. C. vbi conue.

29 qui cer. loco da. prom. Licèt in loco domicilij possit quis conueniri pro contractu alibi gesto, & delicto vbique perpetrato, sicut in loco beneficij, quod requirit residentiã, potest conueniri pro concernẽtibus illud beneficium. Abb. c. quia in tantum, post num. 5. de præb. alias sicut in delictis fit remissio, ita in cõtractibus. Bal. auth. qua in prouincia, nu. 9. vbi de crim. agi opor. l. 4. nu. 6. & seq. vt in poss. leg. ita fit remissio personalis in ciuilibus ad locũ iudicij inchoati. Bal. l. consentaneum, post nu. 8. quom. & quan. iud. Quando plures tenentur eodem iure, & ratione eiusdem officij, omnes sunt ad eundem iudicem remittendi. l. omnes, vbi Bal. C. arbitr. tute. Speciale est in administratione priuati. alias in ciuilibus non fit remissio. l. 1. vbi Bal. vbi de ratioc. agi opor. vel potest in tribus locis conueniri. l. 2. vbi Bal. vbi Senat. vel clariss. Quid si est dictum, quòd possit cõueniri vbique locorum. Bal. l. 3. §. 1. & pen. de eo quod cer. loco, & l. si duo, §. 1. de const. pec. Non omitto, quòd iudicium reale potest intentari contra possessorẽ in loco sui domicilij, & in loco vbi res est sita personalis, vel in rẽ scripta in foro rei, actiones corporales, quæ sunt infixæ ossibus creditorum actiuè, & ossibus debitorum passiuè, vbique effectum, & ius suum extendunt, nam comitãtur personas eorum, & non fit executio nisi per iudicem loci, in quo est persona. Bald. l. fin. nu. 3. & 4. de præscrip. long. temp. l. fin. in fi. princ. de ann. except. vnde studiosè agendum est, vt ea quæ promittuntur, opere compleãtur. c. 3. de pactis. Et requiritur complementum in forma specifica, non respectu interesse. Abb. c. veniens, nu. 7. in fi. 8. & 9. de iureiur. posset conueniri in loco destinatæ solutionis. Bald. l. 1. in fi. princ. de eo quod certo loco, l. vn. nu. 1. & 2. C. vbi conue. qui certo loco dare prom. & vbi promisit soluere, ibi videtur contraxisse. Abb. c. dilecti filij, nu. 5. de foro comp. c. 1. num. 21. in fi. de iudicijs. in loco contra-

ctus,

ctus,vel rei sitæ. Bal.l.1.C.de contrah.emp.
c.sane,de foro comp. in loco contractus,vel
domicilij. Abb.d.c.dilecti filij,nu.6.7.& 10.
Verùm actor non arctatur ad sequendum
domicilium si alibi est contractum . Baldus
l.2.§.item,ff.de iudicijs. & prima obligatio
videtur confusa in posteriore. Abbas c.scri-
pturæ, num.2.in fi.de voto,& voti redempt.
licèt videatur quod attẽdi debeat locus vbi
orta fuit obligatio,non vbi recipit purifica-
tionem. Abb.c.1.in fi.de sponsal. nam obli-
30 gationes sunt filiç factorũ,seu contractuum.
Bal.l.vn.post nu.36.de confessis.ex cõtractu
oritur obligatio , ex obligatione orit actio ,
ex actione sententia , ex sententia nascitur
executio.Bal.l.per hanc,nu.4.de temp.app.
& solutio alibi collata non mutat forum .
Baldus d.l.hæres absens , §. fin. de iudicijs .
Locus autem , & tempus sunt adhærentia
contractus, ideo ius quæsitum ex contractu
sapit de loco ipso. Bal.l. 1.2.rep.& l.2.§.om-
nes,eo.tit.de iudicijs.& locus factæ promis-
sionis dicitur vbi verba cõtractus sunt pro-
lata,& verba contractus proferuntur in vno
loco, & effectus destinatur in alio,tunc sor-
titur forum vbi destinatur effectus, nam ibi
fingitur contraxisse,licèt verè contraxit vbi
proferuntur verba. Abb.c.fin.nu.29.cir.fin.
30.31.& 32.de foro comp.& quãuis dicatur
contraxisse vbi contulit solutionem , & pro-
cedit fauore fisci. Bal.l.eum qui,§.Iulianus,
31 cir. fin.de constit.pec. Quid si vt fraudarent
gabellam finxerunt alium cõtractum, & iu-
rauerunt in deceptionem alterius.Abb.c.cũ
contingat, nu.20.ibi secundus casus, de iu-
32 reiur. Et si contractus vigore statuti non va
let non soluta gabella,si simul contraximus,
& nõ soluimus gabellam,ego peto à te,quia
vendidisti , si tu excipis de inualiditate con-
tractus,non possum replicare. Abb.c.dilecti
filij,nu.8.de except. Et reus an posit oppo-
nere actori. Bal.l.1.§.Offilius, nu.1.in fi. ne
quis eum,qui in ius voc.est vi exi.Si vnus ex
contrahentibus soluit pro parte sua, an va-
leat in totum fauore eius,qui soluit. Abbas
c.quoniam frequenter,nu.12.vt lite nõ con-
test. & soluitur per eum qui sentit commo-
dum , sicut salarium contractus debet solui
notario per eum in cuius fauorem celebra-
tur , & si per statutum non fit mentio per
quem soluatur, soluit is qui acquirit, & non
qui soluit, vel vendit. Affl.quæ sint regal. in
ver. vectigalia,num.15.& 26.in fi. sicut non
soluens partem fructuum per biennium .
Spec.tit.de emphyt.num.10.Quid si exeunt
districtum, & alio vadunt ad cõtrahendum,
si exemptus transitoriè contrahit in loco
non exempto. Abb.d.c.fin.nu.34.& 35. in fi.
de foro competenti .

33 Dic, quòd priuilegium aliud reale , aliud
personale, personalissimum,& mixtum. Bal.
l.fin.de excus.mun. vel aliud reale, & aliud
personale, reale transit in emptorem,perso-
nale non. Abb.c.ex parte,num.4.& 5.de de-
cimis.In dubio censetur concessum rei,& nõ
personæ.Bal.l.Gallus,§.quidam rectè,cir.fi.
de lib.& posth.sicuti in immissione non ha-
betur respectus ad personas, sed ad territo-
rium.Bal.l.pen.2.rep.de off.eius.Vnde si bo-
na ecclesiarum deferũtur ad certum locum
negociationis causa,non soluitur gabella .
Abb.c.fin.post num.10. de vita.& hon.cler.
34 Et clericus etiam quod non habeat eccle-
siam,gaudet priuilegio clericali in bonis pa
trimonialibus. Abb.c. 4. nu.3.de præb. latè
Spec.cũ add.Bal.ad eum, tit.de cler.coniug.
35 Ita socij priuilegiati gaudent eodem priui-
legio , quando priuilegium esset inutile pri-
uilegiato,si socij nõ gauderent. Abb.c.quam
sit,1.not.de Iudæis. Inde religiosi non debẽt
grauari etiam indirectè,dum grauantur mo
lentes in eorum molendinis,& coquentes in
eorum furnis , nam priuilegiatus in se , est
etiam priuilegiatus in ijs personis , qui ha-
bent ab ipso dependentiam. Zab. clem.vni.
in princ.10.& 12.not.de excess.prælat.adeo
quod datur immunitas portantibus bladum
Romæ, sicut nauium,personarum,& rerum,
quæ cõducũtur pro sale.l.1.vbi Bal.de naui-
36 cularijs,& in capitulis arrendamenti.Locus
autem exemptus æquiparatur loco extra
territorium constituto . Zab.clem.2.in ver.
simili,in fi.de priuil.Et priuilegium conces-
sum personis respectu certi loci non exten-
ditur vltra locum, nam cẽsetur priuilegium
potius reale,quàm personale. Abb.cap.cum
cappella, 1.not.& c.quoniã,3.not.de priuil.
Et vbi non apparet de origine , vel domici-
lio, vbi inuenitur, ibi iudicatur. Bal.l.nulli,
37 post num.12. de Episc.& cler. sed fiscus non
agit nisi vbi tradita est possessio ad pretium,
non ad vsuras.Bal.l.libertatis,§.cum vsuræ,
38 ff.de vsuris. Clerici autem non soluunt ga-
bellas de bonis ecclesiæ, & suis etiam mer-
cimonijs,quia in omni regno intelligendum
est liberos esse filios , idest non vectigales ,
multo magis debent esse liberi in quolibet
regno filij regni illius sub quo sunt omnia
regna terræ . D. August. 1.quæst.Euangelio.
col.5.post med. nisi ter moniti,non desistãt,
& sint coniugati.Quid in præstantijs,vel ha-
beant bona communia cum fratribus. Abb.
c.fin.post nu.3.4.& 7.vsque ad 14. de vita,&
hon.cler. de salinis meminit l.magis puto,
in princ.ff.de reb.eorum. De hoc iure dixi in
tit.quæ sint regal.in ver.piscationum, nu.3.
39 Sal autem impedit corruptionem , & signi-
ficat discretionem , & mortificationem

carnis. D.Thom.1.2.quæst.102.art.3. in fi. Et mos erat apud Orientales quod volentes facere pactum perpetuum, comedebant sal, in signum quod sicut sal est incorruptibile, sic pactum debet perpetuò,& inuiolabiliter obseruari.Gulıel.Pipin.Dominica in octaua Paschæ col.3.& granum salis sapientiæ.Bal. l.1.in 1.rep.in princ. C.vnde vi. vel sapientiæ, & iustitiæ. idem Bal.l.1.col.9. in princ. de his, qui accus.non possunt.

De prohibito curialium commercio.

SVMMARIVM.


1 *Concussio quid sit.*
2 *Curiales largè qui dicantur.*
3 *Commercium est nomen generale, comprehendens omnem contractum.*



ONTINVATVR vt p Afflict. vel quia Iustitiarij, & alij officiales Regij ratione officij quod exercent, extorquent à subditis, quæ extorsio concussio dicitur. glo. fin. l.3. C.de cond.ob turp. cau.ad eam euitandam. [PROHIBETVR] repellitur, & vetatur. Lucas l.prohibitum, in princ.de iu.fis. [CVRIALIVS] largè,& sunt quicunque officia curiæ honesta,vel inhonesta peragunt.idem Luc.l.3.in princ.de pręd. cur.[COMMERCIVM] quod est nomen generale comprehendens omnem contractum, gl.l.ex hoc iure,de iust.& iure.c.Imperialis, de prohib.feu.alien. per Loth. de cuius speciebus videbimus infra cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Officialis auctoritas ad multa prodest.*
2 *Officiali multa prohibentur, & per abusum priuatur officio.*
3 *Et, copulat diuersa respectu eiusdem finis.*
4 *Videlicet, est restrictiua, & capitur secundum subiectam materiam.*
5 *Nec, posita inter duas orationes, negat vtramque.*
6 *Mutuum actum numerationis significat.*
7 *Mutuare officiali est species corruptela.*
8 *Possessio, capitur pro proprietate.*
9 *Alienatio fit pluribus modis, & omnes prohibentur.*
10 *Contractus, vel quasi, ponitur pro omni pacto.*
11 *Victus appellatione quid venit.*
12 *Crediti nomine venit quod exigi potest.*
13 *Contractus facti per officiales nomine fisci, tenent.*
14 *Officium excludit præsumptionem malam, & in dubio prodest vt mitius agatur.*
15 *Officialis non potest contrahere in loco sua iurisdictionis, amplia,& limita pluribus modis, post num. 16.*
16 *Officiales ad beneplacitum, reputantur perpetui.*
17 *Matrimonium contractum contra formam huius constitutionis,tenet.*
18 *Interesse in magistratibus consideratur sicut in priuatis.*
19 *Forma mutata, mutatur substantia, & vbi est noua forma, nouus est contractus.*



1 OMMVNITER]auctoritas prętoris delicti pręsumptionem excludit, Bal.l.furti,§.qui iussu, de his, qui not.infam. si interuenit in contractu præsumptio fraudis remouetur, & videlicet factus præsumitur. Dec.cõs. 341.col.5. nu.12.& 351.col.2. non præsumitur simulatus,nec dolo initus.Bal.cõs.447.1.vol. inducit præsumptionem,quod omnia sint solemniter acta. Pau.de Cast.cõs.433.nu.2. 1.vol. solutio eius auctoritate facta plenissimã inducit securitatem,§.ex contrario,inst.quib. alienare licet,vel non,& facit licitum,quod alias non liceret.glo.1.cir.fin.d.§.qui iussu. Pau.de Cast.cons.55.cir.fin. 1.vol. & tamen
2 si officio prauè vtitur,& licentia administrationis abutitur,punitur, Bal.l.qui fine,nu.2. ff.de neg.gest.Et sicut proceres palatij cõsiliarij non possunt emere res subditorũ nisi de cõscientia domini.l.fin.vbi Bal.de rescin. vend.Ita exercens officium in prouincia,ibi fœnus exercere non potest.l.2.vbi Bald.C.si cer.pet.Et punitur si sibi subditam,per vim, vel merum in vxorem ducit, vltra quod fit suspectus in causis illius, & coniunctorum. l.vnica, vbi Bal.l.si quæcunque præd.potest. Ab istis, & infrascriptis officialis sub pœna abstinere præcipitur,vt in tex.qui diuiditur, & sum.

& sum.vt per Affl. & dicit [COMMVNITER]
omnibus cõ:nuniter profuturũ.l.1.de colla.
fund.patrim.lib.11. [TAM IVSTITIARII]
Præsides, vel Gubernatores prouinciarum.
Frecc.de subfeu.de off.mag.iust.nu.12.& 14.
[QVAM CAMERARII] Secreti.idem Frecc.
3 vbi sup.de off.mag.Cam.nu.8.[ET]quæ co-
pulat diuersa respectu vnius finis,adeo quod
si deficit vnum,totum deficit.Bal.l.2.nu.10.
de pœna iud.qui male iudic. [OMNES ALII
PROVINCIARVM ANNVI OFFICIALES] se-
cus in ꝑpetuis, & officialibus ciuitatis Nea
polis.Affl.hic 1.not.ipsi,& eius coniuncti,vt
infra. [AB INFRASCRIPTIS ABSTINERE
DEBEBVNT] ita vbicunque quis prohibetnr
à contractu mutui,prohibetur etiam à con-
nexis. Bald.auth.quibuscunque, in princ.de
4 sacrosf.eccl. [VIDELICET] quæ est restricti-
ua,& capitur secundum subiectam materiã,
Dec.cons.47. [QVOD DVRANTE DICTO
TEMPORE MAGISTRATVS EORVM] secus si
postea,etiam quod durauerint in eadem vo-
luntate.l.eos,ff.de ritu nupt. quia inspicitur
conditio personarum tempore contractus.
Bal.l.1.in 1.rep.cir.fin. si ex noxa.cau.aga.
5 [NEC IPSI, NEC IVDICES] quæ dictio po-
sita inter duas orationes, negat vtrumque.
Bal.l.fin.cir.fin.d.tit.de ritu nupt.[AVT]et,
Arch.c.fin.in princ.2.q.5.[NOTARII]acto-
rum. sup.const.Magistri Camerarij. [NEC
FAMILIARES EORVM]siue domestici existẽ-
tes in seruitio, cum sit verbum satis latum.
Abb.c.cum dilectus,2.not.de cler.non resid.
[MVTVVM IN PROVINCIIS SIBI DECRE-
TIS A SVIS PROVINCIALIBVS IN PECV-
NIA,VEL REBVS ALIIS ACCIPIANT]licèt
6 mutuum accipere, actum numerationis si-
gnificat,& si iu instrumento dicitur recepis-
se, & uon recepit, an sit falsum. Bald.l.qui
negocia, 2.repet.col.11.& 12. ff.mandati.
7 Et nota, contra mutuantem officiali pecu-
niam,quia est species corruptelæ.Bal.l.quis-
quis,C.si cer.pet.& l.1.num.3.in princ.ff.de
calumn. [DOMOS, VEL QVASCVNQVE POS-
SESSIONES] c.ecclesiæ Sanctæ Mariæ, lo 1.
8 & vt lite pend.& capitur pro proprietate.
glo.circa med.l.1.C.de appell. [AB EIS IN
PROVINCIA IPSA]vel ciuitate metropolita
na, quæ venit appellatione prouinciæ. Bald.
c.nouit, post nu.5. de off.leg. sibi decreta,vt
sup. [NVLLO PRORSVS] alibi nulla prorsus.
c.quod super his,de consang.& affin.& expo
nitur nullo modo.Bald.l.solet,in 1.rep.in fi.
de iurisd.om.iud.[ALIENATIONIS TITVLO]
9 quæ fit pluribus modis,& omnes prohib. nt.
Arch.cap.Apostolicos, in princ.12.quæst.2.
[ETIAM IN EMPHYTEOTICO IVRE] quæ au-
tem dicantur iuri emphyteotico subiectæ,
Spec.tit.de emp.& vend.§.1.nu.19. [ACCI-
PIANT] quod differt à capere.Cass.consue.
Burg.rub.1.§.2.ibi prend. [MATRIMONIA,
SIVE SPONSALIA] sibi, nec filio suo, nec fi-
lias suas matrimonio collocare,nisi post de-
positum officium voluerint. l.si quis officiũ,
& l.qui in prouincia. d.tit.de ritu nupt. ita
ipsi,& assistentes eorum non possunt contra-
here sponsalia cum subditis, & arræ datæ
amittuntur, nisi finito officio ratificentur.
l.vnica,vbi Bal. C.si rector prouinciæ, nam
licèt sint vitiosæ,initiatæ valẽt ex nouo con
sensu.l.si contra,in princ.C.de nupt. [NEC
ETIAM CONTRACTVS] pactum quod parit
actionem. Alfa.in tract.de pacto,& contra-
10 ctu,nu.57.in fi. & sic contractus ponitur pro
omni pacto,vel quasi contractu. Archid.c.1.
post princ.3.q.6. [INEANT CVM EISDEM]
idem de iure communi.l.vn.C,de contr.iud.
[POENA PVBLICATIONIS BONORVM OM-
NIVM, ET AMISSIONIS OFFICII, CVM IN-
FAMIA OFFICIALIBVS CONTRA HOC VE-
NIENTIBVS IMMINENTE] iure verò Roma-
no non sustinet pœnam,nisi quod matrimo-
nium non tenet, vt per Petrũ de Monteforte
hic. [QVI PRAETERQVAM DE VICTV NE-
CESSARIIS]quę veniãt appellatione victus.
11 Affl.hic 3.notab. possunt emere victualia,&
quandoque recipere victum,& si sunt perpe-
tui possunt à subditis possessiones emere.
Bal.l.solet,1.rep.in ver.non verò,de off.pro-
cons.& leg.& l.principalibus,cum seq.si cer.
pet. [QVEMCVNQVE CONTRACTVM] nullo
excepto.Io.And.c.si tibi,post nu.3.de præb.
in vj.Et quæ veniãt appellatione cõtractus,
Bal.l.si donationes,C.quod met.causa. [DE
MOBILIBVS, VEL IMMOBILIBVS, SEV SESE
MOVENTIBVS]l.à Diuo Pio,§.in venditione,
de re iudic.[CVM HOMINIBVS INVENERINT
SVAE IVRISDICTIONI SVBIECTIS] quibus
iurisdictione præest.inf.cõst.iudices vbique.
& quia tempus contractus inspicitur, Bald.
l.1.in 1.not.si ex nox.cau.agatur. & dictum
præcedens ad tempus contractus refertur.
Bal.l.si verò, de ædil.edi. [CREDITORIBVS
12 AVTEM] qui possunt eos compellere, nam
crediti appellatione venit quod potest exi-
gi.Bal.l.si is cui,§.Flauius,de sol.alias videt
res perdita,cuius vsus haberi nõ potest.Bal.
l.1. 2.rep.nu.13.in fi.de iure emph. [ALIE-
NANTIBVS]per dominij translationẽ.l.alie-
natũ, de verb.sig. [AC CONTRAHENTIBVS]
etiam in propria patria, nisi sint propria, &
fisco distrahantur. l.qui officij, ff.de contra.
empt. [OMNIBVS PVBLICATIONEM PECV-
NIAE MVTVATAE] singula singulis referen-
do.l.si duo,in ver.ab eo,ff.de arb. [ET CON-
VENTI PRETII] in cõuentione de dote,sicut
pactũ conuenti.sup.const.si quis in posterũ.
[DOTIVM ETIAM PROMISSARVM] contem-

platione matrimonij, quod eum non sit, dicitur promissio putatiua. l. 3. ff. de iure dot. [QVARVMLIBET DEINDE] deinceps. Niz. in ver. deinde. [RERVM IN CONTRACTV VENIENTIVM EIS IMMINERE COGNOSCANT] & sic venditor perdit rem, & emptor pretium. cap. Imperialem, §. callidis, de prohib. feu. alien. per Fred. & acquiritur fisco. Bald. d. l. quisquis, post num. 2. si cert. per.

13 Contra, cōtractus facti per officiales sunt seruandi, & successiuè non possunt retractari. l. eotem, §. 1. de publica. Eo magis, quia officium attenuat maleficium. Bal. auth. sed eū testator, post nu. 22. ad leg. Falc. Sed illud procedit quando contrahunt nomine fisci, quia sicut priuatus, ita nec fiscus potest recedere à contractu perfecto, ita & miles rescripto, etiā impetraro. l. de contractu, & l.

14 nō est, & seq. C. de rescind. vend. Hic proprio nomine, & officium excludit malam presumptionem, velut maleficium in obscuris, mitius cum eo agitur. Bald. l. 2. in princ. de his, qui accus. non possunt.

15 Nota, quod officialis ad tempus non potest contrahere in loco suæ iurisdictionis, nec vnus pro alio, si sunt plures. Bal. d. l. quisquis. Et sicut nō potest contrahere extra iudiciū, ita nec quasi contrahere, nisi quatenus expedit ad victū. idē Bal. l. certa forma, post nu. 6. de iu. fis. lib. 10. & non potest per se, nec per alium. l. si in emptione, §. fin. & l. non licet, ff. de contr. empt. Nam qui non potest recipere instrumentum ex sua persona, non potest recipere per aliū. Bal. l. pen. C. quod met. cau. & sicut prohibetur inter ipsos principales, ita inter ipsorū familiā, & positus in aliqua administratione, si publicè contraxit sponsalia cum subdita, & dedit arrhas non solum ex parte sponsæ potest renūciari nuptijs impunè, sed lucratur arras. Bal. l. vn. post nu. 7. C. si rect. prou. & nō solum iure isto, sed eōi, vt sup. & concordat c. reg. item statuimus, quod Iustitiarij, vt Gram. ibi, & habet locū etiam in perfecto cohortis. l. præfectus, d. tit. de ritu nup. Nec tempore successoris poterit esse illius intercessor, vel executor: & in casu contrauentionis cum officio detrimentū famæ, & patrimonij comitetur. l. ne quis, C. de off. rect. prou. Limita in officialibus annalibus, secus in perpetuis. Bald. d. l. quisquis, si cert. pet. Affl. hic 1. not. sed perpetui reputantur

16 facti ad beneplacitū. Gram. hic, & Affl. c. 1. nu. 16. de nat. feu. c. 1. ante, & post nu. 7. quib. modis feu. conft. potest. Paris de synd. in ver. officialis perpetuus. c. 1. nec habet locum in donatione. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. nec in victui necessarijs. multa Paris vbi sup. in ver. contrahere, c. 1. & 2. Iser. §. si verò castaldi, post nu. 8. 9. & 10. de feu. guar.

Et si sit simpliciter, videtur tacitè conferri in casu quo valere potest. Bal. l. si hæreditas, §. fin. ff. de testam. tut. Et si contrahit matri-

17 monium contra formam huius const. tenet Gram. hic in fine.

18 Nota, quod in magistratibus consideratur interesse, sicut in priuatis. Baldus l. aut dare, in princ. rem pup. sal. fore. ne in proprijs personis eunres merces per nuncios distinent.

19 c. significauit, de Iudæis. Vnde mutando formam videtur substantia mutata, exemplum ponit Abb. c. consuluit, circa med. eo. tit. de Iudæis. Et vbi est noua forma, nouus est contractus, cuius quædam sunt naturalia, quædam substantialia. Bal. d. l. pacta conuenta, ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorum vsus ad negocia valde necessarius, & quare fuit introductus.*

2 *Potestas, & mandatum ex iusta causa ampliatur.*

3 *Officiales largè, & strictè.*

4 *Expensæ quotuplices, & pro quibus causis fiunt.*

5 *Prædia fiunt deteriora negligentia possessoris.*

6 *Actores castaldiones pecunijs exigendis præpositi.*

7 *Vineæ incultæ deteriorantur.*

8 *Agros fimo impinguari quis fuit inuentor.*

9 *Procurare, est aliquid pro aliquo curare.*

10 *Nolle, & non posse, æquiparantur.*

11 *Necesse est fieri quod præcipitur.*

12 *Vtilius censetur quod magis domino placet.*

13 *Mandatum Principis admittit excusationem rationabilem.*

14 *Domus Regia dicitur ærarium, quia in ea æs reponitur.*

15 *Rationales, vulgo calculatores ratiocinij dicuntur.*

16 *Expendens per alium, ipse dicitur impendere.*

17 *Expensæ omnis reducitur ad arbitriū boni viri.*

18 *Dominus tenetur ad impensas moderatas in iudicio factas.*

19 *Procurator, iudex, & arbiter non possunt excedere fines mandati.*

20 Offi-

30 *Officialis non potest agnoscere bonam fidem, nec soluere denarium ex æquitate sui capitis.*
31 *Mandati fines non exceduntur quando fit simile consequutiuum, vel secundum domini voluntatem.*
32 *Officialis præpositus ad solutionem militum potest pro dicta causa mutuum accipere.*
33 *Dominus si scit alium suo nomine agere, si est necessarium, & vtile, videtur mandare.*
34 *Potentia deducitur ad actum.*
35 *Iuramento commissariorum an stetur circa commissarias.*
36 *Obediri debet in dubio, & quando nõ.*
37 *Debitũ non soluere aliud est, & aliud pecuniam domini non contractare.*


T Officialibvs] Nuncius, & procurator differũt. Bal.rub.extra de ꝓc.
in pri.& 3.in fi.c.1.nu.12.
vt lite nõ contest. c.audita, post nu.3. & 4. de rest.
1 spol. Vsus procuratorum
ad negocia est valde vtilis, & iurisprudẽtia
hoc introduxit, vt quod per alium facit, ipse
facere videatur. Bald.l.1.2.rep.l.& tit.C.de
acq.poss.adeo ꝙ actus includit sua essentialia, & ordinẽ suum, qui est in potestate agentis. idẽ Bal.l.barbarius, 1.rep.nu.8.in princ.
2 de off.præf.vrb. Ideo ex iusta causa appellatã
potestas, & mandatũ. Bal.præd.l.filiusfamilias.ff de donat. Hæc practicãtur in cultura,
per quã prædia meliorantur. l.creditor, vbi
gl.1.ff.de pignor. pro qua si officialis suã impendit pecuniã datur repetitio.l.1.vbi Bal.
in princ. C.mandati. & etiam sine mandato
recuperabit ab ærario, vt in tex.qui diuidit,
& sum.vt per Affl.& dicit [Vt] causatiuè.
Io.And.c.2.in princ.de const.in vj. [Officialibvs] magistris massarijs, qui quales
ipsi, & eorum substituti esse debeant, adsunt
cap.reg.itẽ quod prędicti magistri massarij,
cum duobus seq.sub rub.de nõ statuendo vltra duos massarios, & curaturum vnum in
qualibet massaria: largè verò sunt omnes ser
3 uientes publicis, siue priuatis vtilitatibus:
strictè sunt qui habent iurisdictionẽ, & corã
eis fiunt acta. Iser.quæ sint reg.in ver.ad iustitiã expediendam, post nu.67. [Procvratoribvs Nostris] administratoribus, qui
riiè procuratores appellantur. c.Saluator,
1.q.3. Spec. tit.de his, qui alie.nom. in iud.
inter.nu.7.[Qvibvslibet]per quod omnes
significantur.l.hoc articulo, ff.de hæred.inst.
[Propter Expensarvm Difectvm] qua-
4 rum quædam sunt necessariæ, quædã vtiles,
& voluntariæ, & harũ aliæ fiunt ratione fructuum quærendorum, aliæ circa rẽ principalem, quædam in faciendo de nouo, aliæ in reficiendo, istæ debent peti in specie, & quando
detur retentio. Spec.tit.de expensis, §.1.vbi
5 add.in ver.impensæ. [Negligendi] cũ prędia negligentia possessoris peiora fiant. l.ei
qui, §.fin.ff.de pet.hæred.ideo in vnoquoque
opere bono mater est diligentia, ita vniuersę
doctrinæ, & disciplinæ nouerca est negligentia. D.Aug.serm.16.col.2.ad fratres in heremo.[Res Nostras] nobis debitas, vt infra
cõst.ad subiectorum. [Non Sit Occasio]
quæ differt à causa. Io.And.c.1.nu.1.in fi.de
iureiur. in vj. [Vel Meliorandi Cavsa]
ratio. Bal.c.si quando, nu.2.c.cum ordines,
nu.10.cir.med.de rescrip.[Non Desit] cũ
ista ęquiparẽtur. Affl.hic 1.not. [Volvmvs,
Et Mandamvs]sup.const.pessimam, c.pen.
de probat.sim. vbi verba duplicantur, ponit
add.ad Bal.auth.sed cũ testator, in ver.quæro, ad leg.Falc. Et quando aliquid adijcitur
tali, facit illud magis tale. in c.suborta, nu.
2.de sent.& re iud.Licèt mandare, & iubere,
differant.Bal.l.1.nu.13.cir.med.quom.& qñ
iud. aliud velle, aliud mandare: & voluntas
quando inducit mandatum, & quando non.
Bal.l.post dotem, col.2.circa med. sol.matr.
volumus tamen, sicut & mandamus, nouam
decisionẽ denotant. Abb.c.ex literis, nu.4.
cir.fin.de iureiur.[Vt Ad Reqvisitionem
Ipsorvm] cum fuerint requisiti. sup.const.
Iustitiarios.[Omnes Proventvvm]molendinorũ.c.peruenit, de decimis. inde prouentus ecclesiastici.c.pastoralis, §.verum, de appell. c.de monachis, in ver.de prouentibus,
& c.nisi essent, de præb.c.pen.de his quæ fiũt
à præl.sine cõsen.cap.c.pen.& fin.de magist.
6 [Nostrorvm Actores]alibi auctores.gl.
in sim.in l.exempto, §.exempto, in ver.satis,
ff.de act.empt.& dicũtur actores.i.factores.
Bal.l.2.nu.19.cir.med.de iu.fis.lib.10.vel casteldiones. Bal.l.legato generaliter, de leg.1.
glo.1. l.quidam, eo.tit.de leg.1.l.pen.in ver.
actorem, de leg.3. & l.idemque, §.si quis, ff.
mand. & sunt pecunijs exigendis præpositi.
gl.l.solutam, de sol.alibi capiuntur pluribus
modis.add.ad Spec.rub.de actore ab vniuer.
seu tut.vel curat.const.[Pro Reparandis
Castris] præcedente iussu nostro, vt infra
const.castra, nam nullum ædificium publicũ
debet inchoari Principe inconsultò, sed volens impendere, debet prius reficere labefacta, nec noua inchoare priusquã imperfecta
reficiantur, vel cõsumpta restituantur. l.nemo, & l.si aliquando, la seconda, & fin. C.de
oper.

opct. publ. vel prouisione dictorum castro-
rum.sup.const.inter multas,cir.fin.[ET DO-
MIBVS NOSTRIS] quæ palatia dicuntur, &
sunt de Regalibus, quæ sint reg.in ver.pala-
tia. [PLANTANDIS].i.propagãdis.l.si in le-
ge,in ver. ꝓpagationis,§.si domus,ff.locati.
7 [ET COLENDIS VINEIS] nam inculta de-
teriorantur, adeo quod vsufructuarius non
potest deserere culturam.Bald.l.itẽ si fundi,
1.rep.in princ.de vsufr.& quemad.quis vta.
8 Et Sterlin Pici pater peritissimus agricola,
inuenit vt fimo animalium agri impingua
rentur, vnde ab eius nomine stercus dictum
est.D.Aug.18.de ciu.Dei,c.15.de plantatio-
ne, & alijs, vltra dicta sup.const.super inci-
sionibus, est l.1.§.sed & apud,vbi Bal.de aq.
plu.arc.[SEV QVIBVSLIBET ALIIS POSSES-
SIONIBVS] .i.prædijs. Arch.c.cum ecclesiæ,
3.q.2.vel rebus possessis.Zab.clem.1.nu.15.
in fi.de reb.eccl.non alien. [NOSTRAE CV-
RIAE PROCVRANDIS]per nostrã curiam cu-
9 randis, nã procurare, est aliquid pro aliquo
curare. Luc.l.si quis procurationẽ,in princ.
de decur. [SVFFICIENTEM PECVNIAM SVB-
MINISTRENT] sugerẽt.Niz.in ver.sub mini-
stro,quia pecuniæ obediũt omnia.Luc.l.oẽs
omnino,col.2.post princ.de decur. & debet
esse sufficiens,nã in actis superfluitas repro-
batur. Spec.tit.de posit.§.7.nu.2.[CARTE-
RVM] inf.const.consuetudinem prauam. [SI
AD REQVISITIONEM IPSORVM] requisiti.
sup.const.Iustitiarios, la secõda. [ACTORES
NOSTRI] coloni. l.prædijs, & l.Offidius,in
gl.1.de leg.3.adiutores,vel actores.glo.in l.
solet, in ver.est,de tutelis. [EIS PETITAM
PECVNIAM SVBMINISTRARE NOLVERINT]
10 vel nõ potuerint,quia hæc æquiparantũ.Zab.
clem.1.in ver.in pri.de hæreticis.[MANDA-
TO] quod differt à iussu. gl.l.etiam. C.quod
iussu.[CELSITVDINIS NOSTRAE]cuius sta-
tus celsus est, & erectus . Niz.in ver.celsus.
[NVLLATENVS] nullo modo. Io.And.c.vn.
cir.princ.de excess.prel.in vj.[EXPECTATO
11 VOLVMVS]& quod præcipit,necesse est fieri.
Bal.l.si procurator, nu.2.cir.princ.de cond.
indeb. nam sicut potẽtiæ rerum naturalium
procedunt ex naturalibus , ita in rebus hu-
manis oportet , ꝙ superiores moueant infe-
riores,& mouere per rationem,& voluntatẽ
est præcipere,& illi tenentur obedire, iuxta
illud, Obedite præpositis vestris,& subijcite
eis.D.Th.2.2.q.104.art.1.[VT CASTELLA-
NI] de quibus supra const.Castellani. [VEL
PROCVRATORES IPSI] qui immutare non
possunt specialiter prouisum à domino, nisi
ex iusta causa, quã dominus ignorauit, Bal.
l.si hominem,in princ.ff.mand. [PECVNIAM
DE PROVENTIBVS]obuẽtionibus, fructibus,
vel redditibus.c.pen.vbi gl.2.de his,quę fiũt
à præl.sine consen.cap.[ADMINISTRATIO-
NIS SVAE] cuius est procurator.supra const.
magistris procuratoribus. [VEL DE SVO
PROPRIO IN NECESSITATES, VEL VTILI-
12 TATES NOSTRAS] etiam quod vtilius cẽsea-
tur quod magis domino placet. l.fin.de vsu,
& habit.Bal.l.Sabinus,in fi. ff.de indi.adiect.
[CONFIDENTER] 1.Reg.12. ad Coloss.2,ac
si diceret securè,& inexpugnabiliter. Bald.l.
Papinianus, 2.rep. nu.2.& §.si quis mortis,
in princ.ff.de inoff.test.[EXPENDANT] præ-
sentis legis auctoritate. sup.const.quãto, de
decimis. dominicã pecuniã. l.seruus inscio ,
ff.de fideiusso.etiã quod non doceat de man-
dato. Affl.hic post princ. Verùm debet pro-
bare expendisse.Bal.l.legatum,C.de relig.&
sump.fun.[NE OCCASIONE] dicitur autem
occasio leuis ratio,quæ mouet affectum, sed
non tribuit effectum.Bal.c.cũ ordinẽ, nu.10.
cir.med.de rescript. [MANDATI NOSTRI,
QVOD SVPER HOC A NOBIS NON HA-
13 BENT]quia mandatum Principis sine distin-
ctione factum admittit excusationẽ proba-
bilis causę.Abb.c.quod super,2.not.de voto,
& voti redemp.[AVT DISPENDIA]vel com
pendia.gl.1.c.1.vt lite pend.in vj.[VEREAN-
TVR] timeant,inde veritus.i.timens.gl.pen.
l.si in venditione,comm.præd.[QVIN]etiã.
Bal.l.iurisgentium, §.quinimmo,nu.6.circa
med.ff.de pact.l.si à patre,§.si prædo,in ver.
quæri, de pet.hæred. [EXPENSAS IPSI DE
14 AERARIO NOSTRO]de domo nostra,quæ æra-
rium dicitur eo quod æs ibi reponitur. glo.
l.in prouincijs,de num.act. [RESTITVI] re-
peti,nam repeto meũ,alienum peto.Bal.l.2.
nu.1,in fi.C.de patr.qui filios dixera. [FA-
CIAMVS]quia nullo casu potest impediri de-
ductio expensarũ,quæ fiũt pro cultura. Gra.
hic.[VEL] ad maiorem cautelã.gl.1.cir.fin.
l.fin.quod quisq; iur.[IN RATIOCINIO SVO]
cũ nuda ratio non faciat eos debitores.l.nõ
solum, in fi.ff.de peculio. sed [PER RATIO-
15 NALES NOSTROS] quos calculatores,vel vul
go rationarios dicimus. l.spadonẽ,§.neque,
vbi gl.de excus.tut.Et Mercurius dicebatur
Deus ratiocinij,& mercationis. D.Th.quo-
lib.8.art.7.post med.[EXCOMPVTETVR EIS-
DEM]nam quod bona fide est gestũ manebit
ratũ. l.quod autem,§.si vxor,ff.de don.inter
vir.& vxo.Et restituũtur vt promptius pro-
uocentur ad impendendum , dum sciunt se
recepturos quod impendunt. l.1. cir. princ.
16 ff.de contr.& vtil.act.tutelæ.Vltra quod qui
faciunt expensam per aliũ, ipsi facere viden
tur.Bal.l.si finita,§.proinde,de dam.infe. &
ille ministerium tantũ præstare videtur. l.&
licet,de const.pec.Sunt tamen quidam actus
passiui, qui per alios explicari non possunt,
vt ad alterũ febris, & similia. Bal.c.audita ,
nu.3,

17 nu.3.de rest.spol. Verùm omnis impensa reducitur ad arbitriū boni viri. Bal.l.si finita, §.proinde,de dam.infe.& modus probabilis debet seruari in sumptibus. l.hæreditas, in ver.probabilē, de pet.hæred. nam debet esse proportio operis ad impensas: paruū enim, & magnū dicitur respectiuè:vnde non debent consumi, nec paruificari, quia vtrunque est vitium. D.Th.2.2.q.135.art.1.& 2. Vnde nō est verisimile, quòd voluerit plus expēdere, quàm cōmodi percipere. Bal.l.sed & si,§.1. ff de iudicijs.l.2.§.1.ff.vbi pup.educ.debeat. adeo quod semper quod minus est debetur. l.in fundo,vbi gl.ff.de rei vend.& requiritur causa, & scrupulosa redditio causæ, & si non adijcitur causa expensæ, non debent approbari. Bal.rub.nu.34.cir.med.C.de fide instr. & qui allegat, debet probare, & ex quibus probentur, & præsumentur. Bald.l.fin.§.in computatione, 2.not.de iure delib. sed non requiritur scrupulosa probatio, sed sufficit bona fides, sed cum fides sit electa in toto negocio, ergo & in expensis. in c. cum pro
18 causa, in princ.de procurat. Vnde dominus tenetur procuratori ad expensas moderatas in negocio,vel iudicio factas.Spec.tit.de salario iud.§.2.nu.61. & de expensis minutis, vel factis in partibus valde remotis, statur iuramento. Bal.l.pen.circa fin. C.de donat. non facta differentia inter expensas vtiles, & necessarias. l.hæres,de pet.hæred.

19 Videtur,ꝙ procurator ad negocia, iudex, & arbiter non debeant excedere fines mandati. glo.l.non distinguemus,§.de officio,in ver.cautum,ff.de arbitr.& sicut non est procurator si excedit fines commissionis,ita iudex non est iudex si excedit commissionem. gl.in reg.ea quæ,circa med.de reg.iur.in vj. quia fines mādati sunt diligenter custodiendi.l.si procurator,vbi Bar.de procurat.adeo
20 quod officiales non possunt agnoscere bonā fidem,nec soluere vnum nummum ex æquitate sui capitis.Bal.rub.nu.11.cir.med.C.de const.pec. Etiam, quia non cogitur quis facere id ex quo probabiliter posset incommodum sentire. Bal.l.2.in princ.4.not.sol.mat.

21 Nisi diceres, ꝙ sufficit facere iuxta mandatum, vel ei simile. glo.l.ad legatum,ff.de procur.vel vicinum mandato.glo.1.c.licet, 8. q.1. nec excedit fines apponendo manus ad connexa. addit.2.ad Inn.c.cum dilectus, de arbit. Vnde officiales,siue conseruatores
22 monetæ, qui præsunt stipendijs soluendis, & Doctoribus salariatis possunt accipere pecuniam mutuo ad hunc actum. Bal.rub.nu. 10,11,& 14.post princ.C.de exercit. Verùm pecunia ordinata ad certum negocium,non potest mutuari,tamen si fit ad expeditionem negocij sic,puta est deputata stipēdio,potest mutuari militibus,vt sic armis,& equis muniant. l.2.vbi Ang.de frum.vrb.Constantin. adeo quod si non venit ex forma, venit ex consequētibus formam.Bal.l.1.cir.fin.d.tit. de exercito. & ex consuetudine præsumitur voluntas, & mandatum. l.Titianus, ff.quod cum eo.& tunc qui sequitur voluntatē alicuius,perinde est ac si sequitur mandatū eius. l.fin,vbi Bald.d.tit.de exercito. Vltra quod
23 quando dominus scit aliū agere nomine ipsius,si est necessarium, & vtile,videtur mandare,alias non. idem Bal.l.2.in fi. si ex falsis instr. si est procurator ad contrahendum dolus eius, quando nocet domino. in c.1.nu.10. vt lite non contest. Et si facit sumptus in exigenda pecunia,recuperat à domino. Baldus l.procuratorem,C.mandati. Et nihilominus ista constit. corrigitur per c.reg.ad obuiandum fraudibus, vt per Gram.ibi.

24 Nota,ꝙ id quod est in potentia,deducitur ad actum. Bal.l.qui procuratorem,2.repet. col.1.cir.fin.ff.de procur. actus quādo facta sunt præparamenta, habitus quando est aliquid natum. Bald.l.si quis filium,in princ.C. de inoff.test.mādat adiutoribus.l.solet,ff.de tutelis.vt soluant pecuniam sufficientem ad excolendum vineas.l.si seruos, vbi glo.ff.de
25 pign.act. Et an stetur iuramento commissariorum in istis cōmissarijs. Bal.l.si hæres,de
26 cōd.cau.data. In dubio debet obedire. Abb. c.significauit,nu.3.post med.de censi.& parere mandato superioris,etiā quod sciat esse iniustū,nisi sit contra Deum,vel bonos mores. Abb.c.pastoralis,§.quia verò,num.2.de offic.deleg. & si ille est dominus legitimus, alias prælato canonicè non intrāti, non tenet subditus obedire. Abb.c.ego enim,nu.1.
27 in fi.de iureiur. Vltra quod aliud est pecuniā domini contractare,aliud debitū non soluere. Bal.l.qui fine,nu.3.ff.de neg.gest. Et habens liberum arbitrium ab homine, siue à lege,non potest ius alterius donare. Bal.l.contra iuris,§.si filius,2,notab.ff.de pactis, l.filiusfamilias,de donatio. & l.1.ff.mandati. Vltimo magni sumptus ad magnificentiam pertinent. D.Th.3.par.de Sacram.quæst.38. alias 7. art.3.

SVMMARIVM.

1 *Nocendi artes sunt modis omnibus amputandæ.*
2 *Officiales non debent facere nisi quantum eis permittitur.*
3 *Officialium oculi sæpe falluntur.*
4 *Omnes, est collectiuum plurium, & si contrauenitur in vno, contrauenitur in omnibus.*

5 Pra-

5 *Præcipiendo imperatur, & quod imperatur necesse est fieri.*

6 *Grauamen, est nomen generis, & verificatur verbo, & facto.*

7 *Grauamen si adest, vel non, decernitur ex qualitate facti.*

8 *Officialis si de facto facit litem suam, facit, & possunt cōtra eū iura cedi.*

9 *Angaria Regi, & non Baroni debetur, nisi ex priuilegio, vel consuetudine.*

10 *Seruitiorum præstatio quomodo diuiditur inter subditos.*

11 *Perangaria per istam constitutionem tollitur, sed ista, & sequens est correcta.*

12 *Officialis non potest domino inuito capere ligna, & lapides aliorum, sigillare vinum, vel frumentum domino inuito.*

13 *Salarium ad rationem miliarij debitum hominibus cum animalibus, vel sine fuit taxatum quomodo sit computatio miliarij, & an debeatur eundo, & redeundo.*

1 
MNES] nocendi artes sunt
modis omnibus amputan
dæ.not.Bal.l.omnes,2.re-
pet.post nu.2.de præscrip.
30. vel 40. maximè qui
per potentiā leges conten
dunt, tergiuersatione illu
dunt, iniquitatē sectantur,& gloriosi iustitię
insultare videntur,hûmiliati,& confusi,tor-
mentis subiici debent.D.Aug.lib.quæstionū
ex veteri testam.col.9.post med. Inde poten
tia obest propter illicitum quod ex ea sequi-
tur.Bal.c.pen.cir.princ.de rest.spol.Nā tan-
to maius cognoscitur peccatū esse, quanto
qui peccat maior habetur.D.Tho.1.2.q.73.
2 art.10. Debent tamen magistratus sub tāto
Imperatore non facere nisi quantū eis per-
mittitur, ita procuratores, & actores nihil
facere debent nisi quantum dominus sinit.
D.Aug.lib.exposit.epist.ad Gal.col.28. post
3 med.Dominus etiā quia scit quod oculi offi-
cialium sæpe fallūtur.Abb.c. ex parte,nu.5.
cir.med. de fide instr. prohibet ne vassallos
grauent ad portandum pecuniam Regiam,
nec illorū capiant animalia sine salario, vt
in tex.qui sum.vt per Lallum,& dicit [Om-
4 nes] quod est distributiuum plurium, quàm
duorum.Bal.l.in testamēto,nu.13.C.de test.
mil. Signum vniuersale collectiuum,& pro-
priè ad multitudinē refertur. Luc.l.omnes,
cir.princ.de decur.non comprehendit exem
ptos,nec specialiter prohibitos.Bal.c.1.post
princ.de iuram.calum. Eius natura est quod
si contrauenitur in parte, contrauenitur in
toto.Bal.l.de rebus,2.rep.in fi.ff.de arbitris.
Vnde omnes tā perpetui,quàm temporales,
sup.const.communiter. [Officiales No-
stros] multo magis Baronum, quia si de
quo magis,ergo & de quo minus. auth. mul
to magis, de sacrosan.eccel. [Abstinere]
l.vn.§.ergo,ff.nihil noua.appell.pēd. aliter,
l.Imperator,in gl.2.de leg.2.inde abstensus,
in l.pen.ff.de auct.tut. [Praecipimvs] &
5 quod præcipitur imperatur,& quod impera
tur necesse est fieri.c.fin.14.q.1.[A Grava-
minibvs]quæ sunt omnia,quæ tollūt alicui
iuris beneficium.Bal.c.quod ad consultatio-
nem,nu.7.in fi.de sent. & re iud. & sunt no-
6 mina generis,& verificantur verbo,& facto.
Bal.l.ait prætor,2.rep.post nu.5.ff.de minor.
hic ipso facto inferebantur.Bald.l.si tamen,
§.ei,de ædil.edi. [Qvae Nostris Fideli-
bvs Hactenvs] sup.const.consuetudinem,
[Inferebant] nam habere potestatē super
alium,est terribile, ex quo cum in promptu
habeat,nocumentū inferre timetur.D.Tho.
1.2.q.42.art.1.& q.43.art.2.Superbia enim,
& auaritia eorum qui gubernant, homines
prouocant contra se.Arist.5.Polit.3. [Mit-
tendo Ipsos Interdvm] quæ dictio notat
facti,nō iuris varietatē. l.si plures,in gl.fin.
ff.de vi,& vi arm.[Pro Deferenda Pecv-
nia Ad Aerarivm Nostrvm] cum per eos
quibus manet necessitas exigendi.l.in fisca-
libus,de exact.trib.exacta dirigebat ad æra-
rium nostrum.l.fin.iuncta gl.de collat.fund.
patrim.i.ad fiscū, cum ærarium,& fiscus idē
sint.Lucas l.4.cir.med.de numerarijs,vel ad
Camerā fisci. §.1.in ver.ærario, auth.de in-
cest.nup.[Sev]sicut,vel sine,& est potius co
pulatiua, quā alternatiua. Abb.c.4.post nu.
4.de rescript. [Pro Qvibvslibet Aliis
7 Cvriae Nostrae Servitiis] ex qualita-
te tamen facti decernitur vtrum adsit gra-
uamen. Abb.c.quæstioni, nu.5.cir.princ. de
appel.[Interdvm]quę,vt sup.denotat facti
varietatem,& non iuris diuersitatē. l.metū,
la terza,§.sed quod prætor,in ver.scribit,ff.
de eo quod met.cau.[Ipsorvm Animalia]
equitaturas.c.& si quæstiones, de simonia.
[Capiendo] mittēdo animalia non mitten
da.l.si quis,& l.nemo,de cursu pub.puta de-
putata ad centimulos,vt in c.regni 53.item
Iustitiarij, & subofficiales. [Et Nec Ipsis
Personis Per Cvriam Nostram]pro ser
uitio Curiæ nostræ,vt inf.[Expensas] pro
personis. [Nec Pro Vectvris Anima-
livm Mercedes] ad rationē,vt inf.[Simi-
liter] simili modo.l.item veniunt,§.simili
modo,

modo, de pet.hæredit.l.si paterfamilias, de adopt.l.2.§.1.& fin.si quis caut. [DIFFINITAS] vt inf.& postea per Regē Ferdinandū. [ALIQVATENVS] indistinctè excludēdo.c.de cætero, vbi Abb.2.not.de testi. [EXSOLVEBANT] soluere volebant. l.pater filium,in fi. princ.& ibi gl.fin.de leg.3. soluere, & satisfacere differebāt.l.si rem,§.omnes, vbi Bal. & l.non solum,§.solutā,ff.de pig.act.[QVOD QVI FECERIT DE BONIS SVIS EXPENSAS, ET MERCEDES EISDEM HOMINIBVS] nam
8 officialis si de facto facit suam litem, facit, & possunt contra eum iura cedi, sicut contra quemlibet. Bal.l.lectos,ff.de peric.& comm. rei vend. & durius agitur cum eo, qui dura aggreditur,& insolita,quia ad casum fortui cum se videtur astringere. Bald.l.si negocia, ff.de neg.gest.[ET CVRIAE NOSTRAE TANTVNDEM] quantum dari,vel promitti partibus debebat. inf.const.corruptelæ, in fine. [EXSOLVERE] dare.gl.l.& ideo,in ver.soluit, ff.de in rem ver.l.diuortio, ff.de neg.gestis. l.fideicommissa, §.si quis decem,de legat.3. [COMPELLVNTVR] captis pignoribus per impositionem, & exactionem mulctarum. sup.const.Magistri Camerarij.

9 Contra, Regi debetur angaria. 1.Reg.8. Si Regi, ergo & Baroni, & successiuè eius officiali,qui in illa terra est loco Regis. Fre. de subfeu.lib.2.ibi trigesima auctoritas.

Dic,ꝙ Barones,& alij officiales non possunt capere animalia subditorū, vel cogere vassallos pro portandis literis de vno loco ad aliū,& si faciunt,puniuntur,nam hoc ius capiendi planstra, & animalia subditorum pro vehendis rebus Principis, est quædā angaria, quæ soli Principi cōpetit. vnde prag. de capiendis animalibus pro certo salario pro seruitio curiæ, non extenditur ad Barones,nec possunt habere redditus angariarū, nisi ex speciali priuilegio Principis, vel con suetudine vetustissima. Affl.quæ sint regal. in ver.plaustrorum,post nu.1.Quid si in priuilegio dicatur cū angarijs, & perangarijs, an virtute huius priuilegij teneatur vniuersitas dare ærarium,& camerarium. Io.Ant. de Nig.c.reg.23.grauamina, nu.25.& 28. &
10 tunc ne fit minus honestū, l.idemque,§.pen. ff. mand. in oneribus personalibus inferēdis mitius agitur cum existētibus in dignitate. Abb.c.pastoralis,nu.5.de off.deleg.& fit per circulum,sicut in defensoribus ciuitatū.§.1. cir.fin. auth. de defens.ciuit. & pro seruitio R.Curiæ,non priuatorum, puta mercatura, vel alio commodo priuato. Affl. decis.265. nu.74. Paris de synd.in ver.de excess.Baro. in princ.nu.3. & infra fines feudi. Frecc.vbi sup.ibi trigesima septima auctoritas,& dixi inf.const.sic nostra.

Nota,ꝙ si animal mutuatum moritur,vel debilitatur propter negligentiā eius cui mu tuatur,reddere compellitur: secus si domino præsente,maximè si erat mercede conductū, quia ita mori, vel debilitari poterat apud mutuantem, & si occisum fuerit in domum domini animalis,tenetur id quod de animali occiso superest consignare. D.Thom.1.2. q.105.art.2. ibi ad quartum, & seq.

11 Item nota,ꝙ hic tollitur perangaria,nam vult Imperator, ꝙ omnis officialis, vel eius familiaris fidelē aliquem, vel eius animalia proprijs sumptibus,sine salario competente mittere attentet,nisi ius, vel antiqua consue tudo permittat, vt per c.regni quod nullus officialis, & c.omnes terrerij, vt Gram.hic, & per Ferd.I. in prag.item cum ex ipsa longæua, quam Affl.hic inferit 2.not. Et circa asportationem pecuniæ Regiæ debēt ad expēsas Curiæ destinari per Iustitiarios,& The saurarios idonei suæ iurisdictionis, vt in c. reg.itē statuimus quod Thesaurarij,& c.gra uamina,vbi Gram.& Io.Ant.de Nig.dicunt, ꝙ per illa corrigitur hæc cōst.& posse tueri eos quibus commissariæ committuntur non teneri eorum sumptibus illas exequi. Vnde
12 officiales non possunt capere lapides, vel lignamina aliorum dominis inuitis, & pretio non soluto,etiam quod communitas egeat. Paris de synd.in ver.officialis, lo primo,c.1. nu.17. nec sigillare vegetes vini, vel emere frumentum nisi à volentibus, & cōi pretio. Gram.in c.reg.item statuimus,ꝙ vbicūque. Posset tamen ex consuetudine dato pretio, vti rebus alienis, puta lignis, & lapidicinis.
13 Bal.rub.extra de consuet.nu.19.Et salarium quod hic asseritur diffinitum,Rex Ferdinandus taxauit per prag.ad perpetuā rei memo riam, d.tit.de salar.eor.qui mitt.pro seruit. Regijs. Et nuncijs quando fit solutio secundum numerum miliariorum qualiter dicta numeratio sit facienda. Bal.l.1.in 1.rep.cir. fin.si quis caut.Quid in mercenario qui cō- sueuit ferre literas scholaris,si eas defert, & non pecuniam consignatā.Bal.l.salarium,in fi.ff.mand. Et quia soluitur pro numero miliarium, debet ire per viam rectam, non per viam longam.Bal.l.non solū,cir.med.princ. de excus.tut. adeo quod si vassalli faciūt viā indirectam, nō debent habere salarium pro ea quā faciunt,sed pro ea quam facere debebant, & habent granum vnum pro miliari, sicut nuncij. Bal.auth.offeratur, post nu.11. de litis contest.tā in eundo,quàm in redeundo,tamē si vna die fecit quod erat expedien dum in duabus, duplicatur salariū. Paris de synd.in ver.nororium iudicij,c.2. lo secūdo, nu.4.cir.med.Et debetur etiam pro recessu, ita quod si conducitur cōmissarius ad syn dican-

dicandum, vel destinatur executor S.Conf. vel Magnæ Cur.debetur salarium etiam pro recessu. Paris vbi sup.in ver.potestas,c.2.nu. 6.cir.fin alibi præstatur denarius pro miliario, secundum consuetudinem loci. Azo in sum.de sportulis,nu.5.in fi. sed vsus maiora induxit. Frecc.vbi sup.ibi trigesima auctoritas, col.1. An autem Baro possit mittere pro seruitijs suis,& non curiæ. Ioan.Ant.de Nigris d.c.grauamina, num.37.

De officio Castellanorum, & seruientium.

SVMMARIVM.

1 *Officium, siue ministerium seruientium.*
2 *Custodes carceris commentarienses dicuntur.*



Ictvm fuit de his à quibus abstinere debēt officiales, sequebatur videre de his à quibus abstinere debēt eorum ministri, & successiuè
1 [De Officio] seruitio, vel ministerio. Iseru. quæ sint regal.in ver.ad iustitiam expediendam,
2 nu.66.cir.fin.[Castellanorvm]custodum carceris,qui commētarienses dicuntur.[Et Servientivm] quos ipsi commentarienses ponunt. l.ad commentariensem, vbi gl.1.de cust.reo.à quibus humanitas carceratis denegatur. l.iudices, de Episc.aud. exigēndo plus debito, vt infra videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Custodia, & emolumentum carceris cuius est.*
2 *Custodia carceris venditur, & custos accipit certum, quid cameratis.*
3 *Omnino totaliter, & videtur vniuersaliter negare.*
4 *Plus, ad modicum refertur.*
5 *Custos vltra carcererium debet habere salarium.*
6 *Carceris custodia venditur, & custodem ordinat Regia Curia.*
7 *Carcer est publici iuris, & carceratio executio iurisdictionis, & meri imperij.*
8 *Excarcerandi arbitrium, quomodo intelligitur.*
9 *Paria sunt non facere, & facere non facienda.*
10 *Princeps non debet facere aliquid in præiudicium populi.*

1 

Astellani] Triumuiri capitales, custodiam carceris habebant, & cum animaduerti oportebat, fiebat cum interuentu eorum l.2.§.post aliquod, de orig.iuris. dabatur præsidentibus carciaticum pro custodia. l.fin.cir.fin. ff.de bonis damn.quia acceptando onus,censetur acceptare emolumētum. Bal.l.quoniā,C.de
2 nat.lib. alibi est consuetudo, q custodia carceris vēdatur,& custos accipiat certā quantitatem pecuniæ à carcerato. Bal.l.omnimodo,§.imputari,post nu.3.de inoff.test. quidquid sit, quia executores sunt pertinaces, proterui,& auari. Bal.l.omnes,nu.4.de Epi. & cler.ne carceratos indebitè grauent.c.cū dilectus,de accus. statuit quid exigi debeat, vt in textu, qui sum.vt per Lallum, & dicit [Castellani] custodes carcerū, qui commentarienses dicuntur.l.iudices,in ver.commentarienses,de Episc.aud.alibi domini,vel possessores castrorum.Bal.c.ad audientiam, circa princ.de præscrip. [Et Servientes] à seruiēdo dicti.l.Caius,in ver.Publius.ff.de vsuris.[Ab Incarceratis]receptis in carcerem,l.1,C.de cust.reor.[Qui Eodem Incarcerationis Die Quacunque Hora Exiuerint Liberati] si in carcere de nocte non fuerint,vt per c.reg.Magistro Iustitiario,de capt.non reti. & Gram.hic post nu.1.vel vltra vnum diem, vt in c.itē statui-
3 mus, quod presonerij. [Nihil Omnino] totaliter. Io.And.c.quorundam,num.3.post med. de elect. in vj. & videtur vniuersaliter negare. Soc.cons.278.nu.10.in princ.2.vol. [Recipiant]cū effectu. Zab.clem.1.nu.19. cir.med.de procur. [Si Autem In Eodem Carcere Noctem Incarceratus Fecerit] ita quod redit dies ad primū Solis ortum.d.l.1.de custo.reor. [Non Plusquam] quod comparatiuum implicat positiuū certum.Bal.l.cum filius,§.pater,de leg.2.[Dimidium Tarenum Pro Liberatione Ab Incarcerato Ipso Volumus Postula-
4 ri] quamuis modicum, nam plus, refertur ad modicum plus.Bal.l.ab hostibus,§.1.post nu.3. ex quib.cau.maior. licèt dicatur octo modis. Bal.l.Meuius,in fi.princ.de leg.2.

5 Videtur,quòd nuncius qui custodit delinquentem, debeat habere salarium, non officialis. Paris de synd.in ver.salarium, cap.6. post num.16.

Dic, q illud procedit quando vltra carcerem adhibentur milites pro custodia, vt

Actuum

Actuum Apost. 12. Salarium autem carceris debetur officiali: & quid debet exigi quando liberatur, vt in c. regni prouisum est pro meliori. & qui plus debito exigit, punitur, vt d. c. Magistro Iustitiario. Sed hodie R. C.
6 prouentus carceris vendit, & custodiam illius in perpetuum, vel ad tempus ordinat. Affl. hic 1. not. cir. med. & illos hic Imperator moderat. & d. cap. Magistro Iustitiario. Nec refert à quo soluatur pro eo qui est in carcere: & qui soluit, an censeatur soluere animo repetendi, vel compensandi: & an sit pia causa, si est carceratus pro delicto, vel nō, adeo quod executor ad pias causas possit soluere pro carcerato. Filia autem non tenetur dare dotē pro patre carcerato, sed si facit, piè, & probabiliter facit. Bal. l. sed & si, sol. matr.
7 Nota, quòd carcer est publici iuris, & carceratio actus iurisdictionis. Bald. l. alia, §. 1. eo. tit. sol. mat. vel executiuus iurisdictionis. Bal. conf. 177. circa med. 2. vol. est meri imperij: non est concessibilis, nec conuenit priuatis. idem Bal. auth. sed omnino, num. 3. ne vxor pro mar. sed quidam habent non tamen merum imperium, idest gladij potestatem, & posse carcerare nemini competit nisi lex concedat. idem Bald. l. 2. in ver. exactis,
8 lo vltimo, de orig. iur. Et arbitrium excarcerandi quomodo intelligitur, l. 3. vbi Bald. post nu. 4. de Episc. aud. Cui competit finis, debet disponere quæ pertinēt ad finem. add. ad Spec. rub. circa fin. de execu. sent. Quo ad
9 executionem custodis, paria sunt non facere facienda, & facere non facienda. Bald. l. 1. in
10 princ. ff. de tutelis. Princeps etiam non debet facere aliquid in præiudicium populi sine eius consensu. Abb. c. quanto, nu. 1. de iureiu. Non omitto, quòd carceratus ad meam petitionem, non potest per iudicem relaxari, nisi me citato, secus si esset carceratus proprio motu iudicis. Bal. c. 1. in 1. rep. num. 17. in fi. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Plus, & minus, nihil importat, sed plus petit, qui nihil petere debet.*
2 *Si quis, restringit antecedens ad quod refertur.*
3 *Vltra, refertur ad modicum, quando à lege profertur.*
4 *Recipere, actum, non tantum signum significat.*
5 *Nonupli ius meminit, & quando in eo inest simplum.*
6 *Iniustè, contra iustitiam, alibi contra veritatem, & est nullum.*
7 *Res eadem sæpe præstari non potest, multiplicari sic, & quot modis multiplicetur in iure.*
8 *Simplum quando inest duplo, vel quadruplo, & quando non.*
9 *Persona, & non res, quæ non delinquit, puniri debet.*
10 *Familia quando prohibet, dominus prohibere videtur.*

1 I Qvis] plus, vel minus, nihil importat, operatur tamen in casu quo posset probari plus, vel minus esse, quàm dictum sit. Bal. l. Titius, ff. depositi. vel si petit, qui nihil petere debet, quia plus petere dicitur. §. 1. in ver. ineurabile, auth. de execut. A carceratis pernoctantibus non debet exigi vltra dimidium tareni, vt in const. præced. hic determinatur quod si quid vltra recepit multiplicato simplo certo, siue incerto. Bal. l. arbitrio, in fine princ. de dolo malo, simplo parti restituto nonuplum fisco soluet, vt in tex. quem eum const. seq. legit Affl. in const. præced. & dicit
2 [Si Qvis] quod restringit antecedens ad quod refertur. Bal. l. si quis legauerit, de auro, & arg. leg. [Castellanorvm] de quibus in const. præced. [Vel Servientivm] quorum numerus pro captiuorum custodia secundum diuersitatem prouinciarum est taxatus, vt per c. regni sub rubr. quod iust. reg.
3 deputētur certi seruientes. [Vltra] etiam, modicum quando profertur à lege. Paulus de Castro cons. 18. num. 2. 1. volum. [In] tantum. glo. l. pen. vbi Bald. 2. repet. circa princ. de iustitia, & iure. [Qvod Ab Incarceratis Ipsis] vel alijs eorum nomine, quia non refert per quem soluetur, vt
4 constit. præcedenti. [Recipere] quod verbum denotat actum, non signum tantum, sicut gerere, & immiscere. addit. ad Speculat. tit. de electio. §. 1. in ver. & intronizetur, circa fin. præcedente [Regia Constitvtione Permissvm Est] concessum est. Io. And. cap. vnico, in princ. & nu. 1. circa med. de ætate, & qualit. in vj. [Receperit] l. si tibi, de præscript. ver. facit, cap. regni item statuimus quod presonerij, vt per Gram. ibi
5 [In Nonvplvm] de quo §. omnes, instit. de actio. cap. cum deuotissima, 12. quæst. 2. & sit mentio in ritu R. Cameræ sub rub. de non positis, aut subtractis in quater. rationem de iure communi, & harum const. dicit Affl. c. 1. 67. priuilegio de fra. de nouo bene.

inuest, Et an in nonuplo insit simplum, sicut quando fit mentio dupli. Bal.l.fin.nu.1.C.de sponsal. [ID QVOD INIVSTE] contra iusti-
6 tiam, alibi contra veritatem. Bal.l.procurator, §.si procurator, rem rat.hab. [PERCEPERIT] inde perceptio. l.ex facto, §.vnde, ff.de hæred.inst. [FISCO NOSTRO COMPONAT] soluat. c.cum deuotissimum, 12.q.2. [ET SIMPLVM] de quo l.1.§.1.& l.quod tumultus, ff.de positi.l.nec enim, ff.de pig.act. sicut simplum temporis, Bal.l.si sic, 1.rep.in princ.quemad.serui.ami. vltra nonuplum [QVOD] simplum [A PRAEDICTIS SIC INIVSTE] nulliter, nam iniustum nullũ dicitur. l.posthumus, in ver.iniustum, ff.de iniusto, rup.& irrito testam. [RECEPTVM EST IPSIS OMNIMODO] statim, vel illico.gl.l.3.in ver. omnimodo, ff.ad exhib. [REDDENDO] retrotradendo, sic acceptum reddendo. Iser.supra const.violentias, col.2, in fi.& 3, post princ. & sic non simplum parti.l.euicta, vbi gl.ff.de petit.hæred. sed nonuplum fisco componat,
7 quia eadem res sæpius præstari non potest, eadem tamen summa multiplicari potest. l.planè, §.1.de leg.1.& multiplicatur in duplum. l.2.§.1, ff.de tutelis. triplum. l.item nulla, vbi Bal.3.not.de Episc.& cler.quatruplum.l.qui in contractibus, de iure fisci lib. 10, & hic in nonuplum, & lex quando imponit pœnam per nomina multiplicatiua, puta
8 dupli, tripli, & similium, quando insit simplum, vel non. Bald.l.in hæredem, §.1.circa med.ff.de calumn.in quatruplo inest simplũ. .si cum exceptione, §.sed & si quis, & l.metum, §.licet, in ver.finiri, ff.quod metus cau. hic vltra nonuplum tenetur ad simplum, nõ tamen duplicatur contra negantem. Baldus l.peculium, la seconda, §.1.ff.de peculio. & nihil amplius exigitur. glo.2. l.idemque, ff.mandati.

9 Sed videtur, quòd non debeat puniri in pecunia, sed in persona, quia ipsa, & non res delinquunt, §.oportet, auth.de mand.Princ. Etiam, quia est iustum puniri in eo, in quo deliquit. supra const.si quis aliquem, de percussio. illi. cum armis. Et æquiparatur hic
10 dominus, & familia, quia quando familia prohibet, dominus prohibere intelligitur. Bal.l.is cuius, 1.rep.in fi. si serui.vend.

De custodia captiuorum.

SVMMARIVM.

1 *Culpa eorum ascribitur, qui negligentiores in officio fuerunt.*



QVIA dictum fuit de salario custodum, & eorum pœna in exigendo plus, nunc ponit [DE CVSTODIA CAPTIVORVM] & pœna custodum, quatenus eorum defectu captiui fugam ar-
1 ripiunt, quia culpæ eorum ascribitur, qui negligentiores in officio suo fuerunt. l. diuus, in fi. de off.præsidis.

SVMMARIVM.

1 *Procedendi modus contra accusatum, vel inquisitum.*

2 *Custodire quis tenetur, & quid veniat in custodia.*

3 *Custodia diuersa secundum diuersitatem personarum, & temporis.*

4 *Capere personam quis possit, & cuius ordine, & quando dicitur capere.*

5 *Carcerati fuga cui, & quando noceat.*

6 *Carcer innocentibus miser noxijs, non satis seuerum dignoscitur.*

7 *Carcer mala mansio, est species tormenti, & qualis esse debeat, nu. 16.*

8 *Carceratum eripiens tenetur lege Iulia Maiestatis.*

9 *Fraus, & dolus differunt, & fraus multis modis capitur.*

10 *Fuga inducit præsumptionem contra custodem, & fugientem.*

11 *Custos carceris propter fugam carcerati multas luit pœnas.*

12 *Custodia carceris est munus sordidum, & periculosum.*

13 *Custos si non tenet duos, non dicitur diligens.*

14 *Carceratus si fugit, & custos insequitur, ex fuga conuincitur.*

15 *Omnia imputantur quæ ex sua culpa procedunt.*

17 *Custodi non sufficit probare interitum.*

18 *Somnus non excusat à culpa, etiam quod nemo semper possit vigilare.*

19 *Custos alterius non tenetur in infinitum, sed potest denunciare, & si ille non tollit, potest dimittere.*

20 *Fuga carcerati quando non imputatur custodi.*

21 *Debi-*

21 *Debitor pro causa ciuili non carceratur: quid si creditor petit, & debtor habet bona, an illi adiudicetur.*



1 CVSTODES] carcerare,
vel quomodolibet de-
tinere aliquem, est ei
nocumentum inferre,
quo ad vsum, vel mo-
tum membrorum eius:
ideo est illicitum, nisi
fiat per ordinem iusti-
tiæ in pœnam, vel ad cautelam mali euitan-
di, nam qui abutitur potestate sibi data, me-
retur illam amittere. Ita Deus secundum
ordinem suæ sapientiæ peccatores cohibet
ne possint peccata adimplere: ita possunt &
homines alios ad horam cohibere ne illici-
tum quid perpetrent: similiter humana iu-
stitia non pro qualibet culpa homines detru
dit in carcere, sed pro aliquibus. D. Tho. 2. 2.
q. 65. art. 3. Nam si per accusationē procedi-
tur, vel inquisitionem cōtra aliquē, si potest
incontinenti quæstio terminari terminatur,
alias mittitur in carcerem, & tunc quomo-
do custodiatur de die, & quomodo de nocte,
l. 1. vbi Bal. C. de custod. & exhib. reorum.
2 Quis tenetur custodire, & quid veniat in cu
stodia, Lucas l. 1. col. 3. post med. de cond. in
publ. horreis, & in rub. de litto. & itin. cust.
& non vni, sed duobus committitur. clem. 1.
§. sanè, in ver. duos, de hæreticis. & quod est
faciendum à pluribus, omnes facere debent,
nec sufficit vnum alteri committere. gl. l. fi-
cuti, ff. de arbitr. Isti debent esse Christiani,
fideles, legales, industriosi, & circa custo-
diam tenentur de dolo, culpa, & casu fortui-
to. Zab. d. clem. 1. §. sanè, 2. 3. not. & 4. oppos.
3 In dignitate positus, aliter custoditur, quàm
alius. l. fin. in verbo habiba, C. de accusat.
Nobilis non incarceratur, sed fidei suæ com-
mittitur: & qui maioris est dignitatis, di-
gnius, & honestius debet teneri: qui mino-
ris, vel nullius est dignitatis, strictius. Arch.
c. quisquis, post med. 2. quæst. 8. Iuuenes fa-
cilius fugiunt, quàm senes. gló. l. si vt certo,
in ver. est, ff. commod. Non est verisimile,
eum fugere, qui sperat liberari, & ideo mi-
nor custodia requiritur. glo. l. si pecuniam,
§. fin. in ver. carere, de cond. causa data.
Qui est in casu condemnationis criminalis,
debet diligentius in carcere detineri: Bald.
l. si quis filio, §. eius qui, circa med. ff. de in-
iusto, rupto, & irrito testam. Carcerati de
die debent stare in conclusum, de nocte in
carcerem. Paris de syndic. in ver. carcer, &
carceratus, c. 3. nu. 7. nam nocte geminatur
custodia. l. 1. in ver. nox, de custod. reorum.
Et qui habet inimicitias, debet cautius cu-
stodiri. l. si merces, in ver. inimicitias locati.
etiam quia custodia aduersus vim parum
proficit. l. si ea res, de act. empt. Vnde custos
qui in prædictis fuit negligens, & eius culpa
carceratus euasit, punitur. latè Host. in sum.
de accus. §. qualiter in accusatione proceda-
tur, num. 11. & hic in textu, qui summatur vt
per Lallum, & dicit [CVSTODES] qui com-
mentarienses dicuntur. gl. l. abesse, ex quibus
cau. maior. vel commentariensis appellatur
princeps custodum, alij custodes. Bald. l. ad
commentariensem, in princ. d. tit. de cust. &
exhibit. reorum, Dicuntur custodes reorum,
qui in multis locis diuersi sunt ab illis, qui
animaduertunt in eos, vt Athenis, qui vnde-
cim viri dicuntur. Arist. 6. Polit. 8. vbi etiam
quod viri boni maximè vitāt hoc officium,
prauis non tutum est præficere, cum ipsi po-
tius indigeant custodia. [DE] . i. d. l. si is qui,
la seconda, in si. ff. de furt. [QVORVM CVSTO-
DIA] vel cura. inde custos. Arch. c. si in ple-
bibus, cir. med. 63. dist. [CAPTIVI] vincti, &
4 capti. Niz. in ver. captiuus. inde capere per-
sonam, est in carcerem ducere, quod non est
omnibus permissum, sed tantum maioribus
magistratibus. Bal. l. consentaneum, post nu.
15. quom. & quando iud. Nec potest fieri sine
mādato iudicis, nisi in certis casibus. l. 3. vbi
Bal. in princ. C. de exhiben. & transmit. reis.
[PER NEGLIGENTIAM] dissolutā, quæ propè
dolū est. l. si fideiussor, ff. mand. æquiparatur
latæ culpæ. Bal. c. plerunque, nu. 7. de rescrip.
suā, vel sui custodis. d. l. ad cōmentariensem.
[EVASERINT] vel latitant vt fugiāt, Bal. l. 1
nu. 9. C. de ædil. actio. à carcere publico per
murum sine fractura, vel extractis compedi-
bus, secus in carcere priuato. Bal. l. succurri-
tur, §. 1. 2. rep. ex quib. cau. maio. Debēt sum-
ma diligentia custodiri carcerati. Gram. hic
5 col. pen. post princ. alias perditio custoditi
redūdat in negligentiā custodis. Ideo 3. Reg.
20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit,
erit anima tua pro anima eius. D. Th. 1. par.
q. 11 part. 1. [BONIS OMNIBVS SVIS PVBLI-
CATIS] proscriptis. l. cōuenticula, vbi gl. de
Epis. & cler. [PER ANNVM] anni circulo. inf.
const. grandis. [SQVALORE] mœrore. Niz. in
ver. squaleo. vel carcere pleno squalore. D.
Aug. epist. 182. [CARCERIS] siue districtus.
6 Bal. l. 3. cir. fin. C. de compens. quē innocen-
tibus miserū noxijs non satis esse seuerum di
gnoscitur. l. 1. C. de cust. reo. Io. And. c. quam-
uis, num. 2. de pœnis, in vj. [DECERNIMVS]
decernendo statuimus. Arch. cap. 2. 76. dist.
[MACERARI] sup. const. hi qui. licet alias
carceratus non debet macerari in carcere.
l. fin. C. de custod. & exhib. reor. ponendo in
latūminas, vel vincula publica. l. 1. in fine,
vbi glo. de alea lusu. & aleat. Vltra quod ne-

gligens facit se alienum à propria potesta-
te. Bal.c.1.num.6.de appell. [Vt] causatiuè.
7 Arch.cap.fin. 74.dist. [Carcerem] cuius
mansio mala est, & species tormenti. Baldus
l.2.post num.6.de Episc.aud. non tamen de-
bet esse sub terra. l.de furibus, de furtis, in
Longobar. sed habilis ad custodiam: nec ita
arctus, quod carcerati verisimiliter infra
paucos dies morientur. Abb. c.cum non ab
homine, nu.7.in fi.& post nu.31.de iudicijs.
Debet luce hominibus necessaria subleuari,
nam carcerati custodiendi sunt, nõ affligen-
di fame, siti, vel frigore, nec est eis subtrahen-
da audientia, adeo quod neminem audiant,
vel à nemine audiantur. Host.d.tit.de accus.
§.qualiter in accusatione, post num.9.& 10.
& puniuntur custodes si ponunt carceratum
in loco vbi non potest aliquem videre. Bald.
l.1.post princ.C.de custod.& exhib.reorum.
Non debet ligari antequam sit conuictus,
vel confessus: intellige quando sine tali li-
gamine potest commodè custodiri. Bal.l.2.
nu.3.C.de exhib.& transmi.reis. Ferreæ au-
tem manicæ excedunt formam custodiæ, &
sunt species tormentorum. in l.1.in fi. d.tit.
de custo.& exhib.reor. Vnde si sunt prælati,
& sequeretur mors, non euaderent irregula-
ritatem. Abb.c.nouimus, nu.4.de verb.sign.
[Incarcerati Ipsi Non Deserant, Qvi
In Carceratis Cvstodiendis Aliis
Negligentiam Commiservnt] & sic pu-
niuntur in quo deliquerunt. sup.const.si quis
8 aliquem. Quid si aliquis iret ad carcerem vt
delinquentem liberaret, tenetur lege Iulia
Maiestatis. Bal.l.additos, nu.4.in fi.d.tit.de
Episc.aud. [Hi Avtem] certè.gl.l.Offidius,
in ver autem, de leg.3. [Qvi Per] quæ facit
modum. Bal.l.demonstratio falsa, post medi
de cond.& demonstrat. [Fravdem] latam
culpam, quæ fraudi comparatur. glo.l.quod
Nerua, in ver.fraude, depositi. & differt à
9 dolo, nam fraus contra fidem, dolus non so-
lum contra fidem, sed etiam extra commit-
titur. Bal.l.quæ fortuitis, nu.5.C.de pig.act.
alibi fraus capitur pro pœna, vel damno.
l.sed & si, ff.hæc clausula, in ver.sine fraude,
ex quibus cau.maio.l.si longius, in ver.frau-
dem, ff.de iudicijs. [Incarceratos Abire
Permiserint] quod præsumitur, quia ra-
tione officij tenetur ad custodiam. Bald.l.si
quis, §.prætor, circa med. ff.de edendo, l.3.
10 1.rep.in princ.de off.præf.vigil.& culpa cu-
stodis aufugisse præsumitur, Gram. hic col.
antepen.in fi.nõ tamen semper inducit pro-
bationem plenam, & necessariam contra eũ
qui fugisse dicitur. Bal.l.generali, num.5.de
decur.facit quem suspectum, & quodammo-
do confessum. in c.quoniam Abbas, in fi. de
offic.deleg. [Ivxta Antiqva Ivra] citata

hic per gl.alibi iuxta concilij statuta.c.post
electionem, de conces.præb.c.fin. de statu
mon. [Capitali Sententia Feriantvr]
sententialiter condemnentur.c.dilecto filio,
in fine, de præb.& non refert si fit per verba
præteriti temporis, vel præsentis. Bal.l.eum
qui, §.si mulier, ff.de iureiur.
11 Videtur, quòd non pœna, de qua hic, cu-
stos carceris puniatur, sed illa consumi, qua
obnoxius docebitur fuisse is, qui aufugit.
d.l.ad commentariensem, de custod. reor.
Hern.hic in pri.gl.cap.1.§.receptatoribus,
in ver.receptatoribus, de pacetum. Ita exi-
mens carceratum, tenetur fisco, & credito-
ribus ad id ad quod ille tenebatur. l.quo-
ties, vbi Bart.de exact.tribu.
Nisi dicas, quòd in certis casibus punitur
crimine læsæ Maiestatis; alibi pœna pecu-
niaria, hic pœna carceris cum publicatio-
ne bonorum; in alijs casibus punitur exi-
mens illa pœna, qua veniebat puniendus
exemptus. Alex. cons.35. num.4.3.volum.
Nam nisi qui habet claues carceris aperiat,
non potest carceratus, licèt vociferet vsque
ad cœlum, exire muros carceris. Bald.c.ad
hæc, in m.circa med.de appell. Carceratus
pro debito, statim quod soluit debitum, si
inuenit ostium carceris apertũ, potest pro-
pria auctoritate exire, sed securius est quod
faciat auctoritate iudicis. in c.sicut, num.8.
de cohab.cler.& mul.
12 Nota quòd custodia carcerum est munus
sordidum, & periculosum. Baldus l.cum te,
C.quod metus causa. Adeo quod non potest
quis condemnari ad perpetuam custodiam
carceris alterius loci. Bal.l.1.num.4. C.qui
non possunt ad libert. peruen. vilia enim
officia sunt custodire, exactionibus ciuili-
bus se intromittere, & similia. Ang.l.fin.de
suscept.præpo.& archa.& esse manigoldum.
13 Io.Ant.de Nigris in cap. regni grauamina,
num.100. & vltra quod si carceratus aufu-
git, præsumitur dolo custodis: non dicitur
diligens si non tenet duos custodes: & si in-
teruenit fraus, & dolus, custos capitaliter
punitur. Cassa.consuet. Burg. rub.2.§.1.in
princ. nu.33.& 34. Quid si erant alij, quàm
custos ordinarius.l.carceri, & l.milites, ff.de
custod.& exhib.reor. puta quia miles pote-
statis cepit malefactorem, quem recommen
dauit custodiendum custodi alicuius castri
ad petitionem eius cuius tradidit. Baldus
authent.si quis ei, de adulter. vel carceratus
per vnum iudicem, recommendatur per a-
lium, etiam quod primo loco fuerit iniustè
recommendatus. idem Bald.l.quoties, nu.5.
de exactor.trib.sed vnus socius non tenetur
pro alio. l.fin. dicto tit.de custod. & exhib.
reorum, l.si quis aliquid, lo a. ff.de pœnis.
Quid

14 Quid si carceratus aufugit,& custos insequitur,& antequam alsò se conferat, apprehenditur. Bal.l.quis sit fugitiuus, §.idē ait, nec, de ædil.edi. Et est conuictus eoipso quod resistit ne capiatur. Bal.l.1.post nu.2.C.de his, qui latr. Et si birruarius nō potest capere delinquentē, quia aufugit, potest illum occidere. Bal.l.3.in fi.d.tit.de exhib.& transf.reis. Verū si captus non patitur adduci, non propterea est licitum illi oculum effodere. Bal. l.ex plagijs, 2.rep.post princ. ad leg.Aquil. vel si cœpit, sed illē se vulnerauit, vel laqueo se suspendit, non tenetur magistratus. Bald. l.quemadmodū, §.magistratus, nu.4.eo.tit. ad leg.Aquil. Et qui à proprio domicilio ad insolitum se transfert, facit aliquale indiciū, sed nō semiplenam probationem, nisi in ipsa fuga consistat delictum. Bal.l.3.nu.7.in fi.C. de reb.cred.& iureiur. Consulens autē debitori vt fugiat, etiam quod postea capiatur, non tenetur. Boer.decis.217.nu.10. Custodes autē carceris si dimittunt condemnatos antequam satisfaciant fisco,& parti, tenentur. Io.Ant.de Nig.in c.reg. si de furto, violētia,
15 vel defensa.nu.8. Nam omnia quæ procedūt ex culpa alicuius, sunt sibi imputanda, & cū det operam rei illicitæ, tenetur etiā de casu fortuito,& imputantur culposo, quæ immediatè proueniūt ex culpa. Abb.c. quia diuersitatem.in gl.nu.13.de concess.præb. An autē iustè damnato sit licitum fugere, vincula rumpere, carcerē effodere,& alijs huiusmodi adiuuare, limam porrigere,& similia. Caiet. ad D.Th.2.2.q.69.art.3. Quid si animo euadendi, iurat redire ad carcerem, an teneatur, idem ea.par.q.89.art.7.col.pen.cir.fin.
16 Secundo noto, quòd carcer est mala mansio.l.si hominem, vbi glo.depositi. & carcer perpetuus, est seruitus,& perpetuò carceratus æquiparatur mortuo. Bal.l.3.2.rep.quod met.causa. infertur ei violentia sine læsione corporali, & prouidetur ei de necessarijs. Abb.c.nuper,1.not.de sent.excomm. Non irrogat infamiam inquisito. Bald.l.1. C.ex quibus cau.infam.irrog. sed iustum metum. Bal.l.fin.3.rep.nu.3.quod metus cau. si moritur damnatus ad carcerem, dicitur mori in seruitute. idem Bal.l.1.num.5.&.6.C.qui non poss.ad libert.peruen. An possit contrahere, vel testari, Bald.l.qui à latronibus, in princ.ff.de testam. Qui autem tenetur ad cu-
17 stodiam ratione publici officij, vel priuati, non sufficit probare interitum, nisi probet casum fortuitum. Bal.l.cum ita,§.species, in fi.de leg.2. Et etiam quod non detur homo qui possit semper euigilare,& custodibus nō est impossibile iniungendum. Bald.l.3.§.cognoscit, in fi.de off.præfecti vig. Et nihil est, quod semper vigilet, aut semper dormiat.
18 Arist.de somno,& vigilia c.1. Somnus non excusat à culpa, sed propter legis interdictū præsumitur fraus. Bald.l.2.post num.1.ff.ad Velleia. Et magis improbatur fraus tacita, quàm manifesta. Bald.l.4 milius Largianus, 2.rep col.pen.circa med.ff.de minor. & negligentia tam sua, quam subditorum. Gram. hic nu.5. Est fraus,& dolus, si commisit carceratum amico, vel pluribus cum obligatione vltro, citroque. Idem Gram.hic nu.2. & non solum is, sed qui suasit custodi vt dimittat custoditum, tenetur lælo actione de dolo. Bal.l.cum quis, de dolo malo. Qui au-
19 tem custodit alium ad petitionem alicuius, non tenetur in infinitum, sed debet denunciare illi,& si non tollit captiuum suum, potest illum dimittere. idem Bal.l.si quis vina, §.fin.de peric.& commod.rei vend. Quid si Camerarius, vel Magister iuratus assignauit
20 quibusdam captiuum vt assignent Iustitiario, si soluerunt captiuum, qui comparuit coram Iustitiario, non tenentur. Gram. hic post num.3. Ita si captiuus erat liberandus, & aufugit. Idem Gram.hic in princ. vel aufugit de vno carcere ad alium causa libidinis, vel explendi voti. Bal.d.l.1.nu.10.&.11. de ædil.act. quia vincula ad custodiam, non ad pœnam inducta sunt. glo.l.si tamen, in ver.ei qui, de ædilit.edicto. Et vincula quinque modis dicuntur. Baldus auth.si captiui, de Episc.& cler. Cuius autem expensis custodiatur carceratus,& an teneatur vniuersitas, vel particulares,& trāsmissus per quos duci debeat, cum non possit regulariter de vna terra ad aliam, nec trahi subditus in remotis partibus, vt cito fiat compositio. Io.Ant.de Nigris cap.regni 23. grauamina,
21 nu.45.46.94.& 96. Pro debito autem nemo carceratur nisi bonis excussis, & sic propter inopiam. Bald.l.si filio, circa med.sol.matr. nec carceratur nisi quando realiter non potest soluere. idem Bal.rub.in ver.dotis, post num.8.eo.tit.sol.mat. Et si creditor est tam iniquus, quod vult debitorem potius in carcerem macerari, quàm accipere aliquid de bonis suis insolutum, potest ad hoc compelli, sed est in electione creditoris, quæ bona velit. Bal.l.3.post num.9.C.de exec.rei iud. Et qui habet curam, & custodiam, potest etiam agere. Bal.l.1.§.1.vsufr.quemad.ten. Quid si præstaret iuramentum redeundi ad carcerem, tale iuramentum est obligatorium, & si bellum esset iniustum peccaret non redeundo, vel fugiendo carcerem; secus si detentio esset iniusta, & timeret periculum personæ. Abbas cap.sicut & infra, num.4.de iureiurando.

De seruientibus exeuntibus extra castrum sine licentia Castellani.

SVMMARIVM.

1 *Extra, de foris, & significat interuallū.*
2 *Licentia præsupponit causa cognitionem si est licitum, vel non.*

Vod dictum fuit de custode carceris, idem in custode castri, qui etiā ratione culpæ tenetur ad pœnam capitalem. Bal. l. ad commentariensem, num. 4. de custod. & exhib. reo. ideo post tit. præced. ponitur iste [De Servientibus Exeuntibus Extra] i. vltra. Bald. l. precibus, nu. 25. C. de impub. & alijs subst. 1 est de foris, & significat interuallū. Io. And. c. statutum, post nu. 6. de rescrip. in vj. [Castrum Sine Licentia Castellani] qui licentiam impartiendo cognoscit si casus 2 est licitus, vel non, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Castellani officiū, & qualis esse debet.*
2 *Culpa, & dolus differunt, & quot modis capitur, & intelligitur culpa.*
3 *Meum, & tuum, est demōstratiuum, & verificatur in præsenti.*
4 *Seruientes castri, milites dicuntur.*
5 *Mandatum expressum requiritur in certis casibus.*
6 *Palam, vel occultè quando aliquid fieri dicitur.*
7 *Lex multam appellat pœnam quando certam imponit.*
8 *Inhibitio continet sub se præceptum.*
9 *Milites à signis, vel castro sine licentia, & periculo, nec custodes murorum ab illis auocari.*
10 *Milites non possunt transferri de vno loco ad alium sine licentia.*
11 *Castrum requirit certum numerum hominum pro custodia, nec vnus potest gerere vices plurium.*
12 *Loco esse non dicuntur quo ad iuris effectum, si non sunt mansuri.*
13 *Peculium res propria dicitur.*
14 *Milites possunt proprio nomine agere, & litem contestare.*
15 *Culpa dolus appellatur, vsurpando quod suum non est.*
16 *Culpa, & reatus differunt, & maior est in committendo, quàm in omittendo.*
17 *Culpa non præsumitur nisi ex qualitate facti prima facie appareat.*
18 *Milites, & custodes castrorum non debēt intermittere vsum armorū.*
19 *Castrum non debēt custodire communes, nec aduena, nisi iniungatur.*
20 *Fortillicium nimiæ magnitudinis debet reduci vt per paucos tueatur.*
21 *Milites non debent negociari, prout Tussiæ, maximè Florentiæ.*
22 *Culpa non, sed innocētia præsumitur.*
23 *Palam, publicè, & occultè differunt.*
24 *Fideiussor Castellani non tenetur, si ille fecit robariam.*
25 *Castrum qui dedit nobili, si ille dedit inimicis, excusatur.*



1 Vltram] Qui custodit, vel possidet castrum, oportet, quod semper vigilet, studeat, & vacet, vt impedimenta amoueat, prouideat, nunc euentū rei expellit, occurrentibus prouisurus. Caiet. ad D. Tho. 1. par. q. 52. art. 1. col. 6. in princ. Vnde quando custodia castri committitur, exactissima custodia videtur iniuncta, sicut in præposito vigilum, & is debet esse nobilis, prudens, & fidelis. Et finito tempore, non debet dimittere custodiā, nam propter casum, prorogatur tēpus. Fideiussor autem non tenetur vltra tempus. Bal. l. ex diuis post princ. & nu. 2. C. locati. Tenetur assignare claues successori, alias diceretur proditor. in c. licet causam, post nu. 7. de probat. Castellanus etiā vt sollicitè faciat quod suo incumbit officio. Spec. in proœ. sui oper. nu. 17. Debet habere custodes in numero conuento, arma, & victualia necessaria. Io. And. ad Spec. in rub. de locato. Et sicut tribuni militum semper illos ad exercitium armorum tenere, nec vt deuagentur concedere, vt si quando necessitas cōtingit possint inimicis resistere. l. 2. §. comitatēsibus, C. de off. præf. Africæ. Ita seruientes castri non permittat exire vltra quatuor, vt tollat occasionē negociorum, quæ præbent causam egrediendi. Vltra quod culpa est se immiscere negocijs ad se non pertinentibus, vt in tex. qui diuiditur vt per Affl. & sum. vt per Lallum, & dicit

[Cvl-

[GVBERNAM] quæ dolo cōparatur, maximè in rebus alienis, in quibus culpa magis culpatur. Bal. c. vt debitus, nu. 5. cir. med. de appel.

2 Pœnā habet annexam, prout omnis inordinatus animus sibi est pœna. D. Th. 3. par. de Sacram. q. 128. alias 97. art. 7. in fi. & pœna semper sequitur culpam. idem 3. par. de Saluatore, q. 14. art. 1. & dic culpam. i. malitiā. Iō. Aut. de Nig. c. reg. crescit culpa, post nu. 27. quæ differt à dolo, nam culpa est nō prouidere prouidenda: dolus prouidere contra prouidenda. Bal. l. 3. post num. 8. C. de testib. Quotuplex sit culpa, & eius exempla. idem Bal. l. quę fortuitis, post nu. 6. vsque ad 21. de pig. act. hic intellige de lata supina, vel errore. Bal. l. qui se debere, post princ. de cōd. caudata; vel de dolo, non de leuissima. in auth. quod locum, nu. 5. de collat. gl. l. si ex causa, §. si mulier. ff. de minor. & malitia. Bald. l. diuus, 2. rep. cir. princ. de in integ. restit. vel de leui. idem Bal. l. 1. in princ. ff. de tute. nā cum culpæ fit mentio, alio non addito, de leui intelligitur, Bal. pręd. l. acceptam, nu. 17, circa med. C. de vsuris. licèt sub culpa intelligatur dolus. l. in magistratus, de mag conue. & pœna propriè soli culpæ debetur. Caiet. ad D. Tho. 2. 2. q. 159. art. 1. col. 2. in princ. [NON IMMERITO] l. quod diximus, §. fin. ff. quod metus cau. Immo merito, sicut non videor, immo videor. gl. l. metum, in ver. nō videor, eod. tit. quod met. cau. & sic iure merito. l. si cū exceptione, §. hæc autē, eo. tit. quod met. [REPVGNANTES] nam leuis culpa ex ipsius genere reputatur multum grauis, & meretur maximā pœnam, quando continet in se ingratitudinem. not. Bal. l. 2. in princ. C. de lib. & eorū lib. [ALIQVEM IMMISCERE SE REI

3 AD SVVM] quod verbum, sicut meum, & tuū, est demonstratiuum, & verificatur tantum in præsenti. Abb. c. cū cappella, post nu. 5. de priuil. [OFFICIVM MINIME PERTINENTI] cum non debeat quis se intromittere in pertinentibus ad aliū. Bal. in l. cōsulta, in princ. C. de testam. nec tangere officium alterius. l. 2. de execut. & apparit. lib. 12. vel ponere falcēm in messem alienā. c. venerabilem. vbi Abb. 1. not. & Bald. nu. 3. de elect. & c. nouit, de iudic. Vnde Archiepiscopus non se intromittit in causis subditorum sui suffraganei, nisi per appellationē. Abb. c. cum in ecclesia, 1. not. de appell. nec canones in materia successionis. Bal. c. clerici, nu. 1. de iudic. adeo quod puniť qui se intromittit circa ea quæ ad suum officium non spectant. not. Angel. l. missi opinatores, de exact. tribut. & l. 2. de aquæductu. [PRAESENTI CONSTITVTIONE] generali, quæ potius est obseruanda, quā rescriptū. not. in l. fin. C. si cōtra ius, vel vtil. pub. [INVIOLABILITER] c. pen. de sta. mon.

[PROHIBEMVS] repellimus, vetamus. Lucas l. prohibitū, in princ. de iu. fis. [MAGISTRIS CASTRORVM] qui in castris, magis quā alij curā præbent, & ideo magistri appellantur. Frecc. de subfeu. de off. mag. iustit. post nu. 9.

& initia sunt, quæ volunt bene gubernari, &
disponi, non autem non emptia. Bal.l. Æmi-
lius, 2.rep.col.fin.cir.med.de minor. [De-
coret] cum sit in omnibus, dixi latè in
proœ.vsus feud.in princ. [Id Ordinatvm
Fore] multitudine rerum districtus. l.quo
quidem, ex quib.cau.maio. [Praevidimvs]
16 cum prouidentię sit opportuno tempore ne-
cessitatibus satisfacere. l.1.de agri.& censi.
[Ivstitiam] legalem, quæ respicit bonum
commune, & ad illud ordinatur. D.Th.1.2.
q.61.art.5. [Ordinare] nam seruandus est
ordo in ijs, quæ indigent ordine. Bald.con-
stit.1.§.quibus, num.8.de nouo C.facien. &
omissus circa decisoria viciat, alias non. l.si
mancipium, §.1.ff.de euict. [Qvam Copio-
se Mandavimvs Regni Fidelibvs Mi-
nistrari] sup.in const, cum iustitiæ copiã.
[Vt Non Tam Ordo] quæ rem decorat,
nam bonum consistit in ordine. Lucas l.pen.
cir.med.de apparito.mag.mil. [Qvam Co-
pia] abundantia, vel multitudo. Ioan.And.
c.statutum, circa princ.de rescriptis, in vj.
[Sacrvm] quia Imperatores olim erant sa-
cri. Azo in sum.inst.de rer.diuis.post nu.51.
& Reges vngebantur, 1.Reg.10, 2.Reg.2.&
3.Reg.1. [Et Providvm] multum in poste-
rum prouidens. Niz.in ver.prouidus. [No-
17 strae Volvntatis] quæ est actio intelle-
ctus cognoscentis. Inde nemo dicitur velle,
quod in mente non cogitauit. Bald.l.de qui-
bus, 1.rep.num.11.cir.med.ff.de legi. [Pro-
positvm Preconizet] licet non sint com-
mendanda, quæ fortuna commendat. Bald.
l.quid ergo, §.fin.de contra. act. tute. [Ad
Cvivs Consvmmationem] cum propositũ
si non deducatur ad actum expressum, nihil
releuet. Abb.in fin.c.commissum, num.2.de
spons. [Cvra Perspicva] clara, ita iudicia
perspicua. Abb.c.pastoralis, num.9.de cau.
18 poss.& propr. [Laborantes] cum laborum
bonorũ gloriosus sit fructus. D.Th.ad Phil.1.
testis enim.col.2.cir.princ.& 3.par.de Sacr.
q.127.alias 96.art.3. [Necessarivm] .i.vti-
le. gl.fin.l.1, sol.mat. alibi necessariũ multi-
pliciter dicitur. D.Th.3.par.de Saluat.q.46.
art.1. [Dvximvs Officialivm Omnivm
Tam Cavsarvm Civilivm, Qvam Crimi-
nalivm] sup.const.nõ fine, in fi. [Per Qvos
Ivstitia Colitvr] cuius cultus est silen-
tium. sup.const.cultus iustitiæ. [Et Cvlta
Petentibvs Ministretvr] inde dicitur
ministrando minister. d.const.non fine. [Ta-
xare Tempvs] quid sit tempus, & propriè
non videtur. Bal.c.cũ causam, post nu.43.de
19 testib. [Officii] nam officia secularia de-
bent esse temporalia, non perpetua, cùm in-
termedio tẽporis de vno ad aliud. Abb.c.fin.
nu.9.de iudic. Officia Curiæ Romanæ cõsue-
uerunt vendi, & cõcedi pro se, & hæredibus.
Bal.c.cum venisset, post nu.5.de iudic. [Et
Nvmervm Praefinire] quia multitudo nu-
merosa nihil habet honestum. auth.de refe-
rend post med. [Ne] vt non. Niz.in ver.ne.
[Vel Confvsio Nvmeri Plvribvs Prae-
stet Praedae Materiam] ideo officiorũ
est periculosa confusio. sup.const.officiorum
periculosa. [Vel Infinitas Temporis]
dum sunt ad vitam. Affl.hic 5.not. [Gras-
sandi Licentiam Tribvat Longiorem]
sub velamine officij calumnias cõmittendo.
l.non est, C.de administr.tut. [Statvimvs]
quod ius nouum designat. not.in clem.fin.de
rescrip. [Igitvr] interẽdo ex prædictis sicut
ex lege superiore. gl.1.l.si quid, de serui.vrb.
prædio. [Vt Per Provincias Singvlas]
quaslibet de per se. Bald.l.si idem cũ eodem,
1.rep.in princ.de iurisd.omn.iudic. [Qvae
Certis Ivstitiariatvm, Et Camera-
riatvm Terminis Limitantvr] c.3.& c.
cũ causam, de prob. quæ sunt certis finibus
limitatæ, & per præsidatus distinguuntur, li-
cet in materia præscriptionis totum regnũ
habeatur pro vna prouincia. Affl.hic 6.not.
[Non Plvres, Qvam Vnvs Ivstitiarivs]
Præses. Affl.hic 7.not. [Vnvs Magister
20 Camerarivs] forte massarius, qui stipula-
tur Cameræ. Bal.l.Caius, ff.de vsuris. in l.sti-
pulatio ista, §.si stipuler, circa med.de verb.
oblig. [Ordinetvr] eligatur. Ant.de But.
cap.si Archiepiscopus, num.2. de temp.ord.
[Qvorvm Ivstitiariatvs Qvilibet Iv-
dicem Vnvm Continvvm] cuius terminus
est vnus. Io.And.c.vn.in fi. de consecr.eccl.
vel alta.in vj. [Et Notarivm Vnvm Ha-
bebit] & sic vnus Iustitiarius, vnus Magi-
ster Cameræ, vnus Baiulus, vnus Iudex, &
vnus actorũ Magister, quia nullus à natura
desiderat habere consortem. Affl.hic 7.not.
[In Civitatibvs Singvlis] singulariter
verbo singulari. l.1.in ver.singulariter, quod
falso tut.auct. [Vnvm Tantvmmodo] l.sa-
crosancta, & seq.de sacros.eccl. [Baivlvm,
Et Ivdicem Vnvm] per annum. Gram.hic.
[Qvi Cavsarvm Cognitionibvs Prae-
essent]

SINT] in illa ciuitate, quia sicut iurisdictio
potest concedi alicui ad partem temporis, &
ad partẽ ciuitatis. Bal.l.qui plures, de vulg.
& pupill. ita vnus non se intromittit in ter-
ritorio alterius. Bald.l.pupillo, de tuto.ve.
cur.datis ab his, etiam iudex. idem Bal.l.1.
§.idem aiunt, de aqua plu.arc. [IVXTA] non
21 extendit, sed declarat. Bal.cons.408.nu.11.
circa med.1.vol. [PRAEMISSAM NOSTRAE
MANSVETVDINIS FORMAM] per quã datur
ordo, quo non seruato, processus est nullus.
Bal.cons.63.in princ.5.volum. [PER MAGI-
STRVM CAMERARIVM] de quo sup.const.Ma
gistri Camerarij. [ET TRES IVDICES] no-
tarins, qui iudices appellantur in ciuitate
Beneuenti. Arch.c.curæ, 11.q.3. [QVI GE-
STA] idest acta. l.fin.C.de re iud. [CONFI-
CIANT] iudicis mandato, & auctoritate.
Luc.l.2.col.2.in princ.de numerarijs. [PER
NOSTRAM EXCELLENTIAM] sup. const. ea
quæ ad speciale decus ad quam spectat ra-
tione insignis magnanimitatis excellentiæ
facere. Luc.l.excellentia, cir.princ.de erog.
mil.ann. [VOLVMVS] & mandamus. sup.in
const. vt officialibus. [ORDINARI] creari,
22 vt sup. [CIVITATIBVS] multitudinibus ho-
minũ, aliquo societatis vinculo colligatis.
D.Aug.15.de ciuit.Dei, c.8.col.fin.in princ.
Vel quæ ex pluribus plagis conficitur socie-
tas, ciuitas est ad omnem societatem boni
alicuius gratia cõstituta, vnde ciuitas ciui-
lis societas.appellatur, horum societas facit
domum, & ciuitatem, & secundum naturam
prius est ciuitas, quàm domus, & singuli no-
strum. Arist.1.Polit.1.& 2. & omnis ciuitas
ex domibus constat. ibidem c.3. Vel multi-
tudo domorum ciuitas est. Oeconomicorũ
1.c.1. Et est quæ habet Episcopatum de com
muni consuetudine Italiæ, sed nõ est de iure.
Abbas c.1.3.not.de off.ord. nam potest esse
absque tribunale, & Episcopo. Bal.l.si in ali-
quam, 1.rep.post nu.2.de off.proconf.& leg.
[NEAPOLIS] quæ à ne, & polis, dicitur ne,
quasi postremo, & polis ciuitas. Archid.c.si-
cut, circa princ. 1.quæst.1. [MESSANAE]
quæ est in insula Siciliæ optima insularum
omnium, quæ antiquitate rerum cæteras
antecellit. [CAPVAE] l. centum Capuæ,
de eo quod cer.loco, l.qui concubinã, §.vxo-
ri, de leg.3. [TANTVM EXCEPTIS] & reser-
uatis à præcedentibus, sicut de dictione nisi.
Abb.c.cõsultationibus, nu.8.cir.med.de off.
deleg. [IN QVIBVS PROPTER CONTRA-
CTVVM MVLTITVDINEM QVINQVE IVDI-
CES] chartularis, de quibus Bar.l.1.num.7.
ff.de iudicijs. [ET OCTO NOTARII CREA-
BVNTVR] cum in alijs ciuitatibus sufficiant
tres iudices, & notarij sex.sup.const.in locis
demanij. Affl.hic 8, not. [ITA QVOD NVL-
LVS MAGISTER, IVDEX] Iustitiarius [ALI-
QVATENVS SIT IN REGNO] præter vnus.
Affl.hic 9. notab. [HORVM OFFICIALIVM
23 OMNIVM] quæ est collectiua, & tribuit rem
omnibus simul. Bart.l.si pluribus, num.3.de
leg.2. [TEMPORA, PRAETER] quæ est exce-
ptiua, & exponitur vltra, quandoque inclu-
dit. gl.l.Pomponius, §.primo, §.sed & is, vbi
Bal.in princ.ff.de procur.alibi contra.Bald.
l.pen.§.instituto, de leg.2.alias propter.glo.
fin.l.si filiofamilias, §.si vir in quinquenniũ,
sol.mat. [NOTARIOS] scriptores.l.Thais, in
ver.notariũ, ff.de fidei.libert. [QVI VBIQVE
TERRARVM] vbique per regnum. sup.const.
clerici quoque. [PERPETVI STATVANTVR]
nisi sint notarij actorũ, vt hic in add.ad glo.
[ANNI CIRCVLO PRAECIPIMVS TERMI-
NARI] nam cum omnes simul magistratum
gerere impossibile sit, tempus anni præfin-
gitur. Arist.2.Polit.1. sed Socrates facit, ꝙ
semper sint idem, cum eorum constitutio sit
periculosa. ibidẽ c.3.nam alij semestres, alij
breuiores, alij annos, alij diuturniores sta-
tuerunt magistratus.4.eiusdem 15.Antiqui-
tus populi constituebant diuturniores admi
nistrationes, & procurationes. 5.eiusdẽ 10.
24 Et sic officiales debent esse annales, ad plus
biennales, non perpetui. Bart.l.neminem, de
suscept.præpo. & arch. nam vt ibi in textu,
neque eos qui placuerint grauare iustitiæ
est, neque eos qui displicuerint tenere pru-
dentis est, nisi nemo discrepet, quia tunc pos-
set cõfirmari pro sequenti anno. Boer.decis.
25 149.nu.4. & officium prorogatum videtur
idem, dummodo sit eiusdẽ formæ, & naturæ,
secus si alterius. Bal.l.1. 2.repet.col.pen.in
princ.de emancip.lib. vel si non accessit suc
cessor quem tenetur expectare quousque va-
dat.l.vn.post med.vt omnes iudic. tam ciui.
quam milit.& prima iurisdictio tunc à iure
prorogatur, vt idem numero sit officium, &
nõ nouum. Bal.l.eum qui, 2.rep.de iurisdict.
om.iud.distingue vt per eundem c.venerabi
lẽ, nu.19.de elect. c.de causis, nu.6.c.P.& G.
per nu.12.de off.deleg. Durat vsque ad aduen
tum successoris, & non potest recedere nisi
finito syndicatu.l.si forte, de off præsid.l.me-
minisse, vbi Bal.1.rep.in princ.& vlt.quæst.
de off.proconf.& leg. [NISI VEL EMINENS
ADMINISTRATIONES] seu administratoris
[INDVSTRIA] de qua in const.præcedenti,
26 quia tunc propter scientiã multum eminen
tem debetur maior prærogatiua, & propter
huiusmodi hominem receditur à numero.
Bald.l.sed reprobari, post med.de excus.tut.
[VEL SVBSTITVENDI DEFECTVS NOBIS
ALIQVANDO, QVIBVS SOLVM ORDINATIO-
NEM IVSTITIARIORVM VBICVNQVE FVE-
RIMVS RESERVAMVS] cum sit de regalibus,

quæ sint reg. in ver. potestas creandorum officialium, dicto modo officium subalternum plus durat, quàm officium principale, quia etiam quod sit pedissequum, confertur à superiore, Bal. l. principalibus, si cert. petatur. [Temporis Spatium De Necessitate, Prout Suaserit Prorogandum] tunc
27 terminus prorogatus censetur idem terminus. Frecc. de subfeu. lib. 2. ibi, decimo septimo quæro, per fictionem reuera non, nu. 3.

Contra, de const. causas, & seq. vbi in plurali nominantur Magistri Iustitiarij, & sic sunt plures, & non vnus, vt hic. Rursus honorauit ciuitates Neapolis, Messanæ, & Capuæ maiori numero iudicum, & notariorum, &
28 tamen propter honorem vnius ciuitatis nõ est detrahendum alijs. Bal. l. cætera, §. sed & si quis, de leg. 1. cum omnes diligere debeat affectione paterna l. si quis, la seconda, circa med. C. de inoff. testam.

Nisi dicas, ꝙ const. causas, & seq. intelliguntur de Magistris Iustitiarijs pro tẽpore, cum non sit nisi vnus. sup. const. hac lege, & reddit rationẽ quare dictis ciuitatibus plus alijs vult esse iudices, & notarios, cũ maximorum, mediorum, & paruulorum sit cura. §. fin. auth. de defens. ciuit. & mandat, ꝙ officialis qui de iure communi anno tantum durat possit propter eminentem scientiam administratoris officium prorogari, vltra quod de iure regni nouiss. mo exerceat vsque ad uentum successoris, vt in c. regni scire vos volumus. Arno. 78. differentia vtriusq; iuris.

29 Nota, ꝙ homo non potest semper esse in actu aliquid operandi. Bal. l. foramen, 1. rep. post princ. de serui. vrb præd. nam corpus est fragile, nec potest diu sustinere animã vigilantem, & intentam actionibus: & ideo Deus somnum dedit corpori vt perfit animã vigilãtem sustinere. D. Aug. psal. 62. col. 3. in fi. & 4. in princ. Vnde naturaliter inest homini esurire, & somnũ capere, sed oportet sumere cibum ad necessitatem, & somnũ non ad satietatem, satietas enim somni mentem, sensumq; hominis stupidum, pigrumq; reddit, vigiliæ autem sensum, & mentẽ subtiliorem, perfectioremq; efficiunt. S. Hieron. in vitas Patrum par. 2. §. 1. char. 83. Naturaliter indiget requie pro aliquo tempore. Bal. l. seruitutes, la quarta, 1. rep. nu. 1. de seruit. Et tunc pertinacius appetit cibum cũ in aliud intendit animũ, manibus enim, & dentibus occupatis, nobis animus imperiosus fit. D. Aug. 2. contra Academicos, col. 6. post med. adeo quod sæpe de magnis rebus inter epulas nõ solum cogitamus, verum etiam disputamus, atque inter ipsos ciborum morsus, & potionum gluctus nihil remissius audiendo, dicendoq; colloquimur, quod nosce, vel recolere volumus. idem 4. contra Iulianũ. c. 14. col. 5.
30 cir. fin. Et percurrit intellectus omnẽ temporis velocitatem, ordinat futura, quia præcurrit antequam ipsa faciat. Bald. l. Arethusa, 1. rep. nu. 7. in fi. de sta. hom. Isto modo respublica per alios regitur, & sufficit maior pars regentiũ. Bald. l. vn. 1. rep. nu. 4. cir. fin. de off. consu. Et negocium regni æstimatur negocium vniuersitatis. Abb. c. quanto, num. 11. circa med. de iureiur.

31 Secundo nota, ꝙ fatum, quod à fando. i. dicendo dicitur, D. Aug. 2. cõtra Faustum, col. pen. cir. med. & 5. de ciu. Dei, c. 9. col. 3. circa med. Apostolus gratiam appellat. i. e. contra duas epist. Pelag. c. 7. Summi Patris voluntatem. 5. de ciu. Dei, c. 8. alij fortunam. Bal. l. si cũ dotem, §. si maritus, in princ. sol. matr. & est quidam euentus præter rationẽ, & consilium humanum. in rub. in fi. de elect. vel Dei nutum nobis incertũ. in c. licet ex usu, nu. 27. cir. fin. de probat. sicu generatio, & corruptio fortunarum, diuitiarũ, & paupertatis. c. 2. post nu. 18. de testib. Secundum Arist. est sine ratione, quia pro, nec cõtra ratio potest assignari ab humano intellectu. in c. pen. nu. 1. cir. fin. de vita, & honest. cler. Et Seneca ad Lucillum, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. c. monasterium, in fi. In omni re dominatur. c. cum decorem, post nu. 1. de vita, & hon. cler. Depingunt cæcã, quia ex incerto accidunt, quæ fortuita dicuntur. D. Aug. 20. contra Faustum, col. 7. post princ. & quia nõ vidit, nec audit, inexorabilis est. Bal. rub. col. 2. in princ. si ex falsis instr. Et quare ipsam, & Felicitatem Deas putauerũt. D. Aug.
32 4. de ciu. Dei, c. 18. & 19. Sed in rebus dæmones aliquid possunt quantũ secreto Omnipotẽtis arbitrio permittitur. Iob 1 Nec magni pendamus terrenam felicitatem plerunque malis cõcedi. D. Aug. 2. de ciu. Dei, c. 23 cir. fin. Quæ an cadat sub merito, & pro quo detur, D. Th. 1. 2. q. 114. art. 10. Et lucrum fortunæ an testatori imputetur. l. sed & si, vbi gl. pen. cũ l. si fuerit, vbi Bal. §. 1. post med. de leg. 3. & dicitur transire de vno ad alium. gl. l. si seruus cõmunis, in ver. pecuniam, de stip. seruo.
33 Sed quæ vulgo fortuna nominatur, occulto quodã ordine regitur, nihilq; aliud in rebus casum vocamus, nisi cuius ratio, & causa secreta est. D. Aug. 1. contra Academicos, col. 2. in princ. Verùm secundum naturalem rationem, & ius gentium, prouinciæ eligũt sibi Regem. Bal. rub. nu. 8. cir. fin. de nouo C. fac.
34 & plus iuris habẽt in ijs quę habet iure proprio, quàm iure cõmissionis. Bal. l. more maiorum, 3. not. de iurisd. om. iud. Potentius ius est, quod directo habet, quàm per obliquum. Bal. l. item si fundi, 1. rep. §. fin nu. 2. de vsuf. & quemad. quis vta.

Tertio

35 Tertio nota, quod dum lex facit separationem vnius ciuitatis ab alia, dicitur lex hæresis. l. si duas, vbi gl. in ver. hæreses, ff. de ex-
36 cusat. tut. Et termini distinctiui appositi per habentem potestatem, inducunt separationem vnitorum, & econtra amotio termini inducit vnionem distinctorum. Bald. l. si quis duas, 1. & 2. rep. comm. præd. & fit, nam sicut seruitus desiderat fundum, ita iurisdictio territorium. Bal. l. 3. post nu. 2. de off. præsid.
37 Si castrum est sub iurisdictione ciuitatis, quomodo subalternatur iurisdictio, & quomodo formatur sententia. Bal. l. qui aliena, §. fin. cir. med. ff. de neg. gest.
38 Vltimo nota, quòd gratia virtutis aliquid permittitur. gl. l. 1. in ver. virtutis, ff. de postul.

SVMMARIVM.

1 *Officiales ingrediuntur vt leones, & finiunt vt muscipulæ.*
2 *Delinquens ex officio, post illius depositionem inquiri, & puniri potest.*
3 *Successor regulariter syndicat prædecessorem, nisi aliud prouidetur.*
4 *Veritas laudem, laus honorem, honor bonam fortunam parit.*
5 *Volumus, quid est, & importat, quidque inducit.*
6 *Voluntas in bonis, in malis cupiditas dicitur.*
7 *Actio contra officialem etiam quod nascatur ante, non exercetur nisi finito officio, sicut in tutore.*
8 *Officialis fuga, facit delictum.*
9 *Officialem quædam facere oportet vt administrare possit.*
10 *Nec, est copulatiua, & habet vim negandi.*
11 *Sententia tantum declarat.*
12 *Officialis delinquēs in officio, punitur.*
13 *Officiales boni sunt laudandi, mali reprehendendi.*
14 *Bene viuens si indiget, debet remunerari.*
15 *Præmium non debetur benefacienti ex necessitate officij.*
16 *Officialis quia non potest omnibus complacere, non debet querelari.*
17 *Gloria, & fama popularis non est laudabilis.*
18 *Præsumitur pro iudice si iudicialiter, & debito modo processit.*
19 *Officialis temporalis syn dicatur in fine officij, & pro quibus perpetui conueniuntur durante officio.*
20 *Consuetudo quod officialis non stet syndicatui, non tenet, nec valet si concilium ciuitatis pro misit indemnitatem.*
21 *Iurisdictio clauditur quando imperium deponitur.*
22 *Officialis ex quibus syndicatur, & ex quibus non.*
23 *Officialis an teneatur ex facto assessoris.*
24 *Recedens ab officio ante tempus, & sine licentia, punitur criminaliter.*
25 *Officialis vocatus à Principe non reuertitur sine speciali licentia.*
26 *Syndicatus instantia restringitur ad viginti dies, postea non possunt conueniri nisi in propria patria.*
27 *Litis pendentia nō inducitur per oblationem querelæ ante tempus.*
28 *Syndicatorū electio est vniuersitatis.*
29 *Officialis si iudicando elegit vnam opinionem, an possit syndicari.*
30 *Syndicandus si aufugit suo sumptu, reuocatur.*
31 *Syndicandus conuentus ciuiliter defenditur per procuratorem.*
32 *Officialis creatus ante dimissum primum, non valet.*
33 *Appellatione pendente an possit syndicari.*
34 *Officiali defuncto quis interim administrabit.*
35 *Bannimenta quod recipiant, quod prætendunt, non arctant creditores.*
36 *Officij principium, medium, & finis, & quid præcedit.*
37 *Officium confirmatum an sit idem.*
38 *Salarium debetur quousque exercet officium: quid si est negligens.*
39 *Birruarij an possit deponere pro, vel contra in causa syndicatus.*
40 *Voluntas quid sit, & quid in homine.*
41 *Licentia libera quando dicatur, & quando non.*

Volu-

1 
OLVMVS] officiales ingrediuntur vt leones, & finiũt
vt muscipulæ, nam condescendunt ad gratias, vt faueãt eis in syndicatu. Bal.
l. meminerint, cir. fin. vnde
vi. Propterea iustũ fuit vt
2 delinquens in officio, post illius depositionẽ
inquiri, & puniri possit de male gestis. Abb.
c. fin. nu. 4. de statu mon. ita Samuel, electo
Saul, 1. Reg. 12. dixit populo, Si bouẽ cuiusq;
tuli, aut asinũ, si quempiã calumniatus sum,
si oppressi aliquem, si de manu cuiusque mu
nus accepi, restituam vobis. Et dixerũt, Non
es calũniatus nos, nec oppressisti, nec tulisti
de manu alicuius quidpiam. Dixitq; ad eos,
Testis est Dominus aduersus vos, & testis est
Christus eius. Magistratus enim virũ ostendit. 5. Ethic. 3. Regulariter superior eorum,
Bal. c. quoniam contra, nu. 25. in fi. de prob.
3 vel successor officialis potest syndicare prædecessorem, etiam quod non fuerit sibi com
missum, nisi per Regiam Curiam cõmittatur
alteri. Gram. in c. reg. item statuimus, quòd
tam Iustitiarij. post nu. 2. vbi latè Io. Ant. de
Nig. Prædecessor tenetur expectare successorem, & cum eo morari per 50. dies. auth.
de administr. per tot. vt possit deliberare cũ
nouo. Bal. l. item veniunt, §. pridie, ff. de pet.
hæred. infra quos pareat syndicatui, & si se-
4 cundum veritatem fecit, illa necessariò laudem parit, laus honorem, honor bonã fortunam. Bal. l. barbarius, 2. rep. col. 1. cir. fin. de
off. prætor. alias punitur, quia sicut remunerantur boni pro ijs quæ bene agunt, ita puniuntur mali pro ijs quæ male agunt. D. Th.
2. 2. q. 108. art. 2. vt in ista const. quæ vna cũ
præcedente fuit facta post publicationẽ huius operis. Affl. supra in rub. de fide, & auct.
instr. secundũ quem diuiditur, & summatur,
5 & dicit [VOLVMVS] quod est verbũ substantiuum, fons, & radix omnium dispositionũ.
Bal. auth. & qui iurat, post num. 17. de bonis
auct. iud. possid. Actuum enim radices, atque
perfectiones sunt vis, & voluntas. in c. cum
super, post nu. 1. de off deleg. Significat merũ
factum, nec desiderat causam, sed ipsa volun
tas cedit pro causa. Bal. l. 1. de cond. in publ.
horr. & ipso iure volumus. idem Bal. c. ad au
res, post nu. 4. de rescrip. vnde imperio volun
tatis, Bal. l. cũ quidam, C. de necess. ser. hære.
instit. voluntate absoluta, cum stemus in finibus voluntatis. idẽ Bal. rub. nu. 1. cir. med.
de vind. libert. Sumus volentes, Bal. l. verbũ
volo, cir. princ. C. de fideicõ. quia voluntate
peccamus, & rectè viuimus. D. Th. 2. 2. q. 156.
art. 3. volumus, & mandamus. c. fin. de magistris. disponit, & præcipit. Bal. l. 1. 3. not. nu. 2.
de Sum. Trin. inducit dispositionem, non sim
plicem declarationem. Abb. c. cum re, nu. 8.
cir. med. de sent. & re iud. c. ex ratione, nu. 3.
de appell. Denotat plenũ dominiũ ab omni
necessitate abstractum, & regulæ iuris non
submissum, per quod præferri potest iniquũ
æquo. Bal. rub. in ver. dotis, col. 5. circa fin. &
l. 2. in fi. sol. mat. Vnde quod voluntati committitur, iuris regulis non subijcitur: in promissis tamen voluntas pro discretione, & arbitrio ponitur. in c. Quintauallis, in fi. de iureiur. cum voluntas sit in ratione. D. Th. 1. 2.
6 q. 6. art. 2. & non est nisi in bonis, nã in malis
potius dicitur cupiditas, quàm voluntas. D.
Aug. 2. de verbis Domini in monte, col. 41.
post princ. Et denotat determinationẽ, nam
voluntas dum est in suspenso, dicitur deliberatio. Bal. l. 3. post nu. 58. C. de edendo, & in
quolibet habente intellectum, vel sensum est
appetitus animalis, eius obiectum est finis.
D. Th. 1. par. q. 19. art. 1. [ET PRAESENTIS
LEGIS EDICTO] in edicto positæ, ne possit
prætendi ignorantia. Paris de syndic. in ver.
officialis, lo primo, c. 5. post nu. 2. [SANCIMVS] cõstitutione sancimus, quia potius est
cõstitutio, quã sanctio. gl. clem. sæpe, in ver.
constitutione, de verb. sign. [VT IVXTA FORMAM] quæ dat esse rei. l. adeo, §. quod si, in
ver. forma, de acq. rer. dom. [IVRIS ANTIQVI] l. 1. cum auth. seq. vbi Azo c. vt omnes
iud. tam ciui. quàm milit. [POST FINITVM
7 OFFICIVM] nam licet oriatur ante, non intentatũ, nisi finito officio, sicut in tutore, add.
ad Spec. tit. de instr. edit. §. 13. in ver. legatarijs. Ex qualibet culpa facit litem suã, & pro
culpa potest criminaliter puniri. Bal. c. quoniam contra, nu. 47. & 49. de prob. [IVSTITIARII] Præsides. Affl. const. præced. 7. not.
[ET CAMERARII] Magistri Procuratores.
sup. const. auctoritatem. [DEGRADATI] depositi. c. at si clerici, & c. cũ non ab homine,
de iudic. [CVM OFFICIALIBVS SVIS] assessoribus, & notarijs, qui similiter debẽt stare
syndicatui. l. 3. de assess. & dome. & in c. reg.
nouas formas. & currit terminus à die consi
gnationis actorũ, vt ibi per Io. Ant. de Nig.
[PER QVINQVAGINTA DIES] Spec. tit. de
assess. §. fin. in princ. porrigendo infra trigin
ta dies querelas, & infra restantes viginti
terminari. [APVD SVCCESSORES] in prouin
cia quos ipsi informare tenẽtur. Bal. l. 1. post
nu. 3. C. an seruus ex suo facto. [CONTINVE
COMMORENTVR] præcipimus cõmorari. l. 3.
C. de assess. & dome. Sicut enim iurisdictiones spirituales, & seculares nemo potest
propria auctoritate adipisci, ita à superiore
collatas renunciare non potest nisi in manu
superioris. Bal. c. admonet, cir. princ. de re-
8 nunciatione. alias si fugiũt, in ipsa fuga consi
stit delictũ. Bal. l. 3. nu. 7. in fi. C. de reb. cred.
& iu-

& iureiur.[INFRA]quę dictio ad tempus refertur impropriè,propriè ad locũ. Dec.rub. num.8.qui admi. [OMNIBVS DE IVRISOICTIONE SVA]ſuæ dictionis.inf.conſt.monomachiam.[LICENTIA LIBERA]aliquo non obſtãte.Bal.in quęſt.ſchiſmatis,1.par.nu.18. ita vt nõ requiratur cõſenſus alicuius.Abb. c.cũ liberum, poſt nu.4.de ſepult. alias non eſſet libera ſi oporteret aliũ requirere. c.de multa,nu.3.de præb. alibi libere.c.fin.ne ſede vac.& inf.conſt.clementiæ, Abb.c.lator, in fi.de homic.volunt.inde liberũ arbitrium tribus modis.Bal.l.1.in 1.rep.de ſacroſ.ecc. [TRIBVATVR]ex præſenti lege.ſup.conſt.circa violentiarũ.[DEFECTVM IPSORVM]quorum aliqua ponit Affl.hic 5.not.[IN PVBLICVM]publicè,in loco ſolẽni.Bal.c.exceptionem,de excep.[PRODVCENDI]per viã querelæ infra tempus,vt ſup. [QVOD] quia. gl. l.teſtamenta,ff.de mil.teſta.[CIRCA MANDATA NOSTRA]vt Affl.hic 6.not.[VEL FISCI NOSTRI COMMODO DVM REQVISITI NON IMPARTIERVNT CONSILIVM, VEL AVXILIVM VBI NECESSE FVIT] ſup.conſt. Iuſtitiarios Camerarios.[SEV]quę ampliat. Bar.l.ſi quis ita,de au.& arg.leg. & ponitur tribus modis.Bal.c.1.in 1.rep.nu.22.de iud. c.quoniam aliqua, nu.3.de teſtib. [PRIVATORVM IVRA FRAVDVLENTER, AVT PERPERAM] male,& contra veritatem. Affl.hic 6. not.circa med.& 7. [PROCESSISSENT] poſt præſtitum iuramẽtum, per quod ſtatuta ciuitatis confirmantur. Arnon.86.epitomate. Et an veniant ſtatuta futura.Bal.c.clericus, de iureiur.Et cautionem de parendo ſyndicatui,nã in officijs adminiſtrandis,non ſufficit iuratoria cautio. Bal.l.2.nu.2.C.de vſu. & fru.leg. & adeptã poſſeſſionem officij per ingreſſum palatij.Bald.l.Publius,de cond.& demonſtr. Perſona ad locum habet modum ſignificandi,& in habitu exteriori præſumitur dignitas. Bal.c.in Geneſi,nu.3.cir.fin. & poſt nu.6.de elect.Nam licèt antea recipiat poteſtatem, nõ tamen recepit exequutionis poteſtatẽ,ſicut quando requiritur ſuperioris cõfirmatio. Bal.auth.habita,nu.44.ne filius pro patre.Hæc confirmatio non pertinet ad populum de iure cõmuni,quia apud eum nõ eſt iuriſdictio plenè formata, poteſt tamen competere de conſuetudine præſcripta.Bal. rub.nu.11.de elect.Verùm admittere aliquẽ cum proteſtatione, ſignificat quadã perturbationem libertatis. in d.c.in Geneſi, nu.6. poſt med.& ſi tacet,videtur conſentire proteſtationi,ibi poſt nu.4.& 10.cir.fin.alias nõ admittitur. Abb.c.fin.nu.6.de iud. & electo non currit tempus ſi ſine culpa ſua nõ valet exercere,non tamẽ poteſt petere pro ſequenti tempore. Abb.eod.c.fin.nu.8.de iudicijs.

10 [NEC]quæ eſt copulatiua,& habet vim negãdi.Bar.l.ſępe,nu.3.de verb.ſign.[MINVS] non minus. l.iuriſgentium,§.pactorum,ff.de pactis. [CONTRA IPSOS INQVISITIONES IVXTA SOLITVM MOREM CVM OMNI DILIGENTIA FIERI MANDAMVS]cũ omni diligentia,& accurata obſeruatione.Luc.l.vn. col.2.cir.princ.de mend.vali. & cũ omni eo quod ad perfectionem ipſius eſt neceſſariũ. Affl.ſup.conſt.Iuſtitiarij non per Kalendas, in fi. [ET DEMVM] tandẽ. Niz.in ver.demũ. [SI PER INQVISITIONIS OFFICIVM] de quo ſup.conſt.inquiſitiones generales.[VEL DELATIONES ALIQVORVM]delicta deferentium. Bal.§ porro,num.9.quæ ſit prim.cau. benef.amitt.& per probationes tales quales, in ſyndicatu requiſitas.Paris de ſynd.in ver. probatio,col.2.in ver.cõtra officiales. Gra. inf.conſt.corruptelę,in princ.& nu.15.[OFFICIALIS INVENTVS FVERIT CVLPABILIS, AVT DOLOSVS]ſcienter per mendaciũ damnũ inferens. Affl.hic 6.not.cir.fin.[PRAETER DAMNA]diminutionẽ patrimonij.Bal.conſ. 182.nu.2. 1.vol. Quorum appellatione non ſolum expenſæ cõtinentur, ſed etiam rerum pretium ſi quæ perditæ ſunt. in c.fin.nu.6.de reſcrip.[QVI PER IPSVM]aut alium eius nomine. [NOBIS, AVT SVBDITIS] dolo, vel fraude fuerint illata. c.in noſtra,de ſepultu. [INTEGRE] adeo quod nihil remaneat. c.ſi omnia,6.q.1.[VOLVMVS RESARCIRI]alias ſarciri.l.hoc amplius,l.ſi finita,§.eleganter, & l.ſi proprietarius, de dam.infe. [TRANSGRESSIONIS SVAE] in non ſeruando modũ. Io.And.c.nõ poteſt,nu.1.in fi.de præb.in vj. [POENAM QVAM NOSTRA SENTENTIA]de-
11 clarando[DICTAVERIT]cum ſentẽtia aliud nõ faciat niſi declaret. gl.pen.cir.fin.c.cum venerabilis,de except.Bart.l.ex hoc iure,de iuſt.& iure.Bal.l.cũ quidam,in fi.princ.ff.de vſuris. [SVBSTINEBIT] luet. gl.3.l.licet, C. locati.quatenus.deliquet,nec reſtituet ſalarium præteriti temporis. Bal.l.vn.in fi.C.de ſuffr.& ſi non poteſt ſoluere,non luit in corpus,niſi propter dolum. idem Bal.rub.nu.5. de pœna iud. qui male iud c. [NEC ILLVD OMITTIMVS] ne cenſeatur neglectũ. Frecc. de ſubf.lib.3.de formulis feud. ibi, ſed poſtquam, nu.6.cir.fin. [QVIN] quod. gl.l.ſi ita ſcripſiſſet,de leg.2.l.non dubium,de leg.3.& l.ſi quis hæres, la ſecõda,de acq.hæred. [SICVT MALEFICOS, ET INIVSTOS QVERVLARVM VOCIBVS ACCVSARI] criminaliter,vt inf.conſt.accuſatorũ, vbi dixi,quia ignobile vulgus non diu ſubſtinet preſſuras. Bal.l.vn. in princ.nu.1.in fi.de cad.toll. [ET CENSVRAE NOSTRAE VIGORE COERCERI] ideſt
12 ſecundum legem per nos ſtatutam puniri, nã plerique neceſſitati magis, quàm rationi parent,

parent, & pœnis, quã honestati, quapropter æstimant quidam oportere legum positores prouocare, & exhortare homines ad virtutem honesti gratia aduersus inobedientes pœnas, suppliciaq; imponere: qui verò tales sunt vt emendari non possunt, eos penitus exterminare. Arist. 10. Ethic. 11. Censura verò non est aliud nisi reprehensio. Afflict. hic nu. 13. [MANDAMVS] & volumus, vt supra. [SIC IVSTISSIMOS, ET VIGILANTISSIMOS IVDICES PVBLICIS ACCLAMATIONIBVS COLLAVDARI] l. 3. C. de off. rect. prou. nam
13 actus voluntarios sequitur laus, vel vituperium. D. Th. 1. 2. q. 6. art. 2. Fama vulgaris est publicus preco virtutis, infamia vitiorum. Bal. c. 1. nu. 3. in fi. de appell. Vox populi, vox Dei. in c. pen. de cohab. cler. & mul. Sic qui iustissimè regunt, laudandi, & iustissimis pre conijs extollendi. Bal. auth. habita, nu. 11. ne fil. pro pat. Et clamor, & approbatio populi est ac si esset magni, & sapientis magistri. D. Aug. 2. de ciu. Dei, c. 14. in fi. licet alias ad clamorem populi nihil rectè agatur. Baldus quæst. schismatis, 1. par. nu. 8. [ET MVNIFICENTIAE NOSTRAE PRAEMIIS DECORARE VELIMVS] vt sic merces merito respondeat. Caiet. 16. tract. de indulgent. col. 7. post med. quia bonum fortius est admouendum, quàm malum. D. Th. vbi sup. 1. 2. q. 60. art. 5. cir. fin. Bonum est in præmio, demeritum in pœna. Bal. c. in Genesi, nu. 7. cit. med. de elect. Satis consequitur propter laudem. in c. cum
14 ab omni, de vita, & honest. cler. Et qui bene viuẽdo indigent, debet remunerari. D. Aug. lib. quæst. ex veteri testam. col. 4. circa med. Sicut Lucius Valerius, qui in suo defunctus Consulatu vsque adeo fuit pauper, vt nimis à populo collatis, eius sepultura curaretur. Idem D. Aug. 5. de ciu. Dei, c. 18. col. pen. cir. princ. Vltra quod debetur præmium secundum legẽ præmiantis. Caiet. ad D. Th. 1. par. q. 62. art. 5. col 1. cir. fin. Licèt facilius quis consequatur venia, quàm prẽmium, nã venia petenti, præmium soli merenti datur. Bald. c. dudum, lo secondo, post num. 8. de electio. Fauorabilior est potestas absoluendi, quàm condemnandi. in c. pen. post nu. 4. de off. leg.
15 Etiam quod facientibus aliquid ex officio suo laudabile, necessariò non debetur præmium. Abb. c. ecclesijs, circa med. de censi. tamen quia obedientia parum prodesset humilibus, si contemptus contumacibus non obesset. c. 1. de postul. prel. ideo leges animis præmijs disponere voluerunt, atque pœnis. l. 1. §. 1. de iust. & iure. Bal. ad Spec. tit. de accusatore, col. 3. post princ. Adeo quod sine administratione dignitas retinetur, si bona gratia administratio est finita. Bald. c. Sedes Apostolica, num. 4. de rescriptis.

16 Sed videtur, ꝙ officialis non debeat querelari, quia qui habet de alijs iudicare, sæpe propter iustitiã multos aduersarios habet, vnde non est passim credendum testibus cõtra eum. D. Th. 2. 2. q. 70. art. 2. cir. fin. Censetur enim positus tanquam signum, & scopus ad sagittã, nec potest omnibus complacere, quia tenetur nõ solum arguere, sed increpare, & suspendere. Gram. inf. cõst. corruptelæ, nu. 11. & in c. reg. vulgaris fama proloquiũ, num. 7. Vnde punitur, qui contra officialem proponit petitionem iniuriosam. Paris de synd. in ver. iniuria officialis, c. 1. & 2. & licet non sit officialis, remanent reliquiæ sicut amoto Sole remanent reliquiæ, & virtutes ab eo impressæ, vt calidum in aere, & lapide. Bal. l. falsus, nu. 14. in princ. C. de furtis. neç
17 in hoc attenditur vulgus, nam plures magnũ sæpe nomen falsi vulgi opinionibus attulerunt, nec habet stabilitatem, immo falsò rumore de facili perditur. D. Th. 1. 2. q. 2. art. 3. Vltra quod gloria, & fama popularis nõ est laudabilis in ore vulgi, sed in rebus ipsis, quę si vulgo displicent, proprio fulgore, ac pondere, nõ imperitorum commendatione, pretiosæ sunt. D. Aug. ep. 128. col. 2. post princ. Tanto magis, quia fama est mutabilis, & plu rimum mendax. Bald. c. cum speciali, nu. 19. in fi. de appellat. & voces populi vanæ sunt. Abb. c. 1. in fi. de confessis, c. com in iuuentute, de purg. can. & ad clamorem populi Præses non debet illicita perpetrare. l. decurionum, C. de pœnis. & nullus populus videtur sanę mẽtis. Bal. l. omnes populi, nu. 6. de iust. & iu. nec populi acclamationes admittũtur. c. 2. de elect. vbi Bal. multa num. 1. & 2. adeo ꝙ electio Prælati etiam ꝙ sit vtilis Ecclesię, tamen propter malum exemplum, puta quia sit ad clamorem populi, rata non est. Baldus l. omnem, nu. 11. post med. C. ad Tertull.
18 Nisi diceres, ꝙ prædicta faciunt vt præsumatur pro eo, quod rectè, sed non quod ritè, & si acta patiuntur, alias secus. Bald. c. quoniam contra, post num. 26. & 27. de probat. si iudicialiter processit, secus si extraiudicialiter. Abb. c. conquerente, 2. not. & nu. 15. de rest. spol. si ordinatè processit, & solemniter, secus si inordinatè. Bald. c. conquerente, post nu. 4. de rest. spol. & in dubio sententia præsumitẽ aliqua. in c. 1. post nu. 5. de sequest. poss. & fru. & si modo debito processit, non præcipitãter. Gram. d. const. corruptelæ, nu. 1c. post med. & post nu. 16. Etiam, quia quod ab omnibus dicitur, non potest totaliter esse
19 falsum. D. Th. 1. 2. q. 5. art. 3. Vnde omnes officiales syndicãtur, temporales in fine officij, perpetui per superiores durãte officio. Bal. l. nisi, §. fin. de tutelis. vel si officium est perpetuum, nõ debet deponi officialis nisi culpa inducat

induçat depositionem, tunc depositus ad id
nunquam redire potest. Bal.rub.nu.6.de off.
iudic. Si est ad tempus propter enormia per
superiorem cassari potest, pro minoribus nõ
deponitur, sed punitur tempore syndicatus.
Bal.l.mancipia, post nu.4.C.de ser.fug.& ex
quasi maleficio nõ punitur criminaliter, nisi
modica castigatione. idem Bald.rub.cir.fin.
post nu.16.de off.iud.qui male iud. Maiores,
& maximi magistratus conueniuntur durante
te officio, quando faciunt aliquod contra iu-
risdictionem superioris. Bal.l.si appellatio-
nem, C.de appell. multa pro quibus durante
officio officialis conuenitur. Foll.sup.const.
Magister Iustitiarius, post nu.43.Qui autem
ita benignè gessit officiũ, quod de omnibus
est laudandus, & in nullo vituperandus, non
tenetur stare syndicatui. Bal.l.4.nu.2. C.de
20 testam.manu. An autem valeat consuetudo,
ꝙ officialis nõ stet syndicatui: quid si pacto,
& de quo intelligitur. Affl.inf.const.minori-
bus, 7.not.nu.25.Bal.l.si seruus, de leg.1.& si
concilium ciuitatis promisit indemnitatem
officiali, nihil prodest. Bal.l.si mandauero, §.
qui ædem, ff.mand. Et licèt verba quãdoque
intelligantur secundum vulgi opinionem, &
ad eã sæpe recurritur. Arno.in Topicis c.31.
21 Nota, ꝙ finitur officium per aduentũ suc-
cessoris. Bal.l.tribunus, in princ.de test.tute.
præsentata reuocatoria, alias idẽ iudex du-
rat. Bal.l.falsus, nu.21.in princ. C.de furtis.
& sciens aduenisse successorem, deponit offi-
cium, secus si ignorat. idem Bal.l.1.num.16.
post med.si à non comp.iud.& in c.reg.scire
vos volumus. Iure cõi, & isto tenebatur offi-
cialis morari in prouincia, per 50.dies, nunc
per 40. Gram.in c.reg.item statuimus, quòd
tam Iustitiarij, nu.3. & ibi tex.quem confir-
mauit prag. Regiæ dignitati, de synd.offic.
in quibus infra 20. porriguntur querelæ, &
infra alios 20.terminantẽ.& si stetit per bien-
nium, duplicatur terminus in 80.dies. Affl.
hic 4.not.& si minus, minuitur terminus pro
rata temporis. Gram.hic vsque ad diẽ quo
imperium deponitur .i.clauditur iurisdictio
quo ad exercitium, nam iurisdictio non est
finita, sed clausa. Bal.l.eum qui, 2.rep.cir.fi.
de iurisd.omn.iud. adeo quod delegare non
potest ea die, qua clauditur iurisdictio. Bal.
rub.nu.2.cir.med.de off.deleg. sicut quando
finitur lis, vel litis instantia. in c.cũ dilecti,
post nu.8. de rest.spol. Mutatio iudicis non
facit iudicium esse diuersum. Bal.l.propone-
batur, & l.mortuo iudice, ff.de iudic. sed pe-
nes primum remanent reliquiæ .i.nudum no
men. idẽ Bal.l.fin.nu.18.cir.med.C.quod cũ
eo, & tenetur satisfacere durante officio, &
eo finitò etiam quod cõmoditas non sibi, sed
vniuersitati, vel domino obueniat. Abb.cap.
22 aduersus, nu.9.de immun.eccl. Verùm non
debet syndicari ex quolibet paruo errore.
Bal.l.quamuis, de cond.& demõst.in c.cũ te,
cir.princ.de sent.& re iud.vel pro ijs quæ nõ
gessit in officio, vel contemplatione officij,
quia non sortitur forum in talibus. Bal.l.3.
C.vbi de ratioci.agi opor.& ratione delicti
cõmissi extra officium, non debet remoueri
ab officio. not.idẽ Bal.l.quinque summates,
de decur. Nec syndicatores debẽt syndicare
officialem pro ijs quæ gessit extra officium,
add.ad Bal.l.3.quorũ appell.non recip.nam
nõ habent iurisdictionẽ: quid si deliquit fini-
to officio, vel corã syndicatoribus, Io.Ant.
de Nig.in c.reg.vt inter subiectos, nu.41. &
seq. Si proceditur per inquisitionem, fit sine
libello, & litis cõtestatione, quia est publicæ
sollicitudinis cura sine instantia.in sim.Bal.
c.ad nostram, il secondo, nu.1.& 5.cir.med.
de iureiur. Radices ad inquirendum est pro-
cessus extraordinarius, cessat existente accu
satore, & si appellat, an inquisitor sit citan-
dus, in c.cũ speciale, nu.3.8.& 21.de appell.
Inquisitio quid, quotuplex, & si irritari peti-
tur, corã quo datur libellus, in rub.post nu.
16.& in 2.col.3.extra de iudicijs, & c.in no
stra, in fi.de procur. Quid in officiali perpe-
tuo, vel ad beneplacitum, an possit cõueniri
pro debitis ante contractis. idem Io. Ant.
in c.iniunxit nobis, nu.17.& seq.non tenetur
etiã de eo quod alius gessit in alio officio.
Bal.l.1.C.de admin.tut.secus in facto colla-
teralis, quia debet esse curiosus ne curia sua
iniustitiam faciat. Bal.d.rub.nu.14.de pœna
ind.qui male iud. Vnde si sunt tres sententiæ
conformes, omnes tenentur. in l.2.post nu.7.
& 8. eo.tit. de pœna iud.qui male ind. tenetũ
pro facto familiæ, quia reputatur factũ eius.
Bal.auth.& qui iurat, nu.29.cir.med. & post
nu.34.de bonis auct.iud.possid.& vltra quod
tenetur pro eis.l.3.in gl.3.& l.nullus, cũ seq.
C.de assess.& domest. Compellitur finito offi
cio exhibere domesticos quos habuit in offi
cio vt conueniantur, vel ferant testimonium
de his quæ commissa sunt in officio. Azo in
sum.post nu.2. C.de testi. nisi essent citati à
superiore. Bal.l.si verò, 1.rep.in fi.& 2.circa
med.qui succe.ten. Qui autẽ dicantur dome
stici, & vnde. gl.l.2.& ibi Bal.C.de testib.&
tenetur ex delicto seruorũ, non aliorum fa-
miliariũ. Bal.l.1.cir.princ.ne quis eum, qui
in ius voc.est vi exi. Ordinarius, vel delega-
tus non tenetur ex quasi maleficio pro deli-
cto ministrorum, si non ipse elegit, sed supe-
rior dat, & non præcedit culpa, vel scientia
ipsius. in c.1.nu.9. in princ.de off.deleg. Vel
in gestis extra officium non tenetur pro de-
licto familiaris, nisi vt exhibeat, vel nisi mã-
dasset, vel ratum habuisset. Bal.d.rub.nu.16.
de

de pœna iud. qui male iud. Non tenetur ex
contractu, vel delicto domesticorũ, vel con-
iunctorum, nisi in eo officialis operam præ-
buerit. Bal.l.vn.nu.4.in rep.antiq.C.si rect.
prou.& si fuerit domesticus, vel coniunctus,
inspicitur tempus delicti. Bal.l.quod Iulia,
ff.de noxa.& si familia fecit, & res reperitur
penes officialẽ, præsumitur quod eius man-
dato fecerit, & datur cõtra eum vtile inter-
dictũ vnde vi.Abb.c.ad sedem,nu.29. & tan-
git in c.1.7.not.nu:7.de rest.spol. Vxor autẽ
est domestica. glo.l.sed & si quis,§.1.in ver:
23 domestico, si quis cautio. An autẽ teneatur
ex facto assessoris.Bal.l.1.3.rep.quod quisq;
iuris.distingue vt l.mancipia,nu.3.C.de ser.
fug.& d.rub.nu.4.de pęna iud.qui male iud.
& pro robaria assessoris, puta quia exigit
plus debito,an teneatur, Bal.l.placet,de ex-
cus.mun.cum factum ab eo,censetur factum
cum cõsilio assessoris. ideo cautela est quod
protestetur.add.ad Spec.§.fin.d.tit.de asses-
24 sore. Et si recedit ab officio ante tempus, &
sine licẽtia,punitur criminaliter. Gram.hic
nu.2.& d.c.item statuimus, quod tam Iusti-
tiarij,nu.2.& c.nouas formas.& amittit sa-
larium, sicut in Doctore, Medico, & fabro,
nisi recesserit iusto impedimento.Io.Ant.de
Nigr.c.reg.statuimus vt quotiens. & statur
iuramento conquerentis, & furtum passi à
magistratu, qui fugã arripuit à loco officij.
Gram.in c.vulgaris famæ proloquiũ,nu.41,
25 Et si abijt vocatus à Principe,nõ debet abs-
que speciali mãdato reuerti.Spec.tit.de leg.
§.fin.sed si habet animum reuertendi,retinet
quasi possessionem officij. Bal.c.nouit,nu.4.
de off.leg. Et habet integrum salarium si cũ
licentia superioris vacauit,sicut in Lectore,
alias non. Bal.auth.habita,nu.22. ne fil.pro
pat.si egreditur,vt statim reuertatur,iurisdi
ctio intermittitur,non finitur Spec.d.tit.de
leg.§.fin.in princ.& §.superest,in fi.vbi etiã
ponit legatũ à latere, qui recessit, & postea
aura aduersa reuertitur iurisdictionẽ reassu-
mere, restringitur autẽ instantia syndicatus
26 ad 20. dies, infra quos debẽt causæ termina-
ri; postea non conueniuntur nisi in propria
patria,vel nisi in loco iudicij fuissent emana
ta,proclamata.Abb.c.pen.post nu.13.de iu-
dicijs. Paris de syndic.in ver.officialis, c.1.
& 5.vel non fuisset conquestus tempore syn-
dicatus. Gramm.d.c.item statuimus,ꝙ tam
Iustitiarij. Quando teneatur in propria pa-
tria, Bal.l.obseruare,§.proficisci,2.repet.in
princ.de off.procõs.& leg. vel semper potest
conueniri. Abb.c.aduersus,nu.14.post med.
de immun.eccl.Portius instit.de cap.dimin.
col.pen.cir.fin. Et si infra dies quibus debet
27 parere syndicatui non offeruntur querelæ,
non verã,sed de facto inducunt litis penden
tiam.Bal.d.l.nisi, in princ.ff.de tutelis.& Iu-
stitiarius nouus syndicabit antiquum. Affl.
hic in princ.quia successor corrigit errorem
prædecessoris.Bal.l.quamuis,de reb. eorum.
28 Sed hodie electio syndicatorũ est vniuersita
tis, interuenientibus ijs qui secundũ vniuer
sitatum consuetudinẽ interuenire debent, vt
in prag.Car.volumus,la prima,& 3.char.62
& 63. in antiquis. & fit in loco administra-
tionis,vt in d.prag Regiæ dignitati.Quibus
syndicatoribus per vniuersitatẽ soluitur sa-
larium:quid in consultoribus.Paris de synd.
in ver.salarium,c.4.& 6.Notarij verò acto-
rũ debent conficere instrumenta syndicatus.
Luc.l.exactores,post princ.de suscept.præp.
& archa. Et potest iudex aliter quã ex pro-
cessu ostendere partem fuisse ritè condemna
29 tam.Boet.decis.259.Si elegit iudicando vnã
opinionem,quã multi sequuti sunt,an possit
syndicari, Abb.c.1.nu.10. de sent.& re iud.
si punctus est multũ subtilis,& arduus, & di
uersæ sunt opiniones,sibi parcitur,vel punit
ad damnũ solum,non ad interesse.Bal.l.man
cipia,post nu.2.C.de ser.fug.Si errat in sub-
tilitatibus legum, non est peccatũ mortale.
in l.3.nu.11.cit.med.cũ add.ad eum, quom.
& quan. iud. Licèt illa sit melior opinio, &
seruanda,quæ meliori,& subtiliori vtitur ra
tione.Bal.c.cappellanus,post nu.a.de ferijs.
excusatur tamen si sequitur cõsilium famosi
Doctoris electi de consensu partium in c.ve
niens,il primo,post nu.5.de testib.vel si gra-
uauit in apicibus iuris. in c.solicitudinem,
post nu.5. de appell. Error iuris in assessore
est lata culpa.idem Bal.d.rub.nu.3.de pœna
iud. qui male iud. si male iudicat per mali-
tiam, non punitur pœna falsi,sed extraordi-
naria.l.fin.in princ.eod.tit.de pœna iud.qui
male iudic. Imperitia præsumitur in eo qui
tenet nouas, & insolitas opiniones. ibidem
nu.9. Si male iudicat propter dissonantiam
intellectuum contra statuta,vel consuetudi-
nem,si non est notoria,valet sententia, secus
si contra legis tenorẽ.idem Bal.l.2.in princ.
nu.2.& 5.quando prouoc.non est neces.Et si
30 syndicandus aufugit,suo sumptu reuocatur.
l.Circensium, de decur. vel punitur in parte
salarij. Alex.cons.206.nu.13.2.vol.& statur
iuramẽto dicentis se ei aliquid dedisse.Gra.
d.const.corruptelæ. Verùm si syndicatores
noluerunt eum audire,sed absoluerunt pote-
statem, non potest ex sola sua confessione
condemnari de baractaria. Bald.auth.nouo
iure,in fi. d.tit.de pœna iud.qui male iudic.
tenetur autem pœna baractariæ in quadru-
plũ.l.1.C.ad leg.Iul.repetund.Quid si reces-
sit infra 50.dies, relicto procuratore. Paris
31 vbi sup.in ver. procurator. Potest cõparere
per procuratorem si ciuiliter conuenit,alias
secus.

secus. Gram. d.c. item statuimus quod tam Iustitiarij, nu. 4. In dubio fauendum est officiali, qui si puras habuit manus, magna fulgebit gloria. Paris qui supra in ver. de officiorum, in princ. l. 3. d. tit. ad legem Iuliam repetund. §. festinabis, in princ. auth. de man data. Princ. Priores autem habentes arbitrium, non possunt absoluere potestatem à syndicatu, nec Princeps, nisi dicat, non obstante lege in contrarium dictante. Baldus l. mancipia, num. 5. C. de ser. fugit. Quid si
32 ante dimissum primum, creatur alius loco eius, non valet. Bald. l. scire, §. consequens, in fi. de excusat. tut. quia quod non potest sic incipere, non potest sic finire. Bal. l. Vranius, post princ. de fideiuss. Et superior promouendo aliquem, non videtur approbare promotum in delicto occulto. Abb. cap. fin. num. 6. de purg. can. Et sic limitatur const. disputare, nec propterea excusaretur à syndicatu. Ang. in tractatu syndic. num. 6. nisi vinculo sollicitudinis absoluatur, l. neminem, de suscepto. præpo. & archa. sicut non potest quis esse procurator antequam purget innocentiam suam. l. reum criminis, C. de procurat. nec admittitur ad honores. cap. omnipotens Deus, de accus. Nec pendente lite criminali promouetur ad beneficium per literas non facientes mentionem de litis pendentia. Baldus conf. 128. num. 2. 1. volum. Immo si ad nonum honorem aspirat, tanto tempore abstinebit, quanto fuit in pœna. addit. ad Speculat. tit. de accusat. §. 2. in ver. & secundum. Et si eligitur in potestatem alicuius loci, & non admittitur, quomodo stante cõtumacia mittitur in possessione. Bald. l. fin. 2. repet. circa med. si ex
33 noxa. cau. aga. An autem pendente appellatione à sententia, possit interim syndicari, Bald. l. si filius, in fi. ff. de iudicijs. Nec intromittent se syndicatores si quid petitur ab officiale non ratione officij, sed alia causa, puta quia promiserat ante soluere. Bal. l. 1. §. & ita, 2. rep. nau. caup. stabu. Verùm si officialis dat pecuniam vt habeat officium, habet animum malefaciendi, & indebitè lucrandi. not. Ang. l. 1. de murilegulis. Et magistratu durante, potest moueri actio ex delicto vsque ad contestationem. Bald. l. Senatusconsulto, 1. rep. 3. not. ff. de off. procurat. Cæsar. Ita habentes dignitatem ad vitam, possunt conueniri per subditos durante dignitate. Abb. c. 2. nu. 1. cir. fin. de noui operis nunciat. Et consules, siue antiaui ciuitatum durante officio conueniuntur. not. Bal. l. cu-
34 riales, la seconda, de decur. Defuncto autem officiale, quis interim administrabit vsque ad aduentum successoris, Bal. l. diem functo, 2. rep. de off. assess. videtur, quòd Vicarius ruralis, qui differt à loci seruatore. Bal. rub. nu. 20. de off. deleg. Et si reuocatur officialis, an processus sit nullus, nõ intimata reuocatione. Bal. l. mandatũ, nu. 19. C. mand. Si iudex mandat nuncio, quod capiat debitorem meum, nõ finitur aduentu successoris, sed de consuetudine per successorẽ renouatur. Bal. l. & quia, 1. rep. in fi. de iurisd. omn. iud. adeo quod nõ potest prędecessor vltima die officij delegare causas, quia nõ potest conferre iurisdictionẽ in tempus successoris. Bal. l. eum qui, 2. rep. in princ. d. tit. de iurisd. omn. iud. alias suspensa licentia ad tempus, post tẽpus remanet. Bal. l. idem, 3. rep. in fi. ff. de pactis.
35 Bannimẽta autem quæ faciunt rectores terrarum, quod infra certũ tempus vadant ad recipiendũ quod sibi debetur, nõ arctant creditores. Bal. l. pars literarũ, 2. rep. cir. fi. & l. si quis intẽtione, cir. fin. 2. rep. de iud. Est enim mala præsumptio cõtra eos qui tenent malã familiã. Arno. 4. dialogo. & puniuntur si tenent maleficos, vt c. reg. remedia. non tamen inquietantur si eorũ familia delinquit extra districtũ. Bal. l. fin. 1. rep. in princ. d. tit. nau. caup. stab. Maiores magistratus ante depositum officium non accusantur, nisi in casibus vt per Spec. tit. de accus. post nu. 20. glo. fin. l. 3. quod met. cau. vnde cogunẽ præstare cautionẽ de respondendo, deposito officio, & si actio est tempore peritura, compelluntur suscipere iudiciũ vsque ad contestationẽ litis. Abb. c. 3. nu. 3. de maio. & obed. intellige vt per Bal. d. l. pars literarũ, 1. & 2. rep. Princi-
36 pium enim litis dicitur ante mediũ, vnde si statuto cauetur, ꝙ potestas teneatur aliquid facere in principio sui officij, intelligitũ si fecit ante mediũ sui offidij. Abb. c. 2. nu. 5. de ferijs. Et parũ dicitũ stare in officio, qui exercet tantũ per sex menses. Bal. l. non tantum, in fi. princ. de excus. tut. vel in ijs quę possũt momento fieri, principium dicitur illud momentũ, in ijs quæ tractum temporis requiritur, illud dicitur quod est necessariũ ad principiandum, sic dicimus, Sumus in principio Veris, vel Æstatis, & potestas est in principio officij. in c. fin. post nu. 2. de rest. spoliat. Et diximus, ꝙ officialis in fine officij cõsueuit esse gratiosus. Bal. l. si quis, §. eius qui, post princ. de iniusto, rupto, & irrito testam.
non poterit cogi ad respondendū super actis singularibus pro quibus non est citatus, con trarium est veritas, quia sufficit præsentia, & ita seruāt aduocati, nec obstāt contraria, quia aliud est propter aliam causam venisse, aliud fortuitò venisse. Bal. l. 4. n. 13. de accus. Si fortuito habet ius reuocādi domum, & si petit dilationē, est danda. Bal. d. l. si quis libel los, de appell. & d. l. 2. quom. & quan. ind. & regula prædicta, vbi te inuenio, est specialis propter fugā. gl. & Bal. l. 1. vbi quis de curia. vel cohar. Ita & in girogauo, secus in eo qui
18 ex causa probabili, vel necessaria reperitur in iudicio, vt hic, & sic præsens in iudicio nō citatur per nuncium, nec per epistolam. Bal. l. 2. 1. rep. in fi. princ. ff. de pact. nec potest retineri ob causam si pro ea non comparuit. Bal. l. sed & si, §. si per pœnam, cir. med. de in ius voc. & habet locū non solum pro causa, quæ sui natura non est incuria, sed etiam vbi præcessit citatio, & superuenit impedimentū quod tollit facultatē faciendi id propter quod citatio emanauit. Abb. d. c. fin. post nu. 7. de dilat. & procedit etiā in legato. gl. fin. l. 2. ne quis cum qui in ius voc. est vi exi. &
19 l. vir bonus, in fi. iud. sol. nisi in eadē legatione contraxit debitū, vel compromisit, nam tunc nō declinat forum. Bal. l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, ff. de arbitr. Vnde Ambasciator non potest reuocare domum si debitū fuit tempore legationis. Bal. l. eū qui, §. Iulianus, in princ. de conft. pec. sicut in exceptione hostiea, vt inf. cōst. hostici, in fi. ita qui Romæ conuenitur, nō habet ius reuocan di domum. Spec. tit. de comp. iud. aditio. §. 1. post nu. 29. ibi trigesimus septimus. qnia phi losophantes Romæ gaudent priuilegijs, ac si in proprijs patrijs docerent. l. sed & repro bari, cir. fin. ff. de excus. tut. Nec præuentus habet ius reuocandi forum. l. si quis postea, ff. de iudic. add. ad Spec. tit. de dolo, & contn. §. 2. in ver. interest. & datur hoc, quia vbi requiritur animi iudiciū, datur spatiū ad deliberandum arbitrio iudicis si non reperitur à lege specificatum. Bal. l. ratum, de solutio. & habet locum in ciuilibus, secus in criminalibus. idem Bald. auth. offeratur, 3. not. & nu. 13. de litis contest. & ingerendo seipsum decipit. Abb. c. exceptionem, nu. 24. in fi. de except. quia in suo genere necessarium est, in specie voluntariū. Bal. l. mutus, §. is qui, in fi. ff. de procur. Vnde conuentus in Magna Curia, si vult actorē reconuenire, vel accusare in eodem tribunali accusatus nō habet ius reuocandi domū. Gram. hic. Et in regno non vtimur nisi vt vadat domum, dato certo termino, & reuertatur coram Iustitiario, qui citare eum fecit. Affl. hic in glo. pen. nu. 18.
20 Et peregrinantes, qui vagabundi appellātur possunt vbique conueniri. Bal. l. fin. nu. 2. cir.
21 med. de præscript. longi temp. Et medium tempus, sicut est in posse actoris, ita medium tempus ad soluendum est in posse debitoris. l. quod in diem, de solut. Et quod incidenter venit, non est necesse quod veniat in diffinitiua, licèt sit quædam occasio ad eam. Bald. l. si prius, cir. fin. de noui oper. nunc.

De literis citatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Lites à citatione incipiunt.*
2 *Citationes multa ostendunt.*



Ictvm fuit qualiter suspen datur citatio, dum citatus domū reuocat, nunc ponit
1 quid literæ citatoriæ continere debeant, à quibus lites incipiunt. Spec. tit. de off. omn. iud. §. 6. nu. 7. sunt
2 fundamenta, & principia iurisdictionis contentiosæ. Abb. c. relatum, nu. 6. de off. deleg. per eas repræsentatur superioritas. glo. 2. c. non debet, 65. dist. & iudex ab eis incipit vti iurisdictione. Abb. c. gratum, num. 8. in fi. d. tit. de off. deleg. & videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 *Citatio quid, per quam, ad cuius instantiā fit, & quid cōtinere debet.*
2 *Citationes olim per quos fiebant, & quare per edictum.*
3 *Citationum compendium potest iudex moderari.*
4 *Apertum manifestum dicitur.*
5 *Vt, absolutè notat veritatem, si comparatiuè, denotat similitudinem.*
6 *Aduersarius fit per contradictionem, & requirit iurisdictionem contentiosam.*
7 *Iudex potest committere parti citationem, exequutionem, & capturā.*
8 *Iudex non tenetur credere parti.*
9 *Citatio potest fieri per edictum, & quomodo per se, & nuncium.*
10 *Citatio fit per iudicem ad petitionem partis.*
11 *Citatio continet duo, quod compareat, & tali die compareat.*
12 *Citatus quod compareat, quomodo intelligitur.*

13 Cita-

13 *Citationum numerus est de benignitate introductus.*

14 *Citatio vna sufficit in regno, vbi causæ sunt summariæ.*

15 *A, litera separationem, & exclusionem inducit.*

16 *Terminus legalis potest arctari quando generat præiudicium.*

17 *Dies præfixa comparitioni non proficit si comparet ante terminum.*

18 *Iudex regni non citat extra regnum, sed mittit literas hortatoriales iudici illius prouinciæ, vt illum citet.*

19 *Citationis nomina quid peremptoria, & vnde.*

20 *Legitime, secundum legem, & alijs modis.*

21 *Terminus si non est æquus, iudex reducit ad æquum, & moderatur.*

22 *Sententia etiam Principis sine citatione, est nulla.*

23 *Edictum quid, quale olim fuerit, & nunc sit, & pœna corrumpentis.*

24 *Citatio duplex, & per quos fit.*

25 *Citatio est quæ emanat à iudice cum decreto de citando, exequutio fit à nuncio.*

26 *Iudex regni non citat Romanum Romæ, sed requirit iudicem Romanum vt citet, post num. 30.*

27 *Citatio ad omnes actus quando fit, & an sit necesse citari in singulis actis.*

28 *Contumax est qui edictis propositis, vel vno pro omnibus comparendo contendit.*

29 *Citatio est de iure diuino, & gentium.*

30 *Citatio nuncij non est iurisdictionis, sed est factum quod vbique fit.*

31 *Citatio an possit committi parti, vel eius coniuncto.*

32 *Sacramentum est religio, & ponitur totum pro parte.*

33 *Continens pro contento ponitur.*

34 *Generationis nomine veniunt homines generati.*

35 *Totum exponitur per partem, & est figura sinedoche.*

36 *Effectus ponitur pro causa.*



DICTORVM] omnis causæ cognitio incipit à citatione. Bald. cap. fin. de fide instrum. num. 8. Primum principium, siue primus ingressus futuræ litis est citatio. Baldus cap. quoniam,
1 num. 12. in fine, de probatio. sed vt valeat oportet quod fiat auctoritate iudicis ad instantiam partis. Abbas c. 1. 3. not. de iudic. c. prout, num. 19. & c. veritatis, post num. 5. de dolo, & contum. Debet fieri die non feriata, cum distinctione vt per Baldum l. 3. post num. 4. C. in quibus cau. in integ. restit. non est necessa. Non requiritur causæ cognitio. in c. 2. num. 3. de dilatio. In ea debet exprimi is qui citat, qui citatur, & ad cuius instantiam. Ant. de Butr. c. eum bonæ, 1. not. de æta. & qual. vel nomen iudicis, & ad cuius instantiã fit, ibi 8. not. Debet continere causam. Gram. hic in princ. & num. 14. addit. ad Spec. tit. de citatio. §. 1. ibi certum, cir. med. vt citatus deliberare possit an velit cedere, vel contendere, & si non est causa, & citatus scit, valet citatio. Affl. de mil. vass. qui côtu. est, 6. not. num. 6. alias si fit præceptum sine causa, non tenetur obedire. Bal. l. filiofamilias, §. diui, de leg. 1. vnde cum citatorio mittitur libellus. Bal. l. 3. 1. rep. nu. 14. cir. med. de præscript. 30. vel 40. ann. l. fin. §. fin. cum addit. ad eum, de anna. excep. l. 3. nu. 3. in fi. de iure dom. impetr. qui debet subscribi à tabulario, si haberi potest, alias à testibus. idem Bal. l. 2. num. 2. de anna. except. Debet poni locus. Speculat. tit. de electione, §. 1. nu. 11. vel locus, & tempus, alias non arctat citatum. Bald. l. consentaneum, 1. notab. & num. 23. quomodo, & quando index. Et si fit ad locum æquiuocum, non est ipso iure nulla, sed arctat citatum ad comparendum in loco solito. Abbas c. fin. num. 6. de rescript. sine certo termino valet, sed tenetur comparere quam primum potest. Baldus l. hæc conditio, de cond. & demonstrat. si ponitur certa dies, & non hora, debet comparere ea hora, qua actus expediri potest, alias sufficit quod veniat ante noctis tenebras. Abbas cap. 2. post num. 3. de testibus cogend. cap. extirpandæ, §. qui verò, 2. repet. nu. 21. de præbend. vel vsque ad primum somnum. Arnon. 19. cap. suæ practicæ iudicialis. Et si cadit in diem feriatum, comparet die sequenti. idem cap. 16. & seq. eiusdem practicæ. & si fit hodie, pro hodie tenet. Bald. l. liber homo, §. decem, de verborum oblig. Quid si dicat, Compareat incontinenti, Gram. hic nu. 12. & dicit, quòd veniat de nocte, non tenetur etiã se excusare. Abb. c. con

fulsit, nu.14.cir.fin.de off.deleg. Et dicitur dies cum Sol est super terram, & est positio lucis. Quando autem aliquid fit inter diem, & noctem, an dicatur factum de die, Baldus l.Titius, §.Lucius, de lib.& posth. alias tempus quod tacitè inest, iudicis arbitrio relinquitur, & cõsideratur ex qualitate personarum, & locorum distantia. Bal.l.continuus, §.cum ita, in princ.de verb.oblig. Ista citatio est actus iurisdictionis. Abb.c.3.nu.8. in princ. de rest.spol. & licèt teneat minimum gradum iurisdictionis, quia ad eam proceditur sine causæ cognitione, inobediens punitur. Bald.l.vn.in 1.rep.§.is videtur, circa med. si quis ius dic. non obtemp. quia præsupponit superioritatem in citatum. Abbas c.cum causam, nu.6.circa med.de off.deleg. ab ea incipit principium, & fundamentum omnis iudicij. idem Abb.c.fin.num.20. post med.de ferijs, c.extirpãdæ, §.qui verò, 2.rep. post nu.25.de præb.est de processu. Spec.tit. de citatio.§.1.post nu.14. & dicitur species defensionis. Abb.c.dilecti filij, post nu.6.de iudic.possunt in ea plures termini inculcari. Bald.d.l.2. nu.12.de anna.except.vnde licèt quis prius quatuor edictis citarẽ, iure isto fit vnũ peremptorium pro omnibus. Arno. 28.differentia vtriusque iuris. sed debet dici peremptorie.Gram.hic nu.2. Quando requi rebatur vna, vel trina, Abb.c.cũ causa, nu.8. de off.deleg. Olim dirigebatur citando, vel ei qui citabatur, vt in const.seq.Spec.tit.de citatio.§.5.num.1.hodie citat officialis per familiarem suum, siue nuncium, etiam sine literis, dando signum. Abb.c.cum sit Romana, nu.49.& c.significauit, num.7. de appell. vel per nuncium in minoribus causis, in maioribus per duos, & si non potest haberi iuratus, mittuntur duo. Spec.d.tit.de citatio. §.4.nu.6.seu committit officiali. Gram.hic
2 nu.5.& latè in textu, qui diuiditur, & summ. vt per Affl. & dicit [EDICTORVM] citationum, quæ olim fiebant per edictum in albo prætoris. Bal.d.l.consentaneum, post nu.23. ibi tertio, quom.& quan.iud. quod positum in eminentiore parte ciuitatis, videtur positum per totam ciuitatem. idem in proœm. Decr.nu.18.cir.med.ad hoc vt citatus possit se præmunire, & præparare. idem Bal.l.2.ibi eodem tempore, de orig.iuris.& fiebat quasi longa voce ac si nuncius existens in confinibus clamaret alta voce inter fines citando existentem extra fines, sicut sonus campanæ. Bal.præd.l.executorem, col.pen.circa fin.de exequut.rei iud. & dicuntur edicta ad instar edicti prætoris. Abbas c.cum apud, 1.notab. de sponsal. vt sic non possit prætendi ignorantia eius quod publicè factum sit. Felin. c.2. num.17. de constit. sed per illa inducebatur notorium etiam quod postea tolleretur. Bal.auth.q si semel, post nu.7.& 21.d.tit. quomodo, & quando iud.& citantur per edictum ad sonum campanæ, vt congregentur: pro creandis officialibus. Bald.l.2.col.2. in princ.& num.2.de decurio.& possunt in vno fieri plures citationes. in c.2.num.4.cir.fin. de testib. cogen. Huius citandi modus non erat concessus nisi maioribus iudicibus. Bal. l.sancimus, nu.6.in fi.de iudicijs. adeo quod delegati non poterant citare per edictum, nec affixa cedula. idem Bal.l.2.nu.2. quom. & quando iud. nec arbitri. in c.suspicionis, nu.2.in fi.de off.deleg.sic edictum temporalium, quod in singulari causa interponitur nostri citationem, vel mandatum nominat, quo quis in iudicio esse iubetur, vel ad audiẽdam sententiã citatur. Alfa.l.1.nu.4.ff.si cer. pet.[ORDINEM] sicut legum ordinem.l.bona fides, ff.depositi. iudiciorum, legumq; solitum ordinem.l.fin.§.1. de his, qui ad eccl. confug. inde edictorum solemnium citatio. ead.l.fin.§.1. de his, qui ad eccl.confugiunt. [PRISCIS LEGIBVS] antiquis temporibus. l.antiquis, qualiter quis se defendere debet. in Longob.[STABILITVM] inf.const.castra.
3 [AD BREVIOREM MODVM REDVCERE CVPIENTES] sicut citationum compendium, & edictorum potest iudex moderare. addit.ad Spec.tit.de dilatio.§.1.ibi ad finem, ne lites fiant immortales, vt infra in constit. sæpe. [VT EX] quæ dictio denotat causam proximam, quandoque remotam. Bal.l.certi conditio, col.1.in fi.& pen.post princ.si cer.pet. [EIS IN POSTERVM] sup.const.ab officialibus. [NVLLA QVAESTIONIS MATERIA POSSET ORIRI] sicut ex solutione oritur. cap.maiores, §.verum, vbi glo.1.de Baptis.
4 [APERTISSIMA] manifestissima, nam apertum dicitur manifestum. Spec. tit.de notorijs crim.§.5.post princ. vel publicata, quia quæ nondum sunt publicata, non dicuntur apertissima. idem Specul.tit.de dilatio.§.1. num. 16. [CONSTITVTIONE SANCIMVS] quod nouam iuris dispositionem inducit. Dec.l.ne quidam, num.3.C.de testam.milit. [VT] si, & stat conditionaliter. glos. & Baldus l. in facto, de cond. & demonstrat.
5 vel quia ponitur absolutè, & notat veritatem: si comparatiuè, denotat similitudinem. Bald.l.cum alijs, in fi.de secun.nup. [CITATORIAE LITERAE] citationis literæ, vt in constitione sequenti, factæ per epistolam. Specul.tit.de citatione, §.4.in princ.nu.13. [PER IVSTITIARIVM, ET] vel. Archid. c.si quis donauerit, circa princ.12.quæst.2. [BAIVLVM DESTINANDAE] decernendo aliquem esse citandum, cum non possit quis ad suum libitũ aduersarium citari. Abb.c.dilecti,

ĉti, post nu.4. de maior.& obed. [Non Vt
Olim Ad Ipsvm Evndem, Qvi Citandvs
Fverit Ab Aliqvo Per Adversarivm
6 Svvm] qui per contradictioné fit, & non per
consensum. Bal.l.2.nu.7. in fi. vbi in ré act.
quam contradictionem requirit natura iu-
risdictionis contentiosæ. Bald.auth.sed & si
quis,nu.5.de testib. [Transmittantvr]
quod iustum erat. Affl.hic 3.not.sicut potest
cuique sua committi.l.nemo,la 3.de Iudæis.
7 ita principalibus captura cómittitur, dum-
modo faciant sine vi. Bal.auth.sed omnino,
nu.14.cir.med.ne vxor pro mar. Potest iudex
postquam protulit sententiam pro aliquo fa
cere illum exequutorem in re propria. Bald.
l.si quis in tantam,nu.16.in fi.vnde vi ponit
sim. in l.2.si in cau.iud.pig.captú sit. c.quia
verò,nu.8.c.cum olim,de off.deleg. Quando
autem possit cómittere parti,quod citet ad-
uersarium suum,& quãdo non.idem Bal.l.2.
nu.15.de anna.excep. & si cómittit,non sta-
tur relationi eius solius,nisi probetur. in l.si
vt proponis, nu.4.quom.& quan.iud. [Sed
Per Aliqvem Bonvm Virvm] qui á virtu-
te dicitur. vnde mulier propter magnitudi-
nem animi,& gestorum dicitur virago,quasi
participans id á quo vir denominatur. add.
ad D.Tho.3.par.de Sacram.q.112.alias 81.
8 art.3. nã iudex nó debet credere parti. Abb.
c.quoniam frequenter,nu.6.cir.fin.vt lite nõ
contest. & bonus vir dicitur iudex. l.conti-
nuus,§.cũ ita,de verb.oblig. [Qvi In Illis
Partibvs Vbi Revs Degere] stare, l.qui
mittuntur, in ver.degit, ex quib.cau.maiori
vel cõuersari, Abb.c.quod clericis,nu.5.cir.
fin.de foro comp. manere, sedere, habitare,
seu mansionem facere,quod idem importat.
appendix ad D.Th.1.2.q.68.art.3. [Dici-
tvr] ex assidua conuersatione,ex qua præsu
mitur domicilium, adeo quod residere dici-
tur vbi pro maiori parte anni moratur. Bal.
l.1.§.fin.& 2.rep.cir.fin.de his,qui deiec.vel
effud.& sedere vbi cõuersatur. D.Aug.3.con
tra epist.Parmen.col.26.in princ. licèt resi-
dere quandoque dicatur per vnum dié. Bal.
l.qui furere,in 1.rep.de sta.hom. [Commo-
ratvr] habitat. glo.l.vxori,in ver.morari,
de leg.3. [Assignentvr Eidem] qui per se,
vt supra. & Spec.tit.de citatio.§.4.nu.13.&
Affl.hic 5.not. [Vel Specialem Citantis
Nvncivm] certum nuncium.c.in præsentia,
de sponsal. sup. const.in ciuilibus, certæ, &
probatæ fidei, qui in præsentia duorum refe
rat reũ citasse. Spec.d.tit.de citatione, §.4.
nu.8.Affl.d.5.not. [Eaedem Literae De-
stinentvr] per commissionem in scriptis.
idem Affl.hic nu.7.in fi. [Vel Per Qvodli-
bet Alivd Edictvm Citatorivm] cum
9 habeat potestatem citandi per edictũ, nun-
ciũ, & per seipsum. Bal.d.l.sancimus,5.not.
de iudic. Citator per edictum vbicunque ne-
scitur vbi sit citandus, vel bannum publicè
proponitur. Bal.c.si verò,num.2. in fi.vt lite
non contest.c.fin.vbi Bal.in princ.& num.7.
de rest.spol. vel si vult se alicui opponere in
c.dilecti,de excep. In edicto debent exprimi
nomina. Spec.tit.de rescript.præsent.§.fin.
nu.16.in fi. vel in facto,quod non tangit cer
tam personam,sufficit edictum generale,sed
vbi tangit certam personam,requiritur cita
tio specialis. Bal.l.si ex,nu.16.cir.med.de his
qui accus.nó poss. [Etiam] si [Sine Scri-
ptis Fiat] quod fallit in tribus casibus
Affl. hic 6.not. [In Qvibvs Literis De-
bent Dilvcide] clarè, non obscurè. Affl.
hic 7.not. ita iudex debet loqui clarè,& di-
stinctè,non ambiguè. Bal.l.fin.nu.4.de sent.
& interloq.omn.iud. [Contineri Coram
Qvo, Et A Qvo, Et De Qva Re, Ac Cv-
ivsmodi Qverimonia] c.exposita, de ar-
bitris.c.1.de deposito.c.querimoniam,de iu
repat. c.suam,de pœnis, l.1.de mag.munici.
& inf.cõst.Maiestati nostræ, de adult.coerc.
Et debet continere causam,alias mandatum
iudicis sine causa,est nullum. Bal.c.sollicitu-
dinem, nu.7.de appell. [Deferatvr] & sic
10 citatio debet fieri per iudicé ad petitionem
partis,& debet esse legitima.Abb.c.pen.nu.
3.& 6.de foro comp. alias qui temerè citat,
tenetur ad expensas,& dicitur temerè, si est
æquiuoca. Bal.l.non ignorat,num.4.& 6.de
fruct.& lit.expen. Non requiritur causæ co-
gnitio, non præcedit informatio, nisi quã-
lis qualis. Bal.c.cum cõtingat,in fi.de rescri.
non præsumitur si non apparet.finis eius est
comparitio,& finis comparitionis defensio.
in c.bonæ, nu.1.in fi.& 8. cir.fin. de electio.
Quid continere debeat vltra superius dicta,
Spec.d.tit.de citatio.§.5.nu.1.& 2. Bal.l.nã
ita diuus,nu.11.de adop.& vt arctet,oportet
quod sit iustificata per causam. Bal.l.1.2.re-
pet.§.vsus autem,in fi.ff.de procur.vel causa
est coram iudice exprimenda parti non nisi
petatur, & paria sunt nullam causam expri-
mere, & exprimere friuolã. Bal.l.1.in princ.
post nu.2. de oper.noui nunciat. Et nuncius
si citat aliqué absque mandato iudicis,amit
tit officiũ. Arno.42.problemate. [Et Tem-
pvs Expressvm] congruum. Affl.sup.const.
causus alias,nu.6.& 7. quia citatio continet
tres actus,Bal.c.fin.post nu.3.de ferijs,quod
compareat, & quod ad terminũ compareat.
Bal.c.cum dilecti,in princ.de restit.spol. vel
11 duo continet, quod compareat, & tali die
compareat. Bal.l.2.cir.med.ff.de hæred.inst.
& quando tempus exprimitur,debet sibi no-
tificari, alias assignatio termini non præiu-
dicat absenti. Bal.l.2.nu.3.C.vbi in rem act.

& dicitur expressum pluribus modis. Bart.
l.2.de vulg.& pupill, Pelli.in consil. Auersæ,
c.10.nu.256.& seq.alias valet sine termino,
Bal.l.non enim,ex quibus cau.maio. Debet
citatus expectari, & interim si aliquid inno-
uetur,est nullum,in c.2.post nu.4.de dilatio.
si spes est quod compareat, alioquin debet
licentiari. in c.cum dilecti.nu.6.in fi. & 13.
cir.med.de rest.spol. [In Qui Per Se Tan-
tum]nam licèt alias intelligatur alternati-
uè citatus,vt per se,vel procuratorem com-
pareat,& ita subintelligitur,Bal.auth.& qui
iurat,nu.2.de bonis auct.iud.possid. nisi do-
minus melius sciret veritatem,quàm procu-
rator,vel non sit ita rixosus,l.fin.cû ibi nota.
C. de procurat. quia tunc negocium per se
melius perficeret. l.mandati, ff.de neg.gest.
& potest comparere per procuratorem, sed
non cogitur in grauibus.Spec.tit.de côpari.
in termino,post princ. Aff.c.in generali,nu.
2.si de feu.fuerit contron.inter dom.& agn.
[Si Criminalis Sit Accusatio]appel-
latur accusatio, & non actio, quando habet
speciem accusationis. Abb.c.ex parte,post
num.7.de testib.nec procurator admittitur.
c.veniens, de procur. sed debet personaliter
comparere. Affl.hic 9.not. [Vel Per Se,
Vel Per Alium, Si Ciuilis Quæstio
Moueatur Citatus Debet In Curia
Comparere] & sic citatus ad diem,potest
comparere vsq; ad mediâ noctem, Bal.rub.
post nu.7.de off.deleg. Si iurauit soluere die
Dominica, nô incidit in periurium si soluit
media nocte. in c.ego N. de iureiur.num.
potest venire vsque ad extremitatê termini,
in c.cum dilecti.post nu.13.de rest.spol. Et si
dicitur, quòd compareat,potest constituere
12 procuratorem, secus si dicitur, quod perso-
naliter compareat. Abb.c.pen.2.not.de iu-
ram.calum. in dubio intelligitur quod legi-
timè compareat. Bald.l.quoties,§.repet.in
princ.qui satisd.cog. ipse, vel alius pro eo,
idem Bal.l.fin.nu.1.C. de procurat.& sic tri-
plex citandi forma. Bald.c.pen.de maior.&
obed. adeo quod non datur terminus ad in-
struendum. Abb.c.coram,3.not.de restit.in
integ.cum procurator debeat esse instructus
ad causam tractandam. Ant.de Butr.c.ve-
niens post nu.1.de renunc.alias non legiti-
mè comparens,non debet audiri. Bal.l.san-
cimus,nu.8.in fi.de iudicijs. Et si est minor,
debet citari legitimè,quod compareat cum
tutore, vel curatore: formam citationis re-
missiuè ponit Baldus l.3. C.si propter publ.
pensi.vend.fuerit celeb.& l.1. C.qui pet.tut.
vel cur. Nec dicitur venire,sed habetur pro
absente,si non facit id ad quod venit,vel fuit
citatus.Bald.c.causam quæ,post nu.1.de re-
scriptis.& qui tenetur respondere,debet le-
gitimè respondere. c.ex locori, post num.3.
eod.tit.& compareat ea hora diei,qua pos-
sit illum actum expedire. in c.2.nu.2.de te-
stibus cogen. [Citatio Fiat Vna Pro
13 Omnibus] licèt numerus citationum fue-
rit introductus de benignitate, Bald.l.tres
denunciationes,nu.3.circa med. quomodo,
& quando iudex. [Quae Peremptorium
Contineat]quod est duplex:verum quan-
do exprimitur;fictum quando est trina cita-
tio, & sic dicitur, quia disceptationem,ter-
giuersationem, & moram aduersarij peri-
mit, Bald.d.l.tres denunciationes, in princ.
& post num.5. sed non debet esse nimis bre-
ue: & dicitur breue arbitrio iudicis, consi-
derata qualitate causæ, & locorum distan-
tia,vel attenditur consuetudo fori, alias ap-
pellatur. Abb.c.1.num.5.7.& 16.de dilatio.
Et in criminalibus vna non sufficeret pro
peremptorio, quia vbi maius periculum,
cautius est agendum.Bald.c.ex literis,nu.6.
in fine, sed debet seruari forma statuti, post
num.27. de constit. Tria tamen sunt in qui-
bus requiritur peremptorium,in c.cûsuluit,
nu.1. circa fin, de off.deleg. & in vno possit
tres dilationes côtinere,cum totum perem-
ptorium consistat in vltimo mandato.Bald.
c.1.post nu.3.& 4. de dilatio. & propter di-
stantiam viarum etiam in causis grauissimis
potest in vna citatione mitti peremptoriû,
14 in c.fin.nu.3.de rest.spoliat. In regno, quia
causæ sunt summariæ, sufficit vna citatio,
licèt non sit peremptoria. Arnon.c.58.suæ
practicæ iudiciariæ, alias vnica, & perem-
ptoria confunderet omnes tres terminos, &
faceret eos pro vno duntaxat censeri. idem
Arno.c.15.eiusdem practicæ. Ita si citetur
persona potens, vel si est præsens, & mone-
tur per iudicem,quia monêdo potest citare.
Bal.l.2.nu.15.de noua.except. vel par citat
parem,puta vnus arbiter alium, tunc etiam
sufficit vna, licèt non dicatur peremptoriè.
Arno. in soliloquio 94.& epitomate 43.&
68. problemate, vltra quod possunt dare li-
centiam expediendi processum, ipsis non ci-
tatis. Baldus l.2. nu.13.de noua.except. hic
debet apponi peremptoriè. Gram.hic nu.2.
[Et Terminum Triginta Dierum Ad
Plus A Die Citationis Receptae.]
intellige vltra diem illam, Bald.l.si ex duo-
15 bus,in princ.ff.de duobus reis,quia litera à.
exclusionem,& separationem denotat, Bart.
de Cap.hic 2.add. licèt dies illa quandoque
computetur in termino,quâdoq; non, secun-
dum formâ citationis.Bal.l.2.nu.14.de nou.
excep.Iure antiquo dabâtur tres dies in qua-
libet citatione in causa criminali,& decê in
causa ciuili.Bal.d.l.tres denûciationes,nu.2.
cir.fin. Dies autem est complexiuæ multarû
hora-

horarum. Bal. c. quoniam contra, post nu. 14. de probat. [CONTINVE] fine temporis interuallo. Abb. c. 3. nu. 4. de rescrip. [NVMERANDORVM IN QVACVNQVE PARTE REGNI CITANDVS MANERE] habitare, seu degere. Iser. hic col. 2. post princ. [DICATVR] seu allegetur. inf. in cõst. vniuersos. [PLERVNQVE] ex iusta causa. l. non solum, §. 1. de alien. iud. mut. cau. facti. [ETIAM BREVIVS SPATIVM INDICETVR] significetur. gl. l. 3. de his, qui
16 ad eccl. confug. nam terminus legalis potest arctari, quando generat præiudicium in alio processu. Bal. l. si quis libertatem, 1. rep. post nu. 2. ff. de pet. hæred. [EX QVALITATE TEMPORVM, ET PROXIMITATE LOCORVM] quia induciæ inter vnã, & aliam sunt arbitrariæ. Spec. tit. de citatio. §. 2. [VEL CAVSA SIT VRGENS] c. 2. in fi. de obser. ieiunij. i. magna. Abb. c. ex parte, cir. fin. de off. ord. nã citato dantur induciæ secundum distantiã loci, vt si distet per centum miliaria, habet quinque dies vltra primã, & aliam diem plus, in qua debet comparere, sed prudentius est statuere terminũ latiorẽ. Bal. auth. & qui iurat, nu. 1. de bon. auct. iud. possid. [PROPTER QVAM] alibi propter quod. i. quia. gl. l. si reus, in ver. oportet, ff. de procurat. & significat causam proximam, quandoque remotam, aliquando vtranque. Bal. c. quia propter, nu. 18. de elect. [TAM LONGVM TEMPVS CONCEDI NON
17 POSSIT] intantum, quod si præfixa est certa dies pro termino, non valet cõparitio ante terminum, sicut interpellatio ante diẽ. Bald. l. cum filiusfamilias, §. fin. de verb. oblig. [SI VERO EXTRA REGNVM IS QVI CITANDVS EST DEGAT] non absentia affectata, vt inf. [SEXAGINTA DIERVM SPATIVM CITATIO CONTINERE DEBEBIT] licet qualibet citatio rei habeat decem dies, & possunt augeri, & minui, secundum Inn. secus si est statutus pro forma. Bal. d. l. consentaneum, nu. 12. & 13. quom. & quan. iud. Et in terminis huius const. vna expeditur citatio, & nõ tres, sicut in feudis, & citatur extraneus, qui cõtraxit, vel deliquit in regno, assignatur dilatio se-
18 cundum locorum distãtiam, sed iudex regni non citabit extra regnum, sed mittet literas deprecatorias, vel hortatoriales iudici illius prouinciæ vbi degit citandus, vt illum citet, & hoc in citatione verbali: realis per capturam non arctat citatũ extra territorium, & nuncius si retulit citasse extra territorium, & non citauit, an possit puniri extra, sicut intus. Bal. l. nullum, in fi. C. de testi. Et habẽs domicilium in regno, si citatur domi an valeat si est absens absentia affectata, nec gaudet dilatione hic concessa si exijt extra regnum, & statim reuertitur. Iser. & Affl. latè c. 3. nu. 15. vsque ad 21. de contro. inter vass. & alium, & hic q. 1. post 12. not. [IN TERMI-
19 NO AVTEM PEREMPTORIO] quod sic dicitur, quia perimit quid sit, quomodo, & quando interponitur, & nomina cuiusq; citationis. Spec. tit. præd. de citatio. §. 3. in princ. & cir. fin. cum add. & l. cum ad peremptorium, vbi Bal. 1. & 2. rep. ff. de iudic. nec sufficit dicere vnã pro omnibus, sed peremptoriè. Bal. d. l. consentaneum, 3. not. post peremptoriũ nemo auditur: fallit in ecclesia propter celeritatem purgationis moræ, & si aduersarij nõ interest. Bal. c. coram, de in integ. rest. Iure canonico vt clericus amittat priuilegiũ, debet tertio moneri, & quare vltima dicatur canonica. in c. fin. num. 1. 6. 8. & 9. de vita, & hon. cler. [CITATVS COMPARERE TENEBITVR] alias non comparens etiam in primo termino coudẽnabitur in expensis. Abb. c. 2. nu. 8. de procur. Vltra quod non potest dici contrauentum, nec peti pœna. Bal. l. quãuis, 1. rep. post med. de in ius voc. [PER SE, VEL ALIVM] & sic citatus non excusatur à contumacia si nõ comparet in termino ipse, vel aliquis pro eo allegãdo iustas causas absentiæ, etiam quod præstet cautionẽ de se præsentando, nec absentiæ excusatio admittitur in criminalibus si fuit visus tempore delicti. in c. regni, post commissum, vbi Io. Ant. de Nig. alias, qui alium defendit, eodẽ iure vti debet. Bal. l. 2. nu. 7. cir. med. de fru. & lit. expen. [SI CIVILIS EST QVAESTIO] veniat, vel mittat. Bald. auth. sed cũ testator, nu. 14. in fi. ad leg. Falc. In publicis autem iudicijs debent etiã potentiores personaliter adesse. l. tunc conuenit, C. de accusat. [LEGITIME]
20 c. peruenit, & c. per tuas, qui filij sint leg. secũdum legalem scientiam, in proœ. ff. in ver. legitimè. legibus qualificatam. Abb. c. dilectus, nu. 2. de sponsal. secundum ordinẽ iuris. c. consanguinei, vbi gl. de sent. & re iud. inde probationes legitimæ. c. 2. de probat. [IN PRINCIPALI CAVSA] siue actor sit, siue reus. Bal. l. 1. 2. rep. ff. de procur. [DEFENDENDI] expensis domini, sicut patronus, & tutor, expensis ecclesiæ, vel minoris. Abb. c. pen. in gl. 1. de pœnis. [AVT PRO IPSO EXEQVVTIO LEGITIME] est verbũ captiosum. Bal. c. fin. col. 1. in fi. de dilatio. legitimo pacto. l. fin. in ver. legitime, de Episc. & cler. [ALLEGATA] factum, & ius proponendo. Luc. l. cũ allegatis, in princ. de re mil. Quid si comparuit legitima hora ad excusandũ, sed iudex noluit interesse, vel si non comparuisset, & si comparuisset, copiam iudicis nequisset habere, non currit terminus. Baldus cap. si autem aliquis, post nu. 2. de rescriptis. [PROBARI] qua probata adiuuetur. glo. fin. l. ad probationem, la prima, C. de probat. de qua excusatione videbimus cum const. seq. in fine.

[PROPTER QVAM IN TERMINO PRAEDICTO SIBI DATO] .i. præfixo. Bald.l.si vnus, §.quod in specie,cir.princ.ff.de pactis. alibi exponitur soluto. l.creditor, in ver.data, de solut. [NON POTVERIT] propter inimicos, paupertatem, vel tempestatem: & an stetur eius dicto. Bal.l.2.in 2.rep.col.2.si quis cautio. [VEL NON DEBVERIT IN CVRIA PRAESENTARI] cũ non sit legitimè facta,& proinde habetur ac si non fuisset facta.Bald.l.1.in gl. triplex argumentum, ne quis eum qui in ius voc.est vi exim.& l.properandum,§.& si quidem,post nu.12.de iudic.vel quia non arctat cõstitutum extra imperium. Abb.c.fin. nu.6.cir.fin.de foro comp. & tunc an perpetuet iurisdictionem,distingue vt per Baldum l.pen.iu fi. ne de statu defunct.

21 Videtur, ꝙ terminus dandus sit arbitrio actoris,& si arbitrium non est æquum,iudex reducit ad æquũ,& moderatur.Bal.l.de die, 1.rep.nu.2.& 3.qui satisd.cog.quia nõ refert quomodo fiat,dummodo efficaciter fiat. idẽ Bal.l.Senatoris,1.rep.de Senato. Etiam,quia citatus præsumitur comparuisse, non citatus,nec monitus,non præsumitur ad hoc venisse.Bald.præd.l.1.nu.7.de sent.& interloq. omn.iudic.

Nisi diceres,ꝙ est in arbitrio actoris,cum in regno teneatur ipse accusare primam, & secundam contumaciã, alias per mensem in ciuitate,& extra ciuitatem per duos menses citatio circumduceretur,Affl.hic 8.q.nu.20. & Gram.in ritu Mag.Cur.44.ibi adde.& tũc habetur ac si nõ fuisset facta,adeo quod nec inducit litis pendentiam. Affl.sup.in rub.de extra.& præpa.iud. nu.3. alias sufficit diligentia ex parte citantis,licèt in citato nulla reperiatur culpa.Bal.c.si verò,nu.4.vt lite non contest.Et sententia etiam Principis

22 ex defectu citationis est nulla. Abb.c.venerabilem,post nu.5.de elect. cum etiam Papa in sententia teneatur seruare ordinem iuris. Abb.c.in causis,2.not.de sent.& re iudic. & ordo omissus vitiat. Bald.l.si duas,de excus. tuto. intellige de potestate ordinaria, secus absoluta.Abb.c.accusatum,1.not.de simon. Isto modo in processu Principis non requirit citatio,dummodo subsit iusta causa.Bal.l.2. in princ.quom.& quan.iud.vel ordo accipit tribus modis. Abb.c.ad nostram,lo secundo, ante nu.1. de iureiur. videlicet si ordo iudiciorũ peruertitur,non valet processus,secus si ordo actionũ.Bal.in add.vlt.post princ.ad Spec.tit.de petit.& posi. Isto modo ordo nõ est præposterandus. Bal.l.diximus,de excus. tut. sed licet processus sit nullus, valet confessio partis.Bald.l.cũ mulier,post nu.6. sol. mat. & exceptio libelli male cõcepti potest qñcunq; opponi. Bal.l.licèt,nu.7.C.de proc.

23 Nota edictum quid,& quale fuerit,& eius loco hodie quid sit,& pœna illud corrũpentis. Spec.tit.de dolo,& contu. §.2.in princ. Et differunt citatio,& edictũ,nam quando certũ est de persona,vel collegio cui notificandum est particulariter,& nominatim,nõ sub proclamite debet requiri. Bal.l.2.de indictio. nec debet fieri per edictum,sed personaliter, idẽ in citatione quãdo nescitur quis sit citãdus. Abb.c.1.post nu.9.de postul.prel. vel citatur nominatim,quãdo sunt certi,per edictũ generale,quando sunt incerti.Bal.l.2. post nu.5.C.comm.diuid.Si actor est certus, personam certam declarare debet: si non est certus,sufficit proclama.Bald.l.2.nu.6.C.de testam. Idem si certus se absentauit, & non reperitur,vel nescitur vbi sit,citatur per edictum, vel preconis tubam, licèt illa paucis innotescat. idẽ Bal.l.2.nu.3.in princ. & vs. in fi.de anna.excep.quia sufficit facere quod fieri potest. Bal.præd.l.si quando,num.11.de testi.vnde si agitur de præiudicio singulorũ, citatio debet esse singularis cũ expressione citandorum: si de præiudicio vniuersorum, debet esse vniuersalis sine alia expressione a si collegium,debet esse collegialis.Item singularis citatio est occultãda, vniuersalis publicanda.Bal.auth.sed cum testator,nu.5.ad

24 leg.Falc. & fit per preconem, Spec.d.tit.de citatio.§.4.post num.4.iudicem actuariuni, partem, & alios. Arno. 14.cap. suæ pract. Dubius de iurisdictione non potest citare. Bal.c.pastoralis,nu.7.cir.fin.& 8.de rescrip. Quandoque non est necessaria vbi non habet aduersariũ.Bal.l.fin.nu.10.in fi.C.de re iud. vel si est præsens,quia nõ citatur quo ad illũ actum. in auth.si omnes,nu.2.si minor se ab

25 hæred.absti.propriè est illa,quæ emanat à iudice per decretum de citando, factum verò nuncij est exequutio.Abb.c.bonæ memoriæ, lo secondo,nu.7.in fi.de elect. isto modo per exequutores missos ad domũ rei fit citatio. gl.l.& post,in ver.debet,ff.de iudic. cuius finis est comparitio. Bal.l.nec quidquã,§.vbi decretum, col.3.in fi.de off.proconf.& lega. ideo præsens non citatur,& statim quod citatus comparet,citatio est consumpta. Bal. d.l.consentaneum, nu.36. cir.med. quom.& quan.iud. Debet litigator cõparere coram iudice,nõ iudex coram litigatore. idem Bal. l.iubemus,§.fin.de Episc.& cler.etiam quod habeat declinatoriã fori,nisi laicus citet clericum.Bal.l.si quis ex aliena,1.rep.ff.de iud. & citãs clericũ ignorans clericatum, an teneatur comparere: & si bannitur, an possit occidi. Bal.l.2.1,rep.post nu.7.si quis in ius voc.nõ ierit. Ita si fit extra territorium,non arctat citatum,quia non potest capi,Affl.de

26 contro.inter vass.& aliũ,nu.17. Vnde iudex regni

regni nō potest citare Romanum Romæ, sed debet requirere iudicem Romanū vt citet. Gram. hic nu. 4. nisi ex cōsuetudine. Bal. rub. extra de cōsuetudine, nu. 13. c. 1. nu. 1. cir. fin. de test. eog. Prælatus verò potest citare clericum suū vbicunque existentem, vt ecclesiā reuertatur. in c. si verò, nu. 2. cir. med. vt lite non contest. Et citatio ipsius, qui non est in territorio citantis, an possit fieri per edictū, vel nunciū: & quid in exequutione, Bal. l. dum virum, de decur. Quando autē arctat citatum vt teneatur cōparere: & quando valet processus contra non comparentē. Abb. c. 2. nu. 16. de dilatio. Et si citatur ad certam diem, & non venit actor, nec iudex, nō tenetur reus ad expensas. Spec. tit. de expensis, §. 3. nu. 15. & si altera pars non venit die statuta ad sententiā, non pronunciabit illa die, quia tota cedit citato, sed sequēti. idē Spec. tit. de sent. §. 8. num. 29. & citantur omnes, si actus indiuisibilis tangit omnes. Bal. l. cū ex causa, de verb. oblig. etiā si quæstio est iuris. Abb. c. sæpè contingit, nu. 7. de appell. Et fit trina monitio, seu vna pro omnibus. Baldus l. itē nulla, 4. not. de Episc. & cler. Et si vna fuit facta per prædecessorem, connumeratur in numero trium faciendarū per successorē. l. edictum, vbi Bal. ff. de iudic. Verùm cōmissarius nouus debet iterum citare partē absentem, & contumacē, stante citatione prius facta ad omnes actus. Minad. decis. 28. Quando autem est de longinquo, valet citatio ad

27 totam causam. Abb. c. cum olim, lo secondo, post nu. 12. de priuil. est generalis, & intelligitur vt veniat ad singulos actus, vnde sine alia citatione possunt produci capitula, testes examinati, & procedi ad omnia vsque ad sentētiam exclusiuè. Bal. auth. qui semel, nu. 29. quom. & quan. iudex. vel iudex potest cōpellere reum vt eligat sibi locum in ciuitate, vbi possit ad singulos actus citari, cum durum sit semper mittere ad villā: vel fiat ad totā causam, cum nō possit de facili iterari, tūc citatus debet cōparere instructus. Abb. c. fin. nu. 3. 6. 10. & 11. cir. fin. de dilat. & cum prima citatio est exequuta, nō debet ad idē citari vlterius. Bal. c. in omni, nu. 3. de testib. Ita fideiussor propter distantiā loci habet dilationem tacitam ex persona sua, & rei. Bal. l. si testamento, §. fin. in princ. de fideiusso. Et monitio quæ fit per iudicem præsenti, habet vim trinæ citationis, & sufficit, vbi alias requireretur peremptoriū. Abb. c. 1. post nu. 5. de mutuis petit. & c. quoniam, 1. not. de off.

28 deleg. E contra est contumax, qui tribus edictis propositis, vel vno pro omnibus sui præsentiam facere contēdit. l. contumacia, ff. de re iud. vel est verus contumax secundū quid, sed nō simpliciter. Bal. c. 1. post nu. 5. de cōst.

Iusta autem causa non comparendi est infirmitas, si impedit accessum. Abb. c. 2. 1. not. de procur. vel si citatio est prima facie iniusta. Abb. c. prudentiam, nu. 18. de off. deleg. debet exprimere locū in quo citatus debet venire. Bal. l. 2. 5. not. de decur. & debet venire principalis, si causa est criminalis, & tutor, vel curator auctorare, si est minor. Bald. l. 3. nu. 26. C. de accus. & debet citari, nam non citatis nō potest iudex præiudicare etiā si velit. idem Bal. l. si eo tempore, col. 2. post princ. de remi. pig. & l. 2. post nu. 14. C. vbi in rem act. Nec valet processus contra inauditum, & non citatū. l. 2. si per vim, vel alio modo. Idem in interloquutoria, quia nō semper est verum quod non sit pars citanda. Bal. c. si qui testiū, nu. 9. de testib. & sine citatione nō potest iudex aliquid facere vbi citatio requiritur. Bal. c. 2. nu. 4. de dilatio. Et quod hic dicitur, procedit etiā in Iudæis. l. Iudæi, de Iu-

29 dæis, quia citatio est de iure gentium, & diuino. Affl. sup. const. Magistri Camerarij, nu. 12. post med. vel prima est de iure naturali, aliæ de iure ciuili introductæ. Bal. c. cum sit Romana, post nu. 7. de appell. Regulariter est principium omnis actus iudiciarij. add. vlt. cir. med. ad Spec. tit. de pet. & poss. §. 2. principium, & fundamentū omnis iudicij. Abb. c. fin. nu. 20. post med. de ferijs, c. extirpādæ, §. qui verò, 2. rep. post nu. 25. de præb. In prima instātia est præludium iudicij, vt in rub. tit. præced. est de processu, & in causa appellationis idē operatur quod litis contestatio. Bal. add. 2. col. 4. cir. med. ad Spec. tit. de appell. in fi. non requiritur tamen in notorijs, vel vbi pars esset præsens in iudicio, sed iudex sedens pro tribunali admoneret. Abbas c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, 1. rep. post nu. 8. de const. nam tunc posset cogi ad respondendum absq; alia citatione. Arno. d. c. 12. suæ pract.

30 Citatio autē nuncij nō est iurisdictionis, sed est quoddā factum, quod vbique fieri potest. Bal. add. ad Spec. tit. de comp. iud. adit. post princ. Et citat vnus officialis in terra alterius, si Imperator hoc permittit, vel Papa in terris ecclesiæ. Bal. vbi sup. add. vlt. cir. med. Et Rex huius Regni an possit citare subditū suum degentē extra regnū. Gram. hic nu. 3. vel extra territorium, mittēdo nuncium, vel epistolam. Bal. l. fin. 1. rep. q. 5. de iurisd. omn. iud. Bal. c. cū olim, nu. 2. in fi. de rest. spoliat. Cum cedula nuncius dicatur. Bal. l. 1. 3. rep. cir. princ. ff. de procur. In regno nullus præsumit citare regnicolam sine licētia Regis, si ille iudex est alterius iurisdictionis, quàm Regiæ. Affl. d. tit. de contr. inter vass. & aliū, nu. 15. cir. fin. & tunc quia citatio pendet à superiore, inferior non potest nisi requirere pro ijs ad quæ tenet ex officio, Ant. de Butr.

c. 1.

c. 1. in 1. not. de suppl. negl. prael. An autem
31 possit committi parti, quod citet. in l. 2. in 2. rep. Bal. ante nu. 1. ff. de ferijs. & potest iudex constituere nuncium etiam consanguineum citandi. Abb. c. perlatū, 2. not. qui fil. sint leg. & de cōmissione an ei credatur. idem Abb. c. cum sit Romana, nu. 24. & 25. de appellat. Spec. d. tit. de citatione, §. 4. num. 2. vbi Bal. add. vlt. col. 2. cir. med. Isern. hic dicit, q̄ Sa-
32 cramentum est religio, & ponitur totum pro parte, sicut pars pro toto. Arch. c. non in nobis, de consecr. dist. 4. ex parte totum significatur. D. Aug. 1. de anima, & eius orig. c. 17.
33 cir. fin. & 2. eiusdem c. 14. continens pro contēto. Abb. c. 3. post princ. de renunc. Bal. l. sed & si, §. 1. cir. princ. & 2. rep. cir. fin. ff. de iud. in auth. si qua mulier, in princ. ad Velleian. multa gl. mag. l. certo generi, de seruit. rust. praed. not. c. ea quae, de off. Archid. gl. 1. in c. 1. de paro. & alie. paroch. not. in c. 1. de rest. in integr. in vj. gl. 1. in l. solet, ff. de off. procons. l. iurisgentium, §. quod fere, ff. de pact. vestis, & habitus pro homine. Bal. l. ij sdē, C. de aduoc. diuer. iudic. qui possidet continens, possidet contentum. in l. de his, post princ. C. de furtis. contentum pro continente. idem Bal. l. si de vi, 2. rep. col. 2. post med. ff. de iudicijs. gl. d. l. iurisgentium, §. quod fere. vnde dicendo chirographum, intelliguntur vires, & cōcorditates, quae ex eo nascuntur. Luc. l. vni. col. fin. cir. princ. de reis postul. & sic ponitur continens pro cōtento. Bal. l. pen. ff. de pign. & causa pro effectu. Arch. c. fin. 26. q. 2. Bal.
34 cōs. 501. cir. fin. 5. vol. adeo quod per generationes accipiūtur homines generati. D. Th. ad Eph. 3. in princ. col. 3. & priuilegiū continet priuilegiatum. Luc. l. maximarum, post princ. de excus. mun. simplex pro composito. Isern. quemad. feu. ad fil. perti. cir. med. tempus pro tempore. Luc. l. eos, col. 6. cir. med. de his, qui spon. munc. subc. & totū exponitur per partem, & est figura sinedoche. Isto
35 modo mercator habens camerā conductam in platea, si legat cameram, intelligitur de camera pannorū, non de ea quam conduxit. Bal. d. l. certo generi, de ser. rust. praed. expresso effectu pariter & ipsum efficiens censetur
36 expressū. & ponitur effectus pro causa. Luc. in rub. publ. laet. vel confu. & si de medio tollit, est sincopa figura. Abb. c. dolentes, circa med. de celeb. Miss. ita signum pro resignata, & simbolum pro repraesentato.

De asignatione literarum citatorialium.

SVMMARIVM.

1 *Literas citatoriales expeditas ad instātiam partis iudex consignat nuncio.*

2 *Iudex citat per alium tanquam per organum.*

1 
Qvia expeditis literis citatorialibus instāte parte. Abb. c. licèt, nu. 16. de probat. c. ad nostrā, lo primo, num. 10. de iureiur. is qui expedit, Iusticiarius videlicet, vel Baiulus assignat. i. tradit. Zab. clem. quoniam, in ver. sed & talis, nu. 2. de vita, & honest. cler.
2 nuncio pro illis notificandis, quem dum mittit, ipse dicitur explicare per alium tāquam per organum. Bal. l. diem proferre, 1. rep. in princ. ff. de arbitris. de ista explicatione, & quomodo fieri debeat assignatis literis citatorialibus, videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 *Lis non incipit sine iussu iudicis, qui mandat citari.*
2 *Citatio est duplex, & quid continet.*
3 *Cōmissio, & citatio sunt actus diuersi.*
4 *Citatus non tenetur comparere, nisi in citatorio insint libellus, & delegatio.*
5 *Citationis actus duplex, & quare fit.*
6 *Citatus non praesumitur nisi praesens, seu appareat ex actis, vel sentētia.*
7 *Citandus quomodo citari debeat.*
8 *Nuncij fides augetur ex connexitate officij, & quia organum iudicis.*
9 *Nuncij relationi vt stetur in regno, qualis esse debet.*
10 *Aditus ad aliquem multis modis impeditur.*
11 *Domus propria habitationis in qua quis citari debet, quae sit.*
12 *Citatio quae fit domi, quomodo debet fieri, & quid nuncius referet, num. 14.*
13 *Habitat nemo sine aliquali familia.*
15 *Nuncius in ciuilibus non ingreditur domum inuito citato, secus in criminalibus.*
16 *Citatio denunciatio dicitur, & quando dicatur citatus domi.*
17 *Nuncio creditur quid olim, & nunc.*
18 *Casus pro casu ponitur, & est figura antisofis.*
19 *Exequutor gratiam exequitur sine libello, mortuo etiam concedente.*

20 Ca-

20 *Cauendum est de futuris, & pro praesentibus soluendũ, quod solui debet.*
21 *Procurator petit restitutionem à Principe aduersus delictum.*
22 *Absentia, & infirmitas quando possunt, vel nõ aduersus contumaciã.*
23 *Citatus debet comparere, & non iudicem contendere.*
24 *Citationis requisita vt valeant.*
25 *Domicilium vbi quis habere dicitur, & quid in dubio.*
26 *Citationis forma data à iure, seruari debet.*
27 *Nuncio quid, & qualiter censeatur commissum.*
28 *Citationis defectus multa operatur.*
29 *Citatio prima potest incipere à procuratore, & cum eo prosequi.*
30 *Procuratorem mittere debet qui non potest venire.*
31 *Litigare per procuratorem volentes possunt.*
32 *Procuratorem potest minor costituere.*
33 *Procurator qualis esse debet, & si non est sufficiens, est ac si non esset constitutus.*
34 *Casus fortuitus in persona procuratoris, non nocet domino.*
35 *Defensor defendere potest cum mandato, & sine.*
36 *Coniuncti, & amici vocãdi sunt quando proceditur contra absentem indefensum.*
37 *Citatio prima fit sine discussione, sed non sine causae propositione.*
38 *Citatio fit quãdo exequitur nuncius, non quando iudex committit.*
39 *Citatur etiam periurus, quando scitur vbi sit.*
40 *Scire qui non vult, habetur pro sciente, & qui subterfugit ne sibi protestetur, habetur ac si esset protestatus.*
41 *Iudicium an possit incipere à citatione domi facta.*
42 *Citatum non fuisse, vel non audiuisse citationem dicenti non creditur.*
43 *Inducia dãtur sine causa cognitione.*
44 *Attendere debet qua via sit agẽdum, & qua lex sit intentanda.*
45 *Libello si additur, vel aliquid suppletur, debet pars citari.*
46 *Dominium censetur intẽtatum quod est prosequutum, & probatum.*
47 *Citatio non tenet si constat iudici absenti competere exceptionem.*
48 *Citantis intentio est fundata si apprehendit citatum in eius territorio.*
49 *Verbum non valet, inducit nullitatem actus.*



1 [C]ITATIONIS] litis initiũ non datur nisi iussu iudicis. Bald.l.his solis, nu.4. C.de reuoc.don. vnde iudex mãdat aliquem citari per nuncium, vel epistolam. Spec. tit. de iud.deleg. §.2. post nu.6.& 7. & sic iudicium incipit ab interloquutoria, i. à citatione, Bal. c.nosti. nu.3.circa med. de el. & el. pot. quae est vocatio in ius. in c.quoniam contra, nu.44.de probat. & ostium iudicij. c.vt debitus, nu.13. in fi. de appell.
2 Est duplex, iuris, & hominis, Bald. l.properandum, §.sin autem reus, nu.5. in fi. de iudicijs. l.sancimus, nu.10.circa med. cotit. illa hominis quomodo fit, ponit Spec. vbi supra, & continet tria, principium, quod residet in iudice, & est cõmissio; medium est nudum ministerium exequutoris; tertium est finis comparitionis. Bal.l.omnes, §.verum, post nu.3.de Episc.& cler. in c.quoniã contra, nu.63.cir.med.de probat. vel comissionem, intimationem, & relationem, in l.fin. nu.3. C.de ferijs. Vel habet quatuor actus, primus est cõmissionis, secundus est exequutio cõmissionis, tertius comparitionis, vltimus est actus, processus, & sententiae. idem Bal.l.si feriatis, 1.rep.nu.3.cir.med.ff.de ferijs, l.3.post num.4. C.in quib.cau.in integ. rest.nõ est necess.
3 commissio enim, & citatio sunt actus diuersi. Bal.l.diem proferre, §.1. rep.1. in fi. princ. ff.de arbit. sicut citare, & intimare. in d.c.quoniam contra, post nu.16. nam cõmissio est iurisdictionis, exequutio non. Bal.l.nã ita diuus, post nu.14.de adopt. In citatione debet dici dies, & locus. Bal.c. olim ex literis, nu.5.de rescr. & inseri copia libelli. Bal.auth.offeratur, nu.10.de litis contest. vel rescripti ad euitandũ terminum, ad deliberandũ super contentis in libello. Abb. c.3.13.not.de dilat.c.pastoralis, nu.25.de exceptio. Vnde citatus non tenetur cõparere, si citatur ad turpem causam, etiam quod nõ exprimatur, Bald.c.quod super.de maior.&
4 obed.& d.c.2.post nu.2.de dilat.nisi in citatorio mittatur tenor delegationis. Bald.l.2. 1.rep.

1.rep.nu.8.si quis in ius voc.nō ierit, in c.2.
num.2.circa fin.de dilat. Inde in literis præ-
fecti prætorio inseritur litera Imperatoris
l.vn.vbi Bal.de superiudi.nec tenetur crede-
re nūcio citanti, Spec. tit.de citat.§.4.nu.7.
sed cum citatorio non est necesse quod mit-
tat libellus. Bal.c.prudentiā,nu.2.cir.princ.
5 de offic.deleg. Actus enim citationis est du-
plex,vocatiuus,& intimatiuus.Bal.l.ea quę,
nu.5.cir.med.quom.& quan.iud. & sit quia
scientia difficiliter probatur,ideo tutius est
quod citetur, Spec. tit.de instrum.edit. §.4.
nu.28. cir. med. alias processus non valet si
citatio non reperitur in actis, vel de ea non
constat. Gram.const.præced.nu.6. in princ.
& licet teneat processus sine citatione,quan
do fit cū præsente. Bal.l.1.in 1.rep.nu.2.& 3.
de in ius voc.quia præsens non est citandus.
Bal.§.ham ita diuus,nu.3.de adopt.& quoti-
die videmus practicari in causis criminali-
bus. idem Bal.d.l.diem,§.si quis litigatorū,
6 in fi.ff.de arbit. tamen quia non præsumitur
quod pars fuerit præsens, vel citata,nisi ap-
pareat ex actis, vel asseratur in sententia.
Abb.c.tenor,nu.10.de sent.& re iudic. Et in
6 nam omnibus officialibus est concessum iurisdictionem suã pœnali iudicio defendere. l.vn.si quis ius dic.non obtemp. & imponebant mulctã secundum magnitudinem causæ, & personarũ. Affl.hic 3.not. [SIC ENIM ET IVDICIORVM VIGOR] rigor, vt comprehendat vigorẽ.Bal.c.super literis,post nu.4. de rescrip. Vnde mandatũ iudicis ignorantis nõ reuocatur propter rigorem iudiciorum. not.in c.audita,nu.1.in fi. de rest.spol. alibi iudicij vigor. l.cõmuni,§.inter,ff.com.diui.
7 Et cadit in iudicio vigor propter magistratus,qui debent esse vigorosi.i.firmi. Affl.hic 6.not.[AVGEBITVR]& nõ eliditur, vel debilitatur. Pau.de Cast.l.si vnus,§.pactus ne peteret,post nu.2.ff.de pactis. [ET PERSONARVM COMPETENS]idonea[DISCRETIO]differentia.gl.l.vt inter diuinum,in ver.competens, & seq.de sacrosan.eccl. [INDVCETVR] alias obedientia nihil prodesset humilibus si contẽptus contumacibus non obesset.c.1. de postul.præl.& dixi sup.in const.volumus.
8 [PLERVNQVE] quia nõ semper. gl.l.tutelas, in ver.plerunque, de cap.dimin. & assignat rationẽ cur recessit à pœna nouem vnciarum,

rum,& impoſuit tertiam mobilium. Gram. hic cir.princ. [ENIM] quippe. Nizol.in ver. etenim.[CONTINGEBAT ALIQVEM VILEM] vilis conditionis.inf.in conſt.proſequentes.
9 [ET PAVPEREM] qui non habet quinquagin ta in bonis.Spec.tit.de accuſ.num.24.& tit. de teſte,§.1.nu.61.in princ. etiam quod pau pertas non ſit de genere malorum. idem eo. tit.de teſt.§.1.nu.61. poſt med. Nec dicitur pauper,qui parentũ opibus poteſt adiuuari. Abb. c.1.in 1.not.de magiſtris. [IN PRAEDICTIS NOVEM VNCIIS CONDEMNARI, QVI NON TANTVM ALIQVANDO] ſed minus 50.aureis. Abb.c.cum cauſam,nu.15.de
10 teſti.[AVT AMPLIVS]quod ad modicum refertur. Spec.tit.de diſp.& alleg. aduoc. §.4. nu.9.[NON HABEAT] in dominio.l.habere, de verb.ſign.& habere dicitur id quo liberè poteſt vti, & frui prout vult. D.Th. 1.parte, q.38.art.1. & q.43.art.3. [IN QVO MVLTA PRAEDICTA]impropriè,cum ſit pœna. Affl. hic 5.not. [NEDVM FINES MODESTIAE] habito reſpectu ad facultates.c.uobis,de iu-
11 repat.[SED SEVERITATIS]quæ in pœna pecuniaria conſiſtit. Luc.l.placet, cir.med. de excut.mun. [ETIAM TERMINOS EXCEDE-
12 BAT] cum pœna contumaciæ ſit diuerſa à principali. Bal.l.ſi cũ exceptio.§.quatenus, 1.rep.poſt nu.5.quod met.cau.[CONTINGEBAT INTERDVM NOBILEM] c.ex parte B. & c.ex tranſmiſſa,de foro compet.c.accedens, lo 2. vt lite non conteſt.c.3,de dilatio.c.conſtitutis, lo 2.de teſti.c.cum inter, de except. c.per tuas, de donat.& c.1.de ſponſal. alibi egregium. Bal.l.2.§.fin.de excuſ.tut. [ALIQVEM, ET IN FACVLTATIBVS OPVLENTVM] eroſum,dominabilem,& potentẽ,nam cros, potẽs dicitur.gl.1.l.creditor,de ſolut. [POENAM IPSAM ELVDERE]c.intantum,de ſimonia,aliter elidere. Bal.l.ſi is,cir.fin.princ.de excuſ.tut. [DVM] poſtquã. Arch.c.quoties,
13 in princ.2 q.6. [NIHIL] quod differt à minus.Bald.l.fin.in ſi.princ.ſi cer.pet. [FERE] quod eſt temperamentũ philoſophicũ.l.obligationum fere.in gl.2.de act.& oblig. [DIMINVI DE PATRIMONIO]de bonis,nam pa
14 trimonij appellatione intelligitur qualibet res tẽporalis. Arch.c.fin.col.3.cir.fin.2.q.6. [PROVIDEBAT] opportuno tẽpore neceſsitatibus ſatisfacere.l.1.de agri.& cenſi.[SED QVOTA] tertia,vel quarta.Pau.de Caſt.cõſ. 412.in fi.& 464.poſt princ.vol.1. [DETRACTA MOBILIVM, ÆQVALEM PRO QVALITATIBVS PERSONARVM CONTVMACIBVS POENAM IMPONET] & ſic diuitibus non crit cluſoria, nec pauperibus onerosa. Affl.hic 7.not. licèt plura præſumatur habere diues in domo,quàm pauper. Bal.l.ſi quãdo,nu.1. in fi.vnde vi. & pœna imponitur,quæ magis timetur. c.3.in glo.2. in fi.de pœnis. Vltra
15 quod vt dicatur maior, vel minor, conſideratur qualitas,& cõditio accuſatoris. Spec. tit.de accuſatione, §.5. nu.4. [CIVILIBVS AVTEM CAVSIS CORAM BAIVLIS AGITANDIS CITATVS CONTVMAX] citari faciens aliquem, in termino non comparens, non auditur, niſi refectis expenſis. addit.ad Speculat.tit.de citatione. [PRO QVALIBET CONTVMACIA, ET PER QVEMLIBET MENSEM QVO IN IPSA DVRAVERIT] quia perſeuerãtia aggrauat.l.ſi diutino,ff.de pœnis. c.fin.de conſuet. [AVGVSTALEM VNVM] de quo ſup.in conſt.quicunque. [CVRIAE NOSTRAE PERSOLVAT] vel exſoluat. c.audiui-
16 mus,& c.ſicut,de ſimo. & ſic creſcente contumacia,creſcit pœna.not.c.3.& ſeq.in glo. fin.de cohab.cler.& mul. c.fin.de conſuet.& perſeuerantia augetur pœna contumaciæ. Affl.inf.conſt.pęnã, 1.not.de bann.& foriud. alibi ſi multiplicatur pœna propter multiplicationem cõtumaciæ,vna exigitur. Spec. tit.de cõtumacia,§.fin.nu.5.vbi Bal.in add. poſt med. Et ſententia lata ex contumacia, ad pęnam pecuniariam tranſit in hæredem. Bal.c.conſideramus, nu.5.de electione.
17 Videtur, ꝙ pœna pecuniaria plus puniatur nobilis,quàm ignobilis:corporali autem plus ignobilis. Abb.c.cũ quidam,poſt nu.1. de iureiu.& nihil prohibet diuites quantum ad aliquid eſſe melioris conditionis, quàm pauperes. D.Thom.3.par.de Sacram.q.102. alias 71.art.12.
18 Niſi diceres,ꝙ vindicta cauſam ſequitur, non diſcernens perſonam. D.Aug.lib.quæſt. ex vet.teſtam.col.33.poſt princ. Vltra quod quandoque difficilius ſoluitur aliquid minoris pretij,quã quod eſt maioris. Abb.c.vni, nu.11.in fi.de plus petit. Ita prælati quandoque clericos puniũt pœna pecuniaria:ſed
19 eſt valdè honeſtum,vt ceſſet ſuſpicio auaritiæ,quod talis pęna cõuertatur in pios vſus. Abb.c.quia plerique, nu.4. de immun.eccl. c.de cauſis,poſt nu.13.de off.deleg.Pęnæ verò iſtæ in foro conſcientiæ non ligant. Bald. l.data opera,num.58.in fi. de his,qui accuſ. non poſſunt.
20 Nota,ꝙ iudex poteſt mulctare contumacem,etiã altera parte non petente:nec parti datur actio reſpectu mulctæ imponendæ, ſed totũ expeditur officio iudicis,quod cõſiſtit in facto, & imploratur vbi deficit actio. Bal.c.ſanc,nu.6. de renunc. & de iure canonico excommunicatur. Abb.c.1.nu.7.& 10. de iudic. hic elapſo peremptorio,in quo citatus non comparuit,de æquitate habet triduum.Gram.ſup.conſt.edictorum,nu.13.cir. med. & accuſata contumacia,accuſatus, & relatus reputatur contumax,& cõdemnatur

ad

ad pœnam cōtentam in citatione. Spec.tit. de contumacia, §. sequitur videre, in fine, & Gram.hic in fi.& quæsita fisco per cōtrauentionem, nō potest in præiudicium illius conuentione partium remitti. idē Gram.d.cōst. edictorum, nu.20 & 21. Quæ autem dicatur
31 modica mulcta, & quis imponit, Spec.d.tit. de contum.§.fin.nu.1.in fi.cum add.ad eum, in ver.& exigit, nu.3. dicitur modica vsque ad sex solidos aureos, & vsque ad dictam summā possunt iudices inferiores arbitrari. Abb.c.de causis, nu.13.cir.med.de off.deleg. licèt faciliores sint homines ad promittendum pœnam magnam, quàm ad soluendum etiam modicam arram. Spec.tit.de sponsal.
32 §.2.post nu.4. tamen pœna etiam parua, dicitur pœna. Bal.l.non distinguemus, 1.& 2. rep.ff.de arbitr. & idem iuris est de numero maiore, & minore, quia numerus non est de ratione legis, Bal.l.2.in 2.repet.in princ.de his, qui not.infamia. & omnis diuisio potest reduci ad diuisionē legalem, in l.interdum, §.1.de hered.inst. diminutio, & augmentum non inducūt differentiā. idem Bal.l.3.nu.24. cir.med.C.de edēdo, sed differētia est vtrum maius, & minus differāt quantitate, an qualitate. Bal.præd.l.2.nu.5.in fi.C.de re iudic. Verùm idem est dicere, sub pœna, quod sub stipulatione pœnæ. Bal.ad Spec.in fi.de emp. & vend.circa medium, post tit.de euictio. Vltimo quis dicatur nobilis secundū Deum, & quis secūdum mūdum, & quomodo largè,
33 Abb.c.1.de purg.can. Diuitiæ autē non sunt reprobatæ, sed exaltant hominē, & in quibus consistit potentia, idem Abb.c.super eo, post nu.5.de testi. possunt bene, & male vti: multis exitio fuerunt honores complures pessimi possederunt regna, quorum exitus sæpe miserabiles cernuntur, splendida coniugia nonnunquā domos funditus euertunt. D.Th.
34 2.2.q.81.art.6. Probatur autem quantitas patrimonij per æstimum. Bald.l.fin.§.1 cir. fin.fi cert.pet. vicinos, vel excusionem bonorum.l.cum de lege. ff.de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Magistratui non obediens, est in dolo, & punitur.*
2 *Contumax dicitur tripliciter.*
3 *Conuentus vnde, & quis dicatur.*
4 *Lex noua, & ratio antiqua, actio antiqua, sed noua respectu formæ.*
5 *Regula quid, & vnde dicitur.*
6 *Exigere, multis modis dicitur.*
7 *Peculium potest esse penes vnum ex duplici iure.*
8 *Immissio in feudis an fiat ex primo decreto.*
9 *Fructus feudi capiuntur in causam iudicati si non est aliud.*
10 *Immissionem passus ex primo decreto, infra quantum tempus recuperat tenutam.*
11 *Nocere quis debet alteri quanto minus potest.*
12 *Primo decreto acquiritur custodia, quæ est loco cautionis.*
13 *Contumacia excusatur ex multis.*
14 *Procuratoris confessio, & contumacia nocet quoad primū decretum.*
15 *Reus ad quæ tenetur vt reuocetur primum decretum.*
16 *Contumacia in non iurando, potest purgari vsque ad sententiam.*
17 *Libellus contra non comparentem, cum replicationibus, & alijs.*
18 *Iudex propter contumaciam aufert tenutam bonorum.*
19 *Lex si procedit per viam regulæ, extenditur ad casus, quandoque emergentes.*



1 CONTVMACEM] dolo nō caret, qui magistratui non obedit. Spec. tit.de citat. §.3.nu.10.cir.fin. Obedientia enim habet in se humilitatem. Bal.c.1.nu.10.cir. fin. de postul.præl. & præcepto iudicis est parendum etiā elapso termino. in c.cum dilecti, nu.8.cir.med.de rest. spol. Vnde si iudicis auctoritas contenditur, nō tractatur de simplici interesse. Bal.l.prætor, §.interdictum, de no.oper.nunc. sed si citatus non cōparet, vltra quod postea denegatur audiētia, iurisdictio, & omnis iudiciorum copia clauditur, nisi reficiat damna, & expensas. idē Bal.l.sancimus, post num.1.de iudicijs, & auth.qui semel, num.18.quom.& quan.iud. mulctatur. Bald.præd.l.2.1.rep.in princ.si quis in ius voc.non ierit. & legibus subiectus damno pecuniario vapulatur. D. Aug.libro de vnitate Eccl. col.53, in princ. videlicet vltra cōdemnationem ad tertiam mobilium, vt constit.præced. Contumax in actione personali. c.fin. vt lite non contest. Patitur primū decretum, mittendo actorem in possessionē bonorum burgensaticorum, & in defectu, in bonis feudalibus, vt in tex. qui summ. vt per Affl.& dicit [CONTVMA-
2 CEM] qui trino edicto, vel vno pro omnibus perem-

peremptorio non venit, vel veniens, illicẽtiatus recessit. Spec. tit. de contumac. §. 1. in princ. siue præsens nō vult respondere: & sic dicitur tripliciter contumax. Bal. d. l. sancimus, post nu. 1. C. de iudic. cuius pertinacia augetur. Bal. c. fin. 4. not. vt lite non contest. [CIVILI] pro qua sic contenditur iudex sicut pro criminali. Isern. §. receptatoribus, nu. 33. de pace iura. firm. adeo quod propter expressam contumaciam in ciuilibus potest carcerari. Gram. hic num. 7. & banniri, non foriudicari. inf. in const. fin. huius 1. lib. nu. 1. in fi. & nu. 4. & const. grandis, nu. 9. nam non est maleficium, cum non in faciendo, sed in omittendo consistat. Bal. c. ex literis, nu. 15. in princ. de const. cū contumacia non sit nisi contemptus. in c. auditis, nu. 1. circa med. de procur. [ET PERSONALI ACTIONE] ad differentiam quādo conuenitur actione reali, vt inf. const. rei vēdicatione. [CONVENTVM]
3 à conueniendo dictū. Abb. c. 1. nu. 5. de testi. tam si corā iudice, vel arbitro conueniatur. l. 2. vbi Bal. C. de arbitris. [EX] præcedenti, vt hic in gl. [NOVA] nouissima, seu nouella [CONSTITVTIONE NOSTRA] à nobis edita. gl. 1. l. nouissima, iud. solui. §. quibus. 1. cōst. c. de nouo C. facien. l. vn de emend. C. Iusti.
4 & dicit nona, licet ratio antiqua. Abb. c. publicato, nu. 2. post med. de elect. c. 2. in fi. de præscript. c. fin. nu. 10. cir. med. & 15. in fi. de sent. & re indic. sicut actio antiqua respectu formæ oritur de nouo. Bal. l. per procuratorem, ff. de proc. [TERTIAM MOBILIVM PARTEM MVLCTATVM] non incontinenti, sed in ipsa mulcta infligenda citatū de nouo. Abb. c. veniens, nu. 10. de accus. [ANTIQVI IVRIS REGVLIS] .i. tabulis. l. sed addes, §. illud, in ver. regulis, ff. locati. vel solemnitatibus. in l. si certarum, in ver. regulam, ff. de mil. test. alibi canonibus. Abb. c. ego. N. nu. 3. in prin. de iureiur. aliter Bal. l. iura non in singulas,
5 ff. de legi. & dicitur regula, quasi regulariter sit vera. Abb. c. quoniam frequenter, 1. not. vt lite nō contest. alibi à rectitudine viuendi. idē Abb. rub. in princ. de regul. & trāseun. ad relig. [INHAERENTES] & sic cōfirmat pœnam tertiæ mobilium, & assignat rationem. Gram. const. præced. in princ. adeo quod videtur inesse. l. ideo, ff. de legi. [ANTE LITEM CONTESTATAM MISSIONEM IN BONIS] mobilibus, & stabilibus. Gram. cōst. præced. & omnibus, quæ petuntur. Bal. l. 3. nu. 9. C. de procur. [PRO MENSVRA DEBITI DECLARATI] litis expēsis, damnis, & interesse, quæ veniunt officio iudicis, hoc tam iure canonico, quàm ciuili olim fiebat immissio omnium bonorum. Bal. c. fin. nu. 1. 3. not. vt lite non cōtest. vbi etiam ista declaratio quomodo fit, nu. 3. cir. med. Ex primo decreto, præcedente iuramento secundum qualitatem personarum. Affl. hic 4. not. cir. med. [QVOD
6 AB IPSO EXIGITVR] petitur, nam exigere capitur pluribus modis. Io. And. c. 1. nu. 2. de iudic. in vj. [PATI CENSEMVS] ad malitiam superandā, quæ semper præsumitur in contumace. Bal. auth. iubemus, nu. 1. in fi. & nō habet iustam causam. in l. sancimus, nu. 3. C. de iud. Et isto modo proceditur contra contumacem ante litē contestatā, nam potest fieri immissio in rem petitā causa custodiæ. Abb. c. tuæ, 1. not. d. tit. vt lite nō contest. etiā non citato reo, quia ius cōmune, & pragmatica nō requirunt citationem in primo decreto. Gram. in prag. 3. sed ad illud peruenitur fine figura iudicij, vbi deficit reus, & sic pars iudicij. Bal. l. cū debitoris, 4. not. d. tit. de iud. sed vt cōuentus, qui possidet. Affl. hic nu. 4. tædio affectus, in gl. veniat responsurus, sed in quo erit istud tædiū, & si iudex timet scandalum, potest iubere immissionē passum recedere, & destinare vnū, qui fructus colligat. Abb. c. fin. §. fin. nu. 14. vsque ad 16. & 48. cir. med. d. tit. vt lite non contest. [SI TAMEN CONTVMAX HAEREDITARIARVM RERVM] burgensatiearum. Affl. hic 5. not. [ET FEV-
7 DALIVM POSSESSOR EXTITERIT] cū peculium possit esse penes vnum duplici iure. l. hinc quæritur, ff. de peculio. [IN POSSESSIONEM] .i. in custodiam. Affl. hic nu. 4. ea enim possidentur, quæ ipsa possessione non extinguntur. Bal. c. querelam, post nu. 14. de electio. [HAEREDITARIARVM PRIMITVS] sup. const. si quando. [DEINDE] in defectu
8 ipsarum [FEVDALIVM] qualiter autem fiat immissio in feudis, & hominibus peculiaribus Baronis, à quibus recipit seruitia, census, & affictus: & an possit fieri immissio in Regalibus, Marchia, vel Ducatu, Bal. auth. & qui iurat, nu. 20. 21. cir. fin. & 28. de bonis auct. iud. possid. nec contra Ecclesiā in feudis, quę habet à Rege. c. pen. nu. 15. post med. de rest. spol. [ACTOREM INDVCENDVM ESSE CENSEMVS] & sic immissio in possessionem est pœna. Bal. c. fin. 3. not. vt lite nō contest. per quā acquiritur pignus prætorium, vt ibi 5. not. sit tā in actione reali, quàm personali pro mensura debiti, & expensarum, & non statim, sed debet expectari. in c. pen. nu. 10. 11. 12. & 13. de rest. spol. Primum decretum habet locū in feudalibus, etiam Principe inconsultò, ita & secundum, si tantum ceditur ius, quod cōuentus habet in feudo, quia licet alienatio feudi sit prohibita, intelligitur de voluntaria, nō necessaria. Gra. const. pręced. nu. 1. & 2. Isern. §. quid ergo, vbi late dixi de inuest. de re aliena facta, & in defectu burgensaticorum mittitur in possessionē feudalium. Gram. hic in princ. In titulis Ecclesiæ, portione

portione coloni, vel partiarij, & redditibus
beneficij. Bal. c. pen. num. 26. 27. 28. 29. & 30.
vbi etiam de bonis aduentitijs, & fundo do-
tali, de rest. spol. sicut excutiuntur prius bo-
na præsentis, quàm procedatur in bonis ab-
sentis. Bal. auth. qua in prouincia, nu. 4. in fi.
vbi de crim. agi oport. Et iudex quãdo facit
hanc discussionẽ, monet partes ne fraus com
mittatur. idem Bald. l. 2. nu. 4. de vsur. & fru.
9 leg. Et si non habet nisi feudum, in causam
iudicati possunt capi fructus. Specul. tit. de
exeq. sent. §. 3. nu. 17. Vnde interest habere
plura suffragia, vel iura diuersa. l. 4. in fi. de
liber. leg. Io. And. ad Spec. tit. de oblig. & sol.
§. 5. in ver. vel culpa, cir. princ. Primum autẽ
decretum est de actis, & non potest probari
per testes. Arno. 97. problemate. & sic senten
tia debet exequutioni demandari in bonis
condemnati, & si is qui condẽnauit, non ha-
bet iurisdictionẽ nisi exequutiuam, quia non
habet territorium, vel est delegatus, fit exe-
quutio officio iudicis cõpetentis. Bal. l. pro-
perandum, §. sin autem reus, 5. not. d. tit. de
10 iud. Et infra quantum tempus passus immis-
sionem in actione personali, possit tenutam
recuperare. Bal. l. 2. nu. 25. & seq. vbi in rem
actio. auth. & qui iurat, post nu. 18. & 31. de
bonis auct. iud. poss. d. infra annum refectis
expensis. c. 3. vbi Bald. in princ. & post nu. 1.
8. in fi. 9. & 10. & quando non tenetur, de eo,
qui mitt. in poss. cau. rei ser. & si fit in bonis
alienis, debet dominus protestari: & quando
sufficit decretũ, vel immissio verbalis, Bal.
l. 2. ne vxor pro mar. Quid si fit pro debito
partim vero, & partim falso, an vitietur in
totum. Bal. c. fin. nu. 2. vt lite non contest.
Contra, omnis nostra cura, inquit Cicero
2. de Oratore; in hoc versatur, vt semper, si
possimus, aliquid boni faciamus, sin minus,
nihil mali. refert Foll. sup. const. hi qui, post
11 nu. 8. & nocere quanto minus potest. Bal. l. 1.
§. 1. in fi. ff. de peric. & commod. rei vend. &
tamen dantur hic tot remedia contra con-
tumaces.
12 Nisi diceres, q̃ per primum decretum non
acquiritur nisi custodia. Specul. tit. de secun.
decreto, nu. 12. & 13. Bal. l. sciendũ, §. credi-
tor, qui satisd. cog. & immissio, quæ fit, succe
dit loco cautionis. idẽ Bal. l. si finita, §. illud,
de dam. infe. & habet locum etiam inter reli
giosos. Abb. c. querelã, nu. 3. de simo. Et pro
exequutione tertiæ mobilium fit annotatio.
Affl. const. præced. 4. not. Et obtinens in diffi
nitiua, nõ recuperat expensas quas ipse sol-
uit ratione cõtumaciæ. Bal. l. si pignore, §. 1.
13 ff. de pig. act. Vltra quod ægritudo, & capti-
uitas excusant à contumacia. Abb. c. quoniã
frequenter, §. porro, nu. 4. vt lite non contest.
ita si procuratorem dimisit. Bal. l. 1, 2. repet.
§. vnus autẽ, post princ. ff. de proc. Excusatur
etiã si non comparuit die feriata. Bal. d. l. 2.
1. rep. in princ. si quis in ius voc. non ierit.
Pro caloribus æstiuis nõ est bona excusatio.
in c. cũ dilecti, nu. 2. in fi. de rest. spol. Et quod
de reo dicitur, idẽ in actore, nam si actor non
comparet in primo termino, debet condem-
nari in expensis, nec ad aliam citationẽ ad-
mittitur, nisi præstita cautione, quod in ter-
mino comparebit. Spec. tit. de contum. §. 2.
14 nu. 3. Confessio, & cõtumacia procuratoris
nocet in non respondendo. Bal. l. non solum,
nu. 3. d. tit. de procur. & propter eius contu-
maciam fit immissio ex primo decreto con-
tra dominum. Bal. l. 3. num. 6. & 10. eo. tit. de
procur. Contumacia procuratoris expressa,
in domino est tacita, & si dominus sciens nõ
purgat eam, efficitur contumacia vera. Bal.
c. de causis, nu. 34. circa med. de off. deleg. &
probatur per scripturam, sicut periurium. in
c. cum in ecclesijs, nu. 2. de maiorit. & obed.
Actor verò, siue reus quomodo se præsenta-
bunt, cum annotatione etiam horæ præsen-
tationis. Spec. tit. de compari. inter. nu. 1. 2.
& 3. Quid si non comparuit ipse, nec iudex,
idem Spec. tit. de expensis, §. fin. nu. 16. & 17.
15 Reus autem quãdo comparet, reficit expen-
sas, damna supplet, & satisdat de stãdo iuri,
& tunc primum decretum reuocatur. Bal. l.
si finita, §. non autem, col. 2. circa med. d. tit.
de dam. infe. Licèt ex contumacia in nõ pa-
tiendo seruitutem iuxta conuentionẽ, pati-
tur immissionẽ, quæ non reuocatur, nisi refe
ctis omnibus, & de reo fit actor. l. is cuius,
16 vbi gl. vlt. & Bal. si seruit. vend. Contumacia
autem in non iurando, potest purgari vsque
ad sententiã. Abb. c. fin. nu. 19. de iur. calum.
Nec peti potest res, & pœna. Bald. l. metum,
§. fin. 3. rep. quod met. cau. etiam quod com-
mittat dolum, qui vocatus non venit, sed mi
nor restituitur. l. minor, vbi gl. ff. de minori.
17 Libellum contra contumacẽ citatum, & nõ
comparentem, cum immissione pro debito
in actione personali: & quid petit, si venit,
vel non, infra annum. Passus dãnum, quomo-
do agit, & expensas immissionis recuperat:
positiones, & replicationes ponit Spec. tit.
de eo, qui immitt. in poss. cau. rei ser. cũ add.
18 Nota, q̃ iudex, etiam delegatus, propter
contumaciã potest contumaci auferre pos-
sessionem. Bal. l. inter, §. 1. d. tit. de dam. infe.
c. ex literis, nu. 5. de off. deleg. & non sufficit
cautio quãdo fit immissio virtute sententię,
vel confessionis. Bald. d. c. fin. nu. 7. cir. fin. vt
lite non cõtest. Potest mulctare in fructibus,
hoc in sua interloquutoria exprimẽdo, nam
malitia, & contumacia patrocinari non de-
bet. in c. pen. ante nu. 1. & 8. cir. med. de rest.
spol. Fabricato processu. l. de eo, in glo. pen.
vbi

vbi Bald.eum l.seq.ff.de iudic.sed causa domini debet prævalere ipso facto. l.qui res, §.1. de solut. & pœnam quam consequitur occasione eius rei,ei restituere tenetur.Bal. l.quoties, ff.de iure dot.

19 Secundo noto, quòd quando lex procedit per modum regulæ generalis,comprehendit casus futuros, & trahitur ad omnes casus quandocunque emergentes. Bal.l.omnes populi,nu.14.circa med. & post nu.23.de iust. & iure.

De pœna contumaciæ post litem contestatam in ciuili actione.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt non venire, & venire, & contumaciter recedere.*



RACTAVIT Imperator de contumacia ante litē contestatam, & quia partes quandoque veniunt.& re-
1 cedunt, & paria sunt non venire, vel venire, & contumaciter recedere:immo maior est contumacia,quàm si non venisset. not.in c.2.de confessis, in vj ideo post contumaciam, quæ committitur ante litem contest.tam.ponit [DE POENA CONTVMACIAE POST LITEM CONTESTATAM IN CAVSA CIVILI] vt infra in gl.1.

SVMMARIVM.

1 *Dominium vno decreto non transfertur,nisi per Principem.*
2 *Contumax ex sola contumacia, non amittit causam sed eo ipso anno videtur fateri contra se.*
3 *Iudicium redditur in inuitum respectu actoris, & rei.*
4 *Si quis comprehendit fœminam, & personam fictam, quandoque non.*
5 *Lis commercia,& delicta significat.*
6 *Contumacia duplex,vera,& ficta,& quando infamat.*
7 *Sententia diffinitiua quid continere debet,& differt à decreto.*
8 *Sententia diffinitiua lite contestata, potest ferri ex contumacia.*
9 *Contumacis pœna est, quod si vincitur, non appellat, si vincit, victus non condemnatur ei ad expensas.*
10 *Si verò, ponitur aduersatiuè.*
11 *Sententia plena, & alia plenissima.*
12 *Pignus iudiciale contrahitur ex immissione.*
13 *Latitatio est turpis, & dolosa occultatio.*
14 *Reus infra annum refectis expensis, recuperat possessionem.*
15 *Contumacia rei non nocet,nisi aduersarius accuset contumaciam.*
16 *Contumacia quid, & quotuplex.*
17 *Anni lapsus idem operatur in realibus, quod in personalibus secundum decretum.*
18 *Contumacia triplex, & consistit in non parendo.*
19 *Hoc,est demonstratiuum ad oculum.*
20 *Decretum quid, & vnde dicitur.*
21 *Continuo, sine temporis interuallo.*
22 *Contumax manifestus,qui citatus dicit nolle venire, vel aufugit.*
23 *Venire nolle, intelligitur per se, nec per procuratorem.*
24 *Procurator potest quemlibet actum explicare, nisi prohibeatur.*
25 *Contumacia non est maior,quàm spernere iudicem in non comparendo.*
26 *Tamdiu, idem sonat quod tot diebus.*
27 *Iustitia forma communis appellatur.*
28 *Obreptio, & subreptio sunt diuersa, quandoque confunduntur.*
29 *Gratia non præsumitur in ijs,qui non conceduntur de facili.*
30 *Contumacia actoris maior est, quàm rei.*
31 *Procurator repræsentat repræsentātē.*
32 *Actis probatur non comparuisse in termino.*
33 *Actore,& reo contumacibus qualiter iudex procedit.*
34 *Citatus si dicit nuncio nolle comparere, expectatur per illam diem, sed non citatur amplius.*
35 *Citatus sine temporis præfinitione, tenetur ire, cum quodam temperamento temporis.*
36 *Primum, & secundum decretum habent locum in spiritualibus.*
37 *Primum decretum requirit causæ cognitionem, & habet locum contra contumaces.*

38 Decre-

38 *Decretum, idem est, quod iussus, & secundum datur etiam contra praesentes.*

39 *Decreti secundi virtute quis possidet, & excolit terras.*

40 *Iudex potest punire citatum qui ad eius citationem venire contendit.*

41 *Gratiam qui facit de vno, non tenetur facere de alio.*

42 *Feudum assensus, & confirmatio sunt de gratia, post num. 43.*

43 *Licentia & si confirmatio denegatur, aditur superior.*

44 *Confirmatio accedit magis iustitiae, quàm gratiae.*

45 *Dispensatio confirmat inualidum, & tollit impedimentum, & debet habere in se necessitatem, vel vtilitatem.*

46 *Licentiam dando, videtur habere ratum transitum.*



SI QVIS] dominium, & iurisdictio aequiparantur. Baldus cap. audita, nu. 2. in fine, de restit. spoliat.
1 Ideo nemo, nisi Princeps, potest vno decreto pro debito dominium transferre, ideo iuris ordine requiritur primum, & secundum decretum. Bald. l. vbi adhuc, in fi. C. de iure dot. Et sic lite legitimè contestata, vt infra constit. lite legitimè contestata coram iudice. Abbas c. super quaestionum, num. 6. de officio deleg. Si pars recedit, quia contendit iudicem, imponitur mulcta, & nihilominus eius contumacia non impedit processum. Abbas cap. 2. in 2. notab. vt lite
2 non contestata. Nam non ex eo quod contumax est, perdit litem, sed si per annum persequerat in contumacia, videtur fateri contra se. Baldus l. 1. §. super peculio, nu. 4. in fine, & 5. de assertio. tollen. & si de causa
3 liquet, quia iudicium redditur in inuitum. idem Baldus l. 2. num. 44. circa finem, C. de seruit. & aqua. non solum respectu rei, sed quandoque etiam respectu actoris. not. Bal. l. non solum, §. necessitate, 3. notab. de bonis, quae liber. Et sicut in liberalibus negocijs, absente parte, discutitur causa, & pro iustitiae ratione profertur sententia. l. iuxta, C. de libera. causa. Si non liquet, mittitur in possessionem bonorum contumacis pro quantitate debiti declarati, vt in textu, qui diuiditur, & summatur vt per glos. & Affl.

4 & dicit [SI QVIS] etiam foemina, nam quando exprimitur honoratior, idest masculus, intelligitur & foemina. D. Augustinus 2. quaestionum super Exodum, col. 31. circa medium. Quando autem comprehendat personam fictam, & sic vniuersitatem. Baldus l. metum, 2. repetitio. §. 1. quod metus causa. & quando non, Abbas cap. nouit, 1. notab. de his, quae fiunt à praela. sine consensu capituli. & iunctum verbo futuri temporis, vt infra facit conditionem. Baldus l. si quis vina, in princ. de pericu. & commod.
5 rei vend. [POST LITEM] instantiam, vel actionem. l. properandum, §. fin. in ver. nihilominus, C. de iudicijs. tam ciuilem, quàm criminalem, largè, alibi pro pecuniaria tantum. glo. in authent. habita, in ver. si litem, ne filius pro patre. à contentione limitis prius nomen sumpsit. cap. forus, de verborum significatione. Commercia, & delicta significat. Baldus dicta authent. habita, post num. 2. [SVPER PERSONALI ACTIONE] quae contra obligatum solum, & eius haeredem dirigitur. Baldus l. 2. C. si aduer. cred. [IN CIVILI IVDICIO] actione. l. 1. in ver. iudicium, ff. de dolo malo, vel iure agendi. Baldus l. 3. 5. notab. C. de transact. [CONTESTATAM] per confessionem, vel negationem, vt inf. const. dilationes. [CONTVMAX]
6 vere, vel ficte. glo. magna, circa fin. l. fin. ff. de in integrum restit. sicut & contumacia. Bald. l. sancimus, num. 9. C. de iudicijs. quae etsi ficta, quia per procuratorem, si non purgatur à sciente, efficitur vera. Baldus cap. 1. num. 4. in fi. vt lite non contest. Si est ciuilis, non inducit infamiam, secus si criminalis. l. fin. vbi Bald. C. de requir. reis. [FVERIT] quia praesentis contumacia est maior. Bald. l. inter, §. 1. de damno infecto. [SIQVIDEM] quippe. Nizolus in ver. siquidem. [IVDICI EX IIS QVAE CORAM EO ACTA SVNT] non per probationes extrinsecas. infra in const. cordi nobis est. [POSSIT] poterit. Bal. l. fin. cir. princ. si cer. pet. [DE CAVSA LIQVERE] c. per tuas, de appell. Bal. l. properandum. §. & siquidem, vbi etiam quando dicatur liquidum, & quando non, nu. 6. & 14. d. tit. de iud. cap. significauerunt, num. 2. de testibus. & liquido constare. l. si quis, ff. si quis omi. cau. testa. quod fit post litem contestatam, vel conclusum in causa. Afflictus hic 1. notab. Si prius liquet de causa, possunt decreta fieri in absentia. Bal. c. Quintauallis, nu. 8. cir. fin. de iureiur. alias non valet sententia contra absentem, si comparere non potuit. in c. cum Bertoldus, nu. 4. de sent. & re iud. [PER
7 DIFFINITIVAM SENTENTIAM] quae debet continere absolutionẽ, vel condemnationẽ. l. 3. de sent. & interloq. om. iud. nec de neces-

sitate formæ debet continere causam,nisi in certis casibus. Bald.ead.l.3.nu.1. post med. vbi etiam nu.4.vsque in fi. ponit exemplum diffinitiuæ, & tenet, quod publicè, præsentibus officialibus, & honestis viris, & non in loco secreto debet proferri. idem Bal.l.2.num.8. in fi. & l.cum sententiam, eod.tit.de sent.& interloq.omn.iud. & differt à decreto.Bald. præd. l.illud, §.1.nu.2.quod cuiusq; vniuer. nom. [CONTRA CONTVMACEM] vel rebellem.c.cum nuper,de censi.citato comparente,& accusata cõtumacia. Bal.d.l.properandum,§.& si quidem,3.not. adimplẽdo quidquid sententia formaliter continet.Bald.l.si duo,§.si quis,col.2.cir.fin.ff.de iureiur. cum
8 ex contumacia, lite contestata, possit ferri diffinitiua. idẽ Bal.l.cum quærebatur, nu.2. eod.sol.licèt non possit producere testes,citatur peremptoriè ad sententiam. in c.cum olim,num.1.in fi.& 2.de testibus. [ET QVI PRAEDICTIS MODIS CONTVMAX FVERIT] ante, vel post litem contestatam, vt hic, & const.præced. [QVOS NOVA NOSTRI NOMINIS CONSTITVTIO INTRODVXIT]vt cõst. præced.[APPELLATIONIS REMEDIO]& sic appellatio est remedium,& non actio. Bald. l.tale pactũ,§.qui prouocauit,nu.13.de pact. & dixi inf.const.appellationum tẽpora,post
9 princ.non vtitur,nam pœna contumacis est quod si vincitur,vel ius eius læditur in toto, vel in parte,non appellat:si vincit,victus nõ condemnatur et ad expensas.Bal.d.l.properandum,§.& si quidem,nu.7.§.sin autẽ reus, nu.5.§.sin autẽ alterutra, 2.not.& l.ea quæ, post nn.5.quom.& quan.iud. [IVXTA] c.fin. de sta.mon. c.cum dilectus,de iurepatr.c.1. de coniug.ser. c.laudabilẽ, de frig.& malef. Bart.anth.vt non luxur.contra nat. num.8. [DIVORVM PRINCIPVM PRAEDECESSORVM NOSTRORVM PLACITA] siue pacta.D.Aug. 16.de ciu.Dei,c.37.in princ.iussa.idẽ 2.contra lit.Petil.col.29.post med. secularia. c.1. ne cler.vel mon. l.4.de seruit. l.tutor, §.fin. ff.de vsur. iudicia ciuilia. c.1.vbi Abb.nn.2. in fi.de ferijs, c.1.post nu.3.de immun.eccl. c.1.de arbitris, c.placita,15.q.4.l.si plus, ff. de euict. l.1.vbi gl.& per tot. de his,qui ad placitũ venire cog.in Longob. Alibi dicuntur iurisdictiones causarum.c.ad audientiã, vbi gl.in ver.placita, de præscrip.& transactiones.l.pupilli,§.soror,vbi Bal.de solutio. siue iurisdictiones causarum. in c.ad audientiam,post nu.3.de præscrip. [DENEGANDO] & sic per contemptum Prætoris repellitur ab appellando. Bal.l.Prætor, §.siue,de noui operis nunc. nisi venerit iudice sedente pro tribunali. gl.d.l.properandum,§.sin autem, in ver.contradictionẽ. vel vno existente contumace, debent audiri allegationes præsentis, quia vt mittatur in possessionẽ,non sufficit sola contumacia sine probationibus. Bal.l.consentaneũ,6.not.quom.& quan.iud.
10 [SI VERO] quæ dictio ponitur aduersatiuè. Iser.c.1.nu.10.cir.fin.qui successo.ten. [EX IIS QVAE ACTA SVNT]auctoritate iudiciaria conscripta sunt. Luc.l.1.cir.fin.de præd. curia. [AD DEFFINITIVAM SENTENTIAM]
11 quæ plenissima dicitur,interloquutoria plena. Luc.l.in sacris, col.7.post med.de prox. sacr.scrin.exequutio verò diffinitiuę dicitur effectus sententiæ. Bal.d.l.properandum, §. sin autem,4.not. [PROCEDI NON POSSIT] quia iudex cui nihil est probatũ, nihil mandare potest. Bald.l.sancimus, lo 2.in princ. quo temp.miles. [SECVNDVM] cuius natura est limitare, & restringere. Dec.l.1.nu.4.de bon.poss.contra tab.facit conditionẽ,quandoque nõ. Bal.l.pen.nu.2. C.de inst.& subst. [ORDINEM PROXIMVM CONSTITVTIONIS NOSTRAE] proximæ præcedentis, vt hic in glo. [IN POSSESSIONEM BONORVM CONTVMACIS] & non alterius.Bal.auth.& qui iurat,nu.3.cir.fin.de bon.auct.iud.possi.bona illius detinendo ex primo decreto. Bald.l.si finita,§.si plures,de dam.infe. eius dico,qui est verè, siue apparenter contumax.idẽ Bal. l.fin.1.rep.col.2.circa med.de in integ.rest. Quid si non fuit contumax in secunda, nec tertia citatione,condẽnatur in expensis primæ,si nõ venit.Abb.c.2.nu.5.de accus. [PRO MODO DEBITI]expensarum,& interesse venientium ex lite. Bal.auth.& qui iurat,post nu.4.& 5.cir.med.& fin.de bo.auct.iud.poss. [DECLARATI]quæ declaratio non fit nisi in certis casibus. Spec. tit.de contumac. §.3.
12 [MISSIONE SEQVVTA] per quas pignus iudiciale contrahit. gl.l.si is qui,§.1.ff.de pig. Quid si ille non possidet,sed tertius,denunciabit domino,& si alieno nomine possidet, illius contumacia non præiudicat domino. Spec.tit.de primo decr.§.3.num.4.7.16.17. 19.& 21. Vltra quod si esset clericus,possent auferri fructus beneficij.Bal.c.1.in 1.repet. nn.18. de iudicijs. & 2.repet. num.12.& 14. [LICEAT] licitum sit. Io.And.c.2.nu.3.cir. med.de decim.in vj.[PETITORI]actori.inf. constit.probationum defectum. [IVDICEM COMPETENTEM]secularem videlicet contra laicum.Bal.cons.44.nu.2.vol.3.[QVI EDICTVM CITATIONIS] de quo sup. const.edictorum ordinem. [EMISIT AVDIRE] alias etiam,qui impetrat citationem,si non compareat in termino,dicitur contumax. Baldus l.& post, §.1. circa medium, ff.de iudicijs. [ET DE ADVERSARIO SVO] qui est in possessione obstatiua. Bal.c.bonæ memoriæ, lo secondo,nu.27.de postul.præl.vel potest appellare à sentẽtia.in c.quoniam aliqua,post nu.2.

no.2.de testib.seu qui liti aduersatur. add. ad Bald. l.vn.ibi vltimo. C.si quacunque præd. potest. [QVI AD IVDICEM VENIRE CONTEMPSIT] cum etiam si iurasset non exire, citatus debet iudicē adire. Spec.tit.de citat. §.1.nu.25. licèt qui alium contendit, nihil efficaciter agit. Bal.c.venerabilē, nu.8.cir.
13 fin.de elect.[LATITATIONEM]inf.const.pœnam eorum. turpem occultationem.gl.l.satisque,de in ius voc l.itē ait,in ver.latitent, ex quib.cau.maio. Inde latitatio,dolosa sui occultatio. Bal.l.4.num.1.cir.fin. C.de rest. mil. latere autē ad tempus non intelligitur. D.Aug.2.quæstionū ex nouo testam.col.25. post med. [PROBARE VIDELICET] sup.in const.in quæstionibus. [QVOD SI SPECIALITER ANIMO, ET PROPOSITO SVBTERFVGIENDI IVDICIVM, ABSENTAVERIT] Affl. hic 3.notab. Qui enim se absentat postquā citatus est,censetur in dolo,si procuratorem non dimittit, vel alius sine mandato defendat. Bal.c.fin.num.1.in fi. de eo,qui mitt.in poss.cau.rei ser. quia,vt ibi post nu.2. facto datur voluntas intelligi scientia citationis, & comparatio minus legitima arguunt contumaciam.in c.2.in prioc.& fi.de procurat. Dolosè seipsum occultauerit,vel impediuerit ne citatio ad eum perueniat. c.quoniam frequenter,§.porro,vt lite nō contest. Vltra quod præsumitur latitare eoipso quod facta diligenti perquisitione, nō reperitur in loco vbi morari consueuerat. Bald.d.l.satisque, 2.rep. cir.med. de in ius voc. etiam si sit in palatio,& non se præsentat in causa pro qua est citatus.idem Bal.l.2.§.si absens,4.q.post num.9.si ex nox.cau.aga. quæ in maiore est inexcusabilis. Bal.l.fin.3.rep.col.2.in princ. de in integ.restit. [QVO PROBATO VENDITIONEM RERVM HAEREDITARIARVM] allodialiū,vt const.præced. [A IVDICE,QVAE PRO PRAEDICTA CONTVMACIA POSSIDEBAT]detinebat ex primo decreto.Bal.l.4.in princ.C.de rest.mil.causa custodiæ.l.interesse,de acq.poss.[POTERIT IMPETRARE]quia idē operatur decretum, & auctoritas, quod operatur contractus partium. Bald.l.1.si in can.iud.pig.captum sit. secus in feudalibus, quæ non possunt vendi sine Principis consensu, vt hic in tex.& gl.1.in fi. Verum si intra
14 annū vēditionis venit reus, iudex ex officio restituit possessionē,excluso emptore. Spec. tit.de primo decreto,§.sin.num.5. Et passus immissionem,si infra trimestre venit,recuperat possessionem. Gram.const.præced.nu.2. Et infra quantum tempus audiatur in proprietate. Bal.l.2.nu.24.vbi in rem act.vt sic præteritæ contradictionis rebellio, virtute sequētis obedientiæ valeat expiari.c.2.in fi. de no.opc.nunc.sic vincit qui patitur: & secundū Persium,nobile est vincēdi patientia. Nic.de Nysse tract.5.par.3.port.2. quæst.1. [QVOD SI DE LATITATIONE PROBARE ACTOR NON VELIT, FORTE NEC POSSIT] quia quod caret probatione, pro nullo habetur.Bal.cōs.442.cir.fin.1.vol. [SED ABSENTIAM TANTVM CONTVMACIS]siue rebellis,
15 c.fin.de sta.mon.[INCVSAT]nā rei cōtumacia nunquā sibi nocet,nisi aduersarius in termino comparuerit, & eius contumaciā incusauerit.d.l.properandum,§.& si quidem,vbi Bal.& Salyc. C.de iudic. & alios, vt p Alex. cons.100.nu.6.5.vol. Et an pars præsens teneatur expectare aduersariū,Bal.c.cōsuluit, nu.3.de off.deleg.[TVNC]extūc,§.preterea, in ver.extunc,inst.quib.mod.ius pat.potest. sol. Quid importent dictiones nunc,& tunc, & nunc prout extunc.add.ad Bal.l.3.ibi aduerbium tunc,C.de non num.pec.[VSQVE] inclusiuè. gl.l.1.de pig.act. Bar.l.patronus, §.Sempronio, de leg.3. [AD ANNVM INTEGRVM] anni circulo. inf.const.grandis, vt in præsentatione rescripti.c.1.& 3.de rescript. vbi Bal.nu.1.in fi.[A DIE COMMISSAE CONTVMACIAE]quæ est actus negligentiæ,& cō-
16 tumeliæ.Bal.c.1.2.rep.nu.4.de iud. vel erga iudicē, vel prælatum commissa inobediētia, & est duplex . Spec.tit.de contum.§.1.nu.2. & 3.cū add.ad eum. [IPSVM PRAECIPIMVS EXPECTARI]& tunc,refectis expensis,audiē pro recuperāda possessione.d.c.quoniam frequēter, §.in alijs,vt lite non contest.l.sancimus,C.de iud.Immissio enim prędicta infra annum facit illū custodem,nec facit fructus suos,post annum efficitur verus possessor, & incōmutabilis . Abb.c.fin.§.fin.nu.3. vt lite nō contest.c.1.in princ.& pen.oot.nu.17.de dolo,& contum.c.2.nu.3. de sequest.poss.& fru. Spec.d.tit.de primo decr.§.fin.nu.2.12. & 13.Bal.l.si finita,§.non autē,cir.fi.de dam. inf. & præstabit cautionē.Spec.tit.de satisd. §.2.nu.12. Et soluit expensas factas à tēpore missionis vsque ad tempus oblatæ satisfactionis: & recuperātur expensæ propter contumaciam, calumniam,& temeritatē. idem Spec.tit.de expensis, §.fin. post nu.11.& 13.
17 [QVO TRANSACTO] quia annus est loco secundi decreti in realibus. Abb.d.c.fin.§.fin. post nu.20.vt lite nō contest. Et lapsus anni tantum operatur in realibus, quantum in personalibus secundum decretum. Specul. d.tit.de primo decreto, §.fin.num.9.cir.fin. cursus enim anni in realibus facit missum, absque alio decreto,verum possessorem, nec de necessitate requiritur, secundum Abb. d.c.pen.num.4.8.& 10. de dolo, & contum. [VENDITIONEM] infra terminum factam, non cum rei præcipitatione. Bal.l.diuortio, §.fin.nu.1. & 2.repet. nu.3. ff.de neg. gestis.

Iii 2 [HAE-

[Haereditariarvm Rervm] de quibus
supra. [A Ivdice, Qvas Ob Adversarii
18 Svi Contvmaciam] quæ est triplex. Bald.
l.ea quæ,nu.5.quom.& quan.iud. & consistit
in non veniendo,siue non parẽdo. Abb.rub.
post nu.1.de sent.excom.[Praedicto Mo-
do Possederit, Impetrabit] sicut qui
possidet iure pignoris,impetrat possessionẽ
iure dominij . l.2.& 3. C.de iure dom.imp.
pretio depositato. Ang.l.litibus, post nu.8.
de agri.& censi. Et sic creditor ex latitatio-
ne debitoris consequitur commodum, quia
missus in possessione pro mensura debiti in
actione personali,nõ expectato anno,potest
petere quod interponatur secundum decre-
tum, quod bona ipsa vendantur, & pretium
ei consignetur. Affl.hic 4.not. [In Fevda-
libvs Avtem] quorum directũ dominium
est Regis, Isern.§.præterea,nu.10.cir.princ.
de cap.Corra.[Cvm Haereditaria Non
Svpersvnt] vt const.præced. [Sive Con-
tra Latitantem, Statim] paulo post.
Luc.l.actuarij , circa med. de erog.mil.ann.
[Latitatione]turpi occultatione,vt euitet cursum creditorũ. Azo in sum.nu.3.cir.
med.C.de auct.iud.possid.[Probata] propalata. dixi inf.const.probationum incursibus,post princ.[Sive] dicitur à ve,& si,& sic
sunt duæ partes. gl.§.sed neque, in ver.siue,
auth.de fideiusso. [Post Annvm Contra
Contvmacem] cum ante contumaciam solemniter conuictam, non possit procedi ad
citationẽ realem. Abb.c.prout,nu.21.de dolo,& contu.[Tantvmmodo] modo duntaxat.Niz.in ver.tantummodo.[Detrahendis Nostrae Celsitvdinis] sup. const.
vt officialibus procuratoribus.[Conscientiam]sup.const.causas,& in cõst.inter multas. quæ dicitur ex præiacẽtibus signis consonans scientia.Bal.c.præterea,nu.6.in fi.de
19 testib. [Et Mandatvm Si Nobis Hoc]
quod est demonstratiuũ ad oculum. Soc.l.1.
nu.33.de acquir.poss.[Mandare Placverit] quia nemo cogitur de suo facere beneficium.Abb.c.cũ contingat,nu.32.in fi.de
foro comp.[Reqviri Censemvs] rogatus
autem si noluit consentire,contractus est in
pendenti,& potest reuocari.Affl.inf.constit.
cõstitutionem diuæ memoriæ,nu.41.cir.fin.
[Ita]perinde.Niz.in ver.ita.[Vt Praedicta Fevdalia] in defectu allodialium, vt
sup. [Ex] quæ dictio multis modis capitur.
Bal.l.ex hoc iure, post nu.14.de iust.& iure.
[Decreto Nostro] quod est triplex. Bal.
20 l.fin.nu.9.C.sent.rescin.non poss.& à decernendo dicitur. idem Bald.auth.& qui iurat,
col.pen.cir.fin.de bon.auct.iud.possid.& idẽ
est quod iussus.Abb.c.1.nu.11.de eo qui mit.
in poss.cau.rei ser.[Tantvmmodo,Et Non
Alteri ivs Ivdicis Dicta Audientia] etiã
quod idem sit factum iudicis, quod factum
domini. Bal.d.auth.& qui iurat,col.pen.cir.
princ. nã tres sunt iudices feudales in causa
principali,quilibet tamen in suo casu,dominus feudi, pares curtis, & arbitri : pares qui
sint,quis eliget, & eorũ sententiam exequutioni mandabit : arbitrorũ electio per quos
fit:& quod pares,& arbitri sunt ordinarij,cũ
agitur actione reali, secus si personali, quis
cognoscit ordinarius loci. Bald.cæterum,
nu.1.3.4.5.& post nu.14.de iud. Data tamen
licẽtia domini,feudũ non differt ab allodio.
Frec.de subf.lib.2.ibi quadragesimo quinto,
cir.fin.post nu.5.Isto modo missio in feudalibus permittitur in subsidium. Iser.hic post
med.quia missus in possessionem non possidet, sed habet tantum custodiam;nam feudatarius possidet: secundum verò decretũ non
interponitur per iudicẽ sine Regio assensu,
latè.Affl.hic 3.not.Iser.§.quid ergo. vbi dixi
de inuest.de re.alie.facta. & pro debito defuncti potest fieri exequutio in fructibus vsq;
ad valorẽ feudi hæreditarij, etiam facto inuentario.Mina.dec.20.[Eadem Censvra]
l.omnes,§.præterea, vbi Bal.not.hoc vocabulum,de Episc.& cler.& est honor à censendo,& iudicando dictus. Arch.c.dilectissimi,
imprinc.8.q.2.[Contra Latitantes]qui
animo fraudãdi se occultãt. Abb.c.1.nu.29.
cir.fin.vt lite nõ contest. [Inventa Est] vt
denegetur eis iuriũ persecutio. l.finita, §.si
quis,de dam.infe.[De Venditione Bono-
21 rvm,Latitatione Probata,Continvo]
sine temporis interuallo. Abb.c.3.num.4.de
rescript. [Facienda, Servanda Contra
Evidentem]siue notorium.Speculat.tit.de
contum.§.1.nu.3.vbi add.mag. circa materiam format septem quæstiones, & euidentẽ
dicit ex præsumptione. Bal.l.diuus,3.repet.
circa princ.& col.fin.circa med.de in integ.
restit. [Et Expressvm Contvmacem]
verum,& non fictum. Affl.§.itẽ qui domino,
post nu.7.& 8.quæ sit prima cau.benef.ami.
& §.si quis hominem,nu.3.de pace tenenda.
Verum plenum. Bal.c.in alijs,num.8.vt lite
non contest. [Qvi Ad Ivdicivm Aperte
Dicat Se Venire Omnino Non Velle]
c.venerabilibus, §.secus,de sent.excõ.in vj.
tam si iudici, quã nuncio, in iudicio tamen,
dicat, secus si extra iudicium. Bal.c.cum dilecti,post nu.2.de restit.spol. sicut qui dicit,
Nolo interesse,non est citandus. Bal.c.quia
propter,nu.19.cir.fin.de elect. d.§.& tamen
expectari debet , quia potest mittere excusatorem . Non creditur nuncio si refert ,
quod citatus dixit , Nolo venire . Baldus
cap. cum parati , num. 4. in fine , de appellatio. Et pro pœna contemptus, requiritur
termini

termini lapſus,nu.31.Et an debeat citari ad
alios actus, in c.eccleſia veſtra, cod.tit. de
22 elect.. Et ſic verus, & manifeſtus contumax
eſt,qui dicit,Nolo venire,vel citatus audito
verbo arripuit fugam.Bal.c.meminimus,de
appell.l.falſus,nu.10. C.de furtis,l.2.nu.12.
& l.ea quæ,vbi etiam quod nō eſt contumax
niſi in fine termini, vt quod verbo dixit, fa-
cto verificetur, & ſic ſit contumax verbo,&
facto. in pri.vſque ad nu.6.& l.cōſentanum,
nu.14. quom.& quan.iud. Vnde etiam quod
dixerit nolle venire, debet expectari toto
termino citationis,cum diſtinctione,de qua
idem Bald.l.deberi, C.de fideicom.lib.alias
ſi cōſtat de voluntate,& expreſſo cōtemptu,
ſufficit vna citatio etiam in criminalibus.in
d.l.2.poſt nu.10.& 11.& l.tres denunciatio-
nes,nu.3. d.tit. quom.& quan.iud. quia ex-
preſſio auget contemptū. idem Bal. l. Æmi-
lius,2.rep.poſt nu.10. ff.de minor. & ex po-
ſteriore actu,augetur effectus.Bal.præd.l.cū
ancillam,in fi.& l.ſi repetēdi,in fi.C.de cōd.
ob cau. fruſtra enim expectare nō debemus.
Bal.l.properādum,§.& ſi quidem,nu.18.cir.
med.de iudic. Ita ſponſa,quæ per biennium
tenetur expectare ſponſum,ſi expreſsè ſper-
neret, non tenetur expectare. l.2.vbi Bald.
antiq.& noua rep.de ſponſal.l.1.nu.50.in fi.
de his,qui accuſ.non poſs. Et quomodo ani-
mus non veniendi probatur, in l.cum propo
nas,nu.2.de bon.auct.iud.poſsid. Et qui ve-
nire nolūt, faciunt ſe alienos à iure intereſ-
ſendi.Bal.præd.l.cum ſententiā,in fi.de ſent.
23 & interloq.omn.iud. Et nolle venire, intel-
ligitur nec per ſe,nec per procuratorē. Bal.
l.1.2.rep.poſt nu.66.ff.de proc. Et differunt
nolle,& non velle, nam nolo,denotat præci-
ſam reſiſtentiā:non volo,denotat ſimplicem,
quandoque promiſcuè ſumitur. Abb.c.pru-
dentiam, §.ſexta,nu.5.de off.deleg. c.finem,
nu.4.de dolo, & contu. Et nolle dicitur,qui
facit quod non poſſit velle. Bal.c.intellexi-
mus,nu.7.in fi.de iudic. & expectatur, quia
voluntas hominis eſt mutabilis.in c.cum nō
ab homine,poſt nu.8. & tit.de iudic. etiam
quod qui dicit, Nolo venire, intelligitur
peremptoriè citatus.in c.fin.poſt nu.1.de eo
qui mitt.in poſs.cau.rei ſer. Quid ſi dicat,
Non veniam,nolo,vel non volo venire. Bal.
de mil.vaſs.qui cōtu.eſt,poſt nu.14.& differt
ſi dixit omnino non velle,nam ſi dixiſſet ſim
pliciter nolle,vt ſup.conſt.Iuſtitiarij nomē,
& normam potuiſſet deliberare, adeo quod
nolle legatum, non eſt propriè deliberare:
ſecus ex iuris interpretatione.Bal.l.Titius,
de act.emp.Et aliud eſt nolle,aliud nō poſſe.
Bal.l.1.2.rep.nu.3.poſt princ.ff.de iud. & ſi
dixit nolle venire, etiam quod ſit prima ci-
tatio,non eſt vlterius citandus. Spec. d.tit.
de citatio. §.3.poſt nu.4. & §. 4. nu.19. niſi
ad ſententiam. Afflict.d.tit.de mil.vaſs. qui
contu.eſt,poſt nu.15.alias non eſt citandus,
tam in ciuilibus,quàm in criminalibus.Bal.
l.3.num.16.in fi. de his, qui accuſ.non poſs.
quia dum venire noluit, ſignificat verā con-
tumaciam. Bal.auth.ſed & ſi quis,nu.7.cir.
med. de teſt. Regulariter ſicut per trinam
monitionem conuincitur contumacia ſub-
diti,ita per trinam requiſitionem conuinci-
tur duritia,& pertinacia prælati.Bal.c.1.de
ſuppl.negl.præl. [Ita Vt Nihilominvs]
eo non obſtante. Io.And.c.1.num.8.in fi.de
exceptio.in vj.[Etiam Si Viderit Ivdex
Commode Fieri Posse] puta,quia voca-
tus eſt in prouincia. Abb.c.coram, nu.3.de
electio. vel dato termino ſe arctauit, adeo
quod non poteſt fieri id ad quod eſt datus,
nō debet expectari.Bal.l.3.nu.2. C.de dilat.
[Per Evndem] & non per procuratorem,
24 cum quilibet actus poſſit explicari per pro-
curatorem, niſi prohibeatur. Abb.c.veniēs,
de cogn.ſpir. [Re Ipsa] in veritate. glo.l.ſi
pupilli,§.item quæritur,ff.de neg.geſtis. vel
ipſo iure. Bal.l.vn.§.rei vxoriæ, in princ.de
rei vxo.act. [Et Personaliter Venire
Ad Ivdicem Compellatvr] per ſe,nō per
ſubſtitutum. Bal.c.cū dilecta,nu.5.cir.med.
de reſcrip. Iure iſto,vel ſine alia cōſtitutio-
ne. gl.l.qui fundum, §.ſi fundum,in ver.ipſo
iure,de leg.1. quia non eſt maior contuma-
25 cia,quàm ſpernere iudicem in non veniēdo.
Bal.l.1.in princ.quorū appell.non recip.vel
exiſtens penes acta, non obtemperat. idem
Bal.d.l.2.nu.10.cir.med.quom.& quan.iud.
Vnde paria ſunt non comparere, & compa-
rere, & recedendo dicere ſe nunquā ventu-
rum.in l.1.in fi.quor.appell.non recip. Non
venire,& venire,& nō obedire. Bal.c.de cau
ſis, poſt nu.2.de off.deleg. Nulla eſt expreſ-
ſior contumacia, quàm quæ in facie iudicis
committitur vbi maieſtatis aſpectus conten
ditur.in c.præterea,nu.5.in fi.eo.tit.Ita ſi fri
uola excuſatione propoſita diſceſſit,ſecus ſi
præciſa neceſsitate imminente, quia caſus
fortuitus eum excuſat. in c.1,num.5.in fi.de
iudic. Comminatio aggrauat,& ſi eſt iuſta,
ab ea nō appellatur.in c.cum ceſſante,nu.5.
de appell. facit quod dicit in c.monaſteriū,
cir.fin.de vita,& honeſt.cler. [Captvs Av-
tem Per Ivdicem Modo Praedicto]
vltra miſsionem ex primo,& ſecundo decre
to,poteſt accuſari de ſpreto mandato.Bald.
l.vn.§.is videtur,col.2.in princ.ff.ſi quis ius
dicen. non obtemp. Et ſi verbis iniurioſis
dixit, nolle venire, poſſet iudex eum mul-
ctare. Abbas cap.fin.§.fin.num.8. circa me-
dium, vt lite non conteſtata. Vltra quod
miſsio eſt pœna. Abbas ibidem num. 8.

[IN CONTEMPTVS SVI POENAM, INTANTVM DEBET CVSTODIAE CARCERIS MANCIPARI] l.quicũque.in gl.de Iudæis.aliter c.meminimus, de accus.c.cum olim,lo primo,de priuileg.hic vinculis publicis mancipari.gl. fin.l.vnicæ,C.de his,qui ad statuam confug. Et sic propter nimiam contumaciam etiam in ciuilibus potest reus personaliter capi, & ad iudicem duci.Bal.d.l.consentaneũ,8.not. quom.& quan.iud.Alias si contumax nõ puniretur,nullus esset litium finis.Bal.c.constitutus,cir.princ.de procur.Et potest iudex denegare audientiam in omni alia causa,& ita mandare alijs iudicibus. in c.pen.post nu.9. de iudic. [QVANDIV] c.vnico, de cogn.leg. c.transmissæ,de eo,qui cog.consang.vx.suæ, c.pen.de frig.& malef.aliquandiu,& diu,arbitrio iudicis. Bal.l.3.cir.med.C.commo.&
26 idẽ sonat,quod tot diebus. Io.And.ad Spec. tit.qui fil. sint legit. in ver.si quis, post med. quia tanto tẽpore debet esse in pœna, quãto fuit in peccato. c.1.& 3. 3.q.2.Affl.inf.cõst. in pecuniarijs,post nu.34.[INSTANTIA] iudicij,c.venerabilis,de iud. [COEPTI IVDICII QVO IMPETITVR] sup.const.citationis literę.inquietatur,vel interpellatur.Bal.l.3. ne vxor pro mar. alibi petitur .i. accusatur. & petitus dicitur accusatus. Bald.l.fin.post nu.8.de iure fisci,lib.10.[PERSEVERET]nam instantia est accessoria actioni propositæ . Bal.l.si petitor,2.rep.ff.de iudic. Et punitur in contemptus sui pœnã,vel in pœnam contumaciæ, quæ surgit ex contemptu. Abb. in fim.c.officij,post nu.2.de sent.excom. Et sic pœna plectitur vt cõtumax. l.1.ff.de postul. Ita bannitus captus , debet tanto tempore morari in carcere,quanto tempore stetit in banno.Gram.in c.reg.siue sit quis forbannitus,nu.7.& 11.[CONTRA],i.præter.gl.l.pacisci,ff.de pact.[PRAEDICTAM AVTEM FOR-
27 MAM]iustitiæ,quæ forma cõmunis appellat. Ant.de Butr. c.accepimus, nu.2.in princ.de æta.& qual. Quid sit,& quomodo sit diuersa secundũ diuersas materias. Bal.l.ius ciuile, nu.3.circa med.de inst.& iure.[VENDITIONEM TAM RERVM HAEREDITARIARVM] hæreditagiarũ. inf.const.si dubitatio aliqua. [QVAM FEVDALIVM, PER OBREPTIONEM]
28 vel subreptionẽ, nam licet sint diuersa,sæpe vnum pro alio ponitur. Bal.l.1. C.si nup.ex rescrip.pet.mendaciũ. l.tres tutores,in ver. obreptũ,ff.de admin.tut.l.1.in ver.obreptũ, ff.de reb.cor. Et pœna obripientis,est pœna falsi. Bal.l.quauis, de reb.cor.l.si vt proponis, nu.6. d.tit.quom.& quan.iudex. [VEL GRATIAM]quã vitiat omnis leuis obreptio, vel subreptio.Frec.de subf.lib.2.ibi,quadragesimo primo quæro,nu.15. nam si sit cõtra intentionem Principis,nõ tenet. Cass.cõsue. Burg.rub.8.§.5.[IMPETRATAM IPSO IVRE] ope exceptionis,quæ septem modis fit. Bal. l.sub conditione, circa med.de cond.indeb. Et lex quando dicit,ipso iure,ipso facto,immediatè,vel mox, non opus est sententia. in c.bonę,nu.17.de elect.[NVLLAM ESSE CENSEMVS] cum impetratum per mendacium, non valeat.gl.fin.cir.fin.l.2. C.si contra ius,
29 vel vtil.publ.Et gratia nõ præsumitur in ijs, quæ de facili concedi non solent. Abb.c.bonæ,lo secondo, post num.9.de postul.prælat. Remittuntur autem de consensu partium solemnitates,quæ non sunt de forma processus.Bal.l.1.2.rep.post nu.3.ff.de ferijs.

Contra, missio in possessionem non debet concedi,& cõcessa reuocari, ex eo quia fuit contumax.Pan.de Cast.cons.128.nu.1.vol.1. eo magis, quia plus facit contemptus absentis,quã præsentis. gl.fin.l.Sabinus,ff.comm. diuid. Et habetur contumax pro confesso , quandoque pro negante , prout aduersarij interest.Bal.l.quandiu,cir.fin.de aeq.hæred. Insuper etiam notoriè contumax est citandus ad id super quo contumaciam non contraxit.idem Bal.l.2.nu.6.de ann.except.

Nisi diceres, ꝙ illud procedit in personis miserabilibus, quæ præsumuntur potius per imbecillitatem, quàm per contumaciã non parere. Bald.l.1.§.fin.cir.med.ff.de edendo. Rursus,maior est inobedientia,& contumacia præsentis,quàm absentis.Bal.l.vn.2.rep. §.hoc iudicium, nu.2. si quis ius dic.nõ obtemp. Et sunt multæ species contumaciæ .
30 Abb.c.2.nu.8.de dolo, & contu. Et dictũ in reo,idem in actore, immo maior est contumacia actoris,quã rei. gl.fin.c.causam quæ, eo.tit.de dolo,& contum.& quare, Affl.inf. cõst.accusatorũ,in 1.& 4.not.in fi.post nu.9. Idem in causa appellationis lite contestata in prima,vel secũda instantia.c.per tuas,vbi Bal.de appell.Et habet locũ etiam si citatus cõparuit in iudicio, & non fecit id ad quod fuit citatus , nam tunc perinde est ac si non comparuisset. Alex.d.cons.100.num.6.& 9. 5.vol.Item ex contumacia procuratoris deuenitur ad primum, & secundum decretum. Bal.l.sed & hæ, §.fin.in princ.ff.de procurat. & si per se , vel responsalem in termino non comparuit, actore petente, condemnatur in expensis:excusatur tamen si eius responsalis est captus,& à latronibus interfectus. Spec. tit.de contu.§.3.& 13. vbi Bal.add.vlt. cir. med. Si condemnetur procurator ex contumacia,non habet regressum in dominum.in rub.extra de procu.nu.7.Mulieres,minores, & rustici excusantur à pœna spreti mãdati , Bal.d.l.1.§.fin. ff.de eden. Nec qui dimittit procuratorẽ, debet reputari contumax. Bal. l.1.2.rep.§.vsus autẽ,post princ.ff.de procu. quia

31 quia procurator repræsentat præsentatem. Bal.l.si procuratori, col. 2. post princ. de cód. can. data. tamen si mittit procuratorem, qui non comparet, sed occultat mandatum, condemnatur dominus in expensis, tanquã contumax, secus si procurator fuit contumax post litem contestatam, quia condemnatur ipse. Abb.c.sæpe contingit, 1. not. de appell.

32 Probatur autem ex actis non comparuisse in termino. Bal.l.si per alium, §. docere, nu. 1. ne quis eũ, qui in ius voc. est vi exi. vel per eos, qui audierunt dicentem, quod latitat ne veniat in iudicium. Gram. const. præced. post num. 2. Tres modos probandi ponit Abb. c. quoniam frequenter, §. porro, 2. notab. vt lite non contest.

33 Nota qualiter proceditur contra actorẽ, & reum contumaces. Spec. d. tit. de contum. §. 2. & 3. nam ad petitionẽ vnius partis potest ferri sententia contra aliam partem, vel pro illa, quia iudex debet sequi probata, & non quod petitur. Bal. d. l. properãdum, §. & si quidem, nu. 9. adeo quod vbi probationes sunt liquidæ, condemnatus in absentia, non præsumitur condemnatus ex cõtumacia, sed propter malam causam. idem Bald. l. 2. C. de contra. iud. tute. si non liquet de causa, & absoluitur reus ab obseruatione iudicij, potest actor iterato agere, refectis expensis, in quibus reo est condẽnatus. Bal. d. l. properandũ, §. & si quidẽ, nu. 9. iudicis arbitrio liquidandis, in auth. qui semel, nu. 18. quom. & quan. iud. vel si nihil probat, absoluitur ab obseruatione iudicij, quę est interloqutoria. Bal. ea. auth. qui semel, in fi. & l. tres denũciationes, nu. 5. eo. tit. quom. & quan. iud. Et ꝓpter contumaciam potest perpetuò priuari possessione, & dominio, quod plus est per secundum decretum. idẽ Bal. l. 3. post nu. 19. de interd. Iudex tamen potest facere gratiã contumaciæ, & honestũ est in diem alteram expectare. c. cõsuluit, vbi gl. in ver. æquitate, & seq. de off. deleg. ita de misericordia citari potest, & audiri. Abb. c. cum olim, in princ. d. tit. de dolo, & contu. non tamen recuperat tenutam, propter præcedentem contẽptum, nisi satisdet. Bald. l. sciendũ, 1. rep. col. 2. post princ. qui satisd. cog. In alijs non potest excludi propter contumaciã, cum eam purgauerit cõparendo coram iudice. Abb. c. directẽ, 1. not. de appell. Si reus morbo impeditus recessit, & actor contumax non comparuit, an condẽnetur in expensis, Bal. c. 1. in 1. rep. nu. 22. de iudicijs. Si citatus comparuit, citator non, an teneatur eum expectare, ibidem 2. rep. nu. 11. Si non comparuit citatus, & iudex impeditus non sedit pro tribunali, non condemnatur in expensis. in c. fin. nu. 8. de rest. spol. sed vbi delictũ, vel pœna delicti surgit ex tempore, necesse est expectare finẽ. in c. fin. in fi. de vita, & honest. cler. Quid si

34 citatus dicat nuncio, Nolo comparere, non est vlterius citandus. Abb. c. 1. nu. 29. de iud. c. fin. nu. 8. de dolo, & contum. c. cum parati, post nu. 12. & 13. de appell. Et creditur nuncio etiã quod extra iudicium dicat, & licèt nõ sit amplius citandus, debet expectari per totã illam diem, quia mutato cõsilio, posset comparere. Bal. l. diuus, 1. rep. ff. de in integ. rest. sapientis enim est mutare cõsilium sibi perniciosum. Ant. de But. c. pen. nu. 4. de renunciat. & si nõ fuit inuentus, vel inuentus, dixit vt supra, appellatur fictus contumax. gl. d. l. diuus, in ver. æstimari. adeo quod qui allegat contumaciã non respondentis, debet probare. Bal. l. quoties, §. fin. ff. de probat. & tunc sine alia citatione potest procedi ad discussionẽ causæ, & ad sententiam, quia cum citationes nõ fiant nisi ad probationẽ contumaciæ, apparet contumacia citatorum, ideo non sunt vlterius faciendæ. Inn. c. ad petitionẽ, post nu. 3. de accus. nec habetur pro confesso, quia non debet dispendio totius causæ puniri. Bal. l. vn. 2. rep. §. hoc iudicium, nu. 2.

35 si quis ius dic. non obtemp. Quid si citatur sine præfinitione temporis, tenetur ire cum quodã temperamẽto. Spec. tit. de citatione, §. 4. nu. 20. Secus si est citatus ad synodum, vel electionẽ, intelligitur continuatiuè, propter naturam illorum. Bal. c. consuluit, post nu. 7. de off. deleg. Et si citatus est clericus, an teneatur cõparere, Spec. eod. tit. de citat. §. 1. nu. 20. Vera autem contumacia non cadit in ecclesia: quid in minore, Bal. l. fin. 3. re-

36 pet. col. 1. in fi. de in integ. rest. licèt primũ, & secundum decretum habet locum in spiritualibus, & quid operentur, c. pen. gl. fin. cir. med. d. tit. de dolo, & contu. patitur illa ciuitas, & ecclesia. Bal. l. cũ proponas, post nu. 3. auth. & qui iurant, nu. 44. cir. med. de bon. auct. iud. possid. ita & minor patitur secundũ decretum. l. si finita, §. si pupillus, & §. si forte, vbi Bal. de dam. infe. & patiuntur, quia secundũ decretum habet vim diffinitiuæ, secus in primo. idem Bal. l. pen. C. si aduer. rẽ iud. l. 4. de hæred. act. Et an patiatur diffinitiuam ex cõtumacia tutoris. Bal. l. quia semper, nu. 1. de in ius voc. Primum decretum requirit

37 causæ cognitionẽ. idem Bal. l. 3. vlt. not. C. de procurat. habet locum contra contumaces, sed ea purgata, recuperãt rem. Cass. consue. Burg. rub. 3. §. 4. in fi. sed post immissionem infra quãtum tempus interponitur secundũ decretum. Spec. tit. de secundo decr. §. 3. ad secundum non debet iudex festinare, sed expectare absentẽ ex causa probabili, & necessaria: & si creditor non vult expectare, quomodo ei consulitur, Bald. l. 4. nu. 1. & 3. C. de rest.

rest.mil.c.pen.nu.13.& 23.de rest.spol. Quid sit primum,& secundum decretum: quomodo,& quibus verbis interponūtur, Spec.tit. de primo decreto,§.1.nu.2. & tit.de secūdo decre.§.1.2.& 3. Bal.l.nec quidquam,§.vbi decretum, col.pen. cir.med.de off.proconf. & leg.Abb.c.1.nu.10.vsque ad 12.vbi etiam an dicantur sententiæ diffinitiuæ,vel interloquutoriæ.de eo,qui mitt.in poss.cau.rei ser.
38 Et decretum idem est, quod iussus, vnde primum decretum, quasi primus iussus. Spec. d.tit. de primo decr.§.1.nu.1. Inn.c.1.nu.1, & 4.in fi.vbi etiam quod secūdū datur partibus etiā præsentibus. d.tit.de eo,qui mitt. in poss.cau.rei ser. An contra bannitum,vel carceratū,Bal.c.pen.nu.18.19.& 20.de rest. spol. Et capitur decretum pluribus modis, Spec.vbi sup.tit.de primo decr.cum add.ad eum. alibi descriptum .i.decretum.l.prætor, vbi gl.fin.ff.de edendo. Et habet locum in re mobili,& causa noxali.Bal.l.ædinm,ff.de peculio. Et si tertius soluit,debet possessor recedere, quia quilibet potest offerre ad impediendum processum,non quantum ad cessionem. Bal.l.si pro me,& l.soluere,ff.de solut. Vltra quod primum decretū non tollit, nec dat possessionē.Bal.d.l.si finita,§.si quis au-
39 tem,de damno infe. quando possidet,& quis excolit terram, Specul.d.tit.de primo decr. §.fin. nu.6. missus in possessione ratione rei seruandæ potest vendicare rem, & possidet donec satisfiet de debito. Inn.c.fin.col.fin. in princ.& fi.vt lite nō contest. Et si patitur immissionē pro mensura debiti,& bona non sufficiunt, sed debitor acquirit alia, an creditor possit illa capere propria auctoritate, nec fideiussor liberatur, sicut eius qui cessit bonis.Gram.const.præced.nu.4. vsque 7. An appellari possit à primo decreto, & missus possit facere fructus suos: quid in secundo decreto,Bal.l.2.num.15.& 16.de Episc.aud. In secūdo decreto requiritur citatio,& procedit tā in personalibus, quàm in realibus, & eo interposito an audiatur reus postea, Gram. prag. 4. Et hæreditas iacens an patiatur secundum decretum, Bal.l.cum debitoris,C.de iudic. Qui non est contumax, dicitur legitimè se defendere.Bald.l.ingenuū, 1.rep.post nu.3. de sta.hom. & ne præmium reportare videatur ex cōtumacia, cum amplius ex suo contemptu ligetur. c.si verò,& c.per tuas,de sent.excom.quæritur dominiū per secundum decretū, vt inde superbia contumacis refrænetur. Specul.d.tit.de secundo decr.§.fin.in princ. carceribus mancipatur. in fim.l.1.C.de off.præto. Et an præscribat, Bal.c.si diligenti,nu.12.de præscript. Sed vt petatur venditio, quatuor sunt necessaria, Spec.eod.tit.de secundo decreto,§.2.nu.21.

Et si impetrauit à Cæsare possessionem pignoris, idq; euincitur, non agitur actione primæna, sed vtili exempto. l.eleganter,vbi Bal.ff.de pign.act. Et si cum voluntate debitoris creditor accepit pignus insolutū pro debito, non admittit debitor si postea offert debitū cū vsuris.l.Titius,eo.tit.de pign.act.

40 Secundo nota,ꝙ iudex potest punire citatum,qui ad eius citationem venire contempsit.c.iin.§.fin.in ver.pœniētia,de clandest. despons. Præsentem cogit ad litē contestandā,etiam carcerando. Bal.c.præterea,nu.6. de off.deleg. Ita si nō latitat,sed est præsens, & ad mandatum iudicis soluere contendit, Bal.l.4.nu.5. C.de rest.mil. Potest iudex de suo præcepto gratiam facere,& sua benignitate expectare absentē.Bal.c.cum.M.Ferrariensis,nu.13.in fi.de constit. Quid si fit monitio per iudicem facie ad faciem, vel per nuncium viua voce, in c.cū olim,post nu.3. & 4.de rest.spol. Excusatur tamen multis ex causis. gl.fin.c.peruenit, 18.dist.c.cōmunis, in ver.suorum,23.dist. Et in specie si citatur ad locum ad quem non potest ire de facili. Bal.l.si cū dies,§.arbiter,ff.de arbit. Verùm si quis habet iustā causam non veniendi ad iudicem, debet mittere, & allegare priuilegium. Aluar.c.1.post nu.3.& 4.& ibi Præpo. nu.1.an apud iud.vel cur.dom. Et si citatus nō excipit in prima citatione de loco tuto, potest excipere in secunda. addit.vlt.Bal.in princ.ad Spec.d.tit.de citatione. Ioan.And. c.statuimus,nu.1.de off.deleg.in vj. Ita quando est dubium si sua est iurisdictio, vel non. Cur.tract.feu.7.par.nu.27. Vltra quod adsunt quædam impedimenta, quæ diem differunt, inuito litigatore,& iudice. Io.Andr. c.si postquam,nu.5.de elect.in vj.

41 Tertio nota,quòd qui facit gratiā de vno, non tenetur facere gratiam de alio, vel in omnibus. Bal.l.hæres,de cond.& demonstr. nā gratiæ sunt personales, nec excedunt casum expressum. Abb.c.cum olim,nu.4.de re. permut. Priuilegium, legitimatio,& confirmatio dicitur donum Principis. Bal.l.nā ita
42 diuus, nu.2.de adopt. Feudum assensus sunt de gratia. Cam.c.Imperialem,in princ.col. 23. cir.princ. de prohib.feu.alien.per Fred. Affl.c.in generali, nu.9.in fi.si de feu.defun. mil.contr.fue.inter dom.& agn.Loffr.cōs.7. nu.11. Vel assensus est de gratia, nisi in certis casibus, in quibus si denegatur, fit iniuria. Affl.inf.const.constitutionem diuæ memoriæ, 12.q.post nu.32. & tunc quando dispensatio est permissa, & gratia est debita, dicitur ius:& peccat Episcopus non dispensando,& possit implorari officium superioris.Abb.c.at si clerici,§.de adulterijs,num. 20.cir.med.de iudic. & si nō vult impartire

liceu.

43 Hocnetiam, posset cogi per Archiepiscopum superiorem suum. Abb. c. admonet, nu. 13. de renunc. Ita superior si recusat cōfirmare electionē, præfingitur terminus ad confirmandum, & si nō confirmat, deuoluitur potestas ad maiorem dominum. Abb. c. 3. post nu. 8. de elect. Confirmatio etiam, & inuestitura est de gratia. Affl. rub. nu. 3. circa med. quo temp. miles. & qui submittit se gratiæ, non amittit ius suū, nisi expresse renunciet. Affl. §. præterea, nu. 9. cir. med. quib. mod. feu. amit. immo superior facit iniuriam non admittendo. Abb. c. scriptū, nu. 14. post princ. de elect.
44 confirmatio tamen videtur magis accedere iustitiæ, quàm gratiæ. Bal. l. nam ita diuus, nu. 5. cir. med. de adopt. vel in expresso dicitur gratia, & nunquā præcisè compellitur, nisi de congruo. Cam. vbi sup. char. 44. col. 2. post med. & 3. cōcl. in princ. Affl. §. fin. nu. 16. in fi. quæ sit prima cau. benef. amit. & d. c. Imperialem, 15. not. nu. 3. post princ. & 17. nu. 2.
45 in fi. Dispensatio cōfirmat inualidum, & tollit impedimentū. Abb. c. innotuit, nu. 11. cir. med. d. tit. de elect. sed dicit odiosa. Bal. l. vn. §. vbi autem, nu. 10. in princ. de cad. toll. ideo debet in se habere vtilitatem, vel necessitatē, alias non esset dispensatio. Abb. c. 3. nu. 5. Et tollit impedimentum quo ad effectū eius super quo est dispensatum. c. fin. num. 21. de translat. Episc. Et licèt in certis casibus teneatur assentiri, vt Iser. hic, tamen si fit alienatio in beneficium feudi, nō tenetur, etiam quod non sit de sex casibus. Cam. d. c. Impe-
46 rialem, in princ. col. 15. post princ. Et dando licentiam, videtur habere ratum transitum de vna persona ad aliam. Abb. c. admonet, post num 11. de renunciatione.

De fide nobilium, & ignobilium super declaratione debiti facienda.

SVMMARIVM.

1 *Probare non est nisi iudicem ad fidem ducere.*
2 *Nobiles, feudatarij dicuntur.*
3 *Declaratio fit summariè causa cognita.*



QVIA contra contumacem ante litem cōtestatam fit immissio pro mēsura debiti declarari, vt constit. præced. hic ponitur quomodo declaratur hoc debitū, vt gl. 1. hic in princ.
1 & sic [DE FIDE] quæ fit iudici per probationem, quia probare, nihil aliud est, quàm iudicem ad fidem ducere. Pau. de Cast. cons. 193. nu. 3. & 425. post num. 1. vol. 1. [NOBI-
2 LIVM] .i. feudatariorū, quibus vti strenuioribus dantur feuda. Iser. c. filij, nu. 2. si de feu. defun. mil. controu. fue. [ET IGNOBILIVM] quibus in multis nobiles præferuntur. Luc. l. 2. col. pen. post princ. de exact. & exequut. & in specie [SVPER] .i. in. idem Luc. in rub. de superexact. [DECLARATIONE DEBITI] quod propriè est ex contractu, secus si ex quasi contractu. Abbas c. parochianos, post
3 num. 3. de decimis. [FACIENDA] summariè causa cognita. Pau. de Cast. cons. 89. cir. fin. 1. vol. vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Facti quæstio debet diffiniri per iudicem, quæstio iuris per legem.*
2 *Fides colligitur ex dignitate, & moribus, mores dignitati præferūtur.*
3 *Quæstiones controuersiæ, & disceptationes dicuntur.*
4 *Iurisconsulti debent esse cauti in patrocinando, fideles, & iusti in iudicando.*
5 *Decisio, est lex Imperatoris facta ad dirimendam distinctionem.*
6 *Aequitas mixtim consideratur, inde temperamenti æquitas.*
7 *Declarando, nihil datur, sed datum significatur.*
8 *Baro vt plurimum miles nūcupatur.*
9 *Dignitas ad aliquid valet, sed non ad omnia.*
10 *Iuramentum tendit ad veritatem declarandam.*
11 *Instrumentum originale authenticum dicitur, & non exemplum.*
12 *Instrumentorum appellatione veniunt testes.*
13 *Testes omni exceptione maiores, & leuis opinionis, qui sint.*
14 *Sententiam certam ferre in re dubia graue est.*
15 *Iuramento solo non statur nisi in casibus à iure expressis.*
16 *Testium in conflictu, quibus magis statur.*
17 *Primum decretum quare fit, & habet locum etiam inter religiosos.*
18 *Debitum declaratur secundum qualitatem*

litatem personarum, & quantitatis declaranda.

19 *Actiones, & causæ mixtæ, & interdicta, quæ dicantur.*

20 *Mixtum dicitur quasi diuersum à simplicibus.*

21 *Hermafroditus homo mixtus dicitur.*

22 *Pignus prætorium quomodo constituitur, & per possessionem ex secundo decreto quæritur dominium.*

23 *Probandi onere grauatur, qui habet præsumptionem contra, & tenetur probare plenè, & non semiplenè.*



1 QVÆSTIONES] quæstio
facti debet diffiniri per
iudicem, quæstio juris
per legẽ. Bal.l.1.col.2.
ff. de testa. quia aliquo
existente contumace in
actione personali post
litem contestatam, si ex
ijs quæ acta sunt ad diffinitiuã procedi non
potest, mittitur in possessionem pro modo
debiti declarati. Gram.hic, & in ista declaratione diuersi diuersa senserunt. c.cõsuluisti, de regular. Ideo Imperatòr hic primo repetit, & postea soluit, quem pulcrũ modum
dicit Bal.l.fin.§.1.de vulg.& pupill. Et quia
2 fides colligitur ex dignitate, & moribus, &
mores dignitati præteruntur. glo.1.& 2.l.2.
ff.de testib. Et magis creditur militi, quàm
pagano, plus diuiti, quã pauperi. §.1.in ver.
militiæ, & seq.auth.de testi. Ideo ad obtinendum primum decretũ, in quo non requiritur
plena fides, sed sufficit iuramentum calũniæ
cum aliqua præsumptione. Bald.auth.& qui
iurat, nu.3.de bon.auct.iud.possid.cum succedat loco satisdationis. idem Bal.l.4.cir.fi.
post nu.13.vt in poss.leg.contra contumacẽ
in actione personali vult quod stetur iuramẽto actoris vsq; ad summã, hic expressum secundũ qualitatem personarum, & vltra illã
summã prohibetur, cum distinctione, de qua
Bal.l.2.nu.21.cir.med. C.vbi in rem actio,
per instrumentum, vel testes secundum ius
commune, vt in tex.qui diuiditur, & sum.vt
3 per Affl.& dicit [QVÆSTIONES] cõtrouer
sias. D.Aug.1.Rhetoricæ, col.4.in princ.quę
idem significant. Bal.l.vn.nu.2.ne fiscus rem
quã vend. euincat, vel disceptationes. idem
Bal.l.his cõsequenter, §.1.rep.1.circa med.
4 ff.fam.ercisc. [IVRISPERITORVM] qui in cõsilio debent esse cauti, in patrocinando fideles, & iusti in iudicãdo. Io.And.c.vt cõmissi,
post nu.2.de hæret.in vj. [SVPER DECLARATIONE DEBITI FACIENDA] vt fiat immissio pro mensura debiti declarati, vt constit.
præced. [COMPETENTI MODERAMINE] hoc
adhibito moderamine. c.pen.de sta.monac.
c.licet Heli, de simonia. [DECIDENTES] cũ
5 decisio sit lex Imperatoris, quam edidit ad
dirimendam aliquorũ distinctionem. l.vn.in
ver.decisionis, de emend.C.Iustin. [SANCIMVS] nouum ius ponẽdo, & vtile. Iser.hic in
princ. [SI QVANDO] opus fuerit. Niz.in ver.
si quãdo, quod [DECLARATIO] petatur [DEBITI, PRO CVIVS MENSVRA] cum non vt
olim sup omnibus bonis hypothecatis. Spec.
tit.de contumacia, §.3.nu.3. post med. & §.
etiam pro modico debito, sed pro mensura
debiti declarati. l.satisque, in gl.2.ff.de in ius
voc. l.si finita, §.ex hoc, de dam.infe.l.fin.§.
cũ autem, in ver.admodũ, de his, qui ad eccl.
confug. [MISSO IN POSSESSIONEM] vacuã.
Bal.l.prætor, §.siue, de no.oper.nunc. [BONORVM CONTVMACIS] vt tædio affectus veniat responsurus, vt sup.const.contumacem.
[EST FACIENDA, PETATVR] & obtineatur.
gl.2.l.viæ, de seruit. [MIXTAM] compositam
ex duobus simplicibus. sim. Pau.de Cast.cõs.
379. col.2.post med.1.vol. [CONSIDERATIONEM HABERE VOLVMVS] allegationes
vtriusque partis distinguendo. Specul.tit.de
6 disput.& alleg.aduoc.§.4.nu.4. quæ mixtim
considerãtur. Bal.l.bona fides, ff.depositi. vel
temperamẽti æquitate. c.pen.de donatio. vt
temperamẽto aliquo legum benignitas subsequatur. l.respiciendũ, & l.hodie, ff.de pœn.
[PERSONARVM, NECNON ETIAM QVANTITATIS IN IVDICIO DECLARANDAS] nam
non ante iuris ratio, quã persona quærenda
est. l.quidã referunt, ff.de iure cod. & præsumitur aliquid bona, vel mala fide factum, ex
parua, vel magna quantitate, sicut ex qualitate personarũ præsumitur bona fides, obiectió, & fraus. Bal.l.cum ij, 2.rep.§.nihil, cir.
fin. & in ver.eam transactiouem, post nu.4.
ff.de transact. [NAM SI QVIDEM COMES
FVERIT] inuestitus de aliquo Comitatu. c.1.
quis dicatur Dux. [QVI QVANTITATEM
7 IPSAM DEBEAT DECLARARE] qua mediãte
nihil datur, sed datum significatur. l.hæres
palam, §.1.cir.med.ff.de testam. [SACRAMENTO] quoad primũ decretum, quia parum
præiudicatur, sufficit fidẽ fieri per sacramentum, sicut in actione ad exhibendũ: in secundo verò, quia tractaẽ de magno præiudicio,
requiritur plena probatio. Bal.l.vbi adhuc,
nu.24.cir.med.C.de iure dot. [IPSIVS COMITIS TANTVM] quæ est dictio taxatiua respectu eorum quibus annectitur, excludit, &
tacitè negat respectu aliorũ. Abb.c.3. post
num.9.de cau.poss.& propriet. [VSQVE AD
QVANTITATEM CENTVM VNCIARVM AVRI] iurisiurandi prærogatiua. l.nam postea,
§.fin.

§.fin.ff.de inreiur. & quædam nõ parua permittuntur prærogatiua dignitatis. Bal.l.2. nu.3.in fi.de sent.ex breuilo.recit. [CREDATVR] eo quia cũ sit in dignitate,magis creditur.Bal.l.3.ff.de testi. vti viro integrè opinionis.Paris de synd. in ver.carcer,& carceratus,c.2.nu.2.post prin.[BARONI AVTEM] qui habet Baroniam, & militariter viuit,& pro Barone habetur. Iser.c.1.post nu.23. de cap.qui cur.vend. Appellatur potens,|habẽs iurisdictionem in Lombardia: magnus Castellanus habens castrum in feudũ.Bal.c.vno delegatorum,post num.9.de off.deleg. [DE QVINQVAGINTA VNCIIS]quarũ duodecim faciũt librã auri,& libra est ducatorum 72. Affl. sup.const.pœnã nonem vnciarũ, 1.not. [SIMPLICI MILITI] ad differentiã Baro-
8 nis,qui in vsibus feudorum,vt plurimum,miles vocatur,& miles reputatur,quia tenetur militare pro Rege, vel soluere adoham ad Regis electionem. Affl.const.præced.nu.14. cir.med.[DE VIGINTIQVINQVE] & sic di-
9 gnitas ad aliquid valet,sed non omnia. Bal. l.spadonem,§.1.de excus.tut. [BVRGENSI] c.2.de his,quæ vi,metusve cau. inde burgus castrum burgẽsis eius habitator. Luc.l.eum qui, in princ.de fun.rel priua. [AVTEM BONAE OPINIONIS]& fidei,prout quilibet dicitur,nisi probetur contrarium. Inn.c.vigilanti,de præscrip. [ET DIVITI] multorum prædiorũ domino.D.Aug.lib.de beata vita, col.14.cir.med. Diuitiæ antẽ, & paupertas possunt esse notoriæ sine vlla possessione ex solis nominibus debitorum.Bal.c.fin.nu.13. de cohab.cler.& mul. [DE LIBRA VNA AVRI] quæ omnes qualitates debent probari. Affl.hic 1.not.cir.med. [ALIIS] non eiusdẽ qualitatis, regulariter alius facit positionẽ eiusdem qualitatis cum præcedẽtibus.Abb. c.fin.cir.princ.de fide instr. [AVTEM VSQVE AD TRES VNCIAS IVRANTIBVS TANTVM] iuramento affirmantibus. Bal.in fim.l.nam & postea, §.fin.post med. ff.de iureiur. nam
10 iuramentum tendit ad veritatẽ declarandã. Bal.l.2.in 2.rep.col.5.in fi.ff.de iureiur.& finis est omnis controuersiæ. c.& si Christus, eo.tit.de iureiur. & sic refrænatur iuramentũ actoris,sicut & rei.Bal.l.videamus,§.fin. cir.med. ff.de in litẽ iur. quia affectio in diuersis est diuersa, sed veritas semper est eadem. Bal.l.cum etiam,cir.fin.de reb.cred.& iureiur. [NVLLA ALIA IN POSTERVM] in tempus posterum. Affl.hic post nu.6. [PROBATIONE QVAESITA] sed ista à lege introducta. in fin. Inf.const.prosequentes. [VOLVMVS ESSE CREDENDVM] cum prædicta inducant probationem, cui qualificatio est annexa, adeo quod lex fingit quod ita sit. Bald.d.l.2.in 2.rep.col.44.cir.med. ff.de iureiur.Et veritas est illud quod lex habet|pro veritate,& assertio quam lex approbat, habetur pro vera. Bald.l.1.nu.1.& 3.in fi.C.de nõ num.pec.[VLTRA AVTEM PRAEDICTAS SINGVLAS QVANTITATES]singula singlis, vel vtrunque ad singula referendo. l.de pupillo, §.si quis riuos,in ver.reficere, de noui oper.nunc. gl.cir.med.l.2.rem rat.hab. etiã modicum. Pau.de Cast.cons.18.nu.2. vol.1. [AB ACTORIBVS] quibus incumbit onus probandi. l.ei qui, ff.de probat. Spec.tit.de probatio.§.1.in princ. [COMMVNIS IVRIS] Romanorum.c.1.de feu.cog. vel omniũ hominũ.l.omnes populi,de iust.& iure. [PROBATIO EXIGATVR]cum prædicta sint cõtra ius.Gram.hic in fi. [PER AVTHENTICA IN-
11 STRVMENTA] originalia,nõ exempla: immo contra fiscum nõ sufficiunt instrumenta, sed requirũtur testes,qui interfuerunt. sup.cõst. quæstiones omnes, de quæst.inter fiscum, & priua.mouen.Quando autem probat exemplum, & quando originale. Bal.l.3.de diuer. rescrip. [VIDELICET PER TESTES] & sic
12 appellatione instrumẽtorum veniunt testes. c.peruenit,lo 1.de testib.cog.l.in exercẽdis, de fide instr. & eiusdem est efficaciæ si probetur per testes, vel scripturam. l.pactum, la 2.C.de pact. [FIDE DIGNOS, ET OMNI
13 EXCEPTIONE MAIORES] quibus nihil legitimè possit opponi. Affl.hic 7.not. & vt dicantur omnino integri,quatuor requirũtur. Abb.c.1.nu.14. de except. Quid requiratur vt dicãtur graues,& idonei, idem Abb.c.licet ex quadam,nu.7.de testi.& c.2.nu.6. eo. tit. de testib. Ex quibus dicantur leuis opinionis, & examinatori afferenti creditur, Abb.c.licet, nu.8.& 30.cir.med. de probat. & dicuntur leuis opinionis,qui soliti sunt dicere quotidiana mendacia, etiam quod neminem lædant. idem Abbas c.testimonium, nu.3.cir.fin. de testib. tunc fides vnius, supplet defectum alterius. Bal.l.si quis, §.quid, in princ.ff.de edendo.

14 Sed videtur, quod graue sit in re dubia certam ferre sententiam. Abb.c.super,post nu. 17.de appellat. Iuramentum non est species probationis veræ,sed præsumptæ,adeo quod probatio, & iuramentum non sunt paria. Bal.l.eum qui,in princ.nu.1.& 2.de iureiur. Etiam,quia nihil est facilius, quàm probare per iuramentũ.Feli.c.2.nu.18.in fi.de const. Et sic videtur,quòd defendi non debet,quod ratione vti non potest. Spec.tit.de aduoca. §.3.num.5.

Dic,quòd quæstio quædã facti, alia iuris. Bal.l.Arethusa,2.rep.in fi.cum l.seq.de statu hom. Quæstio voluntatis terminatur vt hic per interpretationem, & determinationem iuris. Bal.l.Meuius,in princ.2.notab.& glo.

de

15 de leg. 2. ſolo iuramento non ſtatur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Bal. l. in actionibus, poſt princ. de in litem iur. & quando defertur in defectu probationis iudex debet conſiderare, & diſtinguere qualitatem perſonarum. idē Bal. l. qui ſub cōditione, poſt princ.
16 de cōd. inſt. Vnde potius ſtatur paucioribus magis dignis, quàm multis minus dignis. gl. c. ſi teſtes, in ver. ad multitudinem, & in ver. dignitas, 4. q. 2. & 3. magis indignis notis, quàm extraneis incognitis. not. c. 2. in ver. parochia, de vſuris, in vj. Teſtes ſeniores prę feruntur iunioribus. Dec. conſ. 443. num. 26. 4. vol. Deponentes in ſpecie, præferuntur deponentibus in genere. idem Dec. conſ. 448. in fi. nu. 37. eo. vol. Alex. conſ. 148. nu. 3. vol. 2. & 88. nu. 8. 10. & poſt num. 38. 5. vol. Boer. deciſ. 23. nu. 45. Conſanguineis teſtibus plus creditur, quam extraneis in ijs quæ veriſimi liter melius ſcire poſſunt conſanguinei, quā extranei. Affl. §. ſi à iudice, poſt nu. 8. de conſue. recti feu. Vbi ſunt pares numero, & pro actore ſunt clerici, & pro reo laici, clerici præferuntur. Dec. conſ. 119. col. fin. cir. fin. & 342. poſt nu. 2. quia religioſus non præſumitur mentiri. Paul. de Caſt. conſ. 143. col. fin. poſt princ. 2. vol. Plus valet teſtimonium Sacerdotis, quàm alterius in caſu c. cum eſſes, vbi Abb. 2. rep. nu. 6. in fi. de teſtam. In pari numero melius eſt teſtimonium virorū, quā mulierum. Bal. l. fin. de fide inſtr. ff. Maſculus præfertur fœminæ in depoſitione ætatis. Alex cōſ. 236. nu. 3. 6. vol. Et in hac ciuitate adeſt conſuetudo, quod in cauſa ciuili cōtra ciuem non admittatur niſi certus numerus ruſticorū, vt in conſu. in cauſis, de teſt. ruſt. Nimirum ſi circa quantitate ſit diſtinctio perſonarum, de qua in tex. etiam quia circa primum decretum non requiritur plena fides, ſed ſufficit iuramentum, vt ſupra.
17 Nota, quòd ad primum decretum peruenitur ex contumacia. Bal. l. dies cautioni, §. ſi intra, de dam. infe. Et poteſt etiā religioſus immitti contra Archiepiſcopū cauſa rei ſeruandæ. Abb. c. 1. num. 8. de ſequeſt. poſs. & fru. Ita in petitione hæreditatis ſit immiſsio omnium bonorū: quid in noxalibus, & alijs, Spec. tit. de primo decreto, §. 3. nu. 26. & 29. Et quando petitur per actorem cauſa cuſtodiæ debetur de iure, nō officio iudicis. Abb. c. fin. nu. 4. de eo, qui mitt. in poſs. cauſa rei ſeruan. rerum enim mobilium vilis, & abiecta eſt cuſtodia. l. ſi rem, de acq. poſſ. materiā ponit Bal. l. 2. 1. & 2. rep. ſi ex nox. cau. aga.
18 Secundo nota, quòd declaratur debitum attenta qualitate perſonarum, & quantitatis declarandæ, quam mixtam conſideratio-
19 nem textus appellat, inde cauſa mixta, quæ eſt inter ciuilem, & criminalem. Abb. c. teſtimoniū, poſt nu. 1. de teſti. actiones mixtæ, quæ competūt in rem, & in perſonam. Abb. c. fin. §. fin. poſt nu. 9. & 10. vt lite nō conteſt. Interdicta habent mixtam cauſam proprietati annexam. idem Abb. c. paſtoralis, nu. 17. cir. med. de cau. poſs. & propr. c. cum libe-
20 rum, poſt nu. 2. de ſepulturis. Et dicitur mixtum, quaſi diuerſum à ſimplicibus. Bal. l. certi conditio, §. quoniam, col. 2. in princ. ſi certpet. & ſi non habet medium eſſe per ſe, denominatur ab extremo fortiori. Bald. l. quæritur, 1. rep. nu. 2. & 3. rep. in prin. de ſta. hom. Aſſumit ſibi naturam à potentiore, & eius naturæ debet cenſeri. Abb. c. de iure, poſt nu. 2. & c. fin. in fi. de iurepat. à quo accepit partem potiorem. Bald. l. 2. §. fin. ad leg. Aquil.
21 Inde hermafroditus dicitur homo mixtus. Bal. d. l. omnes populi, nu. 10 cir. fin. de iuſt. & iure. Nec prodeſt principium licitum, ſi propter mixtū recepit quod nocet. Io. And. ad Spec. tit. de accuſ. in ver. vt intra, col. 6. poſt medium.
22 Tertio nota, quòd ex primo decreto fit pignus prætorium, tunc ſi poſsidet ex ſecūdo, quæritur dominium. Bal. l. cum notiſsimi, in princ. nu. 10. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Sed an ſit neceſſe partem, vel prætorē in poſſeſſionem inducere. idem Bal. l. 1. nu. 12. de iure fiſci, lib. 10.
23 Vltimo nota, ꝙ habens intentionem fundatam de iure, ſi alter contradicit, grauatur onere probandi, & debet plenè, nec ſufficit ſemiplenè probare. Ant. de But. c. vt noſtrū, 2. not. de off. Arch. plena probatio eſt vt hic per inſtrumenta, vel teſtes: inſtrumentum autem eſt nomen generale comprehendens omnem ſcripturam facientem ad cauſæ inſtructionem. Abb. c. fin. in princ. de fide inſtr.

De aſsignanda poſſeſsione, & de rei vendicatione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere, propriè pro habere.*
2 *Reſignatio fit in manibus eius qui confirmauit, vel eligit.*



FVIT dictum à conſt. contumaciæ hucuſque de contumacibus ciuilibus, & quomodo cōtra eos proceditur in actione perſonali ad primū decretum, nunc dicit quomodo proceditur contra contumaces conuentos rei vendicatione, vt Affl. infra in tex. in princ. & tunc vltra tertiam mobilium curiæ debitam,

tam, si reus est contumax, actor fit verus possessor, resignata ei possessione, vel tenutae
1 inde posidere, impropriè pro habere. l. in rebus, in ver. posidere, de iure dotium.
2 & fit resignatio, seu cesio agenti rei vendicatione, sicut fit per beneficiatum in manibus eius, qui confirmauit, vel eligit. Inn. c. ex insinuatione, de simonia. & videbimus latius cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio quid, unde, quotuplex, quid praesupponit, quomodo, & contra quem detur.*
2 *Litis contestatio confirmat personam.*
3 *Pignus praetorium constituitur per immissionem ritè factam.*
4 *Res in genere masculino, & femini-no, & pro actione ponitur.*
5 *Possessor dominus possessionis, & dominus pro possessore sumitur.*
6 *Temporis spatium praeteritis, & futuris rerum motibus constat.*
7 *Litis contestatio quomodo fit.*
8 *Contumax in realibus post litem contestatam, quae patitur.*
9 *Liquidum idem est quod indubitatum.*
10 *Factum in praeiudicium partis, licitum est possessori propria auctoritate tollere.*
11 *Contumacia in realibus, non sufficit quem re sua priuare.*
12 *Iudex negocio examinato dat possessionem causa rei seruandae.*
13 *Missio ex primo decreto est loco cautionis, & potest fieri in omni loco.*
14 *Missio, vel sequestrum potest fieri prout iudici melius videtur.*
15 *Contumacia praesumptio tollitur per velocem redditum.*
16 *Primum decretum prima licentia, siue missio dicitur, & potest interponi in omnibus bonis.*
17 *Primum, & secundum decretum in multis differunt.*
18 *Contumaciam ad puniendam, iura multa remedia prodierunt.*
19 *Iudex potest expectare contumacem in diem sequentem, nisi sit ius quaesitum parti.*
20 *Rei vendicatio competit domino, quandoque sine pretij restitutione.*
21 *Rei vendicatio, & petitio haereditatis differunt.*
22 *Hypothecaria regulatur secundum actionem personalem, secus in rei vendicatione.*
23 *Actio in rem praetoria, quasi seruiana, vel hypothecaria appellatur.*
24 *Hypothecaria, & actiones reales non praesupponunt conuentum esse debitorem.*
25 *Posidere negans, vel nominans possessorem, siue auctorem, non molestatur.*
26 *Creditor in actione hypothecaria quid, & quomodo probabit fuisse in bonis, quomodo datur, & nascitur.*
27 *Assistentia praestatur propter constitutum, & precarium.*
28 *Adiudicatio habet vim diffinitiuè.*
29 *Hypothecaria conuentus potest soluere, & ei actiones ceduntur.*
30 *Hypothecaria, & personalis an cumulentur, & an possit altera eligi.*
31 *Ius offerendi an possit praescribi.*
32 *Hypothecaria est accessoria, & praesuponit aliam actionem.*
33 *Contumacia post litem contestatam grauior est ea, quae committitur ante.*
34 *Contumax non debet esse impunitus, ne de sua malitia reportet commodum.*
35 *Immissio sola si possessionem non nanciscitur, nihil operatur.*
36 *Actori contra reum consulitur in iuribus incorporalibus pro fructibus.*

1 REI VENDITIONE] à possessione orta sunt dominia. Bal. c. querelã, nu. 10, circa med. de electio. vel a fruitione. in c. pen. post num. 3. de rest. spol. potest dici, quod possessio est mater, dominium est filius. in c. pen. post num. 3. de vita, & hon. cler. Rei vendicatio est coniuncta dominio. Bal. l. si creditoris, nu. 4. in fi. de fideicom. vel idem quod dominium. in c. pa-

 storalis,

storalis, nu. 13. de cau. poss. & propr. Ab eo dependet, non econtra. idem Bal. l. per diuersas, nu. 15. in fi. C. mand. Est verbum magistrale. in rub. nu. 5. cir. med. de allē. iud. mut. cau. facti: Variatur per nomina: est duplex & duo habet principia, in c. pen. post nu. 7. de sent. & re iud. & sicut dominiũ est duplex, directum, & vtile. Bal. l. cum res, nu. 10. C. de probat. ita rei vendicatio directa, & vtilis: directa, quando actor habet directum dominiũ: vtilis, quando habet vtile: directa quando reus possidet: vtilis, quando fingitur possidere. Bal. rub. circa med. 1. rep. de rei vend. Isto modo vtilis datur ei, qui habet ius in re sacra, vel religiosa, & pro spiritualibus, etiã quod non sit verè dominus. Abb. c. cum venerabilis, 2. notab. de excep. c. cum venerabilis, 1. notab. & num. 7. de relig. dom. c. cum dilectus, vltimo not. de iurepat. Spec. tit. de primo decr. §. 3. num. 46. & tit. de secundo decr. §. 4. num. 17. & datur emphyteotæ, & ei qui conduxit ad nõ modicum tempus. idem Spec. tit. de locato, §. fin. nu. 6. item possidenti ratione solius detentionis, quam alius tenet. Spec. præd. tit. de petitorio, & possessorio, §. 1. post num. 29. & 30. regulariter dicendo rei vendicationem, dominium significamus. Baldus l. in rebus, num. 4. in fi. C. de iure dot. Potest cumulari cum publiciana de consuetudine potius, quam de iure. in c. cum dilectus, post num. 4. de cau. possess. & propr. Et habet duo principia; causale, & aliud formale; rursus formale consideratur duobus modis. latè idem Bal. in C. de alie. judicij mut. cau. facti. causale ex parte agentis, formale ex parte conuenti, & possessio vera, vel ficta. Bal. d. rub. 1. repet. circa med. de rei vendic. Verùm non competit nisi ei, qui effectus est dominus de iure gentium, vel ciuili. l. in rem actio, eod. tit. de rei vendic. Actio ad exhibẽdum est eius præparatoria. l. 1. vbi Bal. C. ad exhib. præcedente interrogatione, si possidet. Baldus l. si à creditore, C. de act. & oblig. Et proponitur ex præsenti dominio actoris, & præsenti possessione conuenti. Baldus prædictus l. Pomponius, la secunda, num. 4. circa princ. ff. de neg. gestis. Et sufficit, quòd actor exprimat actionem sine causa proxima, vel remota. Baldus l. 1. in princ. col. fin. cir. princ. & med. ff. de edendo, vt in libello positionibus, & replicationibus, de quibus Spec. tit. de cau. possess. & propr. §. 4. nu. 1. vsque in fi. Quid autem probabit actor, Bal. l. 1. num. 4. cir. fin. C. de non num. pec. Semper autem rei vendicatio seruat suam naturam in probatione dominij, idem Bal. l. si quis conductionis, 1. rep. circa fin. C. locati. Reus verò si est contumax, potest actor immitti in possessionẽ rei petitæ, quam reus infra annum recuperat, purgata contumacia, post litẽ contestatam, si liquet de causa, potest ferri sententia, & actor efficitur perpetuus possessor, vt in textu, qui summatur vt per Afflict. & dicit [REI VENDICATIONE] vtili, vel directa. Baldus rub. C. de rei vend. Nascitur ex corpore dominij, & excitatur ad actum iudicis officio, in c. fin. nu. 35. de consuetudine. petens restitutionem rei venditæ, vel alio modo alienatæ. Bal. l. 1. circa princ. C. per quas perso. nobis acquir. iure dominij. Specul. tit. de locato, §. fin. nu. 4. in fi. dicendo, Ago rei vendicatione, quod tanquam generale prætor eligit. Bald. rub. de rei vend. 1. rep. col. 2. cir. med. [CONVENTVS] nam quidam ex patrimonijs seditiones cunctas oriri asserũt. Arist. 2. Politicorum 5. Verùm non dicitur quis conuenire per præsentationem rescripti, nisi sequatur citatio. Bald. c. plerunque, nu. 2. in fi. de rescriptis. ratione possessionis ciuilis & naturalis, vel detentionis. Bal. d. post nu. 6. C. vbi in rem actio. Spec. d. tit. de petitorio, & possess. num. 39. & 40. alias non dicitur rem habere, quam non possidet. Bal. c. cum in cunctis, nu. 17. de elect. quam cum dominio suo probare tenetur actor: l. officium, d. tit. de rei vendic. Baldus l. alias, 1. repet. §. 1. circa in princ. ff. de iudic. Iudicia enim realia non proponuntur contra aliquem
1 obligatum, sed tanquã possessorem rei obligatæ, adeo quod non venit leuis, vel leuissima culpa nisi post litem contestatam. Bald. dicta l. vnica, in fine, de alien. iudicij mut. causa facti. nec fit discussio. idem Baldus l. si probatum, num. 3. C. communia diuid. [LITE NONDVM IN IVDICIO CONTESTATA] vt infra const. lite legitimè contestata,
2 quæ confirmat personã. Bal. l. filiusfamilias, §. veterani, in fi. ff. de procu. [SI CONTVMAX FVERIT] quia peremptoriè citatus, præsentiam sui facere contempsit. gl. 2. hic. [PRAETER PRAEDICTAM POENAM TERTIAE PARTIS MOBILIVM CVRIAE NOSTRAE DEBITAM] vt sup. const. pœna nouem vnciarum. aliter curia. Bald. c. cum Bertoldus, nu. 1. de sent. & re iudic. [ITEM MISSIONEM IN POSSESSIONEM] pro mẽsura debiti, & expensis. Bal. c. pen. nu. 10. de rest. spol. & in quibus, ibi nu. 26. & 27. fit in persona sua, procuratoris, vel nuncij. Bal. auth. & qui iurat, nu. 3. circa med. de bon. auct. ind. possid. quæ ritè facta
3 constituit pignus prætorium. Bald. l. non est mirum, cir. med. ff. de pign. act. Eius finis est vti frui, & in fructibus canitur. in c. cum in cunctis, post nu. 13. de elect. Nec cõstituitur pignus prætorium, nisi realiter in possessionem mittatur, & si possidet caput, possidet id quod maius, & principalius est. ibidem nu.

nu. 12.cir.fin.& ibi in fi.eius commoda sunt
fructus,redditus, & prouentus. in c.1.nu.1.
circa med.de cau.poss.& propr. vel inducit
acquisitionẽ fructuum, quorum quidam na-
turales,alij industriales,& qui veniunt.in c.
grauis,nu.10.vsque 13.de rest.spol. [Rei]
4 quę potest esse generis masculini,& fœmini-
ni. glo.l.1.in ius voc. vt eant, alibi res pro
actione capit.Bal.l.1.in princ.C.fam.ercisc.
[Petitae] in iudicio declarandæ,vt const.
præcedenti. [Adversario Assignandvm
Cavsa Cvstodiae]vel rei seruandæ causa
custodiæ,vt tædio affectus,compareat.Spec.
tit.de primo decr.§.2.post nu.7.& 9. rei ser-
uandæ causa custodiæ.Bald.c.pen.cir.princ.
& post nu.6.de rest.spol.& idẽ est quod mis-
sio ex primo decreto.Bal.d.rub.de rei vend.
& sic reus propter contumaciã amittit pos-
sessionem,non dominium. idem Bal.l.cõsen
taneum, 9.not.& nu.29. quom.& quan.iud.
Vel fit sequestratio occasione contumaciæ,
sicut si est suspicio dilapidationis, & vt tol-
latur occasio fraudandi,ita si per instrumen
tum cõstat de iure agentis, sed per satisda-
tionem reuocatur: quæ duo cõtinere debet,
de non consumãdo,& de resignando ad man
datum iudicis, & vbi fit propter contuma-
ciam, purgata contumacia, ad mandatum
iudicis reuocatur:lite autẽ pendente,potest
fieri annotatio fructuum, vt tollatur occa-
sio fraudandi. Bal.c.olim ex literis,nu.4.de
rescrip. Et si pendet controuersia cum alio,
solutio retinetur in suspenso. in c.mandatũ,
nu.9.eod.tit. Sequester quid, & sequestrum
quotuplex,quãdo fit,& in quibus,& ad quid
sequester tenetur,in c.1.post nu.1.2.3.4.10.
12.post med.de sequest.poss.& fru.[Patia-
tvr] si citatio emanauit à maiore iudice,
nam quædã non competunt nisi magistrati-
bus,qui plurimum possunt.Bald.d.c.grauis,
post nu.22.de rest.spoliat. secus si à Baiulo.
Gram.hic, nam in præiudicium possessoris,
etiam de facto possidentis,non de iure,nihil
potest agi,nec pronunciari,nisi citetur. Bal.
l.2.C.si propter publ.pensi.vend.fuer.celeb.
[Videlicet Vt Anno Transacto] vel
præterito.gl.l.qui fine,in ver.preterito,ff.de
neg.gest. & sic si per statutũ contumaci sta-
tuitur terminus ad morã purgandam, infra
terminum,potest appellare,& si sumus infra
annũ,& moritur,bona transeunt ad hæredẽ,
non ad fiscũ. l.2. vbi Bal.in princ.nu.1.& 2.
si pend.appell.mors interuen. [Actor Ve-
5 rvs, Et Perpetvvs Possessor] dominus
possessionis. Abb c.fin.post nu.29.vt lite nõ
contest. ita contra dominus.i.possessor.l.si
finita,§.Iulianus,in ver.dominus,de damno
infe. Exercitium possessionis est sicut quodã
ire,& gerere, quod competit ex natura pos-
sessionis.Bal.c.nihil est,nu.10.in fi.de elect.
Per effectũ cognoscitur causa, & per claues
possessio. in c.dudum, lo 2. num.16.eod.tit.
Et sic lex, & consuetudo possunt transferre
possessionem,si volunt,& tunc nõ habet plu-
rimũ iuris,sed est totaliter ius.Bal.l.1.nu.7.
in fi.si plures vna sent. An autem à tali im-
missione, quæ transfert veram, & perpetuã
possessionem,possit appellari,& admittitur
contradictor ad eam impediendam.Bal.d.l.
consentaneum, nu.20.& 21.quom.& quan.
iudex. [Per Lapsvm Temporis Spativm]
6 quod præteritis,& futuris rerũ motibus con
sistat. D.Aug.lib.de vera relig.col.48.circa
med. Inde momenta discreta sunt, dum vnũ
venit,aliud recedit. Bal.l.si cum Hermes,in
fi.C.locati.[Efficiatvr] & sic elapso ter-
mino verus efficitur possessor. Spec.vbi sup.
de primo,& secũdo decr.§.2.post nu.5.nam
qui patitur annũ labi in reali, videtur pos-
sessionem habere pro derelicto.Bal.d.l.si fi-
nita,§.non autem,col.fin.in princ.sicut pœ-
na non defendentis,est translatio possessio-
nis. not.Bal.auth.& qui iurat,post nu.24.de
bon.auct.iud.possid. [Lite Vero' Conte-
7 stata] quæ fit per principales, & non per
aduocatos petitionem,& responsionem, nisi
aduocatus proponeret præsente clientulo,
& nõ contradicente,& eo præsente similiter
aduocatus aduersarij respõderet.Abb.c.pa-
storalis,1.not.& num.4.de iudicijs. [Svper
Actione Reali] qua petitur declarari
dominus, & possessionem restitui. Bal.d.l.si
finita,§.non autem,col.2.circa fin. [Si De
Cavsa Non Liqvet] liquidè non apparet
per legis dispositionem.Bald.l.vn.col.3.post
med.de priuil.dotis.vel liquido nõ apparet.
gl.l.2.quemad.testam.aper. gl.1.l.si liquet,
C.de inoffic.donat.l.Titia, §.Imperator, de
leg.2. facta conclusione. Affl.sup.const.sta-
tuimus,post nu.45.de off.mag.iustit. [Rei]
iuriũ, & nominis debitorũ. Bal.l.2.in princ.
C.de req.reis. [Petitae Possessio] siue
res possessa. Bald.l.2.in princ.C.de seruit.&
aqua.cum possessio de facili perdatur.Spec.
d.tit.de primo decr.§.3.nu.38. Et sententia
lata in possessorio est diffinitiua. Bald.c.ac-
cedens, 2. notab. vt lite non contestata.
[Petitori] supra const.si quis post litem.
[Vera] idest incommutabilis.Speculat.vbi
supra de primo decr.§.fin.nu.9.cir.fin & tit.
de secundo decr. §.4.nu.20. circa medium.
8 [Et Perpetva Assignetvr] & sic contu-
1 Lex verò certo terminorum numero contenta est, & in ijs suum fingit pedem. Bald. l.cum non eo die, num.1. circa fin. quando prouoc. non est neces. & vult quod reus non sit dolosus, & subterfugiens, alias iudices prouocat, & contra eum iura præsumunt. Speculat. tit. de compari. inter.no.5. Actor, & reus si sine consensu curiæ terminum prorogant, puniuntur, vt in textu, qui summ. vt per glo.& Affl.& dicit [CONTINGIT] accidit. glo. l. vxorem, §.Seiunt, in ver. contingisset, de leg.3. [INTERDVM] nonnunquã. Niz. in ver. interdum. [ACTOREM] qui præsup-
2 ponit iudicium, & litem contestatam. Bald. l.2.post num.14. sentent.resci.non posse. [SIMVL] l.1.de his, qui sunt sui, vel alie. iur. vna simul. Baldus l.cum alter, post num.1. C.de fideicomm. & quomodo, in c.cum dilectus, in princ.de causa possess.& propriet. [ET REVM] infra const. hostici. [CIVILIBVS CAVSIS] dum ciuiliter agitur. supra const. Iustitiarij nomen, & normam. [RECEPTO AB EIS PEREMPTORIO TERMINO] de quo sup. const. edictorum ordinem. & dicitur quod est cuius quæ vltimum eius extra nihil est accipere primi, & cuius infra omnia primi, & finis cuiusque. 5. Metaphysices.16. est verbum præcisum: iudex tamen proprio motu potest suam interloquutoriam suspendere non solum expressè, sed tacitè, expectando in crastinum. Bald.c.consuluit, post princ.de off.deleg. [VEL] quæ alternatiuã importat. Abb.c.4.nu.4.de rescr.
3 [PER CVRIAM] quæ vicem personæ obtinet. Iser.c.1.nu.4.cir.med.de mil.vass.qui côtu. est. [IPSIS DATO] præfixo.d.const.edictorũ
4 ordinem, in fi. cum decreta interponere, non sit in partium potestate, sed iudicis. Baldus auth.dos data, circa fin.de donat.ante nupt. [AD IVDICIVM NON VENIRE] comparere. supra const. citationis literæ, circa fin. [QVO FIT] idest fieri consueuit. Bal.l.si defunctus, 1.rep. circa med.ff.de procurat. sicut potest fieri, idest fiet. addit.ad D.Thom.3.parte, de

Sacram.quæst.129.alias 98.art.3. ibi exam.
lo secondo,aliter in l.ita demum,ff.de arbit.
5 [VT EORVM DISPENDIVM] quod quid sit,
& quid compendium, glo.1. c.dispendia, de
rescript.in vj. c.Abbate,circa fin. de sent.&
re iudicata, eod.lib.vj. alibi in dispendium,
idest in diminutionem. Abbas c.si verò,post
num.3.de iureiur.c.2.de fideiusso. c.licet,de
voto,& voti redempt. [IVDICII PROCES-
SVM] progressum. Nizolius in ver.processus.
[IMPEDIAT] de facto,secus de iure. Zabar.
clem.vnica, in princ. in ver.si quis autem,
nu.2. circa med.de sequest.poss.& fru. cum
6 inuito iudice neutra partium possit iudiciū
protelare. Bal.l.properandum, in princ. vlt.
not.de iudicijs. [ET HONORI, ET AVCTO-
RITATI IVDICIALI ILLVDAT] vel eludat.
sup.constit.pœnam nouem vnciarum. quod
fieri non debet.l.si quis rem,in ver.eludere,
d.tit.de arbitris. cum lex inhibeat fraudem
iudicis. Bal.rub.nu.5.de alien.iud.mut.cau.
7 facti.& iudici debetur honor. l.fin.C.quan-
do prouoc.non est neces.nec eius debet cal-
cari auctoritas, nec ludibrio sit imperium
magistratus. Bal.l.3.post num.14.de his,qui
accus. non poss. vnde facit iniuriam qui eo
relicto, vadit ad alium. glo.pen.in fi. c.non
oportet,lo primo,de conse.dist.5.[IGITVR]
8 cum culpa sit non procedere in causa. not.
Bal.l.non ignorat,de fru.& lit.expen. ne iu-
dicium fiat elusorium. Abb.c.2.post num.4.
de rest.spoliat. Quod facit contra illos, qui
procurant lites differri,& procurant iudicis
impedimentum.c.cum autem,vbi Bal.circa
princ. & post num.4.de off.deleg. [MANI-
FESTIVS DIFFINIMVS] apertissima consti-
tutione sancimus. d. constit. edictorum.
[VTRVNQVE] coniunctiuè. Bal.l.si duas,circ.
fin. per illum textum,de excusat.tut.vel dis-
tributiuè. idem Bald.l.pluribus,col.1.in fi.
ff.de procurat. [SCILICET] quæ dictio de-
clarat moderationem. Lucas l.omnes, post
princ. de agric.& censi. [ACTOREM, ET
REVM] primum,& secundum. Bal.l.debitor,
9 §.1.de leg.2.licet tolerabilior sit dolus pos-
sessoris, quàm petitoris. idem Bal.l.2.nu.12
in fine,C.de transact. [IN DECIMA PARTE
MOTAE LITIS] etiam extraiudiciales. Abb.
c.sæpe contingit,nu.5.de appell. cuius loco
10 subrogata est condemnatio expensarum,
quæ decima pars litis olim præstabatur in
ciuili,non in criminali. Bal.d.l.nō ignorat,
num.3.post med.de fruct.& lit.expen. Vnde
ex eo quod non venit, non amittit causam,
sed punitur in expensis. in l.præses, num.2.
circa fin. C.de appell.l.3.nu.11.in fi. de his,
qui accus. non possunt. [PRO ÆQVALIBVS
PORTIONIBVS ESSE MVLCTANDOS] pœna
extraordinaria esse puniendos. Abb. cap.1.
num.3.de dolo,& contum. [SI EXPRESSO]
11 dicto.glo.fin.l.pen.ff.de euict. [CONSENSV]
quod vnitatem denotat. Archid.c.quanto,
post princ. 63.dist. [SINE LICENTIA CV-
RIAE] de qua infra constit. licentiam.
[TERMINVM PROROGAVERINT] non potest
prorogari iurisdictio de tēpore ad tempus.
Bald.c.de causis,num.27.de off.deleg. qui si
adhuc durat,idem est terminus,secus si post.
Paulus de Castro cons.282.col.fin.in princ.
vol.1. [VEL NON VENIENDO TANTVMMO-
DO] solum. Niz.in ver.tantum. [DESIDES
ARGVANTVR] nam in iudicijs quasi contra-
hitur, & citantis debet expectare citatum,
nisi citatio sit nulla ipso iure.Bald.cap.cum
inter, lo secondo,circa princ.de electione.
12 facilius tamen mora deprehenditur in acto-
re, quàm reo, quia in potestate actoris est
litigare,non in potestate rei. Bal.l.petendæ,
2.notab. de temp.in integ.restit. Maior est
culpa appellantis, quàm appellati: maior
actoris,quàm rei. Bal.l.eos,§.fin.nu.1.circa
fin. d.tit.de appell. & in causa pares culpæ,
vel moræ,deterior est cōditio actoris,quàm
rei.in l.acceptam,post num.33.C.de vsuris.
quid autem sit in contumacia actoris,auth.
qui semel, vbi Bald.quom,& quando iudex.
hic autem in pœnam nociuæ desidiæ, vt su-
pra constit. quicumque, mulierem decimam
motæ litis componit.
13 Contrà, id sequi debet, quod inter partes
conuentum est l.eum qui, la prima,de verb.
oblig. tanto magis,quia de die ponenda so-
let inter partes conueniri. l. de die, ff. qui
satisd.cog.
Sed illud in stipulationibus,secus in iudi-
cijs, vbi terminus datus à iudice, non pro-
14 rogatur à parte, quia subdito incumbit ne-
cessitas obsequendi. c. cum ex iniuncto, de
hæreticis. Iussiones enim superiorum con-
tēdere nefas est. B. Hieron. in vitas Patrum
4.par.char.150.col.3.nec iudicis auctoritas
debet esse ludibrio. §.si quis autem non im-
pleuit, in ver.admonitus, auth.de hæret. &
falcid. vnde qui iudicem circumuenit, &
partem,non debet sine pœna transire. Bald.
cons.227.nu.3.circa fin. 1.vol. Pœna de qua
hic, est decima pars litis, quam fuisse anti-
quam, dicit gl.hic,& restituitur nomine ex-
pensarum. auth.generaliter, de Epis.& cler.
15 & non seruatur, quia tractus futuri tempo-
ris non pertinent ad iudicem. Specul.tit.de
decimis,nu.8. quia sunt incerta, nec cadunt
in causæ cognitionem. Bal.rub.in pri.coml.
vel epist. Quando autem pertineant ad iu-
dicem,& quando non,idem Bal.l.1.in prin.
C.vt in poss.leg. l.1.post nu.9.& 12.de sent.
quæ sine cer.quant.l.1.post princ.d.tit.com.
vel epist.

Nota,

16 Nota, quòd olim actionem in iudicio propositam, si actor prosequi differebat, tribus citabatur edictis, & post annum iudex sententiam proferebat. §. omnem, auth. de litigiosis. Iure isto post datum libellum, ante litis contestationem dabatur licentia recedendi à lite, postea non, nisi saluo iure curiæ debito. infra const. sponte. Hic si non receditur in totum, sed prorogatur, ratione contemptus punitur, nam cum receperit proro-
17 gationem à parte, non à iudice, cuius est prorogare, videtur illum contemnere. Inn. c. præterea, lo secondo, in fine, de appellat. Prorogatio an fieri debeat penes: requiritur specialis in causis arduis, & partes in prorogatione possint addere formam nouam extra mandatum. Baldus c. de causis,
18 num. 3. & 4. de officio deleg. Ita tempus datum à lege, non potest minui per iudicem, & si minuitur, appellatur, vel suppletur à lege. Isern. cap. 1. num. 12. quo temp. miles. distinguē vt per Bald. c. si verò, post num. 1. vt lite non contest. & sic infert Afflict. hic, quod iudicium habet principium, medium, & finem. dixi in d. const. edictorum. medium
19 in causa quid sit: sententia est extremum. Bald. ad Specular. tit. de procuratore, col. 2. post princ. & post eam vlterior finis non est. Bald. l. si causa, C. de transact.

SVMMARIVM.

1 *Sexus commistio est periculosa, ideo mulieribus vagari non licet.*
2 *Mulieres habent venenum, facies earum ventus vrens, verbis flectunt homines.*
3 *Mulierum appellatione qua veniant, & quid muliercula.*
4 *Nullatenus, nullo modo, vel casu, & quando æquipollet suo contradictorio.*
5 *Iudices manus mundas, & oculos à libidinoso aspectu alienos habere debent.*
6 *Mulieres intra seras domus se continere, & non vagari debent.*
7 *Aduocati sine mercede non student.*
8 *Oportet, necessitatem inducit.*
9 *Fœmina honestissimæ opera aliorum vtuntur etiam in contractibus.*
10 *Mulieres iure antiquo sub perpetua erant tutela, propter sexus fragilitatem.*
11 *Mulier sui, & aliorum potest esse procuratrix.*
12 *Mulier est capax officij, si eius pudicitia non læditur.*
13 *Mulier ex causa potest compelli ad respondendum pro se.*
14 *Honestum non est personas egregias venire in publicum.*
15 *Virgini si non licet, nec viduæ, nobili, diuiti, vel pauperi.*
16 *Nobiles si propter paupertatem exire à domo verecundantur, excusantur à muneribus publicis.*
17 *Leges non sunt factæ propter bene viuentes, quia ipsi sibi sunt lex.*
18 *Regina, & Comitissa succedunt in Regno, & Comitatu.*
19 *Mulier constituta in dignitate, habet iurisdictionem, & potest esse procuratrix.*
20 *Ira non est super iram mulieris.*
21 *Dignitas maior in sexu virili, quàm mulieris, & quando est melioris conditionis.*
22 *Causa finalis, & alia impulsiua, & quæ prior in intentione.*
23 *Ratio legis præsumitur finalis, ratio hominis impulsiua.*


VLIERES] pulchritudinem viuendi tenere hoc est conuenientia personæ cuique sexui reddere. D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 1. est enim periculosa sexus commixtio. Abbas c. veniens, nu. 1. de eo qui cogn. consang. vxoris suæ, c. monasteria, 1. notab. de vita, & honest. cleric. Afflict. hic circa princ. Vnde Cato dicebat antiquos prohibuisse mulieres propria negocia agere sine auctoritate virorum, vel fratrum, non solum domi, sed per plateas. Tareag. lib. 31. historia. char. 624. Ideo mulieres vagari non conuenit, nec virorum cœtui se immiscere. c. 2. de iudicijs, in vj. ad lites concurrere inhonestum est. l. 3. de iniurijs mulie. in Longob. adeo quod se aduersarijs nō exhibent. auth. principales, vbi Bald. in princ. de iureiur. propter calu. dan.
2 quia habent venenum. idem Baldus l. 1. post princ. C. de natur. liber. facies earum ventus vrens. Abbas d. c. monasteria, num. 3. cir. fin. & earum verbis flectuntur homines. Specul. tit. de recusa. §. 4. num. 6. propterea prohibentur venire coram iudice, & si venerint

in pœnam denegatur audientia, vt in textu, qui summatur vt per Affl. & dicit [MVLIERES] quas oportet esse modestas, fortes, & iustas. Arist. 1. Politicorum 8. quarum
3 appellatione venit omnis fœmina viro intacta, siue mixta. D. August. epist. 120. col. 3. in fine. tam corruptæ, quàm virgines. l. si seruis legatis, vbi glo. de legat. 3. cuiuscunque sortis, absque distinctione mulierum. Bald. l. vnica, post princ. C. si quacunque præd. potest. Lingua Hebraica fœminis appellare proprium est. D. August. 1. loquutionis de Genesi, col. 7. circa med. & seq. post princ. etiam quæ non nouerunt virum. idem 4. loquutionis de Numeri, col. pen. in princ. & 2. de consensu Euangelistarum, cap. 28. in fine. Nuptæ debent claudere os vuluæ, donec viri sunt absentes. Bald. cap. si verò, in fi. vt lite non contest. Istæ non habent iudicium rationis firmum, & quasi non habentes solidam rationem, non dicimus continentes. D. Thom. 2. 2. quæst. 156. art. 1. vnde statum subiectionis habent, licèt quandoque inueniantur meliores viris multis. Idem 3. parte de Sacrament. quæst. 70. alias 39. art. 1. alibi dicuntur mulierculæ. 2. ad Timoth. 3. c. pen. de cohab. cler. & mul. l. pen. de seruo conuen. sicut seruulus, l. seruus cuiusdam, de cond. indeb. vilis conditionis, qui sic diminutiuè denominatur ad demonstrandum quod peccatum diminuit animam, & corpus. Abbas c. pen. 1. notab. d. tit. de cohab. cler. & mul. mulieres dico in quibus turpis suspicio cadere potest. l. miles ita, ff. de testam. milit. [AD CVRIAM NOSTRAM] Magistri Iustitiarij, supra constit. Magnæ Curiæ. [VEL ALICVIVS OFFICIALIS NOSTRI] qui nostram effigiem repræsentat. infra const. eos tantù. [PRAESENTIAM VENIENTES] etiam quod sint honestæ. l. 1. §. sexum, in ver. causam, ff. de postul. Ant. de But. c. post translationem, num. 18. de renunciat. Et in quacunque republica male de eis prouisum sit, quia viuunt molliter, & in omnem licentiam dissolutæ. Arist. 2. Politic. 7. Sunt molles, & fragilis naturæ; appetunt virum sicut materia formam, & magnes ferrum, & econtra viri ardenter amant mulieres. Baldus in rubr. in princ. de cohab. cler. & mulier. [NVLLATENVS] nullo modo, nullo casu, & negotio, quæ
4 posita signo vniuersali affirmatiuo, facit æquipollere suo contradictorio. Bald. §. fin. post num. 2. inst. de auct. tut. [ADMITTANTVR] pro se, vel alio, agendo, vel defendendo, etiam quod sit vir. Bald. l. 4. vbi idem in filio, si potest aliter consuli. & l. alienam, C. de procurat. quia mulieri decus affert taciturnitas, sed non viro. Arist. 1. Politico-
5 rum 8. Et iudicijs manus non solum à pecuniæ lucro, sed etiam oculi à libidinoso aspectu continentes esse debent. Io. And. c. quorundam, num. 4. de electione, in vj. [SED IN IPSARVM POENAM] vt puniantur in eo in quo delinquunt. supra const. si quis aliquem, de percu. illi. cum armis. [QVOD] idest quia. l. & si, in ver. quod, de vulg. & pupill. [PRAESENTARI SE CONSPECTIBVS PVBLICIS NON VERENTVR] cum disciplina scholastica mulierum disciplinæ non congruat. Bal. cap. fin. num. 25. circa finem, de confessis. Intra domum, considerato sexu, continere se
6 debeant, adeo quod nec per officialem sunt in publicum protrahendæ. l. 1. C. de officio diuer. iud. [EXPEDIRI EAS PRIVSQVAM] antequam. Nizolus in ver. priusquam. [AD PROPRIA REDEANT] veniant. Ioan. t. [PROHIBEMVS] quia periculosum est itinerare, & se cœtibus virorum immiscere. Abb. c. mulieres, num. 2. circa med. de sent. excomm. cum in eis maior sit abusus, quàm in masculis. Bald. l. quicunque, nu. 17. de seruis fug. [NISI TANTA PERSONARVM, VEL RERVM INOPIA PERGRAVENTVR] quia ad-
7 uocati sine sumptu non student. Abbas c. 1. num. 5. circa med. de offic. iudic. [QVOD IN ALIORVM DEFECTVM IPSAS OPORTEAT]
8 necesse habeat, nam oportet, inducit necessitatem. Abb. c. fin. §. sane, num. 4. de iureiur. [PERSONALITER LABORARE] alias honestas lucro debet præferri. not. Bal. l. reprehendenda, C. de instit. & substit. & nulla est sine honestate nobilitas. idem Bal. l. 1. col. 1. circa med. de secundis nupt. Et honestissimæ
9 fœminæ in negocijs suis opera aliorū vtuntur. l. cum quis decedens, §. pen. de legat. 3. Faciunt contractus per procuratores. Bald. l. optimam, num. 6. de contra. & committ. stipulat. Et viris capacibus committunt earum potestates. addit. ad Speculat. tit. de iudice deleg. §. excipitur, in ver. Vbertus de Bobio, vbi Speculat. num. 10. circa medium.
10 Vnde mulieres iure antiquo propter sexus fragilitatem perpetua tenebat tutela. Boet. libro 2. in Topica Ciceronis, quia consilium earum plerunque est contra seipsas. Baldus l. si pater, repet. antiqua, C. de sponsalibus, & per contumelias earum multæ tyrannides perierunt. Arist. 5. Politic. 11.
11 Sed videtur, quòd mulier possit esse procuratrix. Speculat. tit. de procuratore, §. 1. etiam in iudicio iurisdictionis voluntariæ, Bald. l. 1. §. illud, comm. de manum. & si pro alijs, multo magis pro se. arg. infra constit, nullus campio. Etiam, quia in causa vsurarum, & decimarum, vbi tractatur de periculo animæ, non disputatur de apicibus iuris, & potest esse procuratrix. Arnon. 22. pro æ blemate.

Nisi

Nisi diceres, quòd præeminentiam grados in administratione non habent, Baldus c.ad audientiam,in fi.de rescrip.nam omnes iurisdictiones sunt generis masculini.in c.1. 2.repet.nu.10. de iudicijs. ideo non possunt exercere officia publica. l.pen. & l. si præ-
12 sens, de Episc.aud. & eorum sunt capaces, per quæ earum pudicitia nō læderetur. Ang. l.vnica,post nu.10.de mulie.& in quo loco, & sic non possent esse iudices arbitri, vel procuratrices ad lites, ad negocia sic. Abb. c.cum dilecta, post nu.47. de confirm.vtili, vel inut. & exequutrices testamētorum quo ad actus extraiudiciales exercendos. Bald. d.l.1.§.secundo loco, ff.de postul. Non possunt docere publicè,& sic totam Ecclesiam, sed priuatim aliquos. D.Th.2.2.quæst.177. art.2. Possunt esse testes in instrumento publico, & tamen priuatæ scripturæ non præbent adminiculum. Bal.l.scripturas,in fine, num.4.qui potio. vel in casu necessitatis,vt hic, nam ex magna causa compelli posset
13 per seipsam respondere. Bal.l.fin.nu.5.d.tit. de procurat. Etiam quia olim puellæ discebant Grammaticam. l.qui filium, in glo.ff. vbi pup.educ.deb. & consuetudinis Iudaicę fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum,atque vestitum præceptoribus suis ministrarent. D.Tho.3.par.de Saluatore,q.40. art.3. Accusare autem non possunt,propter verecundiam,sed fallit multis modis. Spec.
14 tit.de accusato.num.16. regulariter non est honestum personas egregias venire in publicum. Io.Faber §.fin.nu.1.in fi.inst.de curat. Mulier, & seruus non possunt abesse causa rei publicæ. Bal.l.si quis seruum,si quis caut. & cuilibet prohibetur, quia quod non licet
15 virgini,non licet viduæ. Bal.l.fin.cir.fin.ff.de ritu nupt. Nec hodie coguntur personaliter ire ad iudicium causa testimonij. in c.quoniam aliqua,in princ.de testib. tam si est sui iuris diues,vel pauper. Abbas c.ea noscitur, 1.not.de sent.excom. & nobilis,nam vilitas vitæ facit eam humilem,& deploratā. Bald. l.cū antiquioribus, nu.8.in fi. de iure delib. Non retinetur in carcere etiam pro debitis fiscalibus. auth.sed hodie,de off.diuer.iudic. Remouetur à vilibus.l.pen.ff.de edendo. Et inopia fideiussoris. Bald.ad Spec.tit.de sent. col.14.post med. Non potest pro alio intercedere,nec pro coniuncto subire defensionē, nisi rem suam agat.l.1.& 2.vbi Bal.§.verba, in fi. ff. ad Velle. Et repellitur dubio futuri euentus. Bald.l.sed & si, §.fin,ff.de iudicijs.
16 Ita nobiles, qui propter paupertatem domi morantur,& verecundantur exire, excusantur à muneribus publicis. Abbas c.si qui testium,nu.8.in princ.de testib. Licèt propter
17 bene viuentes leges factæ non sint, quia ipsi sibi sunt lex,sed propter errantes.Bal.l.omnes populi,post num.2.de iustitia, & iure. Vnde licèt regulariter fœmina remoueatur ab omni officio publico,& luxuriosè viuenti detur curator, & si dilapidet, restituitur. Bal.rub.nu.7.de in integ.rest. potest tamen in eam compromitti. Abbas c. dilecti filij, 2.& 3.notab.de arbitris. vel non potest fieri nisi in certis casibus. Spec.tit.de arbitro, & arbitrat.§.2.in princ. nam potest fieri vt in arbitratricem, non vt arbitrem. Abbas c. Quintauallis, 2.not. de iureiur. vel nisi ha-
18 beat iurisdictionē, vt Regina, & Comitissa, prout de Regina Ioanna. Bar.l.vn.num.10. in fi.& Ang.nu.6.circa med. de mulie. & in quo loco. Bal.l.fin.C.de arbitris. de Comitissa Matilda, idem Bal.cons.194.col.2.post princ.5.vol. Iacob.tract.feu.in ver.dux,ibi, quid si Rex,vbi etiam de Ioanna, post nu.9. & licèt principaliter iurisdictionem habere non possit in consequentiā,habebit iure successionis cum regno. Lud.de Moli. de Hisp. primog.lib.1.c.13.nu.14. Paris de syndic.in ver.officialis,c.3. post num.5. Et sic potest temporaliter dominari. D.Thom.3.par.de Sacram.quæst.70.alias 39.art.1.in fi. & spe-
19 ciale in mulieribus constitutis in dignitate, vnde Abbatissa habet iurisdictionē in subiectas: potest beneficio, & officio suspendere, sed nō diuino:habet subditos.Bal.c.dilecta, de maior.& obed. Potest esse procuratrix in rebus monasterij.Innocent.d.cap.cum dilecta,circa medium,de confirm.vtili,vel inut. Ex consuetudine habet iurisdictionem ordinariam,& potest suspendere clericos suos ab officio,& beneficio. Idem Innocent.cap. dilecta,de maioritate,& obedientia. Et habet prælationem ex commissione, propter periculum cohabitationis virorum. D.Thomas d.3. par. quæst.70. alias 39. art.1. ita & institrices. l.nam prelique, ff. de instito. Præsumitur enim idoneitas in ijs, quæ congruunt eorum sexui, & statui, quia naturalia communia sunt etiam mulieribus. Bald. cap.quia propter, post nu.24.de electione.
20 Et licèt non sit ira super iram mulieris, Baldus l.2. in fine, de reuoc. donatio. sicut furiosus, quamuis non exerceat, retinet iurisdictionem. Baldus l.qui furere, 2.repet. de statu homin. Nec debet domino negari defensio propriæ causæ. Baldus l.dominus, num.1. C.de appell.

Nota, quòd honestas dicitur honoris status. Luc.l.deuotum, col.1.post med. de metatis. Inde honestus, secundum Isidorum, qui nihil habet turpitudinis. D.Tho.2.2.q.141. art.2.in fi.& ad virtutem pertinet.Idem ea. par.q.169.art.1.Vnde honestū dicitur quod

21 est honore dignum.ea.par.q.145.art.1.licèt maior dignitas sit in sexu virili.l.1.de cõsul. Nec eadem modestia mulieris, & viri fortitudo,neque iustitia,vt Socrates putabat,sed illa iubens,hæc verò obediens.Arist.1.Politicorum 8.& ad eam cura rei domesticæ nõ pertinet.2.eiusdem 3. Et in multis est deterior conditio fœminarum, quàm masculorum. Spec.tit.de actore,num.71.in princ.& tit.de accusatore,nu.16.in fi. In quibus sunt melioris conditionis, & in quibus conueniunt, idem Spec.tit de procurat.§.1.nu.2. Quantum ad statum gloriæ nullũ detrimentum patitur fœmineus sexus. D.Tho.3.par. de Saluatore, q.55.art.1.cir.fin. hic prohibetur immisceri cœtibus virorum. Abbas c.fin.nu.3.de cler.ægrot.

22 Secundo nota, quòd causa est duplex,& quæ sit prima in intentione,Bal.l.obseruare, 2.rep.§.post hæc,nu.9.cir.fin.de off.procon. & leg. Principale propositum dicitur causa finalis.Bal.l.non vere,in 1.rep.ex quib.cau. maio. Est fons causarum,& quid sit,in l.eam quam, nu.1.de fideicom. Causam principalem debemus attendere.idem Bal.l.rogasti, in princ.si cer.pet. Quæ præsumatur finalis, vel impulsiua, Bal.l.2.§.1.ff.mandati, l.cum tale,§.falsam,lo primo,de cond.& demonst. l.iurisgentium, §.si eum nulla,cir.med.ff.de pactis,l.damus,de cond.indeb.in l.si repeten di,nu.3.C.de cond.ob cau.l.vn.post nu.3.de conf. Et quando impulsiua cessat, an cesset constitutio, c.cum infirmitas, vbi Abb.post nu.2.de pœnit.& remiss. Spec.tit.de disput. & alleg.aduoc.§.4.post nu.12.& 13.Bal.d.l. is qui,ex qui.cau.maio. & l.si mulier,2.not. C.de iu.dot. Causa finalis est, qua cessante, non esset facturus. Bal.auth.ex testamento, col.2.cir.med.de collatio. In contractibus, & legatis quomodo cognoscatur,idem Bal. l.1.nu.12. C.de falsa cau.adie.lega. Ista restringit dictum, remota impulsiua,remanet alia. Bal.l.1.2.repet.num.1.& 2.ff.de ferijs. Aliquid tamen nõ potest esse causa suæ causæ. Bal.l.fin.§.1.in fi.de vulg.& pupill. Quæ sit finalis,& quæ impulsiua.Bald.rub.in ver. dotes, col.5.post princ.sol.matr.l.generaliter, nu.8.& 10.post med.de Episc.& cler. & intelligitur propinqua potius, quàm remota. Abb.c.de cætero,nu.3.de homic. In du-

23 bio ratio legis præsumitur finalis, ratio hominis impulsiua. Bal.add.vltima, cir. med. ad Speculat. d.tit.de disput.& alleg. aduoc. Vltimo an ornamenta mulierum sint sine peccato.D.Th.vbi sup.2.2.q.169.art.1.& 2, vbi Caietanus,& appendix.

De pactionibus inhibitis, & de volentibus à lite discedere.

SVMMARIVM.

1 *Pactiones continent quandam liberationem.*

2 *Inhibitio fit cum præcepto.*



Vi lite contestata non comparent, vel terminum sine licentiæ curiæ prorogant, puniuntur,vt supra, nunc imponit pœnã tertiæ partis eius, quod datum est ratione transactionis inter transigentes. Isern.hic, & sic dicit

1 [De Pactionibus]c.fin.de pactis.quæ habent in se quandam liberationem. Spec.tit. de actione,seu petitione,§.2.nu.14.in fine.

2 [Inhibitis] cum præcepto. Abbas c.nam concupiscentiam. nu.3.in fi.de const. [Volentibus a Lite Discedere] sine licentia curiæ, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Lites temerè susceptæ, plures ad inopiam perduxerunt, ideo finiuntur pluribus modis.*

2 *Imperator iure suo non renunciat, dum sibi videt parari obstaculum.*

3 *Spontè, idem quod voluntariè, & qualificat actum.*

4 *Pacta conuentiones, vel contractus dicuntur.*

5 *Transactiones largo modo quid sint.*

6 *Petit quis cum lis contestatur, ante non dicitur petere,sed petere velle.*

7 *Dominus dum permittit,præbet occasionem vt rogetur.*

8 *Litis contestatio est radix iudicij, & omnia ad eius tempus referuntur.*

9 *Præuaricatores, & tergiuersatores qui dicantur.*

10 *Dari dicitur quod est irreuocabile, alias non dicitur datum, quod reuocari potest.*

11 *Mendacium detestabile, & punitur tam si sit in causa ciuili, quàm criminali.*

12 *Ius regium est personarum officiorum, & obligationum.*

13 Meum,

13 *Meum, dominium, & ius aliquod demonstrat.*
14 *Fraus non quia fisco fit, non est fraus.*
15 *Experiri de iure suo volenti, mos gerendus est, sed non est cogendus si non vult.*
16 *Obligationes dependent à consensu.*
17 *Fisci ius faciliter remittitur, quàm priuatorum.*
18 *Actor, & reus olim satisdabant de prosequendo litem per se, vel procuratorem.*
19 *Pactum, quod non faciet pacem cum inimico suo, non valet.*
20 *Pacisci in spiritualibus non licet, nec dari temporale pro spirituale.*
21 *Transigens ante sententiam, an videatur facere delictum.*
22 *Religiosi non peccant si ius suum in iudicio prosequuntur, immo tenentur.*
23 *Fisci ius læditur transigendo, paciscendo, & colludendo.*
24 *Litis verbum refertur ad instantiam iudicialem.*
25 *Ius, & obligatio dicuntur esse in patrimonio.*



PONTE] temporalia multo conuenientiori modo conseruare, aut recuperare possumus, quam per iudicium. D.Tho.2.2.q.43.
1 art.8. nam lites temerè susceptæ, plurimos homines ad summam inopiam perduxerũt. l.vltima, ff. pro suo. Ideo pacto de non petendo transactione, & rei peremptione finitur iurisdictio, & arbiter sententiam dicere non tenetur. Spec. tit. de iudice deleg. §. restat, nu.13. Vnde iure communi poterat quis suo sensu lite contestata, vel non: tacitè, vel expressè super actione ciuili transigere. l. postquam liti, C. de pactis. Et si cedit liti, debebat notificari iudici, & si iudex admittit cessionẽ, non erat necessaria alia sententia, quia lis erat sopita. Bal. c. dudum, lo secondo, nu.13. de electio. Iure isto post litem contestatam sine licentia curiæ non potest. Arnon. in 30. differentia vtriusque iuris, quia fraudabatur fiscus in trigesima sexagesima pœna contumaciæ, & alijs. Afflictus hic post num.3.
2 Ideo ne videatur Imperator iure suo renunciare, dum vidit sibi parari obstaculum, & patitur. Bal. l. si stillicidij, quemad. ser. amit. quia quod dicunt partes in contractu, præsumuntur dicere in iudicio. Bald. l. si filius, la prima, 2. rep. de interrog. act. punit transigentes in tertia eius, quod promissum, vel solutum est actori: & si reus mendax fuerit, punitur in duplum, nec videtur Imperatorem dolo fecisse, cum fraudem excluserit. l. cum pater, §. Titio, in fi. de leg. 2. vt in tex.
3 qui sum. vt per Affl. & dicit [SPONTE] voluntariè. Bald. l. iam dubitari, post princ. de hæred. instit. ex certa scientia sciens non teneri. Bal. l. 1. in princ. C. de testa. tute. quæ dictio qualificat totum actum. Abb. c. quo ad consultationem, nu.13. cir. fin. de sent. & re iud. [VOLENTIBVS] vtraque parte, nam iudicium motum, & processus inchoatus non est in potestate vnius partis, ideo inuito reo, non potest actor renunciare instantiæ, nec liti, nisi reus consentiat, vel habeat, vel non habeat causam contradicendi. Bald. l. 3. post princ. de interd. Vltra quod verbum prædictum non disponit, sicut si dico, Volo emere. Paulus de Cast. cons. 395. col. 4. post princ. 2. volum. sed quatenus disponunt velle. [DISCEDERE] recedere. glo. l. si finita, §. si quis, de dam. infe. [A LITE] illi renunciando. Bal. l. quamuis, 1. rep. cir. princ. de in ius
4 voc. [PACTA] conuentiones, quæ pacta dicuntur. Bald. l. empti actio, nu.3. C. de euict. vel contractus. idem Bald. l. stipulationum, la seconda, circa fin. princ. de verb. obligat. quæ vnde dicantur. glo. l. 1. in ver. pactum, ff. de pactis. quid sint, quando valeant, & quando non sine scriptura. c. pactum, vbi Abb. de verb. sign. Differunt à consuetudine, & habent se tanquam excedentia, & excessa. Bald. c. fin. nu.2. cir. fin. de præscriptio. [ETIAM] quæ exprimit totum magis dubitabile. Soc. l. 1. num.8. in fi. princ. de verb. oblig. [VEL] stat inter diuersa. idem Soc. l. in ambiguo, de reb. dubijs. [TRANSACTIO-
5 NES] amicabiles compositiones, quæ largo modo transactiones appellantur. Abb. c. si quando, nu.3. de off. deleg. quæ si super liquido fiunt, sunt species donationis. Bal. l. si hæredes, C. de testa. manu. isto modo etiam factum iudicis appellatur transactio. Baldus l. quid ergo, §. pœna grauior. 2. rep. num.12. de his, qui not. infam. [INIRE POST CITATIONEM EMISSAM] vel libellum porrectum, qui causam continere debet. Lucas l. pen. col.7. in fi. de prox. sacr. scrin. [ANTE] quod temporis extremitatem denotat. Bal. l. qui ante, in fi. de verb. oblig. [LITEM CONTE-
6 STATAM] cum tunc non dicatur agere, sed agere velle. gl. 1. l. si postea, ff. de pecul. Bald. c. 1. post nu.1. de feu. cog. & hoc à principio vsque ad litis contestationem, quæ dicitur lapis angularis iudicij. Affl. sup. const. contingit,

tingit, num.4. propriè autem petit cum lis
contestatur. Bal.l.si quis maior, post num.8.
& 9.C.de transact. nam tunc radicatur iudi
cium, & incipit substentari per actum trium
personarũ. in c.edoceri, nu.4. in fi.de rescrip.
[Tam In Civili Ivdicio] quando ciuili-
ter agitur. infra constit. si ciuiliter agens.
[Absqve] sine. Bal.c.fin. in princ.de præscr.
[Vlla Contvmaciae Poena] inobedien-
tiæ. l.vnica, in ver.hoc iudicium, circa med.
si quis ius dicen. non obtemp. læsione, quæ
punit, & vindicat. Arch.c.quæ de causa, cir.
fin.2.quæst.4. [Licentiam Partibvs Non
Negamvs] sed permittimus. sup.const.in-
tentionis nostræ. & dicitur permissio iuris,
quæ continet indulgentiam. Abb.c.si verè,
7 post num.7.de sent.excomm. Et sic dominus
occasionem præstat, vt quod ipse aliter do-
nare cupit, indulgere rogetur. D.Aug.libro
de mirabilibus sacræ scripturæ, col.10.post
princ. ita abolitio debet peti à iudice. Bal.
l.abolitionem, C.de adulterijs. Alias habens
potestatem transigendi, non potest termi-
num prorogare. in rub. extra de transactio.
nu.3. [Post] tempus quod sequitur, deno-
rat; ante tempus, quod præcedit. Dec.l.2.§.
creditum, num.21.si cer.prt. [Contesta-
tionem Vero Litis Habitam] quæ est
8 radix iudicij, & eius vigore omnia ad eius
tempus referuntur. Bal.l.1.in fi.C.de vsuris,
& fruct. lega. & per eam iudicium incipit.
c.ex parte, lo secondo, de verb.signif.not.in
c.1.de iuram.calum.in vj. & c.1.in ver.liti-
gantibus, circa med.vt lite pend.ecd.lib.vj.
[Sine Licentia] quæ non importat nu-
dam voluntatem, sed concessionem ex causa
factam. Abb.c.pen.3.not.de cler.non resid.
[Et Ivre Cvriae] saluo, cum eius defe-
ctum perpeti non possumus, vt hic in fine.
[Expressivs] non verbis generalibus, vel
specialibus, sed singularibus. Pau.de Castro
cons.442. col.4. in fi.1.volum. [Hoc Par-
tibvs] in iudicio litigantibus. infra const.
partes. [Inhibemvs] supra const.culpam.
[Qvod Si Hoc In Fravdem Ivris No-
9 stri Facere Tentaverint] cum præua-
ricatores dicantur, qui in fraudem fisci col-
ludunt. Bal.l.athletas. §.calumniator, nu.5.
de his, qui not.infam. & tergiuersatores, qui
in totum recedunt à lite sine licentia iudi-
cis. Abb.rub.de calumn. [Eivs Tertiam]
quæ non est pars minima, quia continet di-
uisionem in grosso. Bald.l.cum oportet, §.
cum autem, post num.1.de bonis, quæ liber.
[Qvod Pro Transactione] quæ differt
à pacto, nam pactio est gratuita, transactio
non; gl.1.l.1.C.de transact. & qui transigit,
non intelligitur donare, secus si gratis pa-
ciscitur. Bal.l.3.6.not.C.de repud.vel absti.

hære. [Actori Exsolvit Conventvs]
alias nullo dato, vel recepto, non procedit.
l.transactio. d.tit.de transact. [Absqve]
quæ est dictio remotiua. Bald.c.licèt de vi-
tanda, nu.2.de elect. [Diminvtione Ali-
qva Fisco Nostro Componat] integrè
persoluet. cap.cum inter, in fi.de verb.sign.
An autem transactio super principali impe
diat petitionem pœnæ. Baldus l.2.in princ.
si quis cautio. Nec est dubium, quòd pactis
priuatorum non læditur ius cæterorum. l.3.
ff.de transact. [Si Avtem Revs Aliqvid
Actori Pro Praedicta Occasione]
contemplatione dictæ occasionis. Bald. l.si
pupilli, §.videamus, circa princ.ff.de negoc.
10 gestis. [Dederit] irreuocabiliter, alias
non censetur datum. glo. pen. circa finem,
l.quod autem, de indi. adiect. cum dare sit
accipientis facere. glo.2.l.3.cond.trit. Vnde
promissio exequuta habet vim traditionis,
secus si stetit in suis terminis promissionis.
Bald.l.qui saxum, ff.de donatio. & ita intel-
liguntur quæ Afflict.hic dicit 4.notab. alibi
dedit de æquitate. Baldus l.3.in princ.C.ex
quib.cau.infam.irrog. & dedit, declarauit,
sine decreuit. idem Bald.l.1. nu.2. cir.med.
C.de neg.gestis. [Et Nihil, Avt Minvs]
quæ æquiparantur. l.hinc quæritur, §. fin.
ff.de peculio. [Se Dedisse In Dispen-
divm] c.quanto, de iureiur. & supra const.
contingit. [Cvriae Mentiatvr] quia
mendacium punitur, vt hic in glo. & Afflict.
11 5.notab. tam in ciuili, quàm criminali iu-
dicio, cum sit abhominabile, nec licitum,
etiam pro salute vitæ. Gramm.hic, dixi latè
supra const. pessimam. [In Eivsdem In-
ficiationis] negationis. Nizolus in ver.
inficiatio. [Poenam Dvplvm] auth.contra
qui propriam, de non num.pec. & quid ve-
niat duplicandum. Bal.l.contra negantem,
num.5.C.ad leg.Aquil. [Tertiae Svpra-
dictae, Qvam Confessvs Dare De-
bvisset] cum effectu. gl.l.cum qui, §.si mu-
lier, in ver.præstando, de iureiur. [Exsol-
vat] c.bonæ memoriæ, de appellat. c.2.de
fideiusso. c.sicut tuis, de simon. & c.si vere,
de sentent.excomm. l.fin.§.1.& fin.de cond.
indeb. [Qvae Omnia Diligenter] sup.
const.inter multas. [Per Officiales No-
stros Inqviri] qui agendi modus est ex-
traordinarius. Inn.c.cum oportet, nu.1. circ.
fin.de accus. [Volvmvs] & mandamus. sup.
const.vt officialibus. [Vt Sicvt Cvilibet
Ivs Svvm] proprium. Caiet.ad D.Th.1.par.
quæst.54.art.1.col.2.in princ. quod habent,
& necessarium est habere propter ttia...
D.Thom.2.2.quæst.66.art.2. Actiones verò
non possidentur, nec quasi possidentur. Bal.
l.in rebus, num.2. circa fin. C.de iure dot.
[In-

[INVIOLATE SERVAMVS] quia Princeps iu-
ſtitiæ non præſumitur velle alicui ius ſuum
detrahere. Bal.l.2.num.17 in fi.C.de ſeruit.
& aqua,l.3.in fi.C.de duobus reis. [SIC IN
12 IVRE] perſonarum,officiorum,& obligatio-
num, quæ ponit Bald.l.non ignorat, col.2.
circa princ. qui accuſ. non poſſ. quorum
vnum eſt perfectum aliud ſemiplenum, &
quodam minimum. idem Bal.l.data opera,
poſt num.28. eod.tit.qui accuſ.non poſſunt.
[NOSTRO] nobis debito. glo.l.vt mihi, in
ver.ſuum, de donatio.l.ſi quis, in ver.ſuum.
13 ff.de donat. nam meum non ſolum deſignat
dominium, ſed ius aliquod, Baldus l.talem,
§.fin.de hæred.inſt. [DEFECTVM ALIQVOD
PERPETI NON POSSVMVS] ita Eccleſia, &
reſpublica volunt ſua priuilegia intacta ſer
uari. Baldus cap.1.poſt num.10. de conſtit.
Nemo enim debet dimittere ius ſuum indi-
ſcuſſum, nec iuſtus Rex iuſtitiam exhibere,
& ſeipſum negligere. in cap. licet magiſter,
circa princ.& num.2. in fine, de ſuppl.negl.
prælat. nam iuſtitia non ſolum eſt circa al-
terum,ſed etiam circa ea, quæ ſunt ad ſeip-
ſum.D.Thom.vbi ſupra 2.2.quæſt.58.art.2.
vnde ſicut priuatos iniuſtitiam paſſos adiu-
uamus, ſic & publicum illæſum manere vo-
lumus, §.oportet, lo primo, auth.de mand.
Princ. vltra quod idem ius eſt in fiſco, quod
in priuato. Bald.l.2.in 3.not.C.de tranſact.
Vnde diminutio cenſus ſoliti, ad modum
conſuetum reducitur, non obſtante reſcri-
pto. l.fin. C. ne rei dom. vel templ. neque
14 fraus,quia fiſco fit,ideo nō eſt fraus. D.Aug.
epiſt.124.col.2.poſt princ.& ſic vnuſquiſque
contentus ſuo, rem non expetet iuris alie-
ni. l.ſi conſtiterit, C.fin.regund. & quod in
alijs iniuſtum reputauimus, in nos iuſtum
reputemus. infra conſtit.monomachiam.
etiam quia occaſione criminis fiſcus auge-
tur. glo.& Bald.in rubr.num.1.de iure fiſci,
libro 10. & quæſitum fiſco, non debet fiſcus
illud perdere abſque facto ſuo.Bald.cap.fin.
num.5.circa med.de ord.cogn.

15 Contra, volenti de iure ſuo experiri,mos
gerendus eſt, ſed nolenti aliquid petere,non
eſt neceſsitas imponenda petendi aliqua.
Bal.l.vnica,num.9. in fi. ſi de moment.poſſ.
fuerit appell. Et ſuperior non debet aſper-
nari, ſi partes inuicem ſe componunt. in c.
venientes, num.7.poſt med.de iureiur. vnde
lis mota non debet impediri quin partes
poſsint ſeinuicem concordare, & ſi partes
ſunt in concordia, non debet amodo iudex
elaborare. l.fin.vbi Bal.ff.fam.ercisc. Immo
conſenſus partium facit ritè procedi, vbi
alias non procederetur,& operatur quod iu-
dex euitet pœnam, quam incurreret, ſi abſ-
que conſenſu partium procederet, & pars,
quæ iurauit proſequi vſque in finem, poteſt
in totum deſiſtere,quia ipſum deſiſtere,finis
eſt.B al.auth.generaliter,nu.5.& 6.de Epiſc.
& cler. Etiam, quia licitum eſt pœnitere.
in c.vnico,num.2.de plus petitio.Et remit-
tere litem non eſt dare. Bal.l.1.num.2.in fi.
16 de bonis mat. Tanto magis,quia obligatio-
nes principales,vel ſubſtantiales depēdent
à conſenſu. l.cum qui, §.qui ita, circa med.
de verb. oblig. quarum appendices ſunt pi-
gnus,& hypotheca. Bal.c.vn.nu.5.de reſcri.
Adeo quod ceſsio litis poteſt fieri etiam in
fine cauſæ cum omni examine,ita vt non re-
maneat niſi ferre ſententiam. Abb.c.dudum,
num.16.in fi.& 17.de elect. Nec habenda eſt
17 ratio iuris fiſci,nam ius eius facilius remit-
titur, quàm priuatorum. Bald.l.quicunque,
num.27. de ſer.fug. & auaritia reprobatur.
idem Bald. l.2. 3.repet.poſt num.16. de iure
emphyt.

Niſi diceres, quòd quaſi male conſcius
ceſsit, c.per tuas,in fi. de ſimon. & in ciuili-
18 bus, de quibus hic olim actor antequam iu-
dici libellum porrigeret, ſatiſdabat quod
vſque ad finem litis perſeuerabit per ſe, vel
per procuratorem, ita & reus: hodie con-
traria conſuetudo præualuit. Speculat. tit.
de ſatiſdat. §.1.& 2. poſt num.2. nam quid
facere debet iudex,niſi vt controuerſias eo-
rum dirimat, à quibus ſi ſponte receditur,
debet id ratum haberi. l.1.§.inde quæritur,
vbi Baldus in princ.de noui operis nunciat.
Verùm in renunciatione an requiratur ad-
uerſarij præſentia, idem Bald.d.l.poſtquam
liti, C.de pactis, quod non, ſed aduerſarius
poſſet contradicere. in c.cum pridem,nu.3.
de pactis.nec renunciare appellationi,ſi ad-
uerſarius vult ſententiam confirmari,vt ha-
beat duas ſententias pro ſe,ad hoc vt iudex
poſsit exequi. in c.peruenit. ſic in damnum
aduerſarij non poteſt recedi ab appellatio-
ne,niſi refectis expenſis. in cap.interpoſita,
num.4.circa med.de appell. Adeo quod non
19 valet pactum, quod quis non faciat pacem
cum inimico ſuo.Bal.l.furti,§.pactus,de his,
qui not.infam.Et quod hic dicitur,facit pro
peſsimis iudicibus, qui à componentibus
pœnam exigunt. Archid.cap.2. 90.diſtinct.
Iſte Imperator fuit cupidus in acquirendo,
& auarus in retinendo. glo.pen.& fin. l.1.de
ædil.edicto. nam quædam ſunt,quæ ſpectant
ad fiſcum,& eius ſunt.Bald.rub.C.de priuil.
20 fiſci. In ſpiritualibus autem non licet par-
tibus paciſci, vt liberè recedatur à lite, nec
pro bono pacis aliquid temporale detur:
nam cauendum eſt ne detur temporale pro
iure ſpirituali. Abbas cap.niſi eſſent,nūm.6.
circa med.de præben. In criminalibus con-
cordia non tollit pœnam fiſcalem. Bald.l.in
his,

his, in fine, ff. de legi. sicut percutiens clericum, etiam quod reconcilietur cum eo, tenetur satisfacere Ecclesiæ. c. cum desideres, de sent. excomm. An oblato libello, accusans possit desistere, & eum pœnitere. Spec.
31 tit. de libello. concept. §. 6. Et transigendo ante sententiam, an videatur confiteri delictum, Abbas cap. at si clerici, post nu. 27. de iudicijs. Quid si produxit instrumentum concordiæ, Bald. d. l. furti, §. pactus, cir. med. de his, qui not. infam. An autem actor possit renunciare instantiæ, reo inuito. idem Bal. l. sed si, 2. repet. num. 3. l. quamuis, 2. repet.
32 num. 2. de in ius voc. Alias religiosi si ius suum in iudicio prosequuntur, non peccãt. Abbas c. 2. num. 1. de præscriptio. quia dolum non committit, qui suum commodum iure prosequitur. l. si donaturus, in ver. dolo, de cond. cau. data. immo dolus esset, si nollet persequi quod persequi posset, sicut non exigere quod exigere posset, aut si nollet soluere quod exegit. l. dolus, ff. mand. Nihil enim dolo facit, qui laborat ad suum debitum consequendum. Baldus l. fin. col. 1. circa finem, C. depositi.
33 Nota, quòd ius fisci læditur transigendo, paciscendo, & colludendo. Vnde pro suo interesse potest adesse liti, & in tribunali vbi aduocatus, & procurator fisci degunt. Isern. c. 1. post num. 2. de leg. Corra.
34 Secundo noto, quòd verbum litis refertur ad instantiam iudicialem, quæ propriè dicitur lis, ius, siue causa, refertur ad ius competens in causa. Abbas d. c. dudum, num. 17.
35 de electio. Vnde quod est in iure, & obligatione, dicitur esse in patrimonio. Bal. l. facere posse, sol. mat. Et hoc ius est triplex. Bal. l. sciendum, 1. repet. circa princ. ibi quarto, qui satisd. cog. Potest ex concordia partium renunciari iudicio, & reuocare compromissum. in c. in causis, num. 4. circa fin. de elect. Qui renunciat literis, testibus, & instrumentis, non videtur renunciare liti, & causæ, nisi quatenus dependet ex illis. in d. c. cum pridem, num. 4. de pactis.

De priuilegijs eorum, qui citati extra ciuitatem non veniebant, & priuilegiorum irritatione.

SVMMARIVM.

1 *Citatio si est irrita, citatus non comparendo, non fit contumax.*
2 *Priuilegium si detur ciuitati, datur singulis.*



1 CITATVS quando citatio est irrita, non tenetur comparere. gl. c. statutum, §. in nullo, in ver. citet, de rescript. in vj. & non comparendo, non dicitur contumax. Bal. cons. 245. nu. 2. 3. vol. quia nonnulli ex [PRIVILEGIIS] priuatis legibus. glo. in fi. l. quod fauore, de leg. [EO-
2 RVM] quæ si ciuitati dentur, prosunt singulis. Bal. l. sed si, 2. rep. circa princ. de in ius voc. [QVI CITATI EXTRA CIVITATEM NON VENIEBANT] sicut hodie vassalli pro primis causis non extrahuntur à propria patria, vt in pragmat. Ferdinandi querula expositione, quæ est 2. sub rubr. vbi de delicto quis conuen. debeat. Imperator continuando dictam materiam, dicta priuilegia declarat inania, & irrita. c. ad nostram, & c. ex transmissa, de confirm. vtili, vel inut. quibus non obstantibus mandat, quod citati comparereant, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, rescriptum, mandatum, & priuilegium sunt diuersa.*
2 *Priuilegia sunt præmia, quæ à Principe emanant.*
3 *Fori declinatio, & electio pœnarum præbent occasionem male faciendi.*
4 *Priuilegia prærogatiuæ dicuntur, & priuilegiatis inhærent.*
5 *Indulgemus, ius nouum continet, & speciale.*
6 *Curia eadem in omnibus officialibus regni.*
7 *Fori declinatoria non debet de facili concedi.*
8 *Omnino, purè, sine omni conditione.*
9 *Clerici si citantur à iudice seculari, non fiunt contumaces.*
10 *Contumax vnius iudicis potest puniri ab alio mandato primi.*
11 *Lex si vnitur pacto, illud roborat, & efficacius facit.*
12 *Priuilegium cum derogatoria, quod non conueniatur nisi coram vno, valet, sed non excludit forum delicti, contractus, & rei.*
13 *Magna Curia habet iurisdictionem in toto regno, & in omnibus*

14 *Iudi-*

14 *Iudicari ibi debet vbi veritas magis inquiri potest.*

15 *Accusatur, & defenditur vbi delinquens habet incolatum.*

16 *Depositum vbi est, restitui debet, nisi expensis petentis alibi petitur restitui.*

17 *Citatio si aliter fit, quàm fieri debeat, dicitur temeraria.*

18 *Priuilegium iudici, loco, territorio, & quandoque personæ datur.*

19 *Priuilegium æquiparatur consuetudini, & vtrunque iustitia exigente, cassantur.*

20 *Concessum vni, reuocatur propter publicam vtilitatem.*



RIVILEGIA] quatuor habemus in iure, quorum
1 vnum non est aliud, videlicet beneficium, rescriptum, mandatum, & priuilegium. Bald. l. beneficium, 1. rep. num. 61
post med. & 3. rep. ff. de const. Princ. Priuilegia de quibus hic appellantur præmia, Bal.
2 l. testamenta, ff. de testa. mil. sunt supra ius
commune, non contra, nec præscriptioni
contraria. Bal. l. 1. nu. 22. & 23. C. de furtis.
dicitur ius extraordinarium. Bal. l. pecuniæ,
de priuileg. fisci. & est quidquid Papa facit.
Bald. c. cum dilectus, nu. 2. de consuetudine.
& omne quod à Principe emanat. Ias. in tractatu feud. in princ. post num. 26. sed non includit publicæ vtilitati contrarium. Baldus
l. iubemus, de sacrosan. eccl. Immo quod est
contra ius commune, est nullum, & si contra
priuilegia, annullandum. Abbas c. considerani, 2. notab. de elect. hic, quia priuilegium
declinandi forum, & electio pœnarum præ-
3 bent occasionem committendi maleficia.
Lucas l. 2. col. 1. circa med. de priuil. schol.
Et ciues certarum ciuitatum ex priuilegio,
vel consuetudine, non tenebantur comparere extra ciuitatem, etiam quod essent à Regia Curia citati: ideo Imperator ea annullando, mandat, quod quicunque, & vndecunque fuerit, si citatus non comparet, fit contumax, vt in tex. qui summatur vt per Affl.
& dicit. [PRAVILEGIA] prærogatiua. Bald.
rub. circa fin. de priuileg. fisci. leges priuatæ,
4 ex quo respiciũt singulares personas. D. Th.
1. 2. quæst. 96. art. 1. quæ priuilegiatis adesse
dicuntur, & eis præsto esse, Lucas l. eos, circa fin. ff. de excus. muner. sunt odiosa quando
respiciunt regalia: & in singulis verbis ponderando. Bald. c. fin. 3. not. de translat. Episc.
[QVIBVSDAM LOCIS] insignibus. Spec. tit.
de citatio. §. 1. num. 17. de quibus infra.
[A NOBIS, VEL PRAEDECESSORIBVS NOSTRIS] Rogerio, Gulielmo primo, & secundo Regibus prædecessoribus nostris, vt infra
constit. dignum. [INDVLTA] concessa: vnde
5 indulgemus, continet ius nouum, & speciale. Zab. clem. 2. de celebr. Miss. [NECNON]
quæ geminata negatio affirmat. Luc. l. quoniam, de dignit. [CONSVETVDINES IN LOCIS IPSIS OBTENTAS] quæ priuilegia restringunt. Bal. l. in vrbe, de statu hominum.
[VELVTI] exemplificatiuè. l. si quis curialis, in ver. veluti, de Episc. & cler. [MESSANAE] ciuitatis. Nizolus in ver. Messana.
[NEAPOLI] quæ quia postremò ædificata
est, Neapolis nominatur. Nizolus qui supra
in ver. Neapolis. [AVERSAE, SALERNI]
vrbis. Nizol. in ver. Salernum. [VEL ALIIS
QVIBVSCVNQVE] similibus, non maioribus.
Bald. c. Sedes Apostolica, num. 3. in pri. 5. &
post 6. de rescriptis. quod est generale, &
omnem difficultatem excludit. Io. And. c. si
beneficia, post num. 1. de præb. in vj. [PER]
idest propter. Archid. c. miramur, in princ.
61. dist. [QVAE] priuilegia [CITATI A CV-
6 RIA NOSTRA] quæ eadem est in omnibus
officialibus regni. Iser. inf. const. humanitate, circa princ. [VEL IVSTITIARIIS REGIONVM SVPER CAVSIS, QVAE AD EORVM IVRISDICTIONEM SPECTARE NOSCVNTVR]
vt supra constit. Capitaneorum, & sequen.
[SE HACTENVS] c. 1. de exceptio. vsque ad
hunc diem. Nizolus in ver. hactenus. [TVEBANTVR, NE] vt non. gl. l. fluminum, §. adijcitur, in ver. sed, de dam. infe. [LOCA IPSA
TENERENTVR EXIRE AD IVSTITIAM FACIENDAM] vt supra constit. Iustitiarij non
per Kalendas, propter iustitiam faciendam.
Niz. in ver. ad. [AC] et. idem Niz. in ver. ac.
[PROPTEREA] propter hanc causam. idem
in ver. propterea. [CITATIONIBVS SPRETIS] frustrando actionem. l. 3. ff. de iudicijs.
[POENAM CONTVMACIAE EVITABANT] de
qua supra in const. pœnam nouem vnciarũ.
7 Vnde priuilegium declinandi forum non est
de facili concedendum, ne ex hoc impetrasse videatur vt delinquat innoxiè. Lucas l. si
apparitor, col. 7. circa princ. de cohortal.
[ET SIC LICENTIVS MALEFICIA COMMITTEBANT] quia facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquenti. c. est iniusta, in fi.
23. quæst. 4. [PRAESENTI CONSTITVTIONE
IRRITA] l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniusto, rupto, & irrito testam. l. si quis testamento, de leg. 2. c. 1. de his, quæ fiunt à præl. sine
consensu cap. in irritum, c. dilectus, in fi. de
procur. irritari. c. super eo, de eo, qui cogn.
consang.

consang. vxori suæ, irrita, & rupta. l. 2. §. 2.
vbi glo. de cond. indeb. ipso iure. Baldus cap.
constitutus, num. 2. de rescriptis. [ET INA-
NIA] irrita, & inania pronunciando. c. pro-
posuit, vbi glo. & c. cum nostris, de conces.
præbend. vel nunciando. Abbas cap. illud
prætereundum, post num. 2. de iurepatron.
cap. prohibemus, in fine, de censi. cap. sicut
vnire, & cap. inter dilectos, de exces. præl.
c. cum olim, lo secondo, de priuileg. [ESSE
CENSEMVS] decernimus. c. de iure, de iure
patron. iudicamus. c. auditis, d. tit. de pro-
curat. reuocamus. cap. cum olim, de sentent.
& re iudic. c. 1. c. constitutus. c. dilectis, c. vt
nostrum, c. cum causam, & c. dilecto, in fine,
de appellat. tanquam irrita, & inania. cap.
licet, de foro compet. cap. accedens, lo se-
condo, vt lite non contestata, cap. Ecclesiæ
Sanctæ Mariæ, lo secondo, vt lite pendente.
Et sic priuilegium Principis reducitur ad
iustitiam. Bald. cap. ex tuarum, de auctorit.
& vsu pallij. [SED OMNI OMNINO] purè,
8 sine vlla conditione. Innocen. c. ex parte. N.
vbi Baldus in rubr. num. 6. post medium,
de offic. deleg. [DISCRETIONE] distinctio-
ne, vel separatione. Ioan. And. c. cupientes,
num. 3. de electione, in vj. [QVICVNQVE]
quæ est dictio vniuersalis, & omnes compre
hendit. Ioan. And. c. quicunque, post num. 1.
de pœnit. & remiss. in vj. [ET VNDECVN-
QVE FVERIT] dummodo citetur in loco iu-
risdictionis. glo. hic. [A IVDICE COMPE-
9 TENTE CITATVS] alias clerici si citentur
à iudice laico, non dicuntur contumaces.
Bald. & Affl. §. si clientulus, num. 3. de pace
tenenda. [SI CONTVMAX SIT IN CIVILI-
BVS, VEL CRIMINALIBVS CAVSIS] de qui-
bus infra constit. pœnam eorum. [POENIS
SVBIACEAT] quibus per contumaciam se
subiecit, de Iust. C. confirm. in ver. crimini.
[NOSTRIS CONSTITVTIONIBVS INTRO-
10 DVCTIS] adeo quod contumax coram vno
iudice, potest puniri ab alio iussu primi.
Ant. de Butr. c. cum bonæ, num. 2. de ætate,
& qualitate.

Videtur, quòd huiusmodi priuilegium va-
leat quod non teneantur comparere extra
ciuitatem pro quacunque causa, prout Be-
neuentani habent. Gramm. hic; ita quod in
eorum causis procedatur summariè, & de
plano. Bald. l. fin. quorum appell. non recip.
Eo magis si cum priuilegio concurret con-
11 suetudo, sicut lex quando pacto iungitur pa
ctum roborat, & efficacius reddit. Bald. l. le-
gitima, 1. repet. num. 3. circa fin. ff. de pactis,
ita augetur per adiectionem pœnæ, ius de-
ductum in pacto. idem Bald. auth. sacramen
ta puberum, num. 2. in fine, si aduer. vendit,
quia est vestitum legis auxilio. glo. l. iuris-
gentium, §. sed cum, d. tit. de pactis. & tunc
si lex. & pactum idem disponunt, dicitur
conuentio legitima. Bald. l. item quia, 1. rep.
post num. 5. eod. tit. de pactis.

12 Nisi diceres, quòd nemo habet priuile-
gium, quod non conueniatur coram vno iu-
dice, si non dicatur, non obstante. authent.
qua in prouincia, vbi de crim. agi oportet,
gl. l. si maritus, §. legis, in ver. cognitionem,
ff. de adulterijs. vel ex priuilegio Summi
Pontificis cum clausula derogatoria. not. in
cap. 1. de priuileg. in vj. Ita Beneuentani ha-
bent cũ derogatione huius const. vt Gram.
hic. Ita si esset concessum ad angustias sum-
ptuum releuandas, quia esset reale, & per-
petuum. Baldus l. vectigalia, C. de vectigal.
alias vbi delinquens inuenitur, possit con-
ueniri. not. in c. vt commissi, de hæret. in vj.
& priuilegium quod non teneatur compa-
rere coram aliquo Præside, si delinquit in iu
risdictione alterius, potest coram eo conue-
niri, quia priuilegium quod quis non possit
conueniri, nisi coram certo iudice, non ex-
cludit forum delicti, contractus, & rei. Bald.
d. auth. qua in prouincia, 1. notab. In Regno
13 conuenitur in Magna Curia, quæ habet iu-
risdictionem in toto Regno. Luc. l. fin. col. 2.
circa fin. & sequen. de vetera. Iure canonico
non conuenitur pro delicto, nisi vbi sortitur
forum, secus in vagabundo. Abbas cap. fin.
14 a. not. de foro compet. nam iudicari debet
vbi magis veritas inquiri potest. glo. cap.
pudenda, in ver. melius, 24. quæst. 1. sicut vbi
administrauit. l. hæres absens, §. 2. vbi glo.
in ver. ibi, ff. de iudicijs. tam si administratio
sit publica, quàm priuata. l. 1. C. vbi de ra-
tiocin. agi oportet. Si appellauit, debet in
prouincia vbi agitur de alijs causis suis de-
fendi. l. 1. & 2. ff. eum, qui appell. in prouinc.
defe. & extra eam trahi non potest. cap. 1. 2.
15 & fin. 3. quæst. 6. & in prouincia accusatur
de delicto vbi habet incolatum. l. relegato-
rum, ff. de interdi. & releg. Seruus ibi debet
defendi vbi deliquit. l. fin. vbi Bald. de noxa.
16 Depositum vbi est factum, restitui debet, nisi
alio sumptibus petentis asportari petitur. l.
l. si in Asia, §. 1. depositi. Sed hic Princeps
potest causam ab Ordinario amouere, & ad
suum concistorium trahere. Afflict. c. Im-
perialem, in princ. 6. notab. nu. 8. de prohib.
17 feu. alic. per Fred. Citatio autem si fit aliter,
quàm fieri debet, est temeraria, & nõ arctat
citatum. Arch. cap. fin. circa med. 5. quæst. 2.
Et si citatur ad locum notoriè non tutum,
non tenetur comparere. idem Archid. cap. si
ægrotus, circa med. 5. quæst. 3. etiam quod
habuisset literas securitatis. Affl. hic nu. 7.
18 Nota, quòd datur priuilegium iudici
quandoque loco. Lucas l. 2. col. 1. circa fin.

de

de priuileg schola. Quando censeatur concessum territorio, vel personæ,& quid operetur, Bald.l. beneficium, 1.repert.num.8.de const.princ. Datum prædijs, non extinguitur cum persona, sed personis datum, cum illis extinguitur. Ioan. And. ad Speculat. tit. de decimis §. 1. ibi l.2. circa med. dixi supra const. Magistros Fundicarios.


19 Item nota, quod priuilegium æquiparatur consuetudini Bald. cons. 181. nu. 4. 5. vol. & vtraque iustitia exigente cassantur c. di. filius de concess. præbend.; adeo quod sicut quis ipso facto renunciat priuilegio, Bald. l.cum furiosus. §. 1. ff de iudicijs, ita vbi concessum, propter publicam vtilitatem reuocatur Bald. l. Senatusconsulto 2. repet. post num. 1. de offic. præsid. & locis publicis indulta, propter publicam vtilitatem reuocantur, vt hic.

De contumacia alicuius vniuersitatis.

SMMARIVM.

1 *Prouisio in persona vera, an extendatur ad fictam.*

2 *Vniuersitas est persona ficta, & potest fieri contumax.*



1 Qvia poterat dubitari si in materia pœnali prouisio facta in personam vera, extendatur an fictam & sic repræsentatã. Abb. c. graue nimis n. 7. de praeb. prout est vniuersitas. Paul de Castr. cons. 104 col. 3. circa princ. 3. vol. quae cum possit agere,& conueniri, l sicut. ff. quod cuiusque vniuers. nom. potest etiam 2 fieri contumax sicut Ecclesia, si citatur, in arrengo, vel capitulo. glo. circa fin. in regno non potest de reg. iur. De huiusmodi contumacia, & exactionis modo tractatur hic.

SVMMARIVM.

1 *Cadit qui irridet, stat, qui credit, & fluctuat qui dubitat.*

2 *Dubitare de singulis, non est vtile.*

3 *Vniuersitas est persona ficta, semper ignorans, & veram sententiam non habens.*

4 *Vniuersitas conuenitur, contra eam datur libellus, potest delinquere, & loco particularis habetur.*

5 *Actor cogitur defendere vniuersitatem, non singulos de vniuersitate.*

6 *Dubitatio quid, inde dubitare, & dubitans, & quomodo res efficitur dubia.*

7 *Iurisperiti consulunt, & assumuntur in consilium Principis.*

8 *Vniuersitas communitas dicitur, licet plura habeant nomen vniuersitatis, & non sint.*

9 *Vniuersitas, vt conueniatur, oportet, quod maior pars se obliget.*

10 *Vniuersitas citatur personaliter, quãdo citatur vbi congregari solet.*

11 *Molendina, prouentus, lacus, eluuiũ, & nemora sunt vniuersitatis.*

12 *Ciuis si assumit vsum aliorum, potest cogi vt vtatur pro rata.*

13 *Exequutio fit officio iudicis mercenarij iuxta morem curiæ exequentis.*

14 *Multitudo constat ex singulis.*

15 *Vniuersitas singuli homines sunt.*

16 *Collectam imponere, est meri imperij publicum auctoritate, & vtilitate, nec imponitur nisi mandato Regis.*

17 *Ciuium par est affectio, & non videtur pro vno contra alium statui.*

18 *Debitum vniuersitatis, & singulorũ sunt diuersa.*

19 *Sententia interlocutoria largè potest dici diffinitiua.*

20 *Satisfacere, est plus quam restituere.*

21 *Pœna pro interesse capitur.*

22 *Forma dicitur, quod est perfectum ex omni sui parte, alias non est forma.*

23 *Vniuersitas est nomen iuris, & non est aliud, nisi homines.*

24 *Focularis vnde, & quot modis dicitur.*

25 *Syndicus, & Consules quare coguntur pro vniuersitate.*

26 *Habitatores, & habitantes, qui sint.*

27 *Proportionabiliter, pro virili portione, & proportionabilia quid.*

28 *Scui, & similitudinariè, non exemplificatiuè.*

29 *Collectas inuenit Fredericus, & imponuntur persona pro rebus.*

30 *Causa ciuiles, & criminales aequiparantur.*

31 *Ciuitas quando condemnatur, possūt capi res priuatorum, si est moris.*

32 *Collectas Princeps & quando ciuitas imponit, & qui tenentur.*

33 *Sententia contra monachum, vel hereditatem iacentem, contra quem exequitur.*

34 *Vniuersitas est corpus inanimatum, persona repraesentata, sicut societas, collegium, & alia nec potest demonstrari.*

35 *Rector cum consilio decurionum imponit collectas, & quomodo fit distributio.*

36 *Mulier pro datijs, & collectis obligatur, & res minoris iusto pretio venduntur.*

37 *Vniuersitas si communicato consilio delinquit, singuli puniuntur.*

38 *Singuli, quilibet de vniuersitate de per se dicuntur.*

39 *Quaesita vniuersitati, quomodo inter singulos diuiduntur.*

40 *Vniuersitas nō excommunicatur, sed singuli, & quando pro peccato Regis Episcopi, & particularium interdicitur.*

41 *Appretium, siue aestimium quomodo fit, & vbi mobilia, & animalia describuntur.*

42 *Congregatio duplex, & quid vniuersitas.*

43 *Communitas parit vnitatem, singularitas diuisionem.*

44 *Vniuersitas factum debet esse vniuersale, non singulare.*

45 *Vniuersitas tenetur si aliquis alium eius nomine deijcit.*

Vniuersitatis iuris sunt quinque, hereditas, bonorum possessio, peculium, patrimonium, & dos,

1 Vbitationem) qui irridet cadit, qui credit stat, fluctuat, qui dubitat. D. Augusti. lib. de Epicureis, & Stoicis, col. 2. cir. med.
2 De singulis dubitare non est inutile l. 3. in ver requirens. de summa Trin. sed de impertinentibus frustra dispu-tatur. Bal. l. 1. C. ne vxor pro marito. ideo qui dicit se dubitare, debet assignare causam, quare dubitat. idem Baldus l. iusiurandum, in fi. princ. de iureiuran. Ligatur mens eum requiescere nolit conclusioni non placenti nec procedere vltra valet, quoniam quemadmodum soluat non habet Aristot. 7. Ethicorum 3. Alias qui non intelligit rationem dubitandi, non potest intelligere rationem respondendi, nam, secundum Arist. potentes dubitare facilè soluunt. Bald. l. si tutores, circa princ. C. de compens. Caus. dubitandi erat, quod vniuersitas non possit
3 esse contumax, nam est persona ficta, semper ignorans, & veram scientiam non habens. Paul. de Castr. cons. 220. circa finem, 2. volum. Nec potest argui à particulari ad vniuersitatem, quia facilius praesumitur voluntas vnius, quàm innumerabilis populi. Bal. l. barbarius. 1. repet. ante num. 1. de off.
4 praetor. E contra facit, quia contra eam potest dari libellus, sicut contra singularem personam l. tigni, vbi Bald. ad exhiben. constituitur in mora. Bal. c. 2. num. 10. circa fin. vbi Aluar. num. 5. circa fin. si de inuest. inter dom. & vass. lis oriatur, potest delinquere. Gram. supra constit. si damna clandestina,
5 num. 37. habetur loco personae, & actor cogitur eam defendere, non singulos de vniuersitate. Bal. l. 2. in princ. quod cuiusque vniuers. nom. Vnde iudicium ad dicitur, Conuenit vniuersus Israeles ad eum extrem quasi homo vnus. hic dum sit inter duo extrema. Bal. l. quod si dubitet, in princ. de aquir. haered. ad Principem spectat interpretari. glos. l. & ideo, la prima, ff. de legib. sequutus partem affirmatiuam, cum multae fiant extorsiones per officiales contra vniuersitates, vt in c. reg. item, vt collatur materia dat modum exigendi in casu contumaciae, & condemnationis in diffinitiua, qui diuiditur, & summ. vt per Afl. & dicit (Dubitationem) quae cadit vbi est error. Bald. c. pastoralis, ante num. 1. de rescrip. & secundum Aristotilem,
6 est qualitas contrariarum rationum, refert. Bald. rub. num. 4. circa fin. C. de probatio. vel obscuritas quaedam. c. eum contingat, post nu. 2. de rescriptis. inde dicitur dicans, duas vias tenens, Lucas l. litibus, col. 1, in fine, de agric. & censi. & dubitat qui clarè non percipit. Bal. l. fin. in princ. num. 8. C. de furtis. vnde per verbum dubito, fit res dubia. idem Bal. l. 3. C. quib. ad liber. proclam. non licet. Qui opinatur, non dubitat, sed putat se pro certo scire. Arist. 7. Ethicorum 4. Ioest inuestigare, volentibus bene dubitare & quaerentes sine dubitatione, similes sunt quo-

opor-

oporteat ire ignorantibus. 3.Metaphysices, in princ. Habet igitur dubitationem,& bene dubitanti increpationem. 14. eiusdem, post med. Discipulus verò à docente capit id de quo apud eum nulla est notitia, vel si de eo apud eum est contraria notitia. idem 1.Posteriorum, tex.78. Dissentire in paruis, quasi non videtur dissensus. Nicol.de Nysse tract.5. par.3.port.3. de charitate, quæst.8. sed vehemens dubitatio idem est quod ignorantia. Bald. c.fin.num.3. de postul.prælat.

7 [IVRISPERITORVM] qui assumi solent in consilium Principis. l.iurisperitos,de excus. tutor. prout Annio consilium dederunt. l.si quando, §.1.si serui.vend. [NON TAM BENIGNA] infra const.probationum desectum, & const.errores eorum. [QVAM NECESSARIA LEGVM INTERPRETATIONE] quam solus Princeps,& in scriptis facit.l.1.vbi Bar. num.7. C.de legi. cum interpretare eius sit cuius est condere. Inn. c.eum venissent, de iudicijs.[TOLLENTES] corrigentes. d.const. errores. [STATVIMVS] nonum ius inducendo. not.clem.fin.de rescrip. [SI QVANDO] aliquando.supra const.si quando.[VNIVERSITAS] cap.eum ex eo, de pœnit. & remiss. c.vniuersitatis, de sent.excomm. quæ com-

8 munitas dici potest.Abbas cap.fin.1.notab. de procurat. & odio haberi. appendix ad D.Thom.1.2.quæst.29.art.6. licet plura habeant nomen vniuersitatis, sed non faciunt vniuersitatem. Bald.rub.nu.18.de rer.diuis. [ALIQVA REGNI NOSTRI] Siciliæ. supra const. occupatis nobis. [PERSONALITER, ET CIVILITER CONVENTA, ET CITATA] vel ciuiliter conuenta, & personaliter citata, nam vniuersitatem quis conuenire potest. Bald.l.intantum,2.rep.§.vniuersitatis,

9 de rer. diuis. sed vt possit conueniri, requiritur quod maior pars se obligauerit,facien do contractum. l.2.in glo.magna, eir.med. quæ fit longa consuet. & consensus sit communis,& non singularis. Bal.l.cum solus,de acquir.hæred. actus enim si est collegialis, semper requiritur quod sint simul congregati. Bal.l.vnica,1.repet.num.3.in fi.de off. consul. & non sufficit,quod vnus hodie consentiat,& alter cras. Bal.l.3.1.repet.num.2. in fi. & in 2.circa princ. quod cuiusque vninom. Coram vniuersitate non dicitur fieri, quod separatim fit coram singulis, nec quilibet habet iurisdictionem separatam, licèt habeant exercitium simul.Zabar.clemen.1. nu.3.circa med.de appell. Vnde actus pertinens ad collegium, debent expediri collegialiter, & per congregatos in vnum. Abb. c.fin.1.notab.de sortileg.nec sufficit eos vocari,quorum consensus requiritur, nisi cum eis negociū tractetur, & discutiatur. Arch. c.si autem, in princ.15. quæst.7. ita in ratificatione requiritur quod fiat collegialiter. Bald.l.per fundum,1.rep.circa fin.de seruit. rust. præd. Et in compromisso arbitri non possunt pronunciare seorsum vnus ab alio, quantumcunque liqueat de intentione absentis. Bald.l.Celsus. alias si intres,ff.de arbitris.& quod vno contextu desideratur fieri, non valet in diuersis factum. Spec.tit.de his,quæ fiunt à præl. sine consensu capituli, num.3. Bald.l.non ambigitur,in princ.ff.de legi. Vnde in actibus, in quibus requiritur certa forma, exigitur quod vno contextu fiat. Bal.l.2.post num.23. de Episc.audient. Quando nō faciunt collegium, potest vnusquisque deponere votum suum separatim. Bal. add. vltima ad Spec. de instrum. editio.

10 col. 12. post princ. Et dicitur personaliter vniuersitas citari,quando congregata in loco solito, citatur, & non habet syndicum,& alia,vt Affl.hic 2.notab. Quomodo probatur citatio capituli, Bal.c.bonæ,num.16.de elect. & vniuersitatis. cap.fin.num.5.de eo, qui mitt.in poss. causa rei seruan. Sic congregata est vti persona politica,& si non est congregata,vel clausa ianua,adeo quod non detur aditus quid fiet. Baldus l.etiam, post num.13.de exequut.rei iudic. vel singulariter, & personaliter citatur in persona præsidentium,siue ad habitationem ipsorum, cum habitare dicatur communitas in loco publico,vbi habitant ipsi præsidentes,vel vbi consueuit congregari, non in loco singulorum ciuium priuatorum. Bald. auth.sed cum testator, num.5.in fine, & 6. ad legem Falcid. [CONTVMAX APPARVERIT] non comparendo per syndicum, infra const. generalia iura, in vltimo, vel peremptorio termino. Bal.l.Celsus,§.fin.de arbitris. [NEC INVENIATVR COMMVNE EIVS ALIQVID] puta

11 molendina, prouentus, lacus, vel clusiuum. Bal.rub.post num.17.l.intantum, §.vniuersitatis, lo secondo,de rerum diuis.l.si finita, §.si de vectigalibus, circa fin.de dam.infec. L.2.12.notab.de pet.bon.subla. vel nemora. idem Bal.l.etiam, post num.12. de exeq.rei iudic. quia ius vniuersitatis non consistit in singulis, sed vniuerso corpore. Bal.l.1.circa med.C.de hæred.decurio. Vniuersitates verò Regni nihil habent, vel possunt habere in communi. Gram.c.regni, item quod Iustitiarij, col.1.in fi. Reipublicæ autem duplex est patrimonium. Bal.l.1.num.6. circa med. C.de hæred.vel actio.vend. tunc commune omnibus communicandum. Abb.c.ap. ratio nulla, 2.notab.de præb. adeo quod si

12 vnus assiduo vsu assumit vsum aliorum,potest cogi vt vtatur pro rata. Bal.l.si manifeste, num.2. post med.C.de seruit.& aqua.

Mmm 2 alias

alias exactio terragiorum eſt de iuribus ſeu
di,ac de regalibus, ſicut vectigalia. Minad.
conſ.14.num.3.6. & 18. [QVOD PROPTER
IPSIVS CONTVMACIAM AB ADVERSARIO
VALEAT POSSIDERI]vt tædio affectus com
pareat, vt ſupra conſt.contumacem, & ſeq.
[VEL SVPER QVO DIFFINITIVA SENTEN-
TIA VALEAT EXEQVVTIONI MANDARI]
13 quæ ſit officio iudicis mercenarij iuxta mo-
rem curiæ exequentis , & non condemnan-
tis ex ordine,& liquidato negocio. Bal.l.1,
in princ.& nu.2. de exeq.rei iud. vbi etiam
in fi. quod ſi non apparet contradictor, iu-
dex debet eſſe breuis , & facilis in exequu-
tione : & quomodo fit contra ciuitatem ,
idẽ Bald.l.ciuitas,col.2.poſt med.ſi cer.pet.
14 [SINGVLOS] ex quibus conſtat multitudo.
D.Aug.1.de ciuit.Dei,c.15.col.2.poſt med.
licèt in iuribus ſingulorum non attendatur
communis conſenſus , ſed proprius , cum
vnuſquiſque ius ſuum proſequatur, agendo,
ſiue defendendo . Baldus l.1.& 2.in fi. C.de
conſor. eiuſdem litis . nam quamuis nomen
ſit vniuerſorum , effectus eſt ſingulorum ,
Bald.l.parentes,circa fin. C.de teſtib. Vnde
vniuerſitas non poteſt aliquid ſtatuere con-
tra eiues nominatos,ſed in genere ſic.Bald.
de conſtit.c.1.nu.14. [DE VNIVERSITATE
PRAEDICTA] homines qui ſunt de vniuer-
ſitate,ſicut omnis terra,omnes homines qui
ſunt in terra. D.Auguſt.lib.de continentia,
col.pen. cir.fin. cum vniuerſitas nihil aliud
ſit,quàm ſinguli homines.Bal.c.tertio loco,
15 poſt num.3. de probat. qui comparantur ad
communitatem , ſicut partes ad totum ,
D.Thom. 2.2. quæſt.58. art.5. ſed creditor
vnius an poſſit immitti in poſſeſſionem par-
tis nemoris communis.glo.l.ſicut,quod cu-
iuſque vni. nom. & ſinguli nota nedum eſt
ſpeciei , ſed etiam indiuidui , ac ſi ſinguli
quique nominatim exprimerentur: & an de-
notet ſeparationem. add.ad Speculat.tit.de
empt.& vend. §.1.ibi ver.ſingula, vbi etiam
Speculat. num.38. ac ſi diceret nomine ſin-
gulorum , glo.1. l.illud, ad leg.Aquil. inter
eos qui ſunt ſoluendo. l.inter eos, §.1. ff.de
16 fideiuſſo. [AD COLLECTAM] cuius impoſi-
tio eſt meri imperij:eſt ius publicum,aucto-
ritate , & vtilitate cogitur vniuerſitas , ſed
ſoluunt particulares , quomodo , & qui non
teneantur. Bal.l.etiam,nu.13.& 15.d.tit.de
exeq.rei iud. quæ, quomodo, & quando im-
ponatur pro debito vniuerſitatis , non ha-
bentis vnde ſoluere. Abb. c.fin.num.6. & 7.
de his,quæ fiunt à maio.parte cap. Quando
imponitur perſonæ pro rebus, vulgo appel-
latur collecta. Ang.l.vnica,num.11.in fine,
& poſt num.14. de mulic. & in quo loco : &
imponitur pro modo facultatum, quod vul-
gares dicunt per æs,& libram. Bal.l.propter
honorem,num.2.qui bonis ced.poſs. plus,&
minus , ſecundum cauſam pro qua imponi-
tur , & commodum quod inde reportatur.
idem Bald.l.4.de immun.nem.conced. & an
includantur bona infantium,& furioſorum.
Bal.auth.ſed omnino, poſt num.11. ne vxor
pro marito , quid in forenſibus effectis ciui-
bus,& clericis.idem Bald.l.quidam, in fi.de
fideicomm. l.etiam, nu.14.in fi.de exequut.
rei iudic. aliter collecta, 1. ad Corinth.16.
Ant.de But. c.1.de off.Archipresb. [COM-
PELLENDOS ESSE IVBEMVS] cum mandato
Regis,alias non imponitur. Gram.in c.reg.
itemque Iuſtitiarij iudices , vbi Io. Ant. de
Nigr. qui , qualiter, & ex qua cauſa impo-
nentes puniantur , & an poſsit imponi con-
tra exteros poſſidentes bona in territorio ,
ſi vniuerſitas nihil poſsidet,& imponitur ad
inſtantiam creditoris. glo.l.1.§.fin.vbi Bal.
col.2.quod cuiuſque vniuer.nom.qui etiam
quod ſi collecta non ſufficit, vel imponitur,
& ſoluitur Regi,tenentur exteri poſsidentes
in territorio,tunc dicitur mixta ex quo pro
perſona rebus indicitur. Bart.l.1.num.8.de
apochis publ. Gram. c.itẽ quod Iuſtitiarij.
[QVI IN COLLECTA IPSA CONFERVNT]
congregant,& ſoluunt. l.continuus, §.illud,
in ver.conferre,de verb.oblig. [PRO MODO
17 FACVLTATVM SVARVM] & non per capita.
Affl.hic 5.not. cum par ſit affectio ciuium,
& non videtur pro vno ſtatuere contra aliũ.
Bal.d.auth.ſed omnino, poſt nu.17. ne vxor
pro mar. [VT SIC] ita ſic. Nizol.in ver.vt.
col.3.in princ. [EX EO QVOD EX COLLE-
CTA IPSA REDACTVM IN COMMVNE FVE-
18 RIT] cum debitum vniuerſitatis ſit diuer-
ſum à debito ſingulorum.l.ſicut, vbi Baldus
d.tit.quod cuiuſque vniuer.nom.pro debito
vniuerſitatis non poſſunt capi res ſingulo-
rum. Bal.l.1.§.fin.circa princ.eod.tit.quod
cuiuſque vni.nom.& diuerſa ſunt bona vni-
uerſitatis,& ſingulorum. Baldus l.parentes,
num.4. C.de teſti. nobilius enim eſt habere
res in particulari, quàm in vniuerſali, quia
illud eſt reale, hoc rationis : illud ſimplici-
ter,hoc ſecundum quid. Caiet.ad D.Thom.
1. 2. quæſt.66. art.3. poſt princ. & aliud eſt
habere vt proprium , aliud vt commune .
idem D.Tho. 2.2.quæſt.87.art.4. adeo quod
creditor particularis, non poteſt immitti in
poſſeſsionem putei, vel nemoris communis,
ſiue partis,quæ ſpectat ad ſuum debitorem,
cum ſit incerta ratione loci,& quotæ. Bald.
d.l.etiam, poſt num.11. de exequut.rei iud.
ita quod receptum ab vniuerſitate non eſt
ſingulorum,quod ipſa debet, non debent ſin-
guli,nec quod ipſi debetur,ſingulis debetur.
Io.And.ad Speculat.rub.col.7. circa finem ,
de

de concess. preben. [Interloqvvtoriae, Vel Diffinitivae Sententiae] de quibus supra const. vt vniuersis, & singulis. Affl.
19 hic 6. not. licèt interloquutoria, quæ diffinit vnum articulum causæ, potest largo modo appellari diffinitiua. Bald. l. si quis iusiurandum, cir. fin. cum l. seq. in fi. princ. C. de reb.
20 cred. & iureiur. [Satisfiat] quod plus est, quàm si diceret, restituat. Abb. c. præterea, nu. 3. de vsuris. & satisfacere, non est aliud, quàm liberari à debito. Caiet. in tract. 16. de indulgentijs, c. 2. col. 2. post princ. [Circa] quæ apposita rebus, accessionem significat. Bal. ad Speculat. tit. de fruct. & interess. col. 4. circa fin. posita inter actus, stat exclusiuè. c. dilecta, nu. 1. circa med. de testibus.
21 [Poenam] quæ alibi pro interesse capitur, cum sit pœna respectu soluentis. Bald. l. fin. circa fin. de eo, quod certo loco. [Etiam Contvmaciae] tam pro ciuilibus, quàm criminalibus, vt infra. [Cvriae Nostrae Debitam] propter contemptum, vt infra
22 constit. pœnam eorum. [Hanc Formam] quæ est quidquid perfectum est ex omni sui parte, alias non est forma. Bal. l. 2. nu. 4. cir. med. C. de hæred. act. vnde verbum est forma orationis, quia dat regimen, & esse toti orationi. Bal. l. verbum volo, in princ. C. de fide. [In Vniversitatibvs] quæ in vnum versæ dicuntur. Bal. c. fin. num. 15. circa med. de sent. & re iud. in maiori parte verificantur, Bald. l. 1. §. fin. de rei vend. [Volvmvs Observari] alias forma omissa vitiatur. sup. const. instrumentorum robur. [Vt Contvmacia] vitium contumaciæ, vt const. seq.
23 [Ab Vniversitate] cuius nomen est iuris, & aliud non est nisi homines. glo. & Bal. d. l. sicut. 2. rep. circa med. quod cuiusq; vni. nom. inde homines nascuntur suæ ciuitati in specie, & prouinciæ in genere. Bal. auth. sed omnino, num. 13. post med. ne vxor pro mar. & dum nascitur, est quodammodo hypothecatus patriæ, in l. in adoptionem, cir. princ. C. de adoptio. & illius ius residet in vno, & quando non. Bald. c. bonæ memoriæ, post nu. 5. lo primo, de elect. [Contracta] per contemptum, vt const. seq. [Pro Dinvmeratione Cvivslibet Focvlaris] capitis familiæ, siue fumantis, vt dicunt Bo-
24 nonienses, vel focularis, vt dicunt Perusini. Bal. auth. defuncto, nu. 11. ad Tertull. & dicitur focularis à foco, & lari, hoc est igne, & domo. Cassan. consuet. Burg. rub. 9. §. 18. ibi, taiables, post num. 12. vnde pater cum multis filijs, habetur loco vnius capitis. Bald. l. etiam, num. 15. in princ. de exeq. rei iud. dixi latè in tit. quæ sint regal. [Dimidivs Avgvstalis] de quo sup. const. quicunque mulierem. [Nostrae Cvriae Debeatvr] propter delictum. glo. l. si debitor. de pet. hære. [Ita Videlicet] ita, demum, quæ importat formam. Cass. consuet. Burg. rub. 4. §. 2. ibi, femme, num. 21. & 25. [Vt Si Mille Focvlaria Ipsa Vniversitas Habeat, Qvingentos Avgvstales Pro Poena Contvmaciae Vniversitas] c. non est, de regular. [Tota] & pro ea syndicus. Baldus l. creditor, in fi. princ. de actio. empt. vel massarius communis, de quo Bal. c. ne pro defectu, post num. 5. de electione.
25 Vnde in exequutione personali contra vniuersitatem capiuntur consules, qui quadam fictione sunt populus, & capiuntur nō quia sunt personaliter debitores, sed quia habent facultatem soluendi, vel vt populus rubore confusus soluat. Bal. d. l. etiam, num. 11. in fi. de exeq. rei iudic. Syndicus autem an possit nominatim obligare ciues. Bal. rub. de syndico, num. 2. [Fisco Nostro] nostræ Cameræ Imperiali. glo. rub. de iure fisci, lib. 10. [Persolvat] c. 3. de fideiusso. c. pen. de sepult. c. 4. de decimis, c. 1. de celebrat. Miss. & c. cum inter, de verb. sign. [Qvas Qvanti-
26 tas Inter Habitatores] qui sint, & qui habitantes. Napod. consuet. pupillus, in ver. habitatoribus. Affl. supra const. quisquis, 3. notab. num. 6. de reuoc. transeun. ad alien. habit. [Loci Ipsivs Pro Modo] vel rata. l. pupilli, §. cum eodem, in ver. pro modo, de solutio. [Facvltatvm] mensuram bonorum, & naturam subiacentem, ad quam non tenentur pauperes, quorum opera vix alimentis sufficit. Baldus d. auth. defuncto, post num. 11. ad Tertull. vel dietim laborant pro victu quærendo. Baldus d. l. etiam, num. 15. de exequut. rei iudic. & sic imponitur secundum quantitatem patrimonij, & non numerum personarum, nisi imponeretur pro causa, quæ numerum personarum respiceret. Ang. l. 1. de apochis publ. singulorum enim diuitiæ sunt ciuitatis. Lucas l. 1. post med. de colla. fundo, patrim. [Proportionabili-
27 ter] supra const. de quæstionibus. proportionaliter secundum magis, & minus. add. ad D. Th. 3. par. de Sacram. quæst. 2. alias 61. art. 3. ibi, secund. dimi. æqualiter pro virili portione, l. seruus communis, vbi Baldus de stipul. seruo. l. proinde, & l. illud, de solutio. augmenti, & diminutionis. Bald. l. 2. num. 4. circa fin. de rescind. vend. Inde proportionabilia debent esse eiusdem rationis, & conditionis, non diuersæ, seu aduersæ. Bald. l. si emancipati, post num. 8. C. de colla. nam bonum, siue malum commune, necesse est singulis proportionabiliter distribui, singulorumq; bona ad commune bonum ordinata esse nemo dubitat, & quæ requiruntur vt sit iustum secundum iustitiam distributiuam, & quæ

& quæ secundum iustitiam commutatiuam.
Caiet. in tractatu Montis pietatis, c. 4. & 12.
[DIVIDETVR] quo ad proportionem æqua-
28 liter. Bal. l. binos, nu. 3. circa fin. C. de aduoc.
diuers. iudic. [SICVT] similitudinariè, non
exemplificatiuè. glo. fin. l. Pomponius, de
ædil. edi. [IN COLLECTIS ALIIS FIERI
CONSVEVIT] Apud Lacedæmonios vnus-
quisque certum quid, in singula capita taxa
tum soluit, quod si non faciebat, à republica
repellebatur. Arist. 2. Politicorum 8. collecta
imponitur secundum æstimium, vel in capi-
ta. Bal. rub. de syndico, nu. 2. circa medium.
In Regno modus imponendi, & exigendi
collectas habetur in c. reg. statuimus, man-
29 damus, & volumus. Istas Fredericus, de quo
hic, inuenit, est munus patrimoniale, & sin-
gulis annis indicuntur personæ pro rebus,
pro modo facultatum. Isern. quæ sint regal.
in ver. extraordinaria collatio, num. 61. &
quælibet ciuitas, vel castrum dum constituit
exactorem datij, vel collectæ, assignat ta-
bellionem, vt neutrius apocha valeat; sed
vtriusque sic. Bal. l. 2. num. 5. de comen. fisci
debit. [QVOD ETIAM IN CRIMINALIBVS
CAVSIS LOCVM HABERE CENSEMVS] quod
verbum est noui iuris inductiuum. Soc. l. fin.
30 num. 3. in fi. ff. de reb. dubijs. vltra quod cau-
sæ ciuiles, & criminales æquiparantur. Iser.
c. 1. in ver. his enim, circa med. si de inuest.
inter dom. & vass. quæst. oria. [TAM CIRCA
CONTVMACIAE POENAM] vt supra, exigen-
dam. [QVAM CIRCA ETIAM DIFFINITI-
VAS SENTENTIAS PROFERENDAS] quia
31 quando condemnatur ciuitas, potest res pri
uatorum capi. Dec. cons. 520. nu. 5. cir. med.
4. vol. quia cum vnus sit pars multitudinis,
quilibet homo hoc ipsum quod est, & quod
habet, est multitudinis. D. Th. 2. 2. quæst. 96.
art. 4. vnde iumenta particularium capiun-
tur, si consuetudo hoc dictat. Bal. d. l. etiam,
num. 14. de exequut. rei iud. ita consuetudo
ciuitatis potest dare ipsi ciuitati priuilegiũ
in bonis debitoris sui. in c. fin. post num. 18.
de consuetudine. Et si particularis capitur,
potest petere declarari ratã suam, & si actor
non potest dicere certam quantitatem, re-
laxatur. Bal. ead. l. etiam, num. 14. post med.
& si est obligata pecuniariter, & non habet
vnde possunt compelli singuli vt contribuãt,
& imponitur collecta. Abb. c. cum dilecta,
nu. 14. de rescrip. quæ quomodo imponitur,
& an quilibet teneatur contribuere. Spec.
tit. de censi. §. 2. nu. 8. & 14. vbi Bal. add. vis.
32 Solus Princeps imponit pro publica vtili-
tate. Si ciuitas redditus non habet, & si ha-
bet, & superfluos, quomodo capient, & diui-
dent, Arist. 6. Politic. 5. Si redimit se ab ho-
stibus, omnes contribuunt, secus si singula-
ris ciuis: si stipendiarius, perdit stipendium
Bal. rub. num. 8. in fi. de his, quæ vi, metusve
cau. Sed pro necessitate communi prouin-
ciæ, siue ciuitatis, ipsa prouincia, vel ciuitas
sibi imponit. Bal. l. vn. de superindi. & tene-
tur quilibet secundũ vires patrimonij. Bal.
l. 1. num. 2. in fi. ne filius pro patre. Ecclesia
soluit præcedentes, sequentes non. Bald. c. in
præsentia, post nu. 6. de probat. nec forensis,
sed cogitur ad æstimium: in c. cum contin-
gat, nu. 13. circa med. de iureiur. & contri-
buũt in oneribus, quæ redditibus sunt conne
xa. in c. ex literis, post nu. 7. eo. tit. de iureiu.
Et patitur collectam vbi possidet, & præcisè
compellit habens æstimium. Bal. d. l. etiam,
nu. 15. cir. med. de exeq. rei iud. nam in æsti-
mio vniuersali vocatur ciuitas, in particu-
lari dominus prędiorum. Ang. l. susceptores,
de suscept. præp. & arch. Non tamen impo-
nuntur pro bonis, quæ alibi possidentur.
Ang. l. vnica, nu. 15. 17. & 18. vbi etiam quæ
debeant poni, & quid in fundo dotali, de mu
lie. & in quo loco. & possidentes in territo-
rio, nõ ponuntur, nisi ex consuetudine. idem
ea. l. num. 14. de mul. & in quo loco. & l. cum
neque, de incolis. ita & ciuis de nouo crea-
tus. idem Ang. l. prouidendum, de decurio.
lib. 10. Et priuilegiatus, qui non tenetur ad
collectas pro remuneratione legatorum.
Ang. prædictus l. fin. de excus. mune. & l. 1. de
profess. & med. Quid in clericis, & ciuibus
pro bonis alibi sitis. Ang. d. l. vn. de mulier.
& in quo loco. [IN CAVSIS, IN QVIBVS
CONDEMNATIS POENARIA POENA, EX
EARVM QVALITATIBVS, VEL EX NOSTRO
IVDICIO IRROGATVR] vt sup. const. si dam-
na clandestina. Quomodo autem fit exequu
tio contra vniuersitatem. Spec. tit. de exeq.
33 sent. §. 3. nu. 5. Quid si lata est contra mo-
nachum, vel hæreditatem iacentem, contra
quem, & in cuius bonis exequitur, idem eo.
tit. de exeq. sent. §. 3. num. 14. vbi Bal. col. 2.
34 Videtur, quòd vniuersitas non possit esse
contumax, cum sit corpus compositum, &
aggregatum. Baldus c. cum ab ecclesiarum,
num. 7. de off. ord. inanimatum. nec dicitur
personaliter citari. Baldus l. nam ita diuus,
nu. 9. de adopt. cum nec demonstrari possit.
idem Bal. rub. ad Treb. c. & successiuè, vt sit
contumax, non potest dicere nolle venire,
vt sup. const. si quis post litem.
Nisi diceres, quòd est persona repræsen-
tata, vt per Bal. d. rub. C. ad Trebell. vel fi-
cta, sicut collegium, societas, & alia quæcun
que corpora, quæ obligantur, & non singuli.
Bal. l. mortuo, ff. de fideiusso. Et si in cõtractu
non est obligatio singulorum, est obligata
ciuitas, & non singuli ciues. Bald. d. l. etiam,
num. 14. in fi. de exequut. rei iud. habet enim
rem-

rempublicam cum poteſt legari, & fideicommitti l.3.vbi Bal.d.tit ad Treb.agit.& conuenitur, & præſtat conſenſum, conſtituendo, procuratorem.Inn.c.Romana. in fi.de ſent. excom. Stigmata eius ſunt.quando vni domino, & vni prælato ſunt ſubiecti, & archã habent communem.Bald.c.cum. omnes, nu. 17.in fi.de conſtit. nam concilium ciuitatis repræsentat totam ciuitatem. Abb.c.in cau ſis.nu.9.poſt med.de electio. committitur maiori, vel ſaniori parte vniuerſitatis, & tunc pars repræſentat totam.Bal.l.2.§.hoc etiã, in h.C.de iureiur. propter calum dan.
35 Rector autem nõ poteſt imponere collectã niſi cum conſilio Decurionum illius loci, Bald.l.ciuitas, col.fin. poſt princ.ſi cert pet. Qualiter imponatur pro foculari, & quid ſit focular, & an connumeretur is ad cuius petitionem fuit citata vniuerſitas.Gramm.hic num 2.& 3. Si collecta eſt voluntaria, debet diuidi inter ciues prout eſt conuentum, ſi pro vtilitate publica, vel ſoluendo ære alieno, ſoluitur per ęs. & libram, vt in æſtimio communi.Bald.d.l.etiam, poſt num.35.Ita ſi delinquit, pro ſolutione pœnæ imponitur collecta.Cap.in ſua inueſt, in ver.regalia, ibi collectæ, ver ciuitas, in quibus, quæ diſpenſatur, quæ diſpenſatio importat commenſuratam diſtributionem communis eorum, quæ ſub ipſo continentur, vel per eam ſit commenſuratio alicuius communis ad ſingula. Inde gubernator familiæ dicitur diſpenſator, quatenus vnicuique de familia cum pondere, & menſura diſtribuit operationes, & neceſſaria vitæ.D.Thom.1.2.q.97. art.4 & 2.2.quæſt.88.art.10. Vltra ſuperius dicta non contribuunt pupilli, viduę, & abſentes Cap. vbi ſup. in ver. feudorum clauſulæ, ibi, collectis, in fi. Sunt etiam immunes cæci, & alij miſerabiles, c.licet, vbi Abbas c.ea quæ & c.cum inſtantia, §.ſane, de cenſi. & ſi ſoluunt repetunt.Gramm. c.regni licet contra receptatores in fi. Pro datijs, & collectis mulier poteſt ſe obligare.Baldus.l. vir
36 vxori, in fi.ff.ad Velleia.pro triquitis, & collectis poſſunt vendi res minoris ſolemniter, & iuſto pretio.Baldus l.3.C.ſi aduer.fiſcum nam in ſolutione debiti, vel pœnæ, contribuunt particulares in defectu bonorum vniuerſitatis, vt hic, & in pœnis vnus ſoluendo, alium non liberat.l.item Mela.§. ſed ſi plures, ad leg. Aquil. vel liberat, & quandoque non Bal. l. ſi per alium, 1. rep. § fin. ne quis in ius voc.vi.exim.quando componitur, plerunque efficiũtur pęnę participes, qui culpę ſunt penitus expertes. Io.And.de Nig.c.reg. ad iniuſta, n.2. & 8. Sed ſi vniuerſitas habet nemus commune, creditores poſſunt immitti in poſſeſſionem partis, nam ita fit executio in bonis vniuerſitatis, ſicut & priuati. Bald.l.ciuitatis, 1.rep.quod cuiuſq.vni nom.
37 Et ſi vniuerſitas communicato conſilio, delinquit, ſinguli vniuerſitatis puniuntur. glo. l.ſicut, in ver.non debetur, eod.tit. quod cu-
38 iuſque vniue.nom.& ſinguli ſi de quoslibet de vniuerſitate de per ſe Bal.ſi.id quod, de duob.reis. Vnde diſpoſitio concernens vniuerſos, extenditur ad ſingulos. Abb. cap. fin. 2.notab.de decimis, & ſinguli compelluntur ſoluere debita communitatis, non tanquam ſinguli, ſed tanquam vniuerſi, faciendo collectam. Bal.c.cum dilecta, nu.11. de reſcrip. vbi etiam quod ſoluitur.de eo quod ab vniuerſitate colligitur, & datiarij pro debito capiunt animalia hominum villæ, ſed quod pro delicto vnius, puniatur tota villa, conſuetudo praua eſt.in c.fin.nu.6. de conſuet.
39 Bona quæſita vniuerſitati, quomodo diuiduntur inter ciues.Bal.l.1.§.fin. col.3. circa fin.d.tit.quod cuiuſque vni.nom. Tertia vero redditũum ad rempublicam ſpectãtium, debet in fabricam conuerti, ſicut clerici in fabricam eccleſiæ tenentur partem decimarum conuertere.Bal.l.ne ſplendidiſſimæ, de oper. publ. Inſuper propter debitum pecuniarium iuratum, interdicitur celebratio diuinorum.Bal.c.ex reſcripto, nu. 1, in fin.de
40 iureiur. Vniuerſitas licet non poſſit excommunicari, excommunicantur ſinguli de vniuerſitate. Abb. c. cum tu 1. not de teſtibus. D.Th.3.par.de Sacram.q.53.alias 22.art.5. vbi etiam quod pro peccato Regis regnum ſub interdicto ponitur, & poteſt ſicut capitulum interdici, vel ſuſpendi. Arch. c.ſicut, col.2.poſt princ. 7.q.1.Abb.c.bonæ memoriæ, nu. 20.de elect. etiam propter delictum Epiſcopi ad cuius iuriſdictionem ſpectat. Abb.c. ſane, nu.6. de off. deleg. ita propter delictum domini, in c.ſicut, & infra 4. not. de iureiur.& particularium in cap.petiſtis, 1.notab.de priuil. Vltimo in appretio, ſiue æſtimio, quod eſt ſignificatiuum ſubſtinendi onera vniuerſitatis, per æs, & libram. Bald. c.fin.in fi.de cau.poſſ.& propr. Quid atten-
41 ditur, & quomodo taxantur bona, Gramm. in c.reg. in Kalendis. Et ſi æſtimatores releuant grauandos, & grauant releuandos, ſubiicitur officio iudicis.idem Gram.c.ad tollendam in princ.vbi habet domicilium, deſcribũtur mobilia, & quid ſi habet ex diuerſis locis animalia deſcribuntur vbi paſcua ſumunt Gramm.præd.in c.regni in ſingulis ciuitatibus num.3.
42 Nota, quòd congregatio eſt duplex, quædam œconomia, vt familia; alia politica, vt regnum, vel ciuitas D.Th.3.par.de Sacram. quæſt. 57. alias 26. art.1. Vniuerſitas tota commune appellatur.Bal. de pace conſtantin,

tin,

tin.ver.pactiones.nu.2.circa fin. Ius vniuersi-
tatis qualibet ciuitas, vel castrum non po-
test sibi constituere sine consensu superio-
ris, dicitur autem consentire copioso] quod
concedit locum ad ædificandum ciuitatem,
castrum, burgum, vel villam admittit syn-
dicum, vel scribit ei ex certa scientia tan-
quam vniuersitati Bald. c. cum ab Ecclesia-
rum num. 3. de off. ord.] Communitas consistit
ex multis personis, & eius bonum per multi-
plices actiones] procuratur, D. Tho. 1. 2. q 96.
art. 1. Ciues pro bono] communi dispendia
propriarum rerum ,& personarum interdum
patiuntur. idem 2. 2. quæst. 26. art. 3. Com-
43 munitas parit vnitatem, singularitas] diuisio-
nem. Abb. c. in Genesi. post num. 3. de ele-
ctio. Inde alia est causa vniuersitatis, & ca-
pitulis alia singulorum. Io. And. c. Romana,
num. 3. post med. de pœnit. & remiss. in vj.
44 Vltra quod gestum ab vniuersitate, debet es-
se vniuersale, non singulare. Ant. de Butr. cap.
vnico, num. 1, circa fin. de oblig. ad ratiocina.
Pop [illegible] vero, collegium. & vniuersitas, quæ
sunt facti, non possunt explicare per se, sed
per alios. glos. in extrauag. Ioan. vltimo. in
ver. conuenire, de verb. signifi. Vnde munice-
ps scire intelligitur, quod ij sciunt, quibus
summa reipublicæ commissa est. l. municeps
ad municep. adeo quod si aliquis non [illegible] mu-
nicipij me deijcit, municeps tenetur. l. si cui,
45 de vi, & vi arma non tamen habet fiscum,
sed fiursam communem. Bald. rub. circa fin.
de priuil. fisci. Et syndicus an obliget singu-
los de vniuersitate Bald. ad Spec. in fin. tit. de
46 oblig. & solut, in princip. Vniuersitates iuris
sunt quinque, hæreditas, bonorum possessio,
peculium, patrimonium, & dos. Bald. l. frater
a fratre, col. fin. de cond. in dieb. quid signifi-
cent, in rub. 2. rep. num. 3. post med. extra de
iudiciis, &] vnitates nouem. Arch. cap. in Chri-
sto col. 6. circa medium, de consecr. dist. 2. Et
sic ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei
& Beatæ Mariæ semper Virginis meæ prote-
ctricis, imponitur finis.

F I N I S.



Imprimatur.
Petrus Ant. Ghibertus Locumtenens Gen.

Magister Cornelius Tiroboscus Præd. Ord. Curiæ Archiep. Theol. vidit.

D. Raphael Rastellius C. R. deput. vidit. F. 20.

